10

MARQUÉS DE SAN JUAN
DE PIEDRAS ALBAS
EX LIBRIS

R.P.D.FR. JOANNIS

DA

SYLVEIRA

OPUSCULA

VARIA.

R. P. D. FR. IOANNIS

DA

SYLVEIRA

OPUSCULA

VARIA

R.P.D.FR. JOANNIS DA SYLVEIRA OLYSSIPONENSIS, CARMELITÆ

REGULARIS OBSERVANTIÆ,
Sacræ THEOLOGIÆ *Primarij Lectoris Jubilati.*

OPUSCULA VARIA.

TRIPLICI INDICE ILLUSTRATA.



LUGDUNI,
Sumptib. ANISSONIORUM, JOANNIS POSUEL,
& CLAUDIJ RIGAUD.

M. DC. LXXXVII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

R.P.D. FR. IOANNIS

DE

SYLVEIRA

OLYSSIPONENSIS

CARMELITÆ

REGULARIS OBSERVANTIÆ,

Sacræ Theologiæ Professoris, Collegii Jesuitarum

OPUSCULA VARIA

TRIPLICI INDICE ILLUSTRATA.



LUGDUNI,

Sumptib. ANISSONIORUM, IOANNIS POSUEL,

& CLAUDII RIGAUD.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

SUPREMÆ REGINÆ CARMELI DEI GENITRICI VIRGINI MARIÆ

DICO EGO OPERA MEA.

VARIA ſunt nomina, ut obſervat D. Methodius, quibus ab hominibus appellaris, ô Sanctiſſima Virgo, ut tuæ atributales clementiæ erga nos denotentur; hinc acclamaris Virgo pietatis, Miſericordiæ, Auxilii, Mercedis, ac Redemptionis, & ſimilium; at quod Regina Carmeli dicaris, tibi nomen à tuo Divino Sponſo Spiritu ſancto inditum eſt; *Datus eſt ei decor Carmeli.* Et iterum in Canticis Canticorum, *Caput tuum ut Carmelus*; nam ut ait Theodoretus ibi, *Sicut Carmelus ſuo capite eminet ſuper cæteros Judææ montes, ſic Sanctiſſima Virgo capite omnium virtutum extollitur, ac ſublimatur, ſuper cæteras omnes puras creaturas*; Nam inter eas, ut ait Andræas Cretenſis; *Ipſa eſt ſupremum Dei opificium, ac miraculum ejus maximum.* Vel ut iterum dicam, *Caput tuum ut Carmelus*, ut explanat D. Gregorius Nyſſenus: *In Carmelo quippe Elias orans obtinuit pluviam; & nos in Carmelo orantes pluviam impetramus.* Cum nos Virgo Sanctiſſima, per te, veluti per verum Carmelum oramus, ſtatim gratiarum rore à filio tuo Jeſu perfundimur, pia enim ejus voluntas veluti per manus tuas diſpenſatur: de te cantat divinus Spiritus. *Qui me invenerit inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino.* Vatablus legit, *hauriet voluntatem à Domino.* Tu ergo Sacratiſſima Deipara, ſupremum Dei opus, tua ſolita benignitate, irriga, fœcunda hæc noſtra parva, & exigua Opuſcula, ut ſi ex noſtro ſunt vacua & infœcunda, ex tua cœleſti aura repleantur, & abundent, ut proficiant ad obſequium

Lib. 1. de Virg.

Iſai. 35. n. 2. Cantic. 7. n. 5. Theodor.

Hom. 2. de Aſſumpt.

Prov. 8. n. 3. Vatabl.

obſequium filij tui ; cùm qualiacumque hæc Opuſcula ſint, te ut finem reſpiciant.

In primo ſermo eſt de Sacra Scriptura , quæ ad te maximè ſpectat , ut ait D. Bernard. dicens : *Breviter concludam : De hac* , ſcilicet de te Deipara, *& ob hanc , & propter hanc tota Scriptura facta eſt.*

Serm. 3. ſuper Salve.

In ſecundo diſſeritur de his, quæ pertinent ad mores, quorum tu Doctrix, & illuminatrix es, ut ait D. Ambroſius : *In te tanquam in exemplari magiſteria expreſsa eſt probitatis.*

Lib. 2. de Virg.

Tertium magni Parentis Eliæ prærogativas ediſſerit, quarum hæc maxima jure cenſetur. Quod te, ſplendidiſſimum orbi ſidus, naſcituram, & ſpiritu prævidit & ore prænuntiavit.

Quartum denique ſingulari titulo totum eſt tuum, ut quod aliud nihil, quàm te immaculatam, & ab originali labe prorsùs immunem eſſe, ex Prophetarum, Apoſtolorum , & Patrum, ipſius denique univerſalis Eccleſiæ conſenſu declarat. Concludam cum verbis Doctiſſimi Idiotæ. *Ad te confugimus ſuprema Regina , ut tua celſitudine , meam tenuitatem valeas obumbrare : tua ſapientia meam ruditatem expolire, tua potentia meos defectus protegere, ac defendere.*

De laud. Maria.

Cenſura R. P. Fr. Gregorij à Ieſu in Sacra Theologia Doctoris Conimbricenſis, ac Magiſtri jubilati, olim Carmeli Olyſſiponenſis Prioris, nunc Diffinitoris primi.

POLIGENA ſuis in Evangelia,& Apocalypſim Commentariis Sylveira noſter meritiſſimam ſequitur fortunam, ut plus fortunet orbem optatis jamdiu Opuſculis ſuis. *Opuſcula varia*, inſcribitur liber,ut varietate delectet,quin diminutivum tituli devenuſter opus, cum nil ſcribat Sylveira,quod non ſit magnum, & uſque in minimo ſit ſcriptor Maximus, propterea tria continet Opuſcula, & in his omnia : nam juxta Ariſtotelem *l. 1. de cœlo cap. 1.* Tria ſunt omnia, & ut aiunt Pythagorei ipſum omne, & omnia tribus ſunt determinata : Galli etiam per *tres* ſuperlativum ſignificant, & maximum in ſuo genere, *ut tres bon*,id eſt optimus,*tres ſage*,id eſt Sapientiſſimus,*tres riche*,id eſt,ditiſſimus ; Cum ergo volumen hoc tribus componatur Opuſculis,Trinitate hac ſplendet Sylveira ſemper idem ſcriptor OptimusDitiſſimus,ac Sapientiſſimus.Certè tempore hoc ſi Paſtor Damœtas exiſteret,non diceret,Menalcæ,ut quod difficile ſciendi illud Virgilij Ecloga 5.

Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres, pateat cœli ſpatium, non amplius, ulnas ?

Nam ad explorandũ tale miraculũ,in hoc Volumine non amplius quàm tria patent nobis ſpatia cæli,quin opus ſit nobis artis Apollineæ, plus enim quàm Apollo eſt nobis Sylveira.

In primo agit de Sacra Scriptura, de qua agit,& ſcribit ita ſacre,ac celeberrimè, ut de illo moduletur alter.

Percelebrem faciet plus te Scriptura per orbem,
Nam Scriptor Sacræ plus celebrandus erit.

In ſecundo mores cõponit ſuis Reſolutionibus ita cœleſtè,ut legens illum ad morũ compoſitionem raptus ſit uſque ad tertium cœlum reſolutionum : & ſi tertium cœlum eſt ſedes Beatorum.Sylveira ita facit,& ſcribit,ut potiori jure de illo poſſit decantari illud I.Ouveni. *l. 2. Epig. 23.*

Qui ſcribenda facit, ſcribitve legenda, beatus
Ille ; beatior es tu, quòd utrumque facis.
Digna legi ſcribis, facis & digniſſima ſcribi :
Scripta probant dictum te tua : facta probum.

In tertio ſunt Magnalia Parentis Noſtri Eliæ,quæ ſi apprimè callere cupias,Sylveira Noſter Scopum veritatis collimat,utque dixit Virgilius *l. 1. Georgicorum*, ille ut

Sol tibi ſigna dabit, Solem quis dicere falſum,
Audeat ;
Et Solem nulla ſagitta ferit.

Vt cecinit alius ingenioſus Vates.Et hæc eſt Opuſculorum Trias olim ab Auctore promiſſa.

Acceſſit in Coronidem Opuſculum quartum, Deiparæ Virginis Conceptionem Immaculatam elucidans, & quam maximè totum Volumen exormans.

Hoc meum judicium,ut præclo mandetur ad Gloriam Carmeli, & omnium cõmodum hoc Volumen. In Carmelo Olyſſiponenſis 29. Auguſti 1673.

FR. GREGORIUS A IESU

Cenſura Mag. Fr. Thomæ à conceptione.

IN publicũ orbis Theatrum ad publicam Sacrarum Litterarum Profeſſorum utilitatem prodit jam deſideratus ille liber,jamdiu à R.admodũ P.M.Fr.Ioanne da Sylveira in ſuo primo Tomo Commentariorũ Sacræ Scripturæ promiſſus. Hunc ex CommiſſioneSuperiorum legi, perlegi:habet pro titulo (Opuſcula varia) Tam grandis ingenij ubertas uno neſcit ſpatiari campo;quadruplici Opuſculo hunc abſolvit Tomum : In primo Præludium ad S. Scripturam croponit ; In ſecundo Conſultationes Morales reſolvit; In tertio præclaras magni Parentis Eliæ præeminentias elucidat ; In quarto demum, eruditè non minus quam piè more ſuo, Deiparæ Virginis Conceptionem immaculãtam aſſerit. Omnibus ſcripſit ut de plenitudine ejus accipiant univerſi : & ut illi concinne adaptetur Solis titulus, octo non contentus libris quos ſcripſerat hunc novum in lucem profert, ſed quis comprimet, aut cõtineat Sol's radios ; qualis ex iſtis præſtantior liber ſi interrogetur ? Legat mundus, & judicet.Nam mihi aut dubia de primatu victoria, aut in hoc levavit ſe ſupra ſe.In toto igitur hoc Volumine relucent indefeſſa ſtudij diligentia, aptiſſima, & compta ſtyli fœlicitas, ſummàque doctrinæ præſtantia : utimam è prælo jam exierit, ne tantus honor Carmelo, utilitáſque Scripturæ & Theologiæ Profeſſoribus differatur ; ſed interim hoc unum dicam Noſtro Sylveira quod celeberrimi alterius Scriptoris effigie fuit decantatum.

Quis tua deſcripſit pictor temerarius ora ?
Te, præter te unum, pingere nemo poteſt.

Hoc meum judicium pro Libro, & pro Authore. In Carmelo Olyſſip.die 27.Auguſti 1673

Magiſter. Fr. THOMAS A CONCEPTIONE.

Facultas R. P. Commiſſarij Generalis.

FRater Joſeph de Lancaſtro in Sacra Theologia Magiſter, ac Commiſſarius Generalis Ordinis Beatæ Virginis de Monte Carmelo Regularis Obſervantiæ in his Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, &c. ex Commiſſione R. P. Fr. Matthæ de Orlando noſtri Ordinis Prioris Generalis, facultatem quàm libenter concedimus R. admodum P. Doct. Fr. Ioanni da Sylveira in Sacra Theologia Magiſtro Anteſignano, ac hujus Luſitaniæ Provinciæ Definitori perpetuo, ut poſſit typis mandare librum, cui titulus eſt: *Opuſcula Varia:* non minori felicitate, ac cæteri Tomi à ſe elucubratum, uti Religionis noſtræ Doctores, quorum judicio examinandum commiſimus, illum prælo dignum exiſtimantes retulere. Datum in hoc Carmelo Olyſſiponenſi die 29. Auguſti 1673.

FR. IOSEPHUS DE LANCASTRO Commiſſ. Generalis.

Summa Privilegij Regis Chriſtianiſſimi.

CAutum eſt authoritate Regis, ne quis in regno ſuo, aliiſque locis ſuæ ditioni ſubjectis intra viginti proximos annos Opera *R. P. D. Fr. Ioannis da Sylveira Vlyſſiponenſis Carmelitæ Regularis Obſervantiæ*, &c. *Necnon Opuſcula varia* abſque LAURENTIJ ANISON Bibliopolæ Lugdunenſis permiſſu, imprimat, aut divendat, à die publicationis cujuſque Voluminis, qui ſecus fecerit, mulctâ indictâ damnabitur, prout fuſius in Diplomate Regio continetur Datum S. Germ. in Laya die 14. Septembris 1662.

De Mandato Regis.

Signatum, MABOUL.

Deſiit prælum primæ editionis Opuſculorum die 9. Decembris 1674.

SYNOPSIS OPUSCULORUM.

PRIMUM.

PRæludium eſt ac inſtructio ad Sacram Scripturam. Agitur in eo, quid ſit Sacra Scriptura, & quid ad ejus veram intelligentiam, ac explicationem requiratur, cum Catalogo illius librorum, qui extant, ac etiam illorum qui perierunt, ac non extant, ac etiam de Auctoribus ipſorum librorum, & verſionum, ac de auctoritate lectionis noſtræ vulgatæ, & an Deus aliquid immediatè per ſeipſum ſcripſerit, necnon de excellentia legis gratiæ ſuper veterem.

SECUNDUM.

Variis reſolutionibus agit de cuſtodia Sacræ Euchariſtiæ, de approbatione Confeſſariorum, ac etiam de beatificatione, ac canonizatione Sanctorum, ac de approbatione miraculorum, & diſtinctione illorum ab his, quæ non ſunt vera miracula. Agitur etiam de altari ab celebrandum, de diſpenſationibus. de Tertiariis, de proceſſionibus, de ſepulturis, & his qui ab illis ſunt privandi, ac de multis aliis ad varias materias ſpectantibus.

TERTIUM.

Agit de præclara magni Parentis Eliæ præeminentia, de illius meritis, virtutibus, donis & prærogativis, à quo Carmelitæ habent hæreditariam ſucceſſionem in ſtatu Religioſo, cum tribus votis, cum duplici decreto ſupremi Senatus Sanctæ Inquiſitionis, de hac re maximè cuſſa & examinata, & etiam de confirmatione Religionis.

QUARTUM.

Immaculatam putiſſimæ Mariæ Virginis Deiparæ Conceptionem ediſſerit. Oſtenditur in eo quod fuerit concepta, abſque ulla labe peccati originalis, ac per illud myſterium abundantiſſimè reſplendeſcere omnia quæ ad fidei definitionem requiruntur.

SERIES

SERIES OPUSCULORUM, RESOLVTIONVM, ac Quæſtionum.

OPVSCVLVM I.

Præludium ad S. Scripturam.

DE libris Canonicis, eorum ſenſibus Auctoribus, ac verſionibus; in quibus omnibus inſigniter ſupereminet Evangelica doctrina.

QUÆST. I. *Quid ſit Scriptura Sacra & quibus nominibus dicatur, ac ſignificetur.* p. 1.

II. *Qui libri ſint Canonici.* p. 3.

Diviſio Canonis librorum Sacrorum.

Canon antiquum veteris legis.

Canon Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ.

III. *Vtrum omnes libri Sacri, veteris teſtamenti perierint, & ab Eſdra fuerint recuperati* p. 6

IV. *An aliqui libri Sacri fuerint antiquitus qui perierint, & modo non extent.* p. 8

V. *Quare Deus voluit, ſeu permiſit prædictos libros perire.* p. 10

VI. *Vtrum Spiritus ſanctus Scriptori Canonico non ſolum ſenſum, ſed etiam verba eorúmque ordinem dictaverit.* p. 11

VII. *An ut aliqua Scriptura ſit, & dicatur divina ſufficiat, quod poſtquam illa eſt ſcripta humano ſpiritu Deus illam approbet.* p. 13

VIII. *De cognitione Prephetica varia dubia reſolvuntur.* p. 15

Varij modi quibus objecta Prophetiæ proponuntur.

In quo Prophetia differat, & conveniat cum fide.

De cognitione Prophetica.

IX. *Sacra Scriptura valdè difficilis, & clauſa.* p. 18.

X. *Quare divinus Spiritus diſpoſuit Sacras Scripturas eſſe adeo abditas, & obſcuras* p. 19.

RESOLUTIO. II.

De ſenſibus Sacræ Scripturæ.

QUÆST. I. *AN ſenſus Sacræ Scripturæ adæquatè dividantur pe quatuor, litteralem, allegoricum, moralem; & anagogicum, & an omnes intenti ab Spiritu ſancto.* p. 20.

II. *Explicatur ſenſus litteralis, & multa, quæ ad ipſum pertinent.* p. 22

Diffinitio ſenſus litteralis.

Diviſio ſenſus litteralis.

An ſub eiſdem verbis Sacræ Scripturæ multiplex ſit ſenſus litteralis;

An vero aliquando ſenſus litteralis proprius ſimul cum litterali, metaphorico ſub eadem littera reperiatur,

Ex qua ratione multiplex litteralis ſenſus provenit.

III. *Quando idem locus videatur habere duos ſenſus contrarios, & incompoſſibiles quomodo exponendus* p. 26

IV. *De ſenſu myſtico ſpirituali accomodatitio, ac figuratis locutionibus.* ibid.

V. *De figuratis locutionibus, ac figuris imaganariis Prophetarum.* p. 29

RESOLUTIO. III.

De Auctoribus Canonicis S. Scripturæ.

QUÆST. I. *AN Deus ſupremus Scripturæ Auctor, an etiam per ſe immediatè aliquid ſcripſerit.* p. 30

II. *Scriptores Canonici locuti ſunt Spiritu ſancto inſpirante, & agitur, an Chriſtus Dominus, & B. Virgo aliquid ſcripſerint.* p. 32

III. *De litterarum inventione, ac uſu ſcribendi* p. 34

IV. *Moyſes ſcripſit Penthateucum.* p. 35

V. *Quiſnam ſit Scriptor libri Ioſuë.* p. 37

VI. *Quis Scriptor libri Iudicum.* p. 38

VII. *Scriptor libri Ruth.* p. 39
VIII. *Quisnam sit scriptor librorum Regum?* p. 40.
IX. *Quis Paralipomenorum Author?* p. 4
X. *De libris Esdræ & Nehemiæ.* ibid.
XI. *De Tobiæ libro.* p. 42
XII. *De libro Iudith.* p. 44
XIII. *De libro Esther.* p. 45.
XIV. *De Auctore libri Iob.* p. 46
XV. *An solus David sit Auctor Psalmorum vel etiam alij?* p. 48
XVI. *Quis sit Auctor Proverbiorum?* p. 50
XVII. *Quisnam sit Auctor, qui dicitur Ecclesiastes?* p. 51
XVIII. *Quis sis libri canticorum Auctor?* p. 52
XIX. *Quis sit Auctor libri sapientiæ?* p. 54
XX. *Quis sit auctor libri Ecclesiastici?* p. 56.
XXI. *De Threnis Ieremiæ, ac ejus præfatiunculæ, an sit Canonica scriptura?* p. 57
XXII. *De quatuor Prophetis majoribus cum Baruch.* p. 60
XXIII. *Quisnam Auctor Prophetarum minorum sit?* p. 62
XXIV. *Quis est Auctor librorum Machabæorum?* p. 64.

RESOLUTIO IV.

De variis versionibus, ac lectionibus sacræ scripturæ, ac earum Auctoribus.

QUÆST. I. *DE editione, seu translatione septuaginta duorum interpretum.* p. 65
II. *An Textus Hebraicus etiam nunc post D. Hieronymum sit Authenticus.* p. 69.
III. *Referuntur versiones ex Textu Hebræo in græcum.* p. 71
IV. *Quæ fides, & auctoritas supradictis translationibus, ac editionibus adhibenda sit.* p. 73
V. *De Samaritana lectione* ibid.
VI. *De versione Chaldaica, quæ dicitur Targum, ac ejus origine.* p. 74
VII. *De editione Syriaca, ac Arabica.* p. 75
VIII. *De Translatione Persica, & Æthiopia.* p. 76
IX. *De aliquibus versionibus Latinis modernis ex Hebræo, & Græco.* ibid.
X. *De Illustrissima Translatione Latina ex sacra scriptura.* p. 78.
XI. *Quanta sit auctoritas nostræ vulgatæ post Concilium Tridentinum, ac decreta summorum Pontificum.* p. 80
XII. *An expediens, & licita sit Bibliorum Translatio in quacumque lingua vulgari, & materna.* p. 82

RESOLUTIO V.

De præstantia, ac excellentia legis gratiæ ac ejus Canonicis scriptoribus.

QUÆST. I. *QUanta sit celsitudo, ac præeminentia legis gratiæ super veterem.* p. 84.
II. *Quid, & quotuplex sit Evangelium, & quanta ejus excellentia?* p. 89
III. *Quare Evangelium non fuit scriptum ad majorem utilitatem fidelium?* p. 91
IV. *De sancto Matthæo Apostolo, ac Evangelista.* p. 92
V. *De sancto Marco Evangelista, ac ejus Evangelio.* p. 93
VI. *De sancti Lucæ Evangelio.* p. 95
VII. *De sancti Ioannis Evangelistæ, & Apostoli Evangelio.* p. 97
VIII. *De actibus Apostolorum.* p. 99
IX. *Quare sacri Apostoli in suis scriptis tradendis non alio nomine utuntur nisi Epistolarum.* p. 501.
X. *Quare Deus disposuit, ut D. Paulus plures Epistolas scriberet quam cæteri Apostoli?* p. 102
XI. *De Epistolis Canonicis D. Pauli agitur, de illa, quæ est ad Hebræos.* p. 103
XII. *De numero, ac ordine Epistolarum D. Pauli.* p. 105
XIII. *Qua lingua, seu idiomate Paulus Apostolus scripsit suas epistolas?* p. 106
XIV. *Virum præter has quatuordecim epistolas Pauli sint aliæ, ad Senecam, Laodicenses, ac alios.* p. 107
XV. *Quare epistolæ D. Iacobi, Petri, & Ioannis, ac Iudæ, dicuntur Canonicæ, seu Catholicæ.* p. 119.
XVI. *De epistola B. Iacobi Apostoli.* p. 110
XVII. *De epistolis D. Petri Apostoli.* p. 112
XVIII. *De epistolis B. Ioannis Apostoli,* p. 114.
XIX. *De Epistola B. Iudæ Apostoli.* p. 116
XIX. *De libro Apocalipsis Ioannis Apostoli.* p. 118
XXI. *De variis versionibus, seu translationibus novi Testamenti.* p. 119

OPUSCULUM II.

RESOLUTIO I.

De Abbatis.

QUÆST. I. *QVid significet nomen Abbas, & quid in eo denotatur?* p. 121
II. *Abbates in multiplici sunt differentia.* ibid.
III. *An benedictio sit necessaria Abbatibus, ut suum munus exequantur;* p. 122
IV. *Abbates aliquando veniunt nomine Monachi, seu Religiosi, ac etiam nomine ordinarij.* ibid.
V. *Abbates Regulares uti possunt insignibus Pontificalibus, & quanam hæc sunt.* p. 123.
VI. *In quibus locis Abbates possunt uti signis Pontificalibus.* ibid.
VII. *An Abbates habentes episcopalem Iurisdictionem possint omnia in suo territorio, quæ Episcopi possunt.* p. 124
VIII. *An Abbates regulares possint suis subditis conferre primam tonsuram, ac minores ordines, cum eisque in interstitiis dispensare.* ibid.
IX. *An Abbates primam tonsuram, ac minores ordines possint suis novitiis conferre.* p. 125
X. *An Abbates possint conferre ordines minores sibi non subditis.* ibid.

XI. *Si aliquis ſecularis, vel regularis alienæ Religionis ſit in minoribus ordinatus ab aliquo Abbate, an tales ordines non ſolum ſint illiciti, ſed etiam invalidi?* p. 126
XII. *An hodie Abbates poſſint conferre majores ordines Diaconatus, & ſubdiaconatus?* ibid.
XIII. *An abbates poſſint miniſtrare Sacramentum confirmationis?* p. 127
XIV. *Vtrum Abbates aſſumi poſſint in Clericorum degradatione?* ibid.
XV. *An abbates vocandi ſint ad concilium generale, vel provinciale, in eoque habeant votum deciſivum?* ibid.

Resolutio. II.

De *Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa.*

Quæst. I. *Abbatiſſa nomine monialis non venit in odioſis, & maximè vero in favorabilibus,* ibid.
II. *De ætate annorum, ac profeſſione Abbatiſſæ eligendæ juxta Tridentinum.* ibid.
III. *Vtrum anni requiſiti à Concilio ad eligendam Abbatiſſam ſint completi, vel ſufficiant incæpti?* ibid
IV. *An duæ conditiones annorum requiſitæ à Concilio ſint ſubſtantiales* idid.
V. *Circa ætatis annos requiſitos, à Concilio à electionem Abbatiſſæ, tres caſus proponuntur, ac reſolvuntur.* p. 129
VI. *Monialis non habens quadraginta annos poterit eligi in vicariam in capite.* ibid.
VII. *Ex quonam tempore Abbatiſſa electa debeat inchoare uſum ſuæ poteſtatis? agiturque de ejus confirmatione.* ibid.
VIII. *Vtrum Monialis illegitima poſſit eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica?* p. 130
IX. *An monialis bigama poſſit eligi in Abbatiſſam abſque Apoſtolica diſpenſatione?* ibid.
X. *An Monialis ex maculoſo genere orta poſſit eligi in Abbatiſſam ſine diſpenſatione?* p. 135
XII. *An fœmina infamis poſſit eligi ad religionis Prælationes.* ibid.
XII. *An Monialis, quæ fuit in ſæculo vidua, poſſit eligi in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica?* ibid.
XIII. *An Prioriſſa, vel Abbatiſſa finito ſuo tempore poſſit iterum immediatè eligi vel ejus ſoror?* p. 132
XIV. *Qualiter ſe debeant habere prælatus, & ſcruratores in electione Abbatiſſæ, & auferant ſuffragium in ipſa?* ibid.
XV. *Qualiter ſe debeat habere ſuperior cum moniales nolunt concordare in electione?* p. 133
XVI. *Cui ſpectat dare ſuffragium in electione Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ?* ibid.
XVII. *An Monialis poſſit ſibimet dare ſuffragium?* p. 134
XVIII. *Poſſintne Moniales per compromiſſum committere electionem prælato præſidenti?* ibid.
XIX. *Quo in loco debeat fieri electio Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ?* ibid
XX. *Qualiter vota Monialium in electione Abbatiſſa hebeant eſſe ſecreta?* ibid.
XXI. *Quid faciendum, ſi una ſcedula ſit vitiata?* p. 135
XXII. *Qui numerus votorum requiritur ad Canonicam electionem Abbatiſſæ?* ibid.
XXIII. *Quanã Abbatiſſæ ſunt benedicendæ?* ibid.
XXIV. *Abbatiſſæ à quo debeant benedictionem accipere, & quo die, ac tempore?* p. 139
XXV. *In quo loco Abbatiſſa ſit benedicenda, & an etiam ipſa valeat benedictionem impendere ſuis Monialibus?* ibid.
XXVI. *An Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa poſſit ſuis monialibus aliquid præcipere ſub peccato mortali?* ibid.
XXVII. *Vtrum Abbatiſſa, ſtante voto obedientiæ, quod ei faciunt Moniales, poſſit præcipere aliquid in virtute ſanctæ obedientiæ, vel in virtute ſpiritu ſancti?* p. 137
XXVIII. *An Abbatiſſæ poſſint aliquid præcipere ſub pœna excommunicationis, ac per modum legis, ſaltem ex poteſtate Pontificis?* p. 138
XXIX. *Vtrum Abbatiſſa poſſit diſpenſare cum ſuis Monialibus circa obſervantias regulæ, ac etiam circa leges Eccleſiaſticas?* ibid.
XXX. *Vtrum Abbatiſſa poſſit irritare vota ſuarum Monialium?* p. 139
XXXI. *Vtrum Abbatiſſa ſuarum Monialium vota poſſit commutare, ac diſpenſare?* ibid.
XXXII. *Abbatiſſa tenetur in conſciencia cogere Moniales ad obſervantiam regularem, delicta punire, & ad indagandam veritatem poteſt juramentum adhibere?* ibid.
XXXIII. *Abbatiſſa nec ſibi, nec ſuis Monialibus poteſt eligere confeſſarium;* p. 140
XXXIV. *An Abbatiſſa poſit recipere novitias, & eas ad profeſſionem admittere ſine licentia ſui ſuperioris;* ibid.
XXXV. *An Abbatiſa habeat liberam adminiſtrationem bonorum temporalium conventus & an valeat ſuper illos contrahere?* ibid
XXXVI. *An Abbatiſſa, vel Prioriſſa ſuis Monialibus poſſit concedere facultatem largiendi, & poſſidendi, ac accipiendi de bonis ad earum uſum conceſſis?* p. 141
XXXVII. *An & quando Abbatiſſa poſſit extraneis concedere facultatem ingrediendi clauſurã monaſterij, vel ipſa poteſt ab ea exire?* ibid.
XXXVIII. *An & qualiter Abbatiſſa poſſit conferre beneficia Eccleſiaſtica, clericos, & capellanos inſtituere?* p. 141
XXXIX. *An Abbatiſſa poſſit impedire ſubditæ Moniali ne utatur licentia ſibi à Prælato data* ibid.

Resolutio III.

Abortus, ſeu Aborſus.

Quæst. I. *Quid ſit Aborſus, & quàm grande crimen?* p. 142
II. *Proponitur conſtitutio rigoroſa Sixti V. contra procuratores aborſuum.* p. 143
III. *Proponitur moderatio Gregorij XIV. ad prædictam conſtitutionem.* ibid.
IV. *Quando proles animatur anima rationali.* ib.
V. *An procurans aborſum ante animationem incidat in cenſuras: & an aliquando hoc ſit licitum?* p. 144
VI. *An liceat procurare aborſum fœtus non animati ad evitandum periculum vitæ, & infamiæ alicujus puellæ prægnantis?* ibid.
VII. *An*

VII. *An procurantes, & intendentes, cooperantes, & consulentes aborsum fœtus animati sint excommunicati, ac irregulares?* p. 145
VIII. *An applicans fœminæ remedia sterilitatis incurrat in censuras?* ibid.
IX. *An procurans aborsum, in dubio, an fœtus sit animatus, censendus sic irregularis?* p.146
X. *An aliquando liceat consulere aborsum? & agitur de eo, qui revocat consilium datum.* ibid.
XI. *Vtrum procurantes aborsum effectu non secuto, vel qui de eo dubitant, sint excommunicati;* p.147
XII. *An qui approbat abortum jam factum incidat in pœnas Sixti V.* ibid.
XIII. *An ex ignorantia, vel metu, seu casuali eventu, quis excusetur ex secuto effectu.* p.148
XIV. *Circa mulierem prægnantem infirmam; multi casus resolvuntur.* ibid.
XV. *Quis possit absolvere ab excommunicatione incursa propter abortum.* p.149
XVI. *An confessarij regulares possint absolvere sæculares ab excommunicatione contracta ex abortu?* ibid.
XVII. *Quisnam possit dispensare in irregularitate contracta ex abortu? Agitur de Episcopis, ac Prælatis Religionum?* p. 150
XVIII. *An Prælati Regulares possint habilitare ad officia suos subditos regulares, qui procurarunt abortum?* p. 151

Resolutio. IV.

Absolutio secundum se.

Quæst. I. *Vtrùm absolutio Sacramentalis proferenda sit semper verbis?* p.151
II. *An in extrema necessitate sacerdos mutus signis, & nutibus possit ministrare Sacramentum;* ibid.
III. *De forma absolutionis in Sacramento pœnitentiæ,* p.152
IV. *Quàm utile sit in verbis formæ ponere clausulam*: quidquid boni feceris: *& de instanti in quo producunt gratiam?* ibid.
V. *Vtrùm sit valida absolutio sub conditione de præsenti, præterito, vel futuro?* p.153
VI. *An si quis in forma absolutionis, ac aliorum Sacramentorum mutet verba retinendo legitimum sensum, peccet mortaliter?* ibid.
VII. *An eodẽ verbo* absolvo *possit confessarius absolvere pœnitentẽ à peccatis, ac cẽsuris?* p.154
VIII. *An necessario semper absolutio danda sit in ipsa confessione?* ibid.
IX. *An si quis bona fide confiteatur cum simplici sacerdote de venialibus, ac mortalibus valida sit absolutio?* ibid.
X. *An sacerdos regularis possit validè, & licitè absolvere ab omnibus venialibus, ac mortalibus jam confessis sine licentia suorum Prælatorum?* ibid.
XI. *An possit absolvi, qui in occasione peccandi est, retinens, verbi gratia, concubinam in domo?* p.155
XII. *An ex aliqua circunstantia absolvi possit concubinarius, non rejectâ concubinâ è domo?* ibid.
XIII. *Vtrum possit absolvi pœnitens, qui sæpius relabitur in eadem peccata, v. g. periurium, mollitiem, quorum occasionem nullo modo, aut vix expellere potest.* p.156
XIV. *An absolvi possint adolescentes, qui cum fœminis versantur, laborando, vel conversando cum ex tali occasione peccent mortaliter consensu, tactibus, & copula.* ibid.
XV. *An possit confessarius differre absolutionem pœnitenti per aliquod tempus, ob occasionem proximam in qua versatur.* ibid.
XVI. *An Confessarius possit absolvere complicem sui peccati, cum quo peccavit.* p.157

Resolutio V.

Accusare, seu Accusator.

Quæst. I. *Quid sit accusatio, & quomodo distinguatur à denuntiatione, ac querela.* p.158
II. *Quæ conditiones requirantur ad veram accusationem.* ibid.
III. *Vtrum procedere via accusationis conveniens sit inter Religiosos.* p.159
IV. *Quilibet Religiosus si velit poterit alterum accusare, tam pro damno sibi, quam Religioni illato.* ibid.
V. *Respectu accusationis maximè considerandum, si delictum est factum, vel faciendum, & est in ministris de justitia.* p.160
VI. *Religiosus potest suum Prælatum accusare, & utique necessariæ expensæ sunt dandæ à Conventu.* ibid.
VII. *Religiosi non possunt esse authores, seu accusatores in judicio forensi sine licentia suorum Prælatorum.* p.161
VIII. *Propenuntur aliqui casus, in quibus Regulares sine Superioris licentia possunt agere in judicio.* ibid.
IX. *Qualiter, & quomodo Religiosus possit eligere Procuratorem.* p.162
X. *Qualiter, & quomodo accusatio apud judices sæculares in causa criminali sit prohibita Monachis,* ibid.
XI. *An Regularis sit immunis ab irregularitate accusans coram sæculari, cum protestatione ob suam suorumque causam, etiam comprehenso latrone.* p.163
XII. *An dentur aliqui casus, in quibus Religiosi absque protestatione, & irregularitate accusent coram judice sæculari, licet ipse damnet ad mortem.* ibid.
XIII. *Vtrum Religiosus omittens protestationem ex oblivione in causa criminis incurrat irregularitatem.* p.164.
XIV. *An Regulares, incurrant irregularitatem accusando in causa criminis coram judice sæculari, cum aliud detur medium ad evitandum damnum.* ibid.
XV. *An si totus Conventus constituat Procuratorem ad accusandum secuta morte sint omnes irregulares.* p. 165
XVI. *An totus Conventus possit accusari, ac criminaliter puniri.* ibid.
XVII. *Religiosi non possunt accusari à laico, vel à Religiosis alterius Ordinis.* ibid.
XVIII. *An Prælatus teneatur aliquando non acceptare accusationem, & acceptam absolver*

ſolvere, ac impedire accuſatorem, ne perſequatur? ibid.
XIX. An accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione incepta, ſi de reo in particulari non conſtat? p.166
XX. An ſubditus teneatur accuſare, vel denuntiare, quando certo ſcit Prælatum, nullum remedium adhibiturum? ibid.
XXI. Explicantur tria vitia, quæ contingere poſſunt in accuſatione. ibid.

Resolutio VI.

Advocatus.

Quæst. I. Religioſi interveniente licentia Prælati, & vtilitate conventus poſſint eſſe advocati, ſeu procuratores pro ſæcularibus in judicio forenſi civili. p.166
II. An officium procuratoris ſuſceptum à Religioſo ſine licentia Prælati ſit irritum, & quam neceſſaria ſit hæc licentia pro omni caſu? p.167
III. An Religioſus de alterius mandato ſaltem poſſit conſtituere procuratorem, aut ſubſtituere ſine ſui proprij Prælati licentia? ibid.
IV. Vtrum ſi poſt litem conteſtatam, Procurator alicujus ingrediatur religionem, poſſit tunc illam cauſam proſequi? p. 168
V. Prælatus regularis, tenetur Religioſo reo dare advocatum, & an hic poſſit eſſe ſæcularis? ibid.

Resolutio VII.

Alienatio.

Quæst. I. Quid ſit alienatio? p.168
II. De multiplici prohibitione, quæ datur de rebus Eccleſiæ non alienandis, maximè de extravagante Ambitioſæ. p. 169
III. Proponitur aliud decretum Vrbani VIII. prohibentis alienationem rerum Eccleſiaſticarum. ibid.
IV. Explicantur quinque caſus excepti à jure; in quibus licitæ ſunt rerum Eccleſiaſticarum alienationes. p.170
V. An in his prædictis caſibus, ut fiat alienatio conſulenda ſit Sacra Congregatio. ibid.
VI. Quæ ſolemnitates requirantur ex jure ad alienandam rem Eccleſiaſticam. ibid.
VII. Proponuntur aliqui caſus in quibus licita eſt alienatio, vel pigneratio rerum monaſterij abſque ſolemnitate juris, vel licentia ſedis Apoſtolicæ. p. 172
VIII. Quænam ſunt bona, quæ alienari prohibentur ab Eccleſiaſticis. p. 173
IX. Pecunia ſervata in arca Monaſterij, quam naturam habeat, & quomodo expendi valeat p. 174.
X. Quomodo, & pro quo tempore poſſint Regulares res locales conventus conducere. ibid.
XI. Ad Majorem cognitionem hujus, explicatur, quid ſit locatio, Emphyteuſis, & feudum. p.176.
XII. Vtrum Regulares poſſint bona immobilia ſuorum conventuum infeudare, ſeu emphyteuticare. ibid.
XIII. An Regulares poſſint tranſigere, aut compromittere ſuper bonis monaſterij. p.177
XIV. Vtrum, ſtante prohibitione Apoſtolica, poſſint Regulares fide jubere pro aliis, aut etiam cumipſis contractum aſſecurationis inire. ibid.
XV. An regulares bona mobilia precioſa monaſterij poſſint oppignerare. p. 178
XVI. An Regulares poſſint ſuper bona ſua conſtituere contractus ad uſum vitalitios, vel precarios? ibid.
XVII. An Regulares poſſint bona unius Monaſterij ad aliud Monaſterium transferre, eiſque illa donare, vel cum altero monaſterio bona ſua permutare, ac ei accommodare? p.179.
XVIII. Vtrum Regulares ſuper pecuniam poſſint inire contractum ſocietatis, vel montis pietatis, vel recipere ad cambium, aut mutuum cum ſolutione lucri ceſſantis, vel alios ſimiles contractus? ibid.
XIX. Qualiter ſe debeant habere Regulares in extinguendo, ac redimendo cenſu? p. 180
XX. An res gravatas debitis alienis poſſint Regulares alienare? p.181
XXI. An Regulares ſine licentia ſacræ Congregationis poſſit alienare bona ſibi relicta tali conditione, ut ea libere poſſint alienare? ibid.
XXII. Vtrum poſſint Regulares alienare bona immobilia, quæ tempore facta ſunt inutilia? p.182
XXIII. Vtrum Regulares ſine debita ſolemnitate gregem pecudum, armentum boum vendere, & arbores cædere in ſuis prædiis valeant. ibid.
XXIV. An Religioſi, poſſint alienare reliquias ſanctorum, ac oblationes ex devotione fidelium. p. 183
XXV. An Regulares poſſint alienare capellas ſuæ propriæ Eccleſiæ. p. 184
XXVI. An Regulares non obſtante prohibitione Apoſtolica, poſſint repudiare hæreditatem Monaſterio relictam, non ſervata ſolemnitate requiſita ad alienationem. ibid.
XXVII. In quas pœnas incidant Regulares alienantes bona Eccleſiaſtica. p. 185
XXVIII. An bona confraternitatis, collegij, Congregationis, ac Hoſpitalis alienari poſſint. p.166.

Resolutio. VIII.

Altare.

Quæst. I. Quid & quotuplex ſit altare p.186
II. An altaris conſecratio in omni caſu pertineat ad Epiſcopum, & qualiter Religioſi ſe debeant habere cum eis p.187
III. Vtrum Abbates, & alij Religioſi habeant ex privilegio, altaria conſecrare. ibid.
IV. Sub peccato mortali celebrandum eſt in altari conſecrato & ſaltem portatili, debet eſſe integrum. p. 188
V. De conſecratione altaris, an neceſſario in eo ponendæ ſine reliquiæ. ibid.

VI. *De reverentia debita altari, ne ſub eo ſint Cadavera, nec cum Epiſcopus celebrat, alius eo die celebret.* p.189
VII. *In quibus locis valeant erigere Altaria?* p.190.
VIII. *An Religioſi nunc poſt Concilium Tridentinum poſſint ex urgenti neceſſitate celebrare privatis in domibus?* ibid.
IX. *Quid ſit Altare privilegiatum, & quàm utiliſſima ſit ejus indulgentia animabus, pluſquam alia, etiam Bullæ defunctorum?* p.152
X. *Sacerdos ad lucrandam indulgentiam defuncto, non eſt neceſſe, quod ſit in gratia; maximè vero pro ſe. Nec numerus ſacerdotum requiritur ad validitatem Altaris?* p. 193
XI. *An altare privilegiatum conceſſum uni Eccleſiæ regularium per communicationem poſſit alia Religio illo uti?* ibid.
XII. *An Miſſa celebranda in Altari privilegiato pro anima Purgatorij liberanda, neceſſario de* requiem *ſit dicenda?* p. 194.
XIII. *An Altaria privilegiata ſint revocata per Paulum V. Annum Iubilæi, ac Bullam cruciatam?* 195.
XIV. *Quot modis Altare conſecratum ſuam amittat conſecrationem.* ibid.

Resolutio. IX.

Annus, Tempus, Dies.

Quæst.I. *Quid ſignificetur per annum denotatum in genitivo, vel in ablativo cum præpoſitione* in, *vel in accuſativo cum præpoſitione* ad *vel* per? 196.
II. *Quomodo intelligendus annus, quando lex utitur præpoſitione* ante, *vel* poſt? ibid.
III. *Quomodo Annus in materia favorabili, vel odioſa ſit explicandus, ac intelligendus?* ibid.
IV. *Quomodo ſit computandus annus biſſextus, ac juxta Kalendarium Gregorij XIII.* p. 197.
V. *An Anni poſſint dici completi quando deſunt pauci dies?* ibid.
VI. *Quodnam tempus dicatur modicum, longum, & antiquum, ac immemorabile?* p.198

Resolutio. X.

Apoſtata, ſeu Apoſtaſia.

Quæst.I. *Quid requiratur ad hoc, ut Religioſus verè, & propriè dicatur Apoſtata, vel fugitivus ſive dimiſſo, vel retento habitu, longo, vel brevi tempore?* p.198
II. *Quæ mora poſt exitum à conventu, ac habitu dimiſſo ſufficiat ad excommunicationem tantum, vel etiam ad apoſtaſiam incurrendam.* p. 199.
III. *An ſit apoſtata, qui ſciens ſuam profeſſionem eſſe validam, eam reclamat, ut à Conventu exeat.* p.200.
IV. *An ſit apoſtata Religioſus tranſiens abſque debita ſuperioris licentia ad aliam religionem arctiorem, vel laxiorem etiam in partibus remotiſſimis?* ibid.
V. *An Epiſcopus regularis renuntians Epiſcopatui ab ipſo depoſitus, ſi non redeat ad monaſterium ſit apoſtata?* ibid.
VI. *Vtrum Religioſus fugiens ex carceribus in quibus ex mandato ſuperioris detinebatur ſit apoſtata, vel fugitivus?* p.201.
VII. *Vtrum Religioſus damnatus ad triremes poſſit ab eis fugere?* ibid.
VIII. *An Religioſus valde Vexatus à ſuo Prælato abſque illius licentia, & ſine peccato poſſit ad ſuperiorem confugere?* p. 202
IX. *Quas pœnas incurrant fugitivi ſive cum habitu, ſive ſine habitu fugientes?* ibid.
X. *Explicantur caſus in quibus ſecundum jus fugitivi excommunicantur?* p.203
XI. *Apoſtatæ an ſint excommunicati ex jure, vel ex peculiaribus conſtitutionibus?* ibid.
XII. *An Apoſtatæ ſint irregulares?* p.204
XIII. *Explicantur aliæ pœnæ, in quibus incidunt Apoſtatæ?* p. 205
XIV. *An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegio Canonis, fori, immunitatis Eccleſiaſticæ?* ibid.
XV. *An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegiis, & indulgentiis ſuæ Religionis?* p.106
XVI. *Bona Apoſtatarum ad quem pertineant?* ibid.
XVII. *Quis valeat Apoſtatas, & fugitivos à cenſuris abſolvere, & cum eis in irregularitate diſpenſare?* p. 207.
XVIII. *Vtrum Religioſus Apoſtata, vel fugitivus poſtquam bonam opinionem recuperaverit, poſſit eligi ad prælaturas ordinis?* ibid.
XIX. *An Prælati Regulares teneantur perquirere Religioſos Apoſtatas, & fugitivos eosque ad Religionem reducere?* p. 208.
XX. *An Religioſi Apoſtatæ, & fugitivi debeant puniri ab Inquiſitoribus?* ibid.
XXI. *Recipientes, auxiliantes, favorem, ac Conſilium dantes Apoſtatis, & fugitivis ipſo facto incidunt in excommunicationem Papæ reſervatam?* p. 209.

Resolutio XI.

Appellatio, ſeu Appellare.

Quæst.I. *Quid, & quotuplex ſit appellatio?* p.210.
II. *Explicantur quinque, quæ ſunt neceſſaria ad appellationem?* p.211
III. *In omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli.* p 212
IV. *An appellatio licita ſit Regularibus?* ibid.
V. *Ad quæ tribunalia, ac judices liceat Regularibus appellare, ac recurrere?* p 213.
VI. *De tuitivis, ac appellationibus ad judices coronæ ut vulgo dicuntur?* p 214.
VII. *An ſubditus injuſtè gravatus teneatur appellare ad ſuperiorem, & an etiam ſuperior teneatur acceptare talem appellationem?* p.215.
VIII. *Quoſnam effectus producat appellatio?* ibid.
IX. *An appellatio ſuſpendat ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti,* p.216.
X. *Explicatur appellatio frivola, quæ etiam non datur, nec à Lege, nec à Iudice?* p.217?

Resolutio XII.

Arma.

Quæst. I. *Quinam ſint Religioſi, qui prohibentur arma tenere inter ſepta Monaſterij, & ſub qua pœna;* p. 217.
II. *Quid dicendum de Regularibus in ſtatu Mediolanenſi?* p. 218.
III. *Vtrum Iudex ſæcularis, ejuſve Miniſtri poſſint inventum regularem armis prohibitis ſpoliare?* ibid.
IV. *An urgente neceſſitate Eccleſiaſticus, ſeu Regularis poſſit uti armis etiam prohibitis?* p. 219.

Resolutio XIII.

Explicantur quædam Axiomata, quæ frequenter veniunt apud Regulares. p. 220.

Quæst. I. *In Religione non ſervantur apices Iuris, ſed ſolum quæ ſunt de ſubſtantia Iuris?* ibid.
II. *Ex quibus argumentum ſumendum, ac formandum ſit?* ibid.
III. *Ex quibus præſumptiones efformandæ?* p. 221
IV. *Quomodo in dubio habendum ſit?* ibid.
V. *In diſpoſitione, rerum, quomodo agendum ſit?* p. 222

Resolutio XIV.

Bannitus.

Quæst. I. *Quid, & quotuplex ſit Bannitus?* p. 223.
II. *Vnicuique licet Bannitum, ſeu proſcriptum occidere quibuſdam conditionibus poſitis?* ibid.
III. *An liceat per inſidias, & ac proditorie occidere bannitum?* ibid.
IV. *An liceat occidere bannitum extra territorium proſcribentis?* p. 224.
V. *An liceat Statutum proponens præmium pro occidente bannitum.* ibid.
VI. *An Bannitus juſte damnatus ad mortem occidere poſſit ſuum aggreſſorem?* p. 225
VII. *An retinere bannitos ſeu decoctores prohibitum ſit Regularibus?* ibid.
VIII. *De conſtitutione Sixti V. in Regno Neapolitano, ac Provincia Aprutij?* ibid.

Resolutio XV.

Beatificatio ſanctorum.

Quæst. I. *Quid ſit beatificatio, & ad quem ſpectat?* p. 226
II. *Quæ differentia detur inter Canonizationem, ac beatificationem.* p. 227.
III. *An de fide ſit ſummum Pontificem non poſſe errare circa beatificationem ſanctorum?* p. 228.
IV. *Quanta certitudine tenendum ſit Pontificem non poſſe errare in beatificatione ſanctorum, & quali cenſura affirmans afficiendus ſit?* p. 229
V. *Quæ requirantur ad Beatificationem?* p. 230.
VI. *Quibus datur officium recitare, & Miſſam celebrare de Dei ſervo Beatificato?* p. 231.
VII. *Suppoſito quod aliquibus conceditur licentia recitandi officium ac Miſſam celebrandi de aliquo Beato, an poſſint licite omnes alij uti tali conceſſione.* p. 233.
VIII. *Explicantur alij cultus, qui poſſunt Beatificato deferri?* p. 234.

Resolutio XVI.

Bellum.

Quæst. I. *Quid, & quotuplex ſit bellum, nominisque ethimologia, & quas conditiones requirat?* p. 235
II. *Vtrum dari poſſit bellum ex utraque parte iuſtum* ibid.
III. *Prælati Eccleſiaſtici ſupremi in temporalibus licite poſſunt indicere bellum?* p. 236.
IV. *Vtrum Eccleſiaſtici poſſint bellum iuſtum ſuadere ad illudque conſilium dare?* ibid.
V. *Vtrum Eccleſiaſtici poſſint aſſiſtere in bello in eoque pugnare?* p. 237
VI. *Vtrum liceat Eccleſiaſticis pugnare in bello juſto ſive defenſivo ſive offenſivo?* ibid.
VII. *Explicantur, & proponuntur aliqui caſus in quibus eccleſaſtici in bello juſto mutilantes, ac occidentes non incurrunt irregularitatem?* p. 238.
VIII. *An Religioſi occidentes, & mutilantes in bello injuſto putato juſto incidant in irregularitatem?* ibid.
IX. *Referuntur aliqui caſus, in quibus milites in bello injuſto excuſantur ab irregularitate?* p. 139.
X. *An milites pugnãtes in bello injuſto ſecuto uno homicidio, fiant omnes irregulares, ſicut & etiam qui ſarcinas cuſtodiunt?* ibid.
XI. *An liceat Eccleſiaſticis expoliare adverſarios, & an ipſi Eccleſiaſtici, reſque Eccleſiaſticæ poſſint expoliari ab adverſariis.* p. 240
XII. *An Prælati Regulares poſſint diſpenſare in huiuſmodi irregularitate orta ex bello?* p. 241.
XIII. *Quid dicendum ſit de Militantibus in bello?* ibid.

Resolutio XVII.

Benedicere, ſeu Benedictio.

Quæst. I. *Quid, & quotuplex ſit benedictio;* p. 241.
II. *Recte, ac ſancte in Eccleſia fiunt benedictiones ad effectus ſupernaturales efficiendos, ac ſignificandos?* p. 242.
III. *Quiſnam poteſt benedictionem impendere publicè, ac ſolemniter?* ibid
IV. *Quænam res Eccelſiaſticæ ſint, quas Prælati Regulares valeant benedicere* p. 243.

Resolutio XVIII.

Bigamia.

Quæst. I. *Vtrum Prælati Mendicantium possint dispensare in Bigamia?* p. 244.

Resolutio. XIX.

Bulla Cœnæ.

Quæst. I. *An quando in Iubilæis, vel privilegio conceditur facultas absolvendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ intelligantur occulti?* p. 247

II. *An privilegia sublata sint per Bullam Cœnæ?* p. 248.

III. *Vtrum Prælati Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere suos subditos ab hæresi occulta.* p. 249

Resolutio XX.

Bulla Cruciata.

Quæst. I. *An Regulares sine suorum Prælatorum licentia possint eligere confessarium qui virtute Bullæ Cruciatæ, à peccatis, ac censuris reservatis eos valeat absolvere?* p. 250

II. *An regulares saltem virtute bullæ Cruciatæ possint absolvi à mortalibus non reservatis per confessarios à suis Prælatis non designatos?* p. 252.

III. *An licitum sit in Ecclesia specialiter interdicta per Bullam Cruciatam mortuum sepelire?* p. 253.

Resolutio XXI.

Canonizatio Sanctorum.

Quæst. I. *Quid sit Canonizatio Sanctorum, quantaque illius certitudo & ad quem spectat?* p. 254

II. *Ad quem in præsenti spectat Canonizatio Sanctorum?* p. 255

III. *Ex quibus desumantur probationes ad canonizationem?* p. 256

IV. *An possit dari Canonizatio alicujus absque miraculis, & agitur de sanctis martyribus?* p. 252.

V. *Qui cultus deferendus sit sanctis Canonizatis, ac beatificatis?* ibid.

VI. *An de sanctis, nec Canonizatis, nec beatificatis speciali bulla, sed longa consuetudine veneratis faciendum sit officium?* p. 248

Resolutio XXII.

Clausura Monialium.

Quæst. I. *An Monialis possit exire à Monasterio absque morbo contagioso, sed tantum qui mortalis judicatur, nisi exeat ad salutis remedium?* p. 259

II. *An Mulier adultera fugiens maritum, vel delinquens ad evitandos ministros justitiæ, violet ingrediens clausuram?* p. 260

Resolutio XXIII.

Confessarij Regularis approbatio.

Quæst. I. *Confessarij Regulares quamvis accipiant jurisdictionem à Papa, indigent approbatione Episcopi.* p. 262

II. *An Regulares sufficientes, & idonei Episcopo præsentati, si absque justa causa non fuerunt ab eo admissi, ac approbati, licite, & valide possint confessiones audire?* ibid.

III. *An possit Episcopus approbare Regulares cum limitatione temporis, loci, personarum, virorum nempe, & non mulierum, vel è contra?* p. 164

IV. *An interveniente justa causa possit Episcopus limitare approbationem Regularis, quoad tempus, & loca, & agitur, quanam sit hæc justa causa?* p. 265

V. *Vtrum Episcopus possit simul privare omnes confessarios unius, vel plurium conventuum, à facultate audiendi confessiones?* ibid.

VI. *An approbatio absolutè data ab Episcopo possit licite absque causa ab eo revocari?* p. 267

VII. *Vtrum approbatio data Regularibus ad bene placitum possit sine causa revocari ab Episcopo?* p. 268

VIII. *Vnde constare potest, quod Episcopus, quod absit, ex odio, & malevolentia erga Regulares, eorum licentias revocet, vel cum limitatione temporis, loci aut personarum concedit?* ibid.

IX. *Vtrum novus Episcopus sine rationabili causa possit approbationes datas Religiosis revocare, eosque iterum ad examen vocare?* ibid.

X. *An approbatus semel in una Diœcesi habeatur ubique approbatus?* p. 276

XI. *Vtrum possit Episcopus punire Regularem qui ab ipso approbatus cum limitatione temporis, vel personarum virtute bullæ, vel Iubilæi audit extra limites?* ibid.

XII. *An simpliciter approbatus in uno Episcopatu, possit per bullam, vel Iubilæum eligi quocunque alio loco, sicut & illo, qui limitate in uno loco est approbatus?* p. 272

XIII. *Vtrum approbatus cum limitatione ex defectu ætatis pro viris, & non fœminis, vel pro uno oppido tantum, sit ab aliis eligibilis per bullam?* ibid.

XIV. *An confessarius qui olim fuit approbatus ab ordinario, sed modo sine causa suspensus possit audire confessiones, sicut ille, qui limitato*

limitato tempore illo tranſacto per Bullam Cruciatam? p.273
XV. *An Regularis approbatus ab Epiſcopo, ſine approbatione ſui Prælati, imo cum illius prohibitione valide audiat confeſſiones?* p. 274
XVI. *In quibus caſibus Epiſcopus Religioſos ſimpliciter, & abſolute approbatos poſſit repellere, ac removere à confeſſionibus audiendis.* p.175
XVII. *An Capitulum ſede vacante poſſit revocare Regularium licentias?* p. 278.
XVIII. *An Religioſus degens extra conventum poſſit confiteri cum ſacerdote ſæculari, vel cum Religioſo alterius ordinis?* p.279

RESOLUTIO XXIV.

De Conſervatoribus.

QUÆST. I. *QVid intelligitur nomine conſervatoris, & à quo, & quibus datur?* p. 280
II. *Quænam perſonæ eligendæ ſint in conſervatores?* ibid.
III. *De obligatione, ac poteſtate conſervatoris.* p.281

RESOLUTIO XXV.

Declarationes Cardinalium, ac Deciſiones Rotæ.

QUÆST. I. *AN declarationes Cardinalium habeant vim legis, & quid ad hoc requiratur?*
II. *Quam vim habeant Deciſiones Rotæ, ac etiam agitur de ſtilo curiæ?* p.284

RESOLUTIO XXVI.

De diſpenſationibus.

QUÆST. I. *VTrum ad diſpenſandum validè in lege humana requiratur verè cauſa?* p. 284
II. *Vtrum diſpenſatio data à ſuperiore ſine juſta cauſa ſit licita.* p.285
III. *Qualenam peccatum ſit diſpenſare in lege humana ſine cauſa.* p.286
IV. *An Prælatus peccet diſpenſando quando dubitat de ſufficientia cauſæ ad diſpenſandum.* ibid.
V. *Quæ cauſa ſit ſufficiens ad juſte diſpenſandum.* ibid.
VI. *Vtrum Prælatus poſſit ſecum immediatè diſpenſare.* p.287
VII. *Vtrum valida ſit diſpenſatio facta à Prælato inferiori in lege ſuperioris, cauſa non juſta, quam bona fide exiſtimabat juſtam* p. 288.
VIII. *Vtrum prægnitio cauſæ neceſſaria ſit ad valide diſpenſandum.* p. 290
IX. *Vtrum ſubditus petendo, procurando, acceptando, utendo diſpenſatione injuſta peccet.* p.291.

RESOLUTIO XXVII.

Poteſtas Eccleſiaſtica ad diſpenſandum.

QUÆST. I. *DE his, in quibus ſummus Pontifex valet diſpenſare.* p.292
II. *De etymologia nominis Archiepiſcopi, Metropolitani, Epiſcopi, & de Archiepiſcopo dum viſitat.* p.293
III. *De poteſtate Epiſcopali ad diſpenſandum in votis, ac juramentis quibuſdam exceptis.* p.294
IV. *De poteſtate Epiſcopali ad diſpenſandum quoad irregularitates, & explicatur quid ſit occultum* p. 295
V. *Poteſtas Epiſcopalis ad diſpenſandum quoad ea quæ pertinent ad matrimonium.* p.296
VI. *De multis aliis rebus, eſto ſuperveniat dubium in quibus Epiſcopus valet diſpenſare-* p.297

RESOLUTIO XXVIII.

Poteſtas Religioſa ad diſpenſandum.

QUÆST. I. *QVænam vota ſuorum ſubditorum poſſint Prælati Regulares diſpenſare.* p.298
II. *Poteſtas Prælatorum quoad vota novitiorum.* p.299
III. *An Prælatus Regularis poſſit irritare, ſeu diſpenſare in votum Religioſi creati Epiſcopi.* p.300
IV. *Prælati Regulares habent poteſtatem ad diſpenſandum in irregularitatibus, ſicut & Epiſcopi.* ibid.
V. *Irregularitas ex defectu animæ triplex, & in qua poteſt Prælatus Regularis diſpenſare.* ibid.
VI. *Quid poſſint Prælati circa irregularitatem corporis defectus.* p.301
VII. *An illegitimi in Religione ſint habiles ad ordines; & an cum eis poſſint Prælati diſpenſare ad dignitates.* ibid.
VIII. *An in foro conſcientiæ Regulares poſſint uti privilegiis antiquis ad ordines ſuſcipiendos ante ætatem deſignatam à Tridentino.* p.302.
IX. *Explicantur irregularitates ex defectu Sacramenti, id eſt Bigamia, ex defectu lenitatis, libertatis, ac bonorum temporalium* p.303.
X. *An Prælati Regulares valeant diſpenſare in Irregularitate ex homicidio voluntario, vel mutilatione.* ibid.
XI. *Quis poteſt diſpenſare in irregularitate proveniente ex rebaptizatione.* p.304
XII. *Per malam ſuſceptionem, & adminiſtrationem ordinis incurritur irregularitas, & qui in ea diſpenſat.* ibid.
XIII. *An Epiſcopi, & Prælati Regulares poſſint diſpenſare cum irregularitate ex hæreſi occulta.* p.305
XIV. *Quid ſit irreguiaritas ex infamia, & quis in ea valeat diſpenſare?* ibid.
XV. *Prælatus, in quocunque loco ſit, poteſt diſpenſare.*

ſpenſare cum ſuo ſubdito etiam à ſe abſenti. p. 306.
XVI. *An valeat diſpenſatio à ſuperiori data ſubdito ignoranti, non petenti, & etiam nolenti.* ibid.
XVII. *An Prælatus non ſolum per tertium, ſed etiam immediatè per ſemetipſum poſſit ſecum diſpenſare.* p. 307
XVIII. *An diſpenſatio negata à majori, poſſit concedi à minori, & an diſpenſatus ad majus ſit diſpenſatus ad minus.* ibid.
XIX. *Vtrum diſpenſatio facta in ſolemni viſitatione non ſolum comprehendat profeſſos, ſed etiam Novitios.* ibid.

RESOLUTIO. XXIX.

Explicatur poteſtas, quam habent Confeſſarij Regulares ad diſpenſandum cum ſæcularibus.

QUÆST. I. *DE poteſtate conceſſa Confeſſariis Regularibus ad diſpenſanda vota, & juramenta.* p. 308
II. *An confeſſarij poſſint diſpenſare in quinque votis Papæ reſervatis, quando ratione neceſſitatis Epiſcopi poſſunt diſpenſare.* p. 309
III. *An Epiſcopi, vel Regulares Confeſſarij, vel quilibet Confeſſarius virtute Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ poſſit commutare juramentum, vel vota jurata.* p. 310
IV. *An Epiſcopi, vel Confeſſarij Regulares, ſeu ſæculares virtute Bullæ, ſeu Iubilæi valeant diſpenſare vota jurata caſtitatis, vel Religionis* p. 311
V. *In quibus irregularitatibus ſæcularium Confeſſores Regulares poſſint diſpenſare.* ibid
VI. *Quam poteſtatem habent Confeſſarij Regulares ad diſpenſandum circa debitum conjugale.* p. 312.

RESOLUTIO XXX.

De Notis Eccleſiæ Dei.

QUÆST. I. *ECcleſia Chriſti valdè excelſa, & ſublimis in omnium oculis.* p. 313
II. *Eccleſia ſancta Dei una eſt.* p. 314
III. *Eccleſia Dei dicitur ſancta.* p. 316
IV. *Rectè ſancta Eccleſia dicitur Catholica.* ibid.
V. *Optimo jure Eccleſia ſancta dicitur Apoſtolica.* p. 317
VI. *Optimo jure Eccleſia Dei dicitur Romana.* p. 318.

RESOLUTIO XXXI.

De Eccleſia materiali, ſeu in particulari ad Sacramenta miniſtranda.

QUÆST. I. *QVid ſit Eccleſia, & quomodo ædificanda, ac benedicenda, ſeu conſecranda.* p. 320
II. *In quibus caſibus polluitur Eccleſia.* p. 321
III. *Quænam partes ſub nomine Eccleſiæ intelliguntur, ut inde ipſa inviolata intelligatur.* p. 322.
IV. *Quæ notorietas, ſeu publicatio requiratur, ut ex illis caſibus Eccleſia habeatur, ut polluta.* p. 323
V. *Quomodo Eccleſia violata reconciliitanda ſit.* p. 324
VI. *An ſi Sacerdos celebret in Eccleſia polluta ipſa maneat reconciliata.* p. 325
VII. *De aliquibus privilegis, quibus gaudent Eccleſiæ Regularium.* ibid.

RESOLUTIO XXXII.

De Eccleſiaſticis quoad eleemoſynam

QUÆST. I. *QVonam jure teneatur Eccleſiaſticus eleemoſynas facere.* p. 327
II. *De quibus bonis teneantur Eccleſiaſtici eleemoſynas facere.* p. 328
III. *Præbendatus Eccleſiaſticus qualem partem ex beneficio debet ſibi aſſumere ad ſui ſuſtentationem, & qualem tenetur in pauperes erogare.* p. 329.
IV. *An Penſionarij ſicut & cæteri beneficiarij teneantur ad eleemoſynas.* p. 331
V. *An beneficiati ex diſtributionibus teneantur ad eleemonyſas.* ibid.
VI. *An Eccleſiaſticus ex ſuperfluis ſui beneficij poßit in theſaurizare ad faciendum unum Hoſpitale, vel Collegium.* p. 332
VII. *An fructus Eccleſiæ expendendi ſint in pauperes illius loci, an etiam poſſint extra illum.* ibid.
VIII. *An Eccleſiaſtici, ſi eleemoſynas debitas non præbeant, non ſolum mortaliter peccent, ſed etiam ad reſtitutionem teneantur.* p. 333.
IX. *An Religioſus factus Epiſcopus abſolvatur à voto paupertatis, ut prodigè largiens non teneatur ad reſtitutionem.* p. 334

RESOLUTIO XXXIII.

De Sanctiſſimo Parente Elia.

QUÆST. I. *AN Epiſtolæ, quæ allatæ ſunt ab Elia ad Ioram Regem, ſint miſſæ ab Elia, & poſt ejus raptum.* p. 335.
II. *Elias maximè à nobis venerandus, invocandúſque eſt.* p. 336
III. *Carmelitæ quolibet menſe una die, non impedita officio nevem lectionum, poſſunt recitare officium de ſancto Elia.* p. 337
IV. *Circa revelationem factam Venerabili Mariæ de Ieſu, qua vidit Sanctum Parentem Eliam, & Henoch Sacram Euchariſtiam recipere è Chriſti manu.* p. 338

& Quæſtionum.

Resolutio. XXIV.

Circa celebratioẽ cujuſdam Capituli.

Quæst. Vnica. *An ejus celebrationem potuerit quidam viſitator impedire.* p. 339

Resolutio XXXV.

De Epiſcopis.

Quæst. I. *An ex diſpenſatione Pontificis poſſit Epiſcopus conſecrari ab uno ſolo Epiſcopo.* p. 342

II. *Vtrùm Epiſcopi jure divino, vel humano poſſint leges condere in ſua Diœceſi.* p. 345.

Resolutio. XXXVI

De Sacramento Euchariſtiæ.

Quæst. I. *Vprema, & alta vigilantia tabernaculum Sacræ Euchariſtiæ cuſtodiendum eſt in Eccleſia* p. 348

II. *Vtrum Regulares valeant exponere publicè abſque Epiſcopi licentia.* p. 349

III. *Quare in ſymbolo fidei de Euchariſtico Sacramento non ſit expreſſa mentio.* pagina 351.

IV. *Vtrùm delinquens fugiens à ſatellitibus ad Sacerdotem portantem Sacram Euchariſtiam, vel ad domum, in qua ipſa eſt pro communicando infirmum gaudeat immunitate Eccleſiæ.* ibid.

V. *Mulier quædam in Sacra Communione ex ore ſuo poſuit Sacram Particulam in linteo, poſtea detulit ſuo Confeſſario quid, debuit ille facere* p. 352

Resolutio XXXVII

De Excommunicatione.

Quæst. I. *Vtrum Religioſi mendicantes, teneantur cenſuris, non expreſſis in jure latis ab Ordinario.* p. 353

Ponuntur caſus ex Concilio Tridentino.

Ponuntur duo caſus ex Gregorio XV. ex Clemente X.

II. *An Capitulum Sede vacante ſuccedat Epiſcopo, quoad Religioſos,* p. 357

III. *Duo Eccleſiaſtici, ſe mutuo percuſſerunt in ſecreto, unus ab altero petivit abſolutionem.* p. 358

Resolutio XXXVIII.

De Tertiariis.

Quæst. I. *Vnde dicantur Tertiarij de pœnitentia.* p. 361

II. *Tertiarij in quanta ſint differentia, & an eorum vivendi modus poſſit dici Ordo, vel Religio.* p. 362

III. *Quænam Religiones habeant Tertiarios.* p. 363.

IV. *Quænam Carmelitæ habent plenariam facultatem Apoſtolicam inſtituendi, ac recipiendi Tertiarios utriuſque ſexus.* p. 364

V. *De gratiis ac privilegiis, quibus gaudent Tertiarij.* p. 366

VI. *Qualiſnam ſit modus vivendi Tertiariorum.* p. 368.

Resolutio XXXIX.

De Interdicto.

Quæst. Vnica. *Vtrùm, quando interdicitur aliqua Parochia, Monaſteria, quæ ſunt in ejus ambitu, interdicto ſubiaceant.* p. 369

Resolutio XL.

De Legibus.

Quæst. I. *Vtrum non ſolum Canonica, ſed etiam Civilis, ac Regis mandatum obligent in conſcientia* p. 373

II. *An lex injuſta valeat obligare in conſcientia.* p. 374

III. *Ex quibus principiis colligendum eſt legem humanam, graviter, vel leviter obligare,* p. 376

IV. *An quando in particulari ceſſat finis legis, ſeu ejus ratio totalis, ceſſet in particulari ejus obligatio.* p. 380

V. *Vtrùm in Religione aliquid, quod non ſit contentum in Regula poſſit eſſe materia legis.* p. 382

VI. *De Religioſo vivente in Religione relaxata* p. 385.

VII. *Inferuntur multa ex dictis valdè utilia ad varios caſus.* p. 386

Resolutio XLI.

De libertate, ſeu immunitate Eccleſiaſtica.

Quæst. I. *Immunitas Eccleſiaſtica eſt de jure divino.* p. 387

II. *Immunitas Eccleſiaſtica in omni Regno eſt de iure Canonico, & ſolvuntur argumenta cujuſdam recentioris.* p. 388

III. *De lege Portugalliæ circa bona immobilia ab Eccleſia acquirenda.* p. 391

Series Reſolutionum,

Resolutio XLII.

De Miraculis.

Quæst. I. *Quid ſit miraculum? & quid ad ejus naturam pertineat.* p. 395
II. *Ex multiplici fine miracula à Deo operantur,* p. 397.
III. *Quomodo vera miracula agnoſcenda? & diſtinguenda ſint ab his, qua fiunt virtute, & pacto dæmonis.* p. 399.
IV. *De miraculis, qua fiunt per ſacras imagines, quomodo, ut vera agnoſcenda.* p. 401

Resolutio XLIII.

An anima Samuelis vere apparuerit Saüli?

Quæst. I. *Proponuntur circa hanc rem variæ ſententiæ.* p. 402
II. *Reſolvitur ſententia pro parte affirmativa* p. 403.
III. *Ponuntur ac ſolvuntur argumenta primæ ſententiæ.* p. 405.
IV. *An defunctorum animæ aliquando veniant ad nos ſuperſtites, ac viventes.* p. 407

Resolutio XLIV.

An aliquando laudabile ſit, vel licitum propria manu mortem comparare.

Quæst. I. *Ponuntur ea, quæ pro voluntariæ morte inflicta, pugnant cum exemplis.* p. 408
II. *Veritas Catholica ſtatuitur magno pondere Doctorum, ac utriuſque juris locis.* p. 409
III. *Probatur eadem veritas D. Thomæ rationibus ac aliis etiam magni ponderis.* p. 410
IV. *Satisfit argumentis ab exemplis, ac ab auctoritate petitis quæſtione prima.* p. 411
V. *Ponuntur, ac ſolvuntur argumenta contra noſtram reſolutionem.* p. 412

Resolutio. XLV.

Vita conſervanda.

Quæst. I. *Vita, etſi multum ſit æſtimabilis, & pro ejus conſervatione laborandum, tamen multa incommoda faciunt, ut ejus finis, & mors deſideretur.* p. 413
II. *Vtrum à lege humana poſſit homo obligari ad exponendam vitam ſuam notabili, ac evidenti periculo ad eam perdendam.* p. 414
III. *Solvuntur exempla, & multi, ac varij caſus appoſiti in argumento.* p. 417

Resolutio. XLVI.

Oracula vivæ vocis.

Quæst. I. *Proponuntur, quæ ſunt certa in hac materia.* p. 418
II. *Ponitur ſententia negans privilegia Regularium eſſe annullata, per revocationem oraculorum.* p. 420
III. *Ponitur ſententia, vera & affirmans prædicta oracula vivæ vocis, eſſe revocata.* p. 421

Resolutio XLVII.

Proceſſiones & præcedentia.

Quæst. I. *Quis poſſit proceſſiones indicere.* p. 422.
II. *Regulares per quos vocandi ſunt, & ſub quibus pœnis.* p. 423
III. *Ad Epiſcopum, ſeu ordinarium pertinet componere differentias inter Clericos, ſeu Regulares, quæ exoriuntur proceſſionum occaſione.* p. 424.
IV. *An Religioſi obligati ad proceſſiones ſub mortali teneantur accedre, & etiam cantare.* ibid.
V. *Quinam Religioſi ſint obligati accedere ad proceſſiones, tum ex privilegio, tum ex conſuetudine.* p. 425.
VI. *Ad quas proceſſiones tenentur regulares accedere.* p. 426
VII. *An Regulares poſſint facere proceſſiones extra proprium conventum.* ibid.
VIII. *De præcedentia inter Cleros, ac Religioſos, & de ipſiſmet religioſis inter ſe.* p. 427

Resolutio XLVIII.

De Sepulturis.

Quæst. I. *An qui inveniuntur mortui in campo veluti duelli valeant excuſari, ut admittantur ad ſepulturam Eccleſiaſticam.* p. 428
II. *An qui moritur ex vulnere accepto in duello, ſit privandus Eccleſiaſtica ſepultura, ſicut & illi, qui inveniuntur mortui, in actu de ſe peccaminoſo? & inde multi caſus reſolvuntur.* p. 429
III. *An ſepultura unius, poſſit alteri donari, ſive vendi.* p. 436

Resolutio XLIX.

De ſuſpenſione, ac ejus abſolutione.

Quæst. I. *An qui abſolutus eſt, vel diſpenſatus ab Epiſcopo, cum crimen eſſet occultum, & poſtea factum eſt publicum ac manifeſtum, indigeatne nova abſolutione vel diſpenſatione.* p. 431.
II. *Vtrum*

II. *Vtrùm ſuſpenſio poſita à jure, & publicè facta, cum non ſit reſervata tolli poſſit ab Epiſcopo.* p.433
III. *An ſuſpenſus ab Ordine inferiori cenſeatur, & habeatur ſuſpenſus ab Ordine ſuperiori, ut illum exercens incurrat irregularitatem, & mortaliter peccet.* p.434

Resolutio L.

De Teſtibus.

Quæst.I. *Regularium nomina teſtium ſintne manifeſtanda.* p.435
II. *An Prælati Regulares, valeant compellere ſuos ſubditos ad jurandum in cauſis civilibus ſæcularium.* p.436
III. *Ad quid teneatur teſtis falſus, cujus teſtimonio, multa damna ſunt illata Reo.* p.437
IV. *In cauſis Religioſorum procedendum eſt ſine ſtrepitu judiciario, ac non ſervatis apicibus juris; & quid ſint iſti apices juris.* p.438

OPUSCULUM III.

De præclara magni parentis Eliæ præeminentia.

Resolutio I.

De magnis prærogativis magni parentis Eliæ.

Quæst.I. *De magnis meritis, ac virtutibus ſanctiſſimi Eliæ.* p.439
II. *Elias valdè præclarus, ac excelſus donis, ac mirabilibus.* p.442
III. *Elias maximè nobilitatur divinis revelationibus, ac cognitione cœleſtium myſteriorum.* Nubecula parva. p.457
IV. *Magnis Elogiis, ac laudibus celebratur Elias in Scriptura, ac Sanctis Patribus.* p.455

Resolutio II.

Quæst.I. *Sanctus Elias Carmelitani Ordinis Fundator, Inſtitutor & Auctor.* p.457
II. *Aperiè refutantur aliquæ opiniones contra propoſitam veritatem.* p.461
III. *Satisfit objectionibus cujuſdam Auctoris moderni.* p.463
Traditio Religionis Carmelitanæ vera, ac firma eſt. ibid.
Antiqui Carmelitæ multum profecerunt ſub doctrina Apoſtolorum. p.464
IV. *Satisfit quibuſdam modernis, qui dicunt Carmelitas deſcendere ab Elia, non tamen ſecundum ſtatum religioſum.* p.465
V. *Explicatur Confirmatio Religionis Carmelitanæ.* p.466

Confirmatio ab Antiquiſſimis Patriarchis.

Confirmatio Religionis Carmelitanæ ex dato titulo à Summis Pontificibus. p.468
Approbatio Carmelitana ex Concilio Lateranenſi. ibid.
Approbatio Carmelitana ab Alexandro tertio, Innocentio tertio, Honorio tertio. ibid.
Approbatio Carmelitana facta in Concilio Lugdunenſi. p.469
VI. *Quare Religio Carmelitana cum tam antiqua ſit, tamen inter Mendicantes ponitur, ac ſcribitur in ultimo loco.* p.470

Resolutio III.

Quæst.I. *IN lege veteri fuerunt vota non ſolum in magnatibus in illa, ſed etiam in illis, qui erant de communi, ac vulgari populo.* p.472
II. *In lege veteri dabatur caſtitatis votum.* ibid.
III. *In Rechabitis probantur vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis quantum pro illa lege antiqua dari poterant.* p.475
IV. *In Eſſenis fuerunt etiam vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, qualia potuerunt eſſe pro illa lege imperfecta, & antiqua.* p.476
V. *Suprema luminaria totius Eccleſiæ Dei, Apoſtoli nempe altiſſima, & conſummata perfectione, ac excellentia fecerunt vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis; & unde hæc vota in iis colligantur.* p.478
VI. *Eximia obedientia, paupertas, ac virginitas in Elia.* p.479
VII. *Eximia obedientia, paupertas, & caſtitas in Eliſæo, ac filiis Prophetarum.* p.481
Obedientia filiorum Prophetarum. p.482
Ingens paupertas in Eliſæo. ibid.
Paupertas filiorum Prophetarum. p.483
Eliſæus, & multi filii Prophetarum eximia puritate, ac caſtitate floruerunt. p.484
VIII. *Ex factis colliguntur vota obedientiæ paupertatis, caſtitatis in Elia, ac Eliſæo, & filiis Prophetarum.* ibid.
IX. *Ex aliis fundamentis probantur vota obedientiæ, paupertatis, ac caſtitatis in Elia, Eliſæo, ac filiis Prophetarum.* p.486.
X. *Stabilitur noſtra ſententia auctoritate Sanctorum Patrum, ac graviſſimorum Doctorum.* p.488
XI. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex ſublimi dignitate Chriſti, ac Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.* p.490
XII. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex imperfectione legis veteris.* p.492
XIII. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex repugnantia cum lege.* p.495
XIV *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex ſumma perfectione legis Evangelicæ, ac ex præclara dignitate Apoſtolorum.* p.496
XV. *Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex auctoritate negativa Scripturæ, & affirmativa D. Thomæ.* p.498
XVI. *Solvitur argumentum, quod ſit ex neceſſitate*

cessuate regulæ, clavium, ac approbationis. p.499
XVII. *Solvuntur tria alia argumenta.* p.500
XVIII. *Explicatur differentia interveniens inter Monachatum legis antiquæ, ac legis gratiæ, & differentia inter utriusque vota.* p.502
XIX. *Ostenditur perseverantia votorum in Carmelitano Ordine ab Elia usque ad præsens tempus per varios status.* p.503

OPVSCVLVM IV.

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ.

QUÆST. I. *Revelatio facta B. Brigittæ, est magnæ auctoritatis, & maximè honorandæ.* p.507
II. *Sancti Ioachimus, & Anna convenerunt ad Conceptionem B. Virginis, non ex carnali concupiscentia, sed ex Dei mandato.* p.508
III. *Dum corpus B. Virginis Mariæ in utero sanctæ Annæ efformatur Angeli præstant obsequium.* p.509
IV. *Hora in qua concepta fuit Sacratissima Virgo rectè dicitur hora aurea, & pretiosa.* p.510
V. *Summam puritatem Virginis Mariæ in sua Immaculata Conceptione apertissimè nobis divinus Spiritus declarat in Scripturis.* p.511
VI. *Sanctissima Virgo maximè Dei potentia custodita est ab omni peccato originali.* p.513
VII. *Sanctissima Maria in primo instanti suæ Immaculatæ Conceptionis, magna gratia fuit communita, ut nullam maculam peccati originalis contraheret.* p.515
VIII. *Mariana immunitas à primordialis delicti labe ex jure Maternitatis astruitur.* p.517
IX. *Immaculata Virginis Deiparæ Conceptio, ab originalis delicti labe ex pura similitudine cum filio Iesu deducitur.* p.520
X. *Veritas Immaculatæ Conceptionis Virginis demonstratur ex perpetua traditione Ecclesiæ ex tempore Apostolorum.* p.522
XI. *Veritas Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ optimè demonstratur ex antiquissimis festivitatibus illius à tempore Apostolorum.* p.523
XII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis ostenditur, ex modo loquendi Conciliorum.* pagina 524
XIII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ declaratur, ac ostenditur auctoritate multorum Summorum Pontificum.* p.525
XIV. *Veritatem Immaculatæ Conceptionis nobis maximè aperit, & declarat Alexander Septimus, in sua Constitutione, quæ breviter proponitur & explicatur.* p.526
XV. *Veritas Immaculatæ Conceptionis Mariæ comprobatur auctoritate Patrum Græcorum.* p.528
XVI. *Veritas Conceptionis Immaculatæ Deiparæ comprobatur testimonio Patrum ex Ecclesia Latina.* p.529
XVII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis probatur auctoritate D. Thomæ, qui semper fuit firmus in hac sententia; & explicatur ejus mens,* p.531
XVIII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis firmatur à gravissimis Theologis in amplissimo milliario, & à præstantissimis Academiis, Imperatoribus, Regibus, ac Dynastis.* p.535
XIX. *Veritas Immaculatæ Conceptionis stabilitur à divina Omnipotentia multis revelationibus, ac miraculis.* p.534
XX. *Immaculata Virginis Mariæ Conceptio etiam rationibus firmatur.* p.536
XXI. *Quare à Deo permissum est, ut aliqui viri Pii de hoc arcano Immaculatæ Conceptionis dubitarent, eorúmque argumenta proponuntur, & solvuntur.* ibid.
XXII. *Veritas Immaculatæ Conceptionis habet abundantissimè omnia requisita, ut à Sede Apostolica definiatur, inde est proximè definibilis.* p.538

INDEX

Locorum Sacræ Scripturæ, quæ in his quatuor Opuſculis continentur.

Littera O. indicat Opuſculum, R. Reſolutionem, Q. Quæſtionem, N. Numerum marginalem, P. Paginam.

TESTAMENTVM VETVS.

Ex Libro Geneſis.

CAPVT I.

Num.1. IN principio creavit Deus cœlum & terram. Opuſc.1. Reſ.1. quæſt.8.num.97.p.16. & O. 4. q. 5. n. 25. p.512

3. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. O.4.q.8.n.49.p.519

5. Factum eſt veſpere, & mane dies unus. O.4.q.4.n.18.p.510

11. Germinet terra herbam virentem & facientem ſemen juxta genus ſuum. O.4.q.5. n.26.p.512

16. Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus,ut præeſſet nocti. O.3.R.2.q.6.n.67. p.471. & O.4.q.6.n.31.p.513

CAPVT II.

Num.23. NUnc os ex oſſibus meis,& caro de carne mea. O.1. R.2. q.5. n.128. p.21. & O.3.R.3.q.12.n.111.p.494

CAPVT III.

Num.5. ERitis ſicut Dii ſcientes bonum, & malum. O.1.R.1.q.7.n.90.p.15

15. Serpenti dixit:inimicitias ponam inter te, & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus. O.4 q.22.n.177.p.539

16. Mulieri dixit:multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios. O.4.q.21.n.170.p.537

19 Pulvis es, & in pulverem reverteris. O.4. q.21.n.170.ibid.

22. Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum. O.1.R.2.q.5. n.187. p.29

24 Collocavit ante Paradiſum voluptatis, Cherubim, & flammeum gladium. O.4. q.5.p.511

CAPVT IV.

Num.26. ISte cœpit invocare nomen Domini. O.3.R.3.q.17.n.47.p.501

CAPVT VI.

Num.3. NOn permanebit ſpiritus meus in homine, in æternum, quia caro eſt. O.1.R.3.q.2.n.467.p.71

9. Noë vir juſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulavit. O.3.R.1.q.1.n.3.p.440. & R.3.q.12.n.103. p.493

12. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram. O.1.R.2.q.5.n.187.p.29

CAPVT VIII.

Num.1. ADduxit ſpiritum ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ. O.4. q.8. n.49. p.519

21. Senſus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. O.2.R.44.q.3.n.16.p.410

CAPVT IX.

Num.1. BEnedixitque Deus Noë & filiis ejus, & dixit ad eos: creſcite, & multiplicamini,& replete terram. O.3.R.3 q.13.n.118.p.495

27. Dilatet Deus Japheth, & habitet in tabernaculis Sem. O.3.R.3.q.12.n.111.p.494

CAPVT XIV.

Num.14. NUmeravit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo; & perſecutus eſt eos uſque Dan.O.1. R.3 q.4.n.335.p.36

CAPVT XV.

Num.17. CVm ergo occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis. O.1. R.2.q.5.n.189.p.29

Index Locorum

CAPUT XVII.

Num.1. DOminus dixit ad eum: Ego Deus Omnipotens: Ambula coram me, & eſto perfectus. O.3.R.1.q.1.n.3.p.440

23. Tulit autem Abraham Iſmaëlem filium ſuum, & omnes vernaculos domus ſuæ, & circumcidit carnem præputii eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Dominus. O.3.R.3.q.12.n.103.p.493

CAPUT XVIII.

Num.2. CVm Abraham elevaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum. O.4.q.1.n.12.p.509

CAPUT XIX.

Num.1. VEnerunt quoque duo Angeli Sodomam veſpere. O.4.q.3.n.14. p.509

33. Et ingreſſa eſt major, dormivítque cum patre ſuo, at ille non ſenſit. O.1.R.4.q.12. n.513.p.77

CAPUT XXI.

Num.23. JVra mihi per Deum, ne noceas mihi & poſteris meis, ſtirpíque meæ. O.4.q.2.n.11.p.509

CAPUT XXII.

Num.17. ET benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. O.4.q.8.n.45. p.518

CAPUT XXIII.

SVrrexit Abraham, & adoravit populum terræ, filios videlicet Heth. O.2.R.43. q.3.n.26.p.406

CAPVT XXVII.

Num.1. SEnuit autem Iſaac, & caligaverunt oculi ejus, & videre non poterat, vocavítque filium ſuum Eſau. O.3.R.3.q.14. n.127.p.497

CAPUT XXVIII.

Num.20. VOvit etiam votum dicens: ſi fuerit Dominus mecum; & cuſtodierit me in via per quam ambulo. O.3.R.3.q.1.n.2.p.472

CAPUT XXIX.

Num.20. SErvivit ergo Jacob prro Rachele ſeptem annis; & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. O.3. R.1.q.1.n.3.p.440

CAPVT XXXI.

Num.13. EGo ſum Deus Bethel, ubi unxiſti lapidem, & votum voviſti mihi: Nunc ergo ſurge & egredere de terra hac; revertens in terram nativitatis tuæ. O.1.R.3.q.8.n.111.p.18

32. Hæc dicens, ignorabat quod Rachel furata eſſet idola Patris ſui. O.1.R.3.q.19. n.451.p.54

CAPUT XLI.

Num.35. QVi jam fututi ſunt, congregat in horrea, & omne frumentum. O.1.R.1.q.8.n.115.p.18

CAPUT XLV.

Num.8. NOn veſtro conſilio, ſed Dei voluntate, huc miſſus ſum: qui fecit me, quaſi Patrem Pharaonis. O.1.R.3. q.4.n.230.p.35

CAPUT XLVII.

Num.22. PRæter terram Sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis. O.2. R.41.q.1.n.3.p.387

CAPUT XLVIII.

Num.15. DEus ante cujus conſpectum ambulaverunt Patres mei, Abraham, & Iſaac. O.3.R.1.q.1.n.3.p.440

CAPVT XLIX.

Num.9. CAtulus Leonis Juda: ad prædam fili mi aſcendiſti. O.4.q.6.n.31. p.513

CAPVT L.

Num.16. MAndaverunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus. O.2.R.33.q.1.n.1.p.335

23. Locutus eſt fratribus ſuis; Poſt mortem meam Deus viſitabit vos Aſportate oſſa mea vobiſcum de terra iſta, in qua mortuus ſum. O.3.R.3.q.12.n.111.p.494

Ex libro Exodi.

CAPUT II.

Num.11. VIdit afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus ſuis. O.1. R.4.q.12.n.553.p.83

15. Qui fugiens de conſpectu ejus, moratus eſt in terra Madian, & ſedit juxta puteum. O.1.R.3.q.337.p.37

CAPUT III.

Num.2. APparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus ardebat, & non combureretur. O.1.R.1.q.8.n.95.p.15. & R.5.q.9 n.109.p.17

6. Abſcondit Moyſes faciem ſuam; non enim audebat aſpicere contra Deum. O.1.R.5. q.7.n.639.p.97

11. Dixit Moyſes ad Deum, quis ſum ego ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto. O.3.R.3.q.6.n.44.p.480

CAPUT IV.

Num.22. HÆc dixit Dominus: Filius meus primogenitus Iſraël: Dixi tibi: dimitte filium meum, ut ſerviat mihi. O.1.R.2.q.2.n.145.p.23

CAPVT VII.

Num.1. DIxitque Dominus ad Moyſem: ecce conſtitui te Deum Pharaonis. O.2.R.42.q.2.n.20.p.399

22. Fece

22. Fecerúntque ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis. O.2.R.44.q.3.n.25. p.411

CAPUT IX.

Num.16. IDcirco poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. O.1.R.3.q.1. n.195.p.31

CAPUT XII.

Num.11. COmedetis feſtinanter: eſt enim Phaſe, id eſt tranſitus Domini. O.1.R.5.q.13.n.698.p.107.

49. In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis. O.2.R.2.q.3.n.172,p.27

CAPVT XV.

Num.1. TUnc cecinit Moyſes,& filii Iſraël carmen hoc,& dixerunt,Cantemus Domino gloriosè. O.1.R.3.q.15.n.322. p.50

CAPUT XVII.

Num.14. DIxit Dominus ad Moyſem:ſcribe hæc ob monumentum in libro. O.1.R.3.q.4.n.232.p.36

CAPUT XIX.

Num.5. ERitis mihi in peculium de cunctis populis,mea eſt enim omnis terra. O.1.R.1.q.1.n.7.p.2

18. Totus enim mons fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſupra eum in igne. O.1. R.3.q.1.n.204.p.32.& O.3.R.1.q.2.n.58. p.450

19. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in majus, & prolixius tendebatur. O.1.R.5. q.1.n.578.p.87

CAPUT XX.

Num.2. NOn aſſumes nomen Domini tui in vanum. O.1.R.2.q.4.n.174: p.28

CAPUT XXIII.

Num.26. NOn erit infœcunda neque ſterilis in domo tua; & numerum dierum tuorum implebo.O.3.R.3.quæſt.13. n.116.p.495

CAPUT XXIV.

Num.18. INgreſsúſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. O.3.R.3.q.14.n.127.p.497

CAPUT XXVIII.

Num.36. FAcies laminam de auro puriſſimo. O.4.q.4.n.17.p.510

CAPUT XXXI.

Num.18. DEditque Dominus Moyſi duas tabulas teſtimonii lapideas, ſcriptas digito Dei. O.1.R.3.q.1.num.191. & 200. p.31

CAPUT XXXII.

Num.15. REverſus eſt Moyſes de monte portans duas tabulas teſtimonii in manu ſua, ſcriptas ex utraque parte,& factas opere Dei. O.1.R.3.q.1 n.200.p.31

31. Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. O.3.R.3.q.14.n.127.p.497

34. Angelus meus præcedet te. O.4.q.6.n.30. p.513

CAPUT XXXIII.

Num.20. OStende mihi faciem tuam: rurſus ait:non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo,& vivet. O.1.R.1.q.3.n.35.p.7. & O.4.q.21. n.170. p.537

CAPUT XXXIV.

Num.1. PRæcide,ait,tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba. O.1.R.3.q.1.n.203.p.32

27. Dixit Dominus ad Moyſem: ſcribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Iſraël pepigi fœdus. O.1.R.3.q.1.n.203.p.32

29. Cúmque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua. O.1.R.3.q.1.n.204.p.32

32. Impletíſque ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam. O.1.R.5.q.1.n.572.p.86

Ex Libro Leviticí.

CAPVT XXVII.

Num.1. LOcutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: loquere filiis Iſraël & dices ad eos: Homo qui votum fecerit,& ſponderit Deo animam ſuam: ſub æſtimatione dabit pretium. O.3.R.3.q.1.n.1.p.472

Ex Numeris.

CAPUT I.

Num.53. POrro Levitæ per gyrum tabernaculi teſtimonii. O.2.R.36. q.1.n.4.p.349

CAPUT III.

Num.7. EXcubent, & obſervent, quidquid ad cultum pertinet. O.2.R.36. q.1.n.4. ibid.

CAPUT VI.

Num.2. VIr, ſive mulier, cum fecerint votum, ut ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare. O.3.R.3. q.2.n.5.p.473

CAPUT XII.

Num.3. ERat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui habitant in terra. O.1.R.3.q.4.n.234.p.36. & O.3.R.3. q.12.n.103.p.493

CAPUT XIII.

Num.34. IBi vidimus monſtra quædam filiorum Enac, de genere giganteo; quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur. O.1.R.2.q.5.n.187.p.29

CAPUT XVII.

Num.8. SEquenti die regreſſus Moyſes invenit germinaſſe virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores. O.4.q.8.n.45.p.518

CAPUT XVIII.

Num.4. SInt autem tecum, & excubent in cuſtodiis tabernaculi, & in myſterio altaris. O.2.R.36.q.1.n.3.p.349

CAPUT XX.

Num.10. AUdite rebelles, & increduli: nunquid de Petra hac vobis aquam poterimus ejicere. Cúmque elevaſſet Moyſes manum. O.1. R.5. q.3. n.602. p.91

CAPUT XXI.

Num.9. FEcítque Moyſes ſerpẽtem æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cum percuſſi aſpicerent ſanabantur. O. 1. R.2. q.1. n.128. p.21

14. Unde dicitur in libro bellorum Domini: ſicut fecit in mari rubro. O.1.R.3.quæſt.4. n.245. p.36

CAPUT XXII.

Num.23. CErnens aſina Angelum ſtantem in via evaginato gladio; avertit ſe de itinere. O.2.R.43.q.3.n.29.p.400

CAPUT XXX.

Num.3. ISte eſt ſermo, quem præcepit Dominus: ſi quis virorum votum Domino voverit, aut ſe conſtrinxerit juramento, non faciẽt irritum verbum ſuum. O.1. R.3. q.1. n.1. p.30

CAPUT XXXIII.

Num.34. ET de Jetebatha venerunt in Hebrona. O.1.R.3.q.4.n.235.p.36

Ex Deuteronomio.

CAPUT VI.

Num.5. DIliges Dominum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. O.1. R.2. q.4 n.174.p.27

CAPUT VII.

Num.14 BEnedictus eris inter omnes populos: non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus. O.3. R.3. q.13. n.115. 116.119. p.495

CAPUT IX.

Num.10. DEdit mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei. O.1. R.3. q.1. n.200. p.31

CAPUT XII.

Num.11. PRimitias manuum veſtrarum: & quidquid præcipuum eſt in muneribus, quæ vovebitis Domino. O. 3. R.3.q.1.n.1.p.472

CAPUT XVII.

Num.8. SI difficile, & ambiguum judicium apud te eſſe perſpexeris: ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniéſque ad Sacerdotes. O.1. R.1.q.7.n.85.p.14. & O.3. R.3.q.16.n.142. p.500

CAPUT XVIII.

Num.15. PRophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies. O.1. R. 1.q.8.n.107.p.17. & O.3.R.3.q.12. n.111.p.494

CAPUT XIX.

Num.25. NOn ſtabit teſtis unus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit, ſed in ore duorum, aut trium ſtabit omne verbum. O.1. R.5. q.2.n.597.p.90.

CAPUT XXV.

Num.4. NOn alligabis os bovis terentis in area fruges tuas. O. 1. R. 2. q.4. n.72. p.27

CAPUT XXXI.

Num.9. SCripſit itaque Moyſes legem hanc, & tradidit Sacerdotibus filiis Levi, qui portabant arcam fœderis Domini. O.1. R.3. q.4. n.232. p.36

CAPUT XXXII.

Num.39. EGo occidam, & ego vivere faciam, percutiam, & ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere. O.2. R.44. q.3. n.22. p.411

44. Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba Cantici hujus in auribus populi. O.1. R.3. q.15. n.22. p.50

CAPUT XXXIII.

Num.3. DIlexit populos, omnes ſancti in manu illius ſunt: & qui appropinquant pedibus ejus. O.2.R.43.q.3.11.22. p.406

CAPUT XXXIV.

Num.5. MOrtuus eſt ibi Moyſes ſervus Domini, in terra Moab, jubente Domino. O.1.R.3.q.4.n 233.p.36

6. Et ſepelivit eum in valle terræ Moab, contra Phogor: & non cognovit homo ſepulchrum ejus uſque in præſentem diem. O.1. R.5.q.19.n.768.p.117

10. Non ſurrexit ultra Propheta in Iſraël, ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem. O.1.R.1.q.3.n.32.p.7

Ex

Ex libro Ioſue.

CAPUT IV.

Num.9. ALios quoque duodecim lapides poſuit Joſue in medio Jordanis alveo, ubi ſteterunt ſacerdotes ; & ſunt ibi uſque in præſentem diem. O.1. R.3. q.5. n.545. p.38

CAPUT VII.

Num.20. REſpondens Achaz Joſue, & dixit ei, Verè ego peccavi Domino Deo Iſraël, ſic & ſic feci. O.1. R.3. q.5. n.245. p.38

CAPUT X.

Num.13. NOnne ſcriptum eſt hoc in libro juſtorum : ſtetit itaque ſol in medio cœli, & non feſtinavit occumbere ſpatio unius diei. O.1.R.3.q.5.n.245.p.38. & O.2.R.42.q 1.n.10.p.396

CAPUT XV.

Num.16. DIxitque Caleb, Qui percuſſerit Cariathſepher, & ceperit eam, Dabo ei Axam filiam meam in uxorem. O.1. R.3. q.5. 245. p.38.

CAPUT XXIV.

Num.26. SCripſit quoque omnia verba hæc, in volumine legis Domini : & tulit lapidem grandem. O. 1. R. 3. q.5. n.243. p.37

29. Poſt hæc mortuus eſt Joſue filius Nun ſervus Domini centum & decem annorum. O.1. R.3. q.5. n.245. p.38

Ex libro Iudicum.

CAPVT I.

Num.34. ARctavitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, ut ad planiora deſcenderent. O.1.R.3. q.5. n.245. p.38

CAPUT III.

Num.15. AOd, qui utraque manu pro dextra utebatur. O.2. R.41. q.2. p.290

CAPUT V.

Num.1. CEcineruntque Debbora, & Barac filius Abinoem in illo die dicentes. O.3. R.3. q.12. n.111. p.494

CAPVT VI.

Num.12. APparuit ei Angelus domini, & dixit ei : Dominus tecum virorum fortiſſime : dixitque ei Gedeon. O. 3. q.12. n.111. p.494

37 Ponam hoc vellus lanæ in area : ſi ros in ſolo vellere fuerit & in omni terra ſiccitas, ſciam quod per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſraël. O.2.R.42 q.2.n.22. p.399

CAPVT IX.

Num.8. IErunt ligna ut facerent ſibi regem, dixerunt Olivæ : Impera nobis. Quæ reſpondit. O.1. R.2. q.2. n.157.p.25

CAPVT XI.

Num.37. DImitte me ut duobus menſibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum ſodalibus meis. O.3. R.3. q.13. n.116. p.495

39. Expletis duobus menſibus, reverſa eſt ad Patrem ſuum, & fecit ſicut voverat. O. 3. R.3. q.1. n.2. p 472

CAPVT XIII.

Num.5. ERit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex utero matris, & ipſe incipiet liberare Iſraël. O.1.R.3.q.6.n.248. p.38

CAPVT XVIII.

Num.29. VOcato nomine civitatis Dan juxta vocabulum patris ſui, quem genuerat Iſraël O.1. R.3. q.4. n.235. p.36

Ex libro Ruth.

CAPVT I.

Num.1. IN diebus unius judicis, quando judices præerant facta eſt fames in terra ; abiitque homo de Bethlehem Juda, ut peregrinaretur. O.1.R.3.q.7.n.256.p.34

CAPUT IV.

Num.20. SAlmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Iſai, Iſai genuit David. O.1.R.3.q.7.n.256.p.34

Ex libro primo Regum.

CAPVT I.

Num.11. DEderis ſervæ tuæ ſexum virilem : dabo eum Domino cunctis diebus vitæ ſuæ, & novacula non aſcendet ſuper caput ejus. O.3.R.3. q.1. n.2. p.472

CAPUT II.

Num.26. PUer autem Samuel proficiebat atque creſcebat, & placebat, tam Deo, quam hominibus. O.1.R.3.q.4.n.234. p.36

30. Nunc autem dicit Dominus : quicunque glorificaverit me, glorificabo eum ; qui autem contemnunt me erunt ignobiles. O. 2. R.42.q.2.n.23.p.399

35. Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciet. O.1.R.3.q.4.n.234.p.36

CAPVT III.

Num.19 CRevit autem Samuel, & Deus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram. O.1.R.3. q.4.n.234 p.36

CAPVT VIII.

Num.1. FActum eſt autem cum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos judices Iſraël. O.3.R.3. q.17. n.149. p.501

CAPUT XVIII.

Num.18. AIt David ad Saül : quis ſum ego, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio Patris mei in Iſraël, ut fiam gener regis. O.3.R.1.q.5.n.4

CAPUT XIX.

Num.20. CUm vidiſſent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam ſpiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipſi. O.3.R.3.q.17.n.147.p.501

CAPUT XXI.

Num.4. NOn habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum, ſi mundi ſunt pueri maximè à mulieribus. O.2.R.45.q.2.n.17.p.415

CAPUT XXIV.

Num.9. ET reſpexit Saül poſt ſe : & inclinans ſe David pronus in terram adoravit. O.2.R.43.q.2.n.16.p.404

CAPUT XXV.

Num.24. PRocidit coram Davide ſuper faciem ſuam, & adoravit ſuper terram, & cecidit ad pedes ejus. O.3.R.1.q.3.n.69.p.452

CAPUT XXVI.

Num.9. NE interficias eum: quis enim extendet manum ſuam, in Chriſtum Domini, & innocens erit ? O. 3. R.3. q.14.n.127.p 497.

CAPUT XXVII.

Num.6. PRopter hanc cauſam facta eſt Siceleg Regum Juda uſque in diem hanc. O.1.R.3.q.8.n.258.p.40

CAPUT XXVIII.

Num.14. VIr ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio, & intellexit Saül, quod Samuel eſſet, & inclinans ſe ſuper faciem, adoravit. O.2.R.43.q.1.n.1. p.402

15. Quare inquietaſti me, ut ſuſcitarer. ibid.

17. Faciet enim tibi Dominus, ut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David. O.2.R.43.q.2.n.16.p.404

CAPUT XXX.

Num.25. ET factum eſt hoc ex illa die, & deinceps conſtitutum, & præfinitum, & quaſi lex in Iſraël uſque in diem hanc. C.1.R.3.q.8.n.258.p.40

Ex libro ſecundo Regum.

CAPUT I.

Num.23. SAül, & Jonathas amabiles, & decori in vita ſua in morte quoque, non ſunt ſeparati: aquilis velociores, leonibus fortiores. O.1.R.2.q.5. n.187.p.29

CAPUT VII.

Num.12. CUmque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, & ipſe ædificabit domum nomini meo. O.1. R.3.q.15.n.319.p.49

13. Stabiliam thronum regni ejus uſque in ſempiternum. O.1.R.4.q.11.n.676.p.105

14. Et ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium, quod ſi inique aliquid egerit arguam eum. O.1.R.2.q.4.n.172.p.27. & R.5. q.11.n.676.p.105

CAPUT XIII.

Num.12. NOli frater mi, noli opprimere me, neque hoc fas eſt in Iſraël. O.1.R.4.q.12.n.553.p.83

CAPUT XIV.

Num.7. ECce conſurgens univerſa cognatio mea adverſum ancillam tuam, & quærunt extinguere ſcintillam meam. O.3. R.3.q.2.n.8.p.473

CAPUT XV.

Num.17. DIxit Abſalon ad Regem David: vadam, & reddam, quæ vovi Domino in Hebron. O.3.R.3.q.1.n.2.p.472

CAPUT XIX.

Num.22. CUr efficimini mihi hodie in ſcandalum ? ergóne hodie interficietur vir in Iſraël ? An ignoro me hodie factum regem ? O.1.R.2.q.6.n.146.p.23

CAPUT XXIII.

Num.2. SPiritus Domini locutus eſt per me : & ſermo ejus per linguam meam. O.1.R.3.q.6.n.66.p.12

Ex libro tertio Regum.

CAPUT I.

Num.37. QUomodo fuit Dominus cum domino meo Rege, ſic ſit cum Salomone, & ſublimius faciat ſolium ejus. O.1.R.3.q.16.n.331.p.51

Num.32. LOcutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque millia. O.1.R.3.q.20. n.376.p.57. & q.18.n.344.p.53.

CAPUT VIII.

Num.9. IN Arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum Iſraël. O.1.R.2.q.4.n.179. p.28. & R.5.q.11.n.674.p.104

CAPUT X.

Num.8. BEati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram te, & audiunt ſapientiam tuam, ſit Dominus Deus tuus benedictus. O.2.R.15.q.1.n.1.p.226

18. Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore:

ebore: & veſtivit eum auro fulvo nimis: & duo leones ſtabant juxta manus ſingulas. O.4.q.6.n.30.31.p.513

CAPUT XI.

Num.30. APprehendenſque Ahior pallium ſuum novum, quo coopertus erat, ſcidit in duodecim partes. O.1.R.2. q.5.n.192.p.30

CAPUT XV.

Num.15. INtulit ea, quæ ſanctificaverat pater ſuus, & voverat in domum Domini argentum, & aurum, & vela. O.3. R.3.q.1.n.2.p.472

CAPUT XVII.

Num.1. DIxit Elias de habitatoribus Galaad ad Achab, vivit Dominus Deus Iſraël in cujus conſpectu ſto, ſi erit ros, & pluvia. O.3.R.1.q.1.n.2.p.439

6. Corvi quoque deferebant & panem & carnes mane, ſimiliter panem & carnes veſperi, & bibebat de torrente. O.3.R 3.q.6.p.480

Expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum. O.2.R.42.q.1.n.8.p.396. O.3.R.1.q.3.n.73. p.453

CAPUT XVIII.

Num.1. POſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam; vade & oſtende te Achab, ut dem pluviam. O. 3. R.3.q.6.n.45.p.480

13. Nunquid non indicatum eſt tibi domino meo, quid fecerim cùm interficeret Jezabel prophetas Domini. O.3.R.3.q.12.n.108. p.494

15. Dixit Elias: vivit Dominus exercituum, ante cujus vultum ſto, quia hodie apparebo ei. O.3.R.1.q.1.n.23.p 439

27. Illudebat illis Elias, dicens: clamate voce majori: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diverſorio eſt aut in itinere. O.1. R.2.q.5.n.187.p.29

39. Quod cum vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus. O.3.R.1.q.3.n.63.p.452

44. In ſeptima autem vice, ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. O.3. R.1. q.3. n.64.65.66.67. p.452. O.4.q.5.n.57.p.521.& q.14.n.91.p.527

CAPUT XIX.

Num.3. TImuit Elias, & ſurgens abiit, quocunque eum ferebat voluntas. O.3.R.3.q.6.n.43.p.480

6. Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: ſurge, comede, & reſpexit, ecce ad caput ſuum ſubcinericium panem. O.3.R.1. q.2.n.21.p.444

8. Comedit & bibit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. O.3. R.1.q.2.n.20. p.444

11. Ait ei egredere, & ſta in monte coram Domino: ecce Dominus, tranſit, ſpiritus grandis, & fortis. O.3. R.1. q.2. n.24. p.444

12. Poſt commotionem ignis, non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. O.3.R.1.q.3.n.73.p.453

14. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Iſrael, prophetas tuos occiderunt. O.3. R.1.q.3.n.27.28.p.445.& R.3.q.12.n.108

18. Derelinquam mihi in Iſraël ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt curvata ante Baal. O.3.R.1.q.2.n.28.p.445

19. Profectus inde reperit Eliſæum filium Saphat arantem in duodecim jugis boum. O.3.R.3.q.16.n.143.p.500

20. Oſculer, oro, Patrem meum, & matrem meam; & ſic ſequar te. O.3.R.3.q.7.n.66. p.484

21. Tulit par boum, & mactavit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & ſurgens abiit & ſecutus eſt Eliam. O. 3. R.3.q.7.n.51.p.482

CAPUT XXI.

Num.18. DEſcende in occurſum Achab Regis Iſraël, ecce ad vineam Naboth deſcendet, ut poſſideat eam, & loqueris ad eum. O.3.R.3.q.6.n.43.p.480

21. Demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem. O. 3. R.1.q.2.n.30.p.446

CAPUT XXII.

Num.20. ET ait Dominus: quis decipiet Achab regem Iſraël, & aſcendat, & cadat in Ramoth. O.1. R.3. q.14. n.302. p.46

Ex libro quarto Regum.

CAPUT I.

Num.3. ANgelus autem Domini locutus eſt ad Eliam, dicens, ſurge, & aſcende in occurſum nuntiorum Regis Samariæ, & dices ad eos. O. 3. R. 3 q. 6. n.43. p.480

8. At illi dixerunt: vir piloſus & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Theſbites eſt. O.3.R.3.q.6.n.47.p.481

15. Locutus eſt Angelus Domini ad Eliam, dicens: deſcende cum eo ne timeas. O. 3. R.3.q.6.n.43.p.480

CAPUT II.

Num.2. DIxit Elias ad Eliſæum: ſede hic, quia Dominus miſit me uſque Bethel. O.3.R.1.q.2.n.35.36 p.446

9. Poſtula quod vis ut faciam tibi antequam tollar à te, qui ait: obſecro ut fiat in me Spiritus tuus. O.3.R.1.q.2.n.40.p.447

11. Ecce currus igneus, & equi ignei diviſerunt utrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cœlum. O.3.R.1.q.1.n.5.p.440

12. Eliſæus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Iſraël, & auriga ejus. O.3.R.1.q.4.n.85.p.456

15. Videntes autem filii prophetarum, qui erant in Jericho, è contra, dixerunt: requievit Spiritus Eliæ ſuper Eliſæum. O.3.R.3. q.7.n.53.p.482

Index Locorum

CAPUT IV.

Num.1. MUlier autem quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliſæum dicens. O.3.R.3.q.17.n.149.p.501

2. Cui Eliſæus dixit: Quid vis ut faciam tibi? dic mihi, quid habes in domo tua. O.3.R.3.q.7.n.60.p.483

23. Vadis ad eum? hodie non ſunt calendæ, neque Sabbathum. O.3.R.1.q.3.n.75.p.454

27. Et ait homo; dimitte illam, anima ejus in amaritudine eſt, Dominus celavit à me, non indicavit mihi. O.1.R.1.q.8.n.95.p.15

38. Dixit Eliſæus uni de pueris ſuis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum. O.3.R.3.q.7.n.55.p.482

39. Egreſſus eſt unus in agrum, ut colligeret herbas agreſtes: invenitque quaſi vitem ſilveſtrem. O.3.R.3.q.7.n.62.p.483

42. Vir quidam venit de Baalſaliza deferens viro Dei panes primitiarum viginti panes hordeaceos. O.3.R.3.q.7.n.61.p.483

CAPUT V.

Num.27. SEd & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo uſque in ſempiternum: & egreſſus ab eo leproſus quaſi nix. O.3.R.3.q.8.n.71.p.485. & q.17.n.149. p.501

CAPUT VI.

Num.1. ECce locus in quo habitemus coram te, anguſtus eſt nobis. Eamus uſque ad Jordanem, & tollant ſinguli de ſilva materias ſingulas. O.3.R.3.q.7.n.57.p.482

5. Accidit, cum unus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam exclamavit & ille. ibid.

12. Dixitque unus ſervus ejus: nequaquam Domine mi Rex, ſed Eliſæus propheta, indicat Regi Iſraël omnia quæcumque locutus fueris. O.1.R.1.q.8.n.95.p.15

CAPUT XX.

Num.10. AIt Ezechias: facilè eſt umbram creſcere decem lineis: nec hoc volo ut fiat, ſed ut revertatur retrorſum decem gradibus. O.2.R.42.q.2.n.22.p.399

CAPUT XXII.

Num.8. DIxit autem Helcias Pontifex ad Saphan ſcribam: librum legis reperi in domo Domini. O.1.R.1.q.3.n.31. p.7

CAPUT XXV.

Num.9. SUccendit domum Domini, & domum Regis: & domos Jeruſalem, & omnem domum combuſſit igne. O.1.R.1.q.3.n.25.p.6

Ex libro primo Paralip.

CAPUT XXIX.

Num.29. GEſta autem David Regis priora, & noviſſima ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis. O.1.R.3.q.8. n.259.p.40

Ex libro ſecundo Paralip.

CAPUT I.

Num.1. COnfortatus eſt ergo Salomon, filius David, in regno ſuo, & Dominus Deus erat cum illo. O.1.R.1.q.3. n.27.p.6

CAPUT V.

Num.9. FUit autem Arca ibi uſque in præcedentem diem. O.1.R.3.q.9. n.266.p.41

CAPUT IX.

Num.29. RElqua autem operum Salomonis priorum, & noviſſimorum ſcripta ſunt in viſione Addo videntis contra Jeroboam. O.1.R.1.q.4.n.47.p.9

CAPUT XXI.

Num.12. ALlatæ ſunt autem ei litteræ, ab Elia propheta; in quibus ſcriptum erat: hoc dicit Dominus. O.2.R.33. q.1.n.1.p.355

CAPUT XXIV.

Num.27. SVmma pecuniæ, quæ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio domus Dei ſcripta ſunt in libro regum. O.1. R.3.q.8.n.262.p.40

CAPUT XXXI.

Num.6. OBtulerunt decimas boum, & ovium, decimaſque ſanctorum, quæ voverant Domino Deo ſuo. O.3.R.3. q.4.n.47.p.481

CAPUT XXXV.

Num.24. QVi ſequebatur eum more Regio, & aſportaverunt eum in Jeruſalem, mortuuſque eſt, & ſepultus in mauſoleo Patrum ſuorum. O.1.R.3.q.21.n.392. p.59

Ex libro primo Eſdræ.

CAPUT I.

Num.2. DOminus Deus cœli, ipſe præcepit mihi, ut ædificarem ei domum in Jeruſalem, quæ eſt in Judæa. O.1.R.1.q.3. n.27.p.6

Ex libro ſecundo Eſdræ.

CAPUT VIII.

Num.1. DIxerunt Eſdræ ſcribæ, ut afferret librum legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraëli. O.1.R.1.quæſt.3. num.36. p.8

Sacræ Scripturæ.

Ex libro Tobiæ.

CAPUT II.

Num.13. VT poſteris daretur exemplum patientiæ ejus, ſicut & ſancti Job. O.1.R.3.q.14.n.303.p.47

CAPUT XIV.

Num.12. NVnc ergo filii audite me, & nolite manere hic: ſed quocumque die ſepelieritis matrem veſtram circa mein uno ſepulchro, ex eo dirigite greſſus veſtros, ut exeatis hinc. O. 3. R. 3. q. 12, n.111. p.494

Ex libro Iudith.

CAPUT IV.

Num.5. SAcerdos etiam Eliachim ſcripſit ad univerſos, qui erant contra Eſdron. O.1.R.3.q.12.n.290.p.45

CAPUT VI.

Num.11. IN diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi. O.1.R.3.q.12.n.293.p.45

CAPUT X.

Num.3. TImpoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis jucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, & aſſumpſit dextraliola. O.1.R.3.q.12.n.553. p.83

CAPVT XV.

Num.9. JOachim Summus Pontifex de Jeruſalem venit in Bethuliam cum univerſis presbyteris ſuis, ut videret Judith. O.1.R.3.q.12.n.288.p.44

Ex libro Eſther.

CAPUT I.

Num.3. TErtio igitur anno imperii ſui fecit grande convivium cunctis principibus, & pueris ſuis. O.1.R.3.q.13. n.301.p.46

CAPUT IX.

Num.20. SCripſit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis comprehenſa miſit ad Judæos, qui in omnibus Regis provinciis morabantur. O.1.R.3.q.13.n.299. p.46

29. Scripſerunt Regina Eſther filia Abihail, & Mardochæus Judæus, etiam ſecundam Epiſtolam. ibid.

CAPUT XII.

Num.4. REx autem quod geſtum erat, ſcripſit in commentariis, ſed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. O.1.R.3.q.13.n.299.p.46

CAPUT XV.

Num.12. EGo ſum frater tuus noli metuere, non morieris: non enim pro te, ſed pro omnibus conſtituta eſt hæc lex. O.4.q.21.n.172.p.538

15. Tulit virgam auream & poſuit ſuper collum ejus. O.4.q.4.n.17.p.510

Ex libro Iob.

CAPUT I.

Num.1. VIr erat in terra Hus nomine Job, & erat vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. O.3.R.3.q.12.n.105.p.495

6. Cum veniſſent filii Dei, ut aſſiſterent coram Domino, adfuit etiam Satan. O.1. R.3.q.14.n.307.p.46

12. Dixit ergo Dominus ad Satan: ecce univerſa quæ habet in manu tua ſunt. O.1. R.3.q.14.n.307.p.47

22. In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis: neque quid contra Deum locutus eſt. ibid.

CAPUT II.

Num.9. DIxit illi uxor ſua: adhuc tu permanes in ſimplicitate tua benedic Deo, & morere. O.1.R.2.q.5.n.188. p.116. & 15.n.96. p.29

CAPUT III.

Num.3. PEreat nox, in qua dictum eſt conceptus eſt homo. O.4.q.7.n.40. p.116. & q.15.n.96. p.528

CAPUT VIII.

Num.8. INterroga generationem priſtinam, & diligenter inquire Patrum memoriam, & ipſi docebunt te & loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia. O.4.q.15.n.96.p.528

CAPUT X.

Num.7. ET ſcias, quia nihil impium fecerim, cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere. O.1.R.3.q.4.n.334.p.36

CAPUT XIX.

Num.23. QVis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei; quis mihi det, ut exarentur in libro ſtylo ferreo. O.1.R.2. q.3.n.223.p.34. & q.14.n.304.p.47

25. Scio enim quod redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum. ibid.

CAPUT XXXI.

Num.35. QVis mihi tribuat auditorem, ut deſiderium meum audiat omnipotens: & librum ſcribat ipſe qui judicat. O.1.R.3.q.24.n.303.p.47

CAPUT XLII.

Num.7. IRatus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum ſicut ſervus meus Job. O.1.R.3.q.14.n.30.p.48

Ex Pſalmis.

PSALM. I.

Num.3. ET erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. O.4.q.19.n.151.p.534

PSALM

Index Locorum

PSALM. II.

Num.6. EGo autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præceptum ejus. O.2.R.30. q.30 n.16.p.316

7. Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. O.1.R.2.q.2.num.146. p.23

8. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. O.1.R.2.q.2.n.147.p.25

PSALM. VI.

Num.7. LAboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo. O.1.R.3.q.4.n.234.p.36

PSALM. VIII.

Num.4. VIdebo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas quæ tu fundasti. O.1.R.3.quæst.1.n.202.p.31

8. Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves & boves universas, insuper & pecora campi. O.2.R.44.q.3.n.23.p.411

PSALM. XIII.

Num.2. DOminus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum. O.1.R.3. q.1.n.195.p.31

3. Non est intelligens, aut requirens Deum omnes declinaverunt, & simul inutiles facti sunt. O.4.q.21.n.169.p.537

PSALM. XV.

Num.8. PRovidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commovear. O.1.R.3. q.15. n.316. p.49

10. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. O.4.q.21.n.173.p.538

PSALM. XVIII.

Num.5. IN omnem terram exivit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. O.1.R.5.q.1.n.585.p.88

6. In Sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. O.2.R.30.q.1.n.6.p.314

7. A summo cœlo egressio ejus. O.4.q.7.n.37. p.515

PSALM. XXI.

Num.26. VOta mea reddam in conspectu timentium eum. O.3.R.3.q.1. n.1.p.472

PSALM. XXIII.

Num.2 SUper maria fundavit eum, & super flumina præparavit eum. O.2. R.30.q.1.n.2.p.315

PSALM. XXX.

Num.6. IN manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Deus veritatis. O.4.q.21.n.171.p.539

PSALM. XXXI.

Num.1. BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. O.1.R.3.q.15.n.316.p.49

PSALM. XXXII.

Num.7. COngregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos. O.1.R.1.q.9.n.113.p.18

PSALM. XXXIX.

Num.9. IN capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam Deus. O.2.R.41.q.3.n.41.p.395

9. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. O.1.R.3.q.4.n.243.p.36

18. Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei. O.3.R.3. q.5. n.31.p.438

PSALM. XLIV.

Num.2. LIngua mea calamus scribæ, velociter scribentis. O.1. R. 1. q. 6. n.65. p.12

14. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. O.1.R.2.q.1.n.128.p.21

PSALM. XLV.

Num.5. FLuminis impetus lætificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum altissimus O.2.R.35.q.3.n.16. p.345. & O.4.q.7.n.37.p.515

PSALM. XLVIII.

Num.4. OS meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam. O.1.R.1.q.6.n.67.p.12

6. Iniquitas calcanei mei circumdabit me. O.4.p.22.n.188.p.540

PSALM. L.

Num.7. IN peccatis concepit me mater mea O.4.q.9.n.54.p.521

18. Holocaustis non delectaberis. O.4. q.2. n.10. p.509

PSALM. LIII.

Num.8. VOluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine. O.3.R.3.q.3.n.21.p.476

PSALM. LV.

Num.12. IN me Deus sunt vota tua: quæ reddam, laudationes tibi. O.3.R.3. q.13.n.21.p.476

PSALM. LVII.

Num.8. AD nihilum devenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum. O.2. R.30. q.4. n.20. p.316. & R.31. q.1. n.5. q.320

PSALM. LXX.

Num.15. QUoniam non cognovi litteraturam, introibo potentias Domini, & memorabor justitiæ illius solius. O.4.q.6.n.26.p.512

PSALM. LXXI.

Num.6. DEscendet ſicut pluvia in vellus, ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. O.4.q.6.n.36.p.515

18. Benedictus Dominus Deus Iſraël qui facit mirabilia ſolus. O.2.R.42.quæſt.1.n.3. p.395

PSALM. LXXIII.

Num.16. TUus eſt dies, & tua eſt nox: Tu fabricatus es auroram, & ſolem. O.3.R.2.q.6.n.67. & O.4.q.7.num.41. p.516

PSALM. LXXV.

Num.2. NOtus in Judæa Deus: in Iſraël magnum nomen ejus. O.2.R.5. q.1.n.584. p.88

12. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro, omnes, qui in circuitu ejus affertis munera. O.3.R.3.q.1.num.3.p.472. & q.14.num.126. p.497

PSALM. LXXVII.

Num.14. DEduxit eos in nube diei. O.4. q.16.n.109. p.529

25. Panem Angelorum manducavit homo: Cibaria miſit eis in abundantia. O.3.R.1. q.2.n.20. p.444

69. Ædificavit ſicut unicornium, ſanctificium ſuum quam fundavit in ſæcula. O.4. q.6.n.34.p.514. & q.9.n.53.p.520

PSALM. LXXVIII.

Num.1. DEus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum. O.3.R.2.q.12.n.110. p.494

PSALM. LXXXV.

Num.10. QUoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus. O.2.R.2.q.1.n.3.p.395

PSALM. LXXXVI.

Num.6. DOminus narrabit in ſcripturis populorum, & Principum eorum, qui fuerunt in ea. O.1.R.1.q.9.n.2. pag.2

7. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. O.4.q.7.n.37.p.515

PSALM. LXXXVIII.

Num.11. TU humiliaſti, ſicut vulneratum, ſuperbum in brachio virtutis tuæ. O.1.R.1.quæſt.5.num.188.pag.29

PSALM. XC.

Num.5. SCuto circumdabit te veritas ejus, non timebis à timore nocturno. O.4.q.1.n.151.p.534

PSALM. XCII.

Num.5. DOmum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudine dierum. O.2.R.30.q.3.n.16.p.316. & O.4.q.9.n.53. p.520

PSALM. XCVI.

Num.3. IGnis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. O.3.R.1.q.2 n.49.p.448

PSALM. XCVIII.

Num.6. MOyſes & Aaron in Sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. O.1.R.3 q.15.n.315.p.49.

PSALM. CI.

Num.26. INitio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. O.1.R.3.q.1.n.202.p.31

PSALM. CIII.

Num.18. HErodii domus dux eſt eorum: montes excelſi cervis: Petra refugium herinaciis. O.1.R.4.quæſt.10. n.529.p.79

PSALM. CV.

Num.2. QUis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus. O.2.R.42.q.2.n.14.p.398

PSALM. CIX.

Num.1. DIxit Dominus Domino meo ſede à dextris meis. O.1.R.3.q.15. n.315.p.49

4. In ſplendoribus Sanctorum genui te. O.4. q.9.n.54.p.520

PSALM. CX.

Num.4. MIſericors, & miſerator Dominus eſcam dedit timentibus ſe. O.1.R.1.q.1.n.8.p.3

PSALM. CXV.

Num.11. EGo dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. O.4.q.7.n.43. pag.517

PSALM. CXVIII.

Num.1. BEati immaculati. qui ambulan in lege Domini. O.3.R.1.q.1 n.8.p.441

62. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper judicia juſtificationis tuæ. O.1. R.3.q.4.n.234.p.36

97. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt. O.3.R.3.q.14. n.127.p.497

25. Servus tuus ſum ego: da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua. O.3.R.3. q.13.n.121.p.496

Index Locorum

PSALM. CXXXV.

Num.4. QUi facit mirabilia magna solus. O.2.R.42.q.1.n.3.p.395.& O.4. q.19.n.152.p.534

PSALM. CXLIII.

Num.10. REdemisti David servum tuum de gladio maligni. O.4.q.21. n.171. p.538

PSALM. CXLVII.

Num.19. QUi annuntiat verbum suum Jacob, justitias, & judicia sua Israël, non fecit taliter omni nationi. O.2. R.30. q.1. n.5. p.314

Ex Proverbiis.

CAPVT I.

Num.8. AUdi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo. O.1.R.3.q.16. n.331. p.51

CAPUT VIII.

Num.18. MEcum sunt divitiæ, & gloria, & opes superbæ. O.4. q. 2. n.10.p.509

27. Quando præparabat cœlos aderam; quando certa lege, & gyro vallabat abyssos. O.3.R.3. q.3. n.2

34. Beatus homo, qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad postes ostii mei. O.4.q.15.n.96.p.528

CAPVT IX.

Num.1. IMmolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam, misit ancillas suas. O. 1. R. 1. q. 1. n.10. p.3

CAPUT XVII.

Num.6. GLoria filiorum, parentes eorum. O.4.q.20.n.163.p.536

CAPVT XXV.

Num.1. HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerant viri Ezechiæ Regis. O.1.R.3.q.16.n.327.p.50

CAPUT XXVII.

Num.1. NE glorieris in crastinum, ignorans quid superventura pariat dies. O.2.R.45.q.1.n.1.p.413

2. Laudet te alienus, & non os tuum extraneus, & non labia tua. O.1.R.5.q.3.n.600 p.91

CAPUT XXX.

Num.1. VErba congregantis filii vomentis. Visio, quam locutus est vir. O.1.R.3.q.16.n.329.p.51

CAPUT XXXI.

Num.1. VErba Samuelis Regis. Visio, qua erudivit eum mater sua. n.331.

10. Procul & de ultimis finibus pretium ejus. O.4.q.7. n.37. p.515

Ex Ecclesiaste.

CAPUT I.

Num.1. VErba Ecclesiastæ, filii David regis Jerusalem. O.1.R.3.q.17. n.333. p.51

2. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. O.1. R.3. q.17. n.337. p.52

CAPUT II.

Num.9. SUpergressus sum opibus omnes, qui fuerunt ante me in Jerusalem. O.1.R.3. q.17.n.328. p.52

CAPUT V.

Num.3. SI quid voviſti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. O.3. R.3. q.1. n.2. p.472

CAPUT IX.

Num.4. NEmo est qui semper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam. O.2.R.45.q.1.n.1.p.413

CAPUT XII.

Num.9. CUm esset sapientissimus Ecclesiastes docuit populum, & enarravit, quæ fecerat, & investigans composuit parabolas. O.1.R.3.q.17.n.335.p.52

Ex Canticis.

CAPUT I.

Num.1. OSculetur me osculo oris: quia meliora sunt ubera tua vino. O.1.R.5.q.18.n.340.343.p.52.& R.4.q.12. n.553. p.83

5. Filii matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodivi. O.1.R.3.q.18.n.340. pag.52

7. Si ignoras te ô pulcherrima mulierum egredere, & abi post vestigia gregum tuorum. O.1.R.3.q.18.n.340.p.52

8. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea. ibid. num.346. p.53. & O.4. q.9. n.58. p.522

10. Murenulas aureas vermiculatas argento faciemus tibi. O.4.q.4.n.17.p.510

11. Dum esset rex in acubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. O.4.q.9.n.55.p.521

14. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. O.4.q.9.n.52.p.520

15. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, lectulus noster floridus. ibid.

CAPUT

CAPUT II.

Num.1. EGo flos campi, & lilium convallium. O.4.q.8.n.45 p.518

4 Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. O.1.R.1.q.1.n.10. pag.3

8. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. O.4.q.6.n.33.p.514

9. Similis eſt dilectus meus Capreæ, hinnulóque cervorum, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. O.4.q.6.n.33.p.514

CAPUT III.

Num.6. QUæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris. O.4. q. 2. n.9. p.509

7. En lectulum Salomonis Sexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël omnes tenentes gladios. O.1.R.3. q.18. n.341. p.53. & O.4. q.18. n.150. p.534

9. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas. ibid. pag.53

11. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua. ibid.p.53

CAPUT IV.

Num.1. QUam pulchra es amica mea, quam pulchra es; oculi tui columbarum. O. 2. R. 44. quæſt. 4. num. 37. p.412

4. Quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea. O.1. R.1. q.1.n.10. p.3. & O.4. q.19. n.51. p.520

5. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis. O. 1. R. 1. q.9. n.118. p.19

7. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. O.4.q.5.n.23.p.511. & q.14. n.40. p.516

12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. O.4. q.6.n.32. p.514. q.19. n.151. p.534. & q.20. n.161. p.536

15. Puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. O.4. q.20.n.161.p.536

CAPUT V.

Num.1. VEniat dilectus meus in hortum, & comedat fructum pomorum. O. 4. q.19. n.151. p.534

2. Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. O.4. q.4. n.21. p.511. & q.5.n.24. p.511. & q.7. n.40. p.516

11. Caput ejus aurum optimum: comæ ejus ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi corvus. O.1. R.1.q.9.n.112.p.18. & O.4.q.5.n.27. p.512

CAPUT VI.

Num.8. UNa eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. O.4. quæſt.7. num.39. p.516

9. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata. O. 4. q.15. n.82 p. 525. & q. 7. n. 41. p. 516. & q.5. n. 26. p.512

CAPUT VII.

Num.1. QUam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis: junctura femorum tuorum. O.4. q.5.n.27. p.512

3. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. O.4.q.13.n.82.p.525

7. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & ubera tua botris. ibid.

CAPUT VIII.

Num.1. QUis mihi det te fratrem meum, ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſculer te, & jam nemo me deſpiciat. O.4.q.14.n.92.p.527

8. Soror noſtra parva eſt, & ubera non habet. O.4.q.13.n.82.p.525

Ex Sapientia.

CAPUT III.

Num.1. JUſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. O.2.R.43.q.4.n.31.p.407

14. Spado, qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitavit adverſus Deum nequiſſima; dabitur illi fidei donum electum. O.3.R.3.q.2.n.9.p.473

7. Fulgebunt juſti: & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. O. 1. R.3. quæſt.19. n.350. p.54

CAPUT IV.

Num.11. RAptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius. O. 1. R. 3. q. 19. n.365. p.55

13. Conſummatus in brevi explevit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. ibid.

17. Videbunt finem ſapientis, & non intelligent, quid cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. ibid.

CAPUT IX.

Num.13. QUis hominum poteſt ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus. O. 1. R. 3. q.15. n.350. p.54

CAPUT XI.

Num.24. MIſereris omnium, qui omnia potes. O.4.q.5.n.28.p.513

CAPUT XII.

Num.10. PArtibus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam

niamnequam & natio eorum, & naturalis malitia eorum. O.2.R.44.q.3.n.17.p.410

CAPUT XVI.

Num.12. TUus Domine ſermo, qui ſanat omnia: Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem. O.1. R.1.q.1.n.10. p.3.

Ex Eccleſiaſtico.

CAPVT I.

Num.9. IPſe creavit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumeravit, & menſus eſt eam. O.4.q.5.n.25.p.512

CAPUT XXIV.

Num.20. SIcut cinnamomum, & balſamum aromatizans dedi ſuavitatem odoris, O.4.q.21.n.166.p.537

45. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino. O.1. R.3.q.20.n.379.p.57

CAPVT XLIV.

Num.20. NOn eſt inventus ſimilis illi in gloria qui conſervavit legem excelſi, & fuit in teſtamento cum illo. O.1. R.2.q.4.n.181.p.29

CAPUT XLVI.

Num.1. FOrtis in bello Jeſus Nave, ſucceſſor Moyſi in Prophetis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum. O.1.R.3. q.20.n.374.p.50

5. An non in iracundia ejus impeditus eſt Sol, & una dies, facta eſt quaſi duo. O.2. R.42. q.1.n.12.p.397

23. Et poſt hoc dormivit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ. O.2. R.42. q.1.n.13.p.397

CAPUT XLVIII.

Num.1. SUrrexit Elias Propheta, quaſi ignis, & verbum ſuum, quaſi facula ardebat. O.3.R.1.q.1.n.12.p.442

2. Induxit in populos famem, & irritantes illum, invidia ſua pauci facti ſunt. O.3.R.1. q.2.n.27.p.445

3. Verbo Domini continuit cœlum, & dejecit de cœlo ignem ter. O.2.R.42.q.1.n.12. p.397

4. Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis, & quis poterit ſimiliter ſic gloriari tibi. O.3.R.1.q.2.n.15.p.443

6. Qui dejeciſti Reges ad perniciem, & confregiſti facilè potentiam ipſorum, & glorioſos de lectulo ſuo. O.3.R.1.q.2.n.29.30. 31. & 32. p.445

7. Qui audis in Sina judicium, & in Horeb judicia defenſionis. O.3. R.1. q.3. num.74. p.453

8. Qui ungis Reges ad pœnitentiam, & facis Prophetas ſucceſſores poſt te. R.3.q.16. n.143.p.501

9. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. O.3. R.1. q.2. n.43. p.500

10. Qui ſcriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini: conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Jacob. O.3.R.1. q.1.n.6. p.440

CAPUT L.

Num.29. DOctrinam ſapientiæ, & diſciplinæ ſcripſit, in Codice iſto Jeſus filius Sirach Jeroſolymita, qui renovavit ſapientiam in corde ſuo. O. 1. R. 3. q.20. n.374. p.57

CAPUT LI.

Num.13. EXaltaſti ſuper terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus ſum. O. 1. R. 3. q. 20. n.379. p.57

Ex Iſaia.

CAPUT I.

Num.1. VIſio Iſaiæ filii Amos, quam vidit ſuper Judam, & Jeruſalem. O.3.R.1.q.2.n.16.p.443

4. Væ genti peccatrici populo gravi iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis: dereliquerunt Dominum. O.1.R.2.q.4.n.182. p.29

21. Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os Domini locutum eſt. O.1. R.1.q.6.n.68. p.12. & R.2 q.5. n.192. p.30

CAPUT II.

Num.2. ET erit in noviſſimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles. O.1. R.5. q.1.n.584.p.88 & O.2.R.30. q.1. n.2. p.313

CAPUT V.

Num.1. CAntabo dilecto meo Canticum patruelis mei vineæ ſuæ. O. 1. R.3.q.18.n.345.p.53

2. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio Olei, & ſepivit eam. O. 3. R. 1. q.2. n.57. p.450

CAPUT VI.

Num.2. SEraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant. O.3. R.1.q 1.n.13.p.442

3. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum. O.1.R.5.q.2.n.595.p.90

5. Et dixit, væ mihi, quia tacui, quia vir polluta labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia Sanctis ego habito. O.3.R.3. q.6.n.44.p.480

CAPUT

CAPUT VII.

Num.13. AUdite ergo Domus David, nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo. O.1.R.3.q.1.n.195.p 31

14. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomen ejus Emmanuel, butyrum, & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. O. 1. R. 2. q. 4. n.180. p.28. & O.4. q.21. n.170.p.537

CAPUT VIII.

Num.16. LIga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis, & expectabo Dominum. O.1.R.1.q.9.n.114.p.18

CAPUT XI.

Num.9. QVia repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes. O.1.R.5.q.9.n.661.p.102

CAPVT XII.

Num.3. HAurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, & dicetis in die illa. O.1.R.5.q.1.n.567.p.85

CAPUT XIV.

Num.12. QVomodo cecidiſti de cœlo Lucifer qui mane oriebatis? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes. O.1.R.2.q.4.n.167.p.26

CAPUT XVIII.

Num.1. VÆ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite Angeli veloces ad gentem convulſam, & dilaceratam. O. 2. R.41.q.3.n.27.p.392

CAPUT XIX.

Num.2. COncurrere faciam Ægyptios adverſus Ægyptios, & pugnabit vir contra fratrem ſuum. O. 2. R.30. q. 2. n.14. p.315

17. Et erit terra Juda Ægypto in pavorem: omnis qui illius fuerit recordabitur, & pavebit à facie Conſilii Domini. O. 1. R. 4. q.10. n.535. p.80

CAPUT XX.

Num.3. DIxit Dominus: Sicut ambulavit ſervus meus Iſaias, nudus, & diſcalceatus. O.1.R.2.q.5.n.191.p.30

CAPUT XXI.

Num.5. POne menſam contemplare in ſpecula comedentes, & bibentes: ſurgite Principes arripite clypeum. O. 2. R.36. q.1. n.4. p.349

CAPUT XXX.

Num.2. OS meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. O.1.R.3.q.2.n.114.p.18

CAPUT XXXVIII.

Num.10. EGo dixi: in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. O.1.R.3.q.22.n.396.p.60

CAPUT XL.

Num.17. OMnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram Deo, & quaſi nihilum, & inane reputatæ ſunt ei. O. 3. R.1.q.2.n.57.p.450

8. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: verbum autem Domini manet in æternum. O.1.R.1. q.4.n.37. p.8

CAPUT XLI.

Num.23. ANnuntiate nobis quæ ventura ſunt, & ſciemus, quia dii eſtis vos. O.1.R.5.q.20.n.774.p.118

CAPUT XLIV.

Num.28. QVi dico Cyro: Paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. O.1.R.3.q.4.n.236.p.36

CAPUT L.

Num.4. DOminus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt verbo. O.1.R.3.quæſt.1. n.194. p.30

CAPVT LVI.

Num.3. ET non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis. Qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum. O.3. R.3. q.2. n.7. p.473

CAPVT LX.

Num.16. SVges lac gentium, & mamilla regum lactaberis, quia ego Dominus. O.1. R.1. q.9. n.118. p.19

Ex Ieremia.

CAPVT I.

Num.1. VErba Jeremiæ filii Helciæ, de Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin. O.1.R.3.q.22. n.398.p.60. & O.3.R.1.q.2.n.16.p.443

6. Et dixi A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. O.3.R.3.quæſt.6. n.44. p.480

9. Et dixit Dominus ad me; ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gentes. O.1.R.1.q.6.n.66.p.12

13. Quid tu vides? & dixi: Ollam ſuccenſam ego video, & faciem ejus à facie Aquilonis. O.1.R.1.q.8.n.96.p.16

Index Locorum

CAPUT VI.

Num.13. A Minore usque ad majorem, omnes avaritiæ student. O.4.q.21. n.169.p.537

CAPUT IX.

Num.21. Ascendit mors per fenestras. O.4. q.6.n.33.p.514

CAPUT XIII.

Num.22. NOvum fecit Dominus super terram: fœmina circumdabit virum. O.4.q.25.n.170.p.537

CAPUT XV.

Num.1. ET dixit Dominus ad me, si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ejice illos. O.3.R.1.q.1.n.8.p.440

19. Ante faciem meam stabis: & si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris. O.1.R.1.q.6.n.68.p.12

CAPUT XVIII.

Num.14. NUnquid deficiet nix de petra Libani. O.4.q.7.n.42.p.517

CAPUT XXXI.

Num.31. ECce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Israël, & domui Juda fœdus novum, & non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum. O.1.R.5.q.1.n.575.p.87

CAPUT XXXII.

Num.10. ET scripsi librum, & signavi, & habui testes, & appendi argentum in statera. O.1.R.3.q.22.n.398.p.60

14. Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est. O.1.R.3.q.22.n.398.p.60

CAPUT XXXV.

Num.6. QUi responderunt: Non bibemus vinum, quia Jonadab filius Réchab Pater noster præcepit nobis dicens, non bibetis vinum vos & filii vestri. O.3. R.3 q.3.n.16. & 18. p.475

CAPUT XXXVI.

Num.33. QUi scripsit in eo ex ore Jeremiæ omnes sermones libri, quem combusserat Joakim Rex Juda igni. O.1. R.1.q.5.n.58.p.11

Ex Ezechiele.

CAPUT I.

Num.4. ET vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna & ignis involvens. O.2.R.1.q.8.n.93. p.15

5. Et in medio ejus similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum similitudo hominis in eis. O.1.R.5.q.2.n.595.p.90

10. Facies autem Aquilæ desuper ipsorum quatuor. O.1.R.5.q.7.n.638.p.97

16. Aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris, at una similitudo ipsarum quatuor. O.1.R.1.q.1.n.3.p.2

CAPUT XIV.

Num.14. SI fuerint tres viri isti in medio ejus, Noë, Daniel, Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. O.1.R.3.q.14.n.303.p.47

CAPUT XXVIII.

Num.14. TU Cherub extentus, & protegens & posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum. O.1.R.2.q.4.n.167.p.27

CAPUT XXXIV.

Num.2. HÆc dicit Dominus, væ pastoribus Israël, qui præcedant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? O.1.R.2.q.4.n.181.p.29

CAPUT XXXVII.

Num.4. VAticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida audite verbum Domini; hæc dicit Dominus: ecce ego intromittam in vos spiritum & vivetis. O.1.R.3.q.22.n.399.p.90

22. Et faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israël, & Rex unus erit omnibus imperans. O.2.R.30.q.2.n.13.p.315

Ex Daniele.

CAPUT I.

Num.17. DAnieli autem dedit intelligentiam omnium visionum, & somniorum. O.1.R.1.q.8.n.93.p.15

CAPUT IV.

Num.8. MAgna arbor & fortis: & proceritas ejus contingens cœlum: aspectus illius erat usque ad terminos universæ terræ. O.1.R.1.q.8.n.109.p.17

CAPUT V.

Num.5. IN eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ. O.1.R.1.q.8.n.96.p.16

CAPUT VIII.

Num.1. ANno tertio regni Baltassar Regis visio apparuit mihi, & ego Daniel. O.1.R.3.q.22.n.402.p.61

5. Ecce autem hircus caprarum, veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram. O.1.R.2.q.5.n.192. p.30

CAPUT IX.

Num.1. IN anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum. O.1.R.3.q.22. n.402. p.61

24. Adducatur juſtitia ſempiterna & impleatur viſio & prophetia, & ungatur Sanctus ſanctorum. O. 2. R. 30. quæſt. 3. num. 17. p. 316. & O. 3. R. 3. quæſt. 14. num. 130. p. 498

CAPUT X.

Num. 13. PRinceps autem Regni Perſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus: & ecce Michaël unus de principibus primis. O. 1. R. 3. q. 14. n. 302. p. 46

CAPUT XII.

Num. 3. QUi autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. O. 1. R. 5. q. 20 n. 776. p. 118

4. Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum, uſque ad tempus ſtatutum. O. 1. R. 1. q. 9. n. 114. p. 18

CAPUT XIV.

Num. 35. APprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis ſui. O. 3. R. 1. q. 2. n. 44. p. 448

Ex Oſee.

CAPUT I.

Num. 1. IN diebus Jeroboam filii Joas regis Iſraël. Principium loquendi Domino in Oſee. O. 1. R. 8. q. 23. n. 413. p. 62

2. Dixit Dominus ad Oſee: vade: ſume tibi uxorem fornicationum: & fac tibi filios fornicationum. O. 2. R. 4. q. 12. n. 553. p. 83

CAPUT XI.

Num. 1. QUia puer Iſraël, & dilexi eum: & ex Ægypto vocavi filium meum. O. 2. R. 2. q. 2. n. 145. p. 23

CAPUT XII.

Num. 10. LOcutus ſum ſuper Prophetas, & ego viſionem multiplicavi, & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum. O. 1. R. 1. q. 6. n. 68. p. 12. & R. 3. p. 1. n. 194. pag. 30

CAPUT XIII.

Num. 14. ERo mors tua, ô mors, morſus tuus ero inferne: & conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis. O. 1. R. 2. q. 1. n. 132. p. 21

CAPUT XIV.

Num. 10. QUis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ Domini. O. 1. R. 1. q. 8. n. 114. pag. 21

Ex Amos.

CAPUT I.

Num. 1. VErba Amos, qui fuit in paſtoribus de Thecue, quæ vidit ſuper Iſraël in diebus Oziæ Regis Juda. O. 1. R. 1. q. 6. n. 71. p. 12

CAPUT II.

Num. 9. CUjus altitudo, cedrorum altitudo ejus, & fortis ipſe quaſi quercus, & contrivi fructum ejus deſuper. O. 1. R. 2. q. 5. n. 187. p. 29

Ex Iona.

CAPUT I.

Num. 2. SUrge, & vade in Ninivem civitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia ejus coram me. O. 1. R. 1. q. 8. n. 111. p. 118

CAPUT II.

Num. 2. ET erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus, & oravit Jonas ad Dominum Deum. O. 1. R. 2. q. 1. n. 128. p. 11

Ex Zacharia.

CAPUT IV.

Num. 11. QUid ſunt duæ olivæ iſtæ ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram ejus. O. 3. R. 1. q. 2. n. 61. p. 451

14. Iſti ſunt duo filii Olei, qui aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ. ibid.

Ex Malachia.

CAPUT II.

Num. 7. LAbia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum eſt. O. 3. R. 3. q. 16. n. 142. p. 500

CAPUT III.

Num. 1. ECce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & ſtatim veniet ad templum ſuum. O. 1. R. 3. q. 1. n. 208. p. 32

CAPUT IV.

Num. 5. ECce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & convertat cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum. O. 3. R. 1. q. 1. n. 9. p. 441

Index Locorum

Ex libro primo Machabæorum.

CAPUT I.

Num.65. MUlti de populo Iſraël definierunt apud ſe, ut non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quam coinquinari immundis. O.3.R.3. q.12.n.109.p.494

CAPUT II.

Num.58. ELias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cœlum. O.3.R.1. q.2.n.27.p.445

CAPUT XII.

Num.9. NOs cum nullo eorum indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros. O.1.R.1.q.3.n.28.p.7

Ex libro ſecundo Machabæorum.

CAPUT II.

Num.5. VEniens ibi Jeremias invenit locum ſpeluncæ: & tabernaculum, & arcam & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. O.1.R.1.q.3.n.27.p.6

13. Conſtruens Bibliothecam congregavit de Regionibus libros, & Prophetarum & David, & Epiſtolas Regum & de donariis. O.1.R.1.q.3.n.31.p.7

24. Ab Jaſone Cyræneo quinque libris comprehenſa tentavimus nos uno volumine breviare. O.1.R.1.q.7.n.82.p.14. & R.3. q.14.n.419.p.64

27. Et nobis quid ipſis, qui hoc opus breviandi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, immo vero negotium plenum vigiliarum, ac ſudoris ſuſcepimus. O.1.R.1.q.6. n.74.p.13

CAPUT III.

Num.19. ET virgines, quæ concluſæ erant procurrebant ad Oniam. O.3. q.2.n.13.p.474

CAPUT VI.

Num.10. DUæ mulieres delatæ ſunt natos ſuos circumcidiſſe: quas infantibus ad ubera ſuſpenſis per muros præcipitaverunt. O.3.R.3.q.12.n.110.p.494

11. Qui cum indicati eſſent Philippo flammis ſuccenſi ſunt. ibid.

18. Eleazarus unus de primoribus ſcribarum, vir ætate provectus, & vultu decorus, aperto ore compellebatur carnem porcinam manducare. ibid.

CAPUT VII.

Num.1. COntigit autem & ſeptem fratres unà cum matre ſuâ apprehenſos, compelli à Rege, edere contra fas carnes porcinas. ibid

CAPUT XV.

Num.14. HIc eſt fratrum amator, & populi Iſraël qui multum orat pro populo, & univerſa civitate iſta Jeremias Propheta O.2.R.33.q.1.n.8.p.336

38. Ex illis temporibus ab Hebræis civitate poſſeſſa; ego quoque in his faciam finem ſermonis. O.1.R.1.q.6.n.72.p.13

TESTAMENTUM NOVUM.

Ex D. Matthæo.

CAPUT I.

Num.20. NOli timere accipere mariam conjugem tuam. O.4.q.8. n.44.p.517

CAPUT II.

Num.20. SUrge, accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri. O.1.R.3.q.6.n.248.p.38

3. Vt adimpleretur, quod dictum eſt per Prophetam, quoniam Nazaræus vocabitur. O.1.R.1.q.4.n.52.p.10

CAPUT III.

Num.4. IPſe autem Joannes habebat veſtimentum de pilis Camelorum. O.3.R.3.q.8.n.71.p.485

CAPUT IV.

Num.19. VEnite poſt me, faciam vos piſcatores hominum. O.1.R.5 q.6.n.634.p.96

20. At illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum. O.3.R.3.q.5.n.39.p.479.& q.7. n.58.p.483

21. Et procedens inde vidit alios duos fratres Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum. O.3.R.3.q.7.n.59.p.483

CAPUT V.

Num.2. DOcebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. O.1.R.5.q.1.n.577. p.87

17. Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. O.1.R.1.q.4. n.37.p.8

48. Eſtote ergo vos perfecti, ſicut, & Pater veſter perfectus eſt. O.1.R.5.q.1.n.567. p.85. O.2.R.15.q.5.n.30.p.230

CAPUT VII.

6. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. O.1. R.4.q.12.n.550.p.82

22. Multi dicent mihi in die illa; Domine nonne in nomine tuo prophetavimus & dæmonia ejecimus. O.2.R.15.q.5.n.33.p.231

CAPUT VIII.

Num.13. DIxit Jeſus Centurioni; vade, & ſicut credidiſti fiat tibi, & ſanatus

ſanatus eſt puer in illa hora. O.2.R.42.q.1. n.22.p.397

20. Dixit eis Jeſus : vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos : filius autem hominis, non habet ubi reclinet caput. O.3. R.3.q.5. n.35. p.478

CAPUT IX.

Num.9. ET cum tranſiſſet inde Jeſus, vidit hominem ſedentem in telonio Matthæum nomine, & ait illi ſequere me. O.3. R.3. q.7. n.59. p.483

CAPUT X.

Num.7. EUntes prædicate, dicentes quia appropinquavit regnum Cælorum, infirmos curate. O.2.R.42.q.2.n.16.p.398

9. Nolite poſſidere aurum, neque argentum neque pecuniam in zonis veſtris. O.3.R.3. q.14. n.128. p.497

CAPUT XI.

Num.5. CÆci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt. O.2.R.42.q.2.n.16. p.398

25. Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ quia abſcondiſti hæc à ſapientibus O.1.R.1.q.10.n.123.p.20

28. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos : Tollite jugum meum. O.1.R.5.q.1.n.579.p.88

29. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. O.4.q.21.n.165.p.536

CAPUT XII.

Num.41. VIri Ninivitæ, ſurgent in judicio, cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt. O.2.q.8.n.70

CAPUT XVI.

Num.6. CAvete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. O.4.q.8.n.55. p.521

18. Et ego dico tibi tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. O.2.R.30.q.2.n.11.p.315

24. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. O.3.R.3.q.5.n.40 p.479

CAPVT XVII.

Num.1. ASſumit Jeſus Petrum, & Jacobum & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum. O.3. R.1. q.2. n.28. p.445

4. Domine ſi vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, Eliæ unum. O.3. R.1. q.2. n.56 57.58. p.450

3. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes. ibid.

6. Et audientes diſcipuli timuerunt valde & ceciderunt in facies ſuas. O.1.R.5. q.7. n.70. p.98

11. At ille reſpondens ait : Elias quidem venturus eſt, & reſtituet omnia. O.3.R.1. q.1. n.10. p.441

23. Acceſſerunt ad Petrum, & dixerunt ei Magiſter veſter non ſolvit didrachma. O.2. R.41. q.1. n.3. p.387

26. Aperto ore ejus invenies ſtaterem : illum ſumens da eis pro me & te. O.3. R.3. q.5. n.35. p.478

CAPUT XVIII.

Num.1. QUis putas major eſt in regno cœlorum. O. 4. q.21. n.165. p.536

8. Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te : abſcinde eum, & projice abs te : Bonum tibi eſt, &c. O.1.R.2.q.2.n.157.p.25

18. Quæcumque ligaveritis ſuper terram ligata erunt in cœlo, & quæcumque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlo. O.2. R.35. q.2. n.24. p.346

CAPVT XIX.

Num.12. SUnt eunuchi, qui de matris utero nati ſunt : & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus. O.2. R.3.q 2. n.7. p.143

21. Ait illi Jeſus, ſi vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus. O. 1. R.2. q.4. n.174. p.28

27. Dixit Petrus ad Jeſum : ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te : quid ergo erit nobis. O.3.R.3.q.5.n.39 p.479

29. Omnis, qui reliquerit domum vel fratres, aut ſorores, &c. centuplum, accipiet, & vitam æternam poſſidebit. O.3.R.3.q.5. p.478

CAPUT XX.

Num.22. NEſcitis quid petatis : poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum ? dicunt ei poſſumus. O. 1. R.5. q.7. n.643. p.98

CAPUT XXII.

Num.37. AIt illi Jeſus : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. O.1. R.2. q.4. n.174. p.28

43. Quomodo ergo David in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens. O.1.R.3.q.15.n.317. p.49

CAPUT XXIII.

Num.35. VT veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ. O.1.R.3.q.23. n.413. p.63

37. Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. O.3. R.3. q.12. n.107. p.494

CAPUT XXIV.

Num.16. TUnc qui in Judæa ſunt fugiant ad montes, & qui in tecto non deſcendat tollere tunicam ſuam. O.3. R.1.q.2.n.28

35. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. O. 1. R. 1. q. 4. n.37. p.8

45. Fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore. O. 4. q. 13. n. 82. p. 525

CAPUT XXV.

Num.34. VEnite benedicti Patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. O.1.R.5.q.1.n.581. p.88. & R.1. q.1. n.8. p.3

CAPUT XXVI.

Num.36. TUnc venit Jeſus cum illis in villam quæ dicitur Gethſemani. O.4.q.8.n.50.p.519

39. Pater mi, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte, veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. O.1.R.2.q.2.n.149.p.24

26. Hoc eſt corpus meum. O. 1.R. 1.q. 9. n.118. p.19. & O. 4. q.14. n.95. p.527

CAPUT XXVII.

Num.28. PRopter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt ager ſanguinis, uſque in hodiernum diem. O. 1. R.5. q.13. n.698. p. 107

46. Eli, Eli Lamma Sabacthani, hoc eſt Deus meus, Deus meus, ut quod dereliquiſti me. O.1. R.5. q.13. n.698. p.107

51. Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſque deorſum. O.1.R.5. q.1.n.572. p.86

CAPUT XXVIII.

Num.19. EUntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. O. 1.R. 5. q. 1. n.584. p.88. & R.2. q.4. n.174. p.28

20 Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. O. 1. R.5. q.6. n. 586. p. 89. & O. 2. R.36. q.3. n.22. p.351

Ex D. Marco.

CAPVT IV.

Num.11. ILlis autem, qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt, ut videntes videant, & non videant. O. 1. R.4. q.12. n.550. p.82

34 Sine parabolis non loquebatur eis, ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia. O.1. R.1. q.9. n.115. p.18

CAPUT VI.

Num.8. PRæcepit eis ne quid portarent in via niſi virgam. O. 4. q.5. n.22. p.511

CAPUT VIII.

Num.14. CAvete à fermento Phariſæorum & Sadduceorum. O.4.q.8.n.50. p.519

24. Et aſpiciens, ait: video homines ſicuti arbores ambulantes. O. 2. R.42. q.1. n.8. p.396

29. Reſpondens Petrus, ait ei: Tu es Chriſtus. Et comminatus eſt eis, ne cui dicerent de illo. O.1.R.5.q.5.n.622.p.94

CAPUT XIV.

Num.47. UNus autem quidam de circunſtantibus educens gladium percuſſit ſervum ſummi ſacerdotis: & amputavit illi auriculam. O. 1. R. 5. q. 5. n. 622. p. 95

71. Ille autem cœpit anathematizare, & jurare, quia neſcio hominem iſtum quem dicitis. O.1.R 5. q.5. n.622. p.95

CAPUT XV.

Num.40. INter quas erat Maria Magdalena & Maria Jacobi Minoris, & Joſeph Mater, & Salome. O. 1. R. 5. q. 16. n.721. p.111. & q.19. n.763. p.116

CAPUT XVI.

Num.15. EUntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. O.1. R.5. q.1. n.584.p.88. & O.2. R.30.q.1.n.5.p.314

6. Jeſum quæritis Nazarænum crucifixum: ſurrexit non eſt hic, ecce locus ubi poſuerunt eum. O.1.R.2.q.5.n.188.p.29

16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit; qui vero non crediderit condemnabitur. O.1.R.1. q.9. n.118. p.19. & R.2. q.3. n.163. p.26

Ex D. Luca.

CAPUT I.

Num.2. SIcut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis. O. 1. R. 5. q. 6. n. 632. p. 96

5. Fuit in diebus Herodis Regis Judeæ ſacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abiæ. O.1.R.5.q.6.n.632.p.96

19. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum: & miſſus ſum loqui ad te & hæc tibi Evangelizare. O.3.R.1.q.1.n.3 p.440

28. Ingreſſus Angelus ad eam dixit, Ave gratia plena. O.4.q.4.n.20.p.510

34. Dixit autem Maria ad Angelum quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. O.3.R.3. q.11. n.95. p.491

35. Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. O.4.q.9.n.53.p.520
49. Fecit mihi magna qui potens eſt : & miſericordia ejus à progenie, in progenies. O.4.q.5.n.28.p.513
70. Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, prophetarum ejus. O.1.R.1. q.8.n.94.p.15. & R.3.q.1.n.114.p.30

CAPUT II.

Num.10. ECce Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo : quia natus eſt vobis hodie ſalvator, qui eſt Chriſtus Dominus. O.1, R.3.q.23. n.413. p.63
49. Quid eſt, quod me quærebatis? neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe. O.1.R.1.q.9.n.115.p.18

CAPUT III.

Num.23. JEſus erat incipiens, quaſi annorum triginta, qui putabatur filius Joſeph. O.4.q.8.n.46.p.518

CAPVT VII.

Num.15. ET reſedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri ſuæ. O.2.R.42.q.1.n.7.p.396
38 Stans retro ſecus pedes ejus lachrimis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes ejus. O.1. R.5.q.2.n.593. p.90

CAPUT VIII.

Num.10. VObis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. O.1.R.4.q.12.n.550.p.82

CAPUT IX.

Num.30. ECce duo viri loquebantur cum illo, erant autem Moyſes & Elias viſi in majeſtate, & dicebant exceſſum quem completurus erat in Jeruſalem O.3. R.1. q.2. n.56. 57. p.450

CAPUT X.

Num.65. MEſſis quidem multa operarii autem pauci, Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios. O. 3. R.2. q.6. n.68. p.471

CAPUT XI.

Num.18. SI autem Satanas in ſeipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus. O.2.R.42.q.2.n.20.p.398

CAPUT XII.

Num.42. VT det illis in tempore tritici menſuram. O.4.q.13.n.31.p.513

CAPUT XIV.

Num.26. SI quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum, & matrem, & uxorem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. O. 3. R.3. q.5. n.39. p.479

CAPUT XV.

Num.10. DIco vobis quod ita erit gaudium in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. O.4. q.4. n.19. p.510

CAPUT XVIII.

Num.1. DIcebat autem parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & nunquam deficere. O.3. R.3.q.14.n.127. p.497

CAPVT XXI.

Num.19. CApillus de capite veſtro non peribit : in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. O. 3. R. 3. q. 14. n.128. p. 49
28. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra quoniam appropinquat redemptio veſtra. O. 3. R. 1. q. 1. n.9. p.441

CAPUT XXII.

Num.1. APpropinquabit autem dies feſtus Azimorum, qui dicitur paſcha. O.2.R.35.q.1. n.13.p.344. & O.4.q.8.n.51. p.520

CAPUT XXIII.

Num.29. QUoniam ecce venient dies, in quibus dicent : Beatæ ſteriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt. O.2. R.15. q.1. n.1. p. 226

CAPUT XXIV.

Num.18. REſpondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei tu ſolus peregrinus. O.1 R.5.q.6.n.630.p.96
44. Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt de me in lege Moyſi & Prophetis & Pſalmis. O.1. R.1. q.2. n.16. p.5. & R.3.q.15. n.311. p.48
45. Aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas, & dixit eis : quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die. O.1. R.1. q.9. n.115. p.18. & R.4. p.12. n.550. p.82

Ex D. Ioanne.

CAPUT I.

Num.7. HIc venit ut teſtimonium perhiberet de lumine. O. 4. q.14. n.9. p.509
14. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. O.1.R.2.q.4.n.180.p.28
14. Et vidimus gloriam ejus, quaſi unigeniti à Patre. O.2.R.30.q.2.n.9.p.315

17. Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. O. 1. R. 5. q. 5. n. 570. p. 86
18. Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris ipſe enarravit. O. 1 R. 5. q. 5. n. 571. p. 86. & O. 4. q. 21. n. 170. p. 537
28. Hæc in Bethania facta ſunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans. O. 1. R. 5. q. 11. n. 674. p. 107
47. Vidit Jeſus Nathanaël venientem ad ſe, & dicit de eo: ecce verè Iſraëlita in quo dolus non eſt. O. 1. R. 2. quæſt. 4. n. 181. p. 28

CAPUT II.

Num. 11. HOc fecit initium ſignorum ſuorum Jeſus in Cana Galilææ, & manifeſtavit gloriam ſuam. O. 2. R. 42. q. 1. n. 3. p. 395
19. Reſpondit Jeſus, & dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. O. 1. R. 1. q. 9. n. 115. p. 18

CAPUT III.

Num. 2. NEmo poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. O. 2. R. 42 q. 1. n. 3. p. 395

CAPUT V.

Num. 31. SI ego Teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum. O. 1. R. 5. quæſt. 3. num. 500. pag. 91
33. Erat lucerna lucens, & ardens. O. 4. q. 4. n. 9. p. 509
36. Ego autem habeo teſtimonium majus Joanne: opera, quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. O. 2. R. 42. q. 1. n. 3. p. 395
39. Scrutamini Scripturas, & illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. O. 1. R. 4. q. 2. n. 455. p. 69

CAPUT VI.

Num. 27. QUi permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc pater ſignavit Deus. O. 2. R. 42. q. 1. n. 3. p. 395
39. Qui manducat hunc panem vivet in æternum. O. 4. q. 8. n. 50. p. 519

CAPUT VIII.

Num. 6. JEſus autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra. O. 1. R. 5. q. 3. n. 599. p. 191
13. Dicebant Phariſæi: Tu de te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. O. 1. R. 5. quæſt. 3. num. 600. pag. 91
25. Principium, qui & loquor vobis. O. 4. q. 5. n. 25. p. 512

CAPUT IX.

Num. 6. HÆc cum dixiſſet expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & linivit lutum ſuper oculos ejus. O. 2. R. 42. q. 2. n. 8. p. 396

CAPUT X.

Num. 10. EGo veni, ut vitam habeant, & ut abundantius habeant. O. 3. R. 3. q. 12. n. 115. p. 495
22. Facta ſunt encœnia in Jeroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Jeſus in templo in porticu Salomonis. O. 1. R. 5. q. 11. n. 674. p. 104
30. Ego & Pater unum ſumus; ſuſtulerunt ergo lapides Judæi. O. 1. R. 2. q. 3. num. 163. pag. 26
36. Quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum. O. 4. q. 9. n. 53. p. 520

CAPUT XIII.

Num. 23. ERat ergo recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſus, quem diligebat Jeſus. O. 1. R. 5. q. 3. n. 600. p. 91.

CAPUT XIV.

Num. 1. CReditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. O. 1. R. 2. q. 4. n. 174. p. 38
28. Quia vado ad Patrem, quia Pater major me eſt. O. 1. R. 2. q. 3. n. 163. p. 26

CAPUT XXV.

Num. 13. MAjorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. O. 3. R. 3. q. 9. n. 79. p. 487
15. Jam non dicam vos ſervos, quia ſervus neſcit, quid faciat Dominus ejus; vos autem dixi amicos. O. 1. R. 5. q. 9. num. 659. p. 101
22. Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. O. 2. R. 42. q. 2. n. 16. p. 398

CAPUT XVI.

Num. 12. ADhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. O. 1. R. 1. q. 10. num. 121. p. 19. & O. 4. q. 13. n. 81. p. 525
13. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. O. 2. R. 20. q. 1. n. 5. p. 251

CAPUT XVII.

11. Pater Sancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos. O. 2. R. 30. q. 2 n. 12. p. 315

CAPUT XIX.

Num. 25. STabant juxta crucem Jeſu, mater ejus, & Maria Cleophæ. O. 4. q. 21. n. 170. p. 537

26. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat: dicit Matri ſuæ: Mulier ecce filius tuus. O.2.R.5.q.7. n.641.p.98

34. Vnus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua. O. 3. R.1.q.2.n.54.p.449

CAPUT XX.

Num.21. DIxit eis iterum: Pax vobis ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. O.2.R.35.q.2.n.24.p.346

CAPUT XXI.

Num.25. SVnt autem, & alia multa, quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum mundum arbitror capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros. O.1.R.1.q.5.n.60.p.11.

Ex Actis Apoſtolorum.

CAPUT I.

Num.8. ERitis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. O. 1. R. 5. q.8.n.648.p.100.

9. Et cum hæc dixiſſet videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. O. 3. R.1.q.2.n.57.p.450

16. Viri fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus per os David de Iuda. O.1.R.3.quæſt. 15. num.316. p.49.

20. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum, fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit qui habitet in ea. O.1.R.2.q.15. n.311.p.49

CAPUT II.

Num.3. ET apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum. O.2.R.30.q.1.n.4.p.314

4. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. O. 1. R.4. q.12. n.564.p.84

5. Erant autem in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. O. 3. R. 30. q.1. num.8. p.314

25. David dicit in eum: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commovear. O. 1.R.3. q.15.n.316 p.49.

CAPUT IV.

Nu.12. NOn eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat ſalvos fieri. O.1.R.5.q.1.n.568. p.85.

16. Conferebant ad invicem; quid faciemus de hominibus iſtis. O.4. q.21.num.164 p.536.

32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. O. 2. R. 30. quæſt.2. n.12.p.315

CAPUT V.

Num.6. AVdiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expiravit. O.3.R.3.q.8.n.72.p.486.& q. 17. num.151. p.502

CAPUT VII.

Num.22. ET erat eruditus Moyſes in omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & operibus. O.1.R.3 q.3.n.222. p.34.

30. Expletis annis quadraginta, apparuit illi Angelus in deſerto montis Sina in igne flammæ rubi. O.1. R.3.q.14.n.306.p.47

52. Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri; & occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu juſti. O.3. R. 3. q.9. n.79. p.487

53. Qui accepiſtis legem in diſpoſitionem Angelorum, & non cuſtodiſtis. O.1.R.5.q.3. n.602.p.91

CAPUT VIII.

Num.32. LOcus autem Scripturæ, quem legebat, erat hic: tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt. O.1.R.1.q.1 n.2.p.2

CAPUT IX.

Num.1. SAulus autem adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini acceſſit ad Principem Sacerdotum: & petiit ab eo epiſtolas. O. 1. R. 5. quæſt. 10. n.664.p.102

CAPUT X.

Num.38. QVi pertranſiit benefaciendo, & ſanando, omnes oppreſſos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. O.1. R.5.q.1.n.578. p.87

40. Dedit eum Deus manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo. O.3.R.1.q.2.n.57.p.450

CAPUT XII.

Num.12. CONſideránſque venit ad domum Mariæ matris Ionnis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati. O.1.R.5.q.18.n.753.p.115.

17. Narravit; quomodo Dominus eduxiſſet eum de carcere, dixitque nuntiare Jacobo, & fratribus meis hæc. O.1.R.5.q.16. n. 279. p.112

CAPUT XXII.

Num.27. HVnc ignorantes, & voces Prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur. O.2.R.1.q.1.num. 28. p.7.

33. Quoniam Deus adimplevit filiis noſtris reſuſci

reſuſcitans Jeſum, ſicut in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt. O.1. R.2. quæſt.2. num.147. pag.23

CAPVT XV.

Num.10. NUnc ergo quid tentatis Deum imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod nec patres noſtri, nec nos portare potuimus. O.1.R.5.n.579. p. 88

CAPUT XX.

Num.10. AD quem cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum: & complexus dixit: nolite turbari, anima ipſius in ipſo eſt. O.2.R.42.quæſt.1.num.8. pag. 396

28. Attendite vobis, & univerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. O. 2. R.30. q.1. n.8. p. 314

32. Qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus. O.1.R.1. q.1. n.8. p.3

CAPUT XXI.

Num.9. HUic autem erant quatuor filiæ Virgines prophetantes. O. 3. R.3.q.5.n.37. p.478

27. Cum vidiſſent eum in templo concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus. O. 1. R. 5. quæſt. 7. num. 729. p.112

CAPUT XXVIII.

Num.30. MAnſit autem biennio toto in ſuo conducto: & ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum. O. 1. R.5. q.8. n.651. p.100

Ex Epiſtola B. Pauli ad Romanos.

CAPUT I.

Num.16. NOn enim erubeſco Evangelium; virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Judæo primum & Græco. O.1. R.5. q.1. n.574.p.86. & q.13. n.692. p.107

CAPUT II.

Num.27. UBi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt: per quam legem? factorum? non: ſed per legem fidei. O.1. R.5. q.1.n.575. p.87

CAPUT IV.

Num.3. QUid enim dicit Scriptura: credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. O.1. R.1. q.1. n.2. p.2. & q.8. n.105. p.17

6. Sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert juſtitiam ſine operibus.

16. Sed ei, qui ex fide eſt Abrahæ, qui Pater eſt omnium noſtrum, ſicut Scriptura eſt. O.3.R.3. q.12. n.104. p.493

CAPUT V.

Num.5. QUia Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. O. 1. R. 5. q.1. n.575. p.87

12. Sicut per unum hominem peccatum introivit in mundum, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertranſivit. O.4. q.21. n.168. p.537

CAPUT VI.

Num.3. QUicunque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu in morte ipſius baptizati ſumus. O.1.R.1.q.1.n.7.p.2

CAPUT VII.

Num.12. LEx quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum. O.1.R.5. q.1. n.575. p.87

CAPUT VIII.

Num.15. NOn enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum. O. 1. R.5. q. 3. n. 602. p. 91

CAPUT IX.

Num.17. DIcit enim Scriptura Pharaoni, quia in hoc ipſo excitavi te, ut oſtendam in te virtutem meam. O. 1. R.3. q.1. n.195. p.31

28. Verbum enim conſumans, & abbrevians in æquitate: quia verbum breviatum faciet Dominus ſuper terram. O.1.R.5.q.1.n.580. p.88. & q.9. n.661. p.102

CAPUT X.

Num.4. FInis legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti. O.1.R.5.quæſt.1 n.574. p.86

5. Moyſes enim ſcripſit, quoniam juſtitiam, quæ ex lege eſt, qui fecerit homo vivet in ea. O.1.R.3.q.4.n.232.p.36

12. Non enim eſt diſtinctio Judæi, & Græci, nam idem Dominus, dives in omnes. O.2. R.31. q.4. n.21.

18. Et quidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. 1. R.5. q. 10. n. 663. p.102

CAPUT XI.

Num.34. QUis cognovit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi. O. 1. R. 3. q. 19. n.350.p.54. & O.3.R.1.q.2.n.56.p.450

CAPUT XV.

Num.12. IN illa die erit radix Jeſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. O.4. q.8. num.44. pag.517

CAPUT

CAPUT XVI.

Num.22. SAluto vos ego tertius qui ſcripſi epiſtolam in Domino. O.1.R.5. q.13.n.691.p.105

23. Salutat vos Caius hoſpes meus, & univerſa Eccleſia. O.1.R.5.quæſt.18.num.760. p.116

Ex prima ad Corinthios.

CAPUT I.

Num.2. CUm omnibus, qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. O.1.R.5.q.15.n.711.p.109

14. Gratias ago Deo, quod neminem veſtrum baptizavi. O.1.R.5.quæſt.18.n.760. p.116

18. Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt, iis autem qui ſalvi fiunt, id eſt nobis, Dei virtus. O. 1. R. 5. quæſt.1. num.583. p.88

23. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. O.2.R.42.quæſt.2. num.17. p.398

CAPUT II.

Num.9. SIcut ſcriptum: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum. O.3.R.3.q.4. n.74

14. Animalis autem homo, non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. O. 1. R. 1. quæſt. 9. n.119. p.19

CAPUT III.

Num.16. NEſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis. O.2.R.21.q.1.n.4.p.255

CAPUT IV.

Num.9. PUto, quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit, tanquam morti deſtinatos. O.3.R.1. q.2.num.50.51. p.449

15. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. O.3. R.3. q.17. n.112

CAPUT V.

Num.9. SCripſi vobis in epiſtola: Ne commiſcemini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi. O.1. R.5. q.14. n.705. p.109

CAPUT VII.

Num.12. NAm cæteris ego dico, non Dominus, ſi quis habet uxorem infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. O.1.R.1.quæſt.6. n.78. p.13

25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Domino. O.3. R.3. q.14. n.128.

CAPUT X.

Num.11. HÆc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram. O.3. R.3. q.17. n.116. & R.2. n.128.

11. Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum devenerunt. O.1.R.5.q.1.n.173.p.86

CAPUT XII.

Num.10. ALii operatio virtutum, alii Prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonis. O.1.R.4.q.10.n.534.p.80

13. Etenim in uno ſpiritu omnes, non in unum corpus baptizati ſumus. O. 2. R. 3. quæſt.2. num.12.

CAPUT XIII.

Num.8. CHaritas nunquam excidit: ſive Prophetiæ evacuabuntur, ſive linguæ ceſſabunt. O.1.R.1.q.8.n.101.p.16. & O.2.R.33.q.1.n.8.p.336

CAPUT XIV.

Num.6. NUnc autem fratres ſi venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero. O.1.R.2.q.1.n.131.p.21

14. Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt. O.1. R.4. q.11. n.565.p.84

8. Etenim ſi incertam vocem det tuba quis parabit ſe ad bellum. O.1.R.3.q.12.n.559. p.83

CAPUT XV.

Num.22. SIcut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntut. O.4.q.21.n.168.p.537

51. Ecce myſterium vobis dico: omnes quidem reſurgemus. O.4. q.21. n.171. p.538

Ex ſecunda ad Corinthios.

CAPUT III.

Num.6. NOn littera, ſed ſpiritu: littera enim occidit, ſpiritus autem vivificat. O.1. R.5.q.1. n.575.p.87. & R.2. q.2. n.157. p.25

CAPUT IV.

Num.3. QUod ſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum, in iis, qui pereunt, eſt opertum. O.1.R.1.q.9.n.119. pag.19

6. Deus qui facis de tenebris lucem ſplendeſcere. O.4.q.21.n.166.p.537

CAPVT V.

Num.13. SIve mente excedimus Deo: ſive ſobrii ſumus vobis. Charitas enim Chriſti urget nos. O.1.

14. Chriſtus mortuus eſt pro omnibus, ergo omnes mortui ſunt. O.4. quæſt.21. n.168. p.537

CAPUT VIII.

Num.10. COnſilium in hoc do: hoc enim vobis utile eſt, qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore. O.1. R.5. q.12. n.681. p.105

18. Miſimus etiam cum illo fratrem, cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias. O.1. R.5. q.6. n.731. p.96

CAPUT X.

Num.10. QUoniam quidem Epiſtolæ graves ſunt, & fortes, præſentia autem corporis infirma. O.1. R.5.quæſt.10. n.666. p.103

CAPUT XI.

Num.6. NAm etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia. O.1.R.5.quæſt.6. n.590. p.89

28. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana. O.1. R.5. q.15. n.711. p.109

CAPVT XII.

Num.3. SCio hujuſmodi hominem raptum in Paradiſum, & audivit verba, quæ non licet homini. O.1.R.5.q.3.n.600. p.91

11. Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis: ego enim à vobis debui commendari. O.1. R.5.q.3.n.600.p.91

12. Signa enim Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus. O.2.R.42.q.2.n.16. p.398

CAPUT XIII.

Num.3. AN experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus. O.1. R.3. q.1. n.194. p.30

Ex Epiſtola ad Galatas.

CAPUT I.

Num.8. LIcet aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizatum eſt à me, anathema ſit. O.1. R.3 q.1.n.208.p.32

16. Ut revelaret filium ſuum in me, & evangelizarem illum in gentibus: continuo non acquievi carni, & ſanguini. O.1. R.5. q.11.n.673.p.104

19. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum fratrem Domini. O.1. R.5. q.16. n.721. p.111

CAPUT II.

Num.19. EGo autem per legem legi mortuus ſum, ut Deo vivam. O.1. R.5. q.1. n.585. p.89

9. Qui videbantur eſſe Columnæ. O.1.R.5. q.16. n.729. p.112

CAPUT III.

Num.19. QUid igitur lex? Propter tranſgreſſores poſita eſt, donec veniret ſemen, cui promiſerat, ordinata per Angelos. O.1.R.3.q.1.n.197.p.31

24. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide juſtificemur. O.2.R.30.q.2.n.10. p.315

28. Non eſt Judæus, neque Græcus, nec ſervus, nec liber. O.3.R.5.q.8.n.750.p.116.

CAPVT IV.

Num.3. ITa & nos cum eſſemus parvuli, elementis mundi eramus ſervientes.

4. Ubi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere factum ſub lege. O.1.R.5.q.10.n.663.p.102

22. Quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera. O.1. R.5. q.1. n.677. p.87

Ex Epiſtola ad Epheſios.

CAPUT I.

Num.10. IN diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlo, & quæ in terra ſunt. O.3.R.1.q.1.n.10.p.441

CAPUT II.

Num.20. SUperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo Summo Angulari lapide Chriſto Jeſu. O.2.R.30.q.2.n.11.p.315

CAPUT III.

Num.8. MIhi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus evangelizare inveſtigabiles divitias Chriſti. O.1.R.5.q.11.n.673.p.105

CAPUT IV.

Num.1. OBſecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. O.2.R.30.q.2. n.12. p.315

CAPUT V.

Num.2. AMbulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. O.2. R.3. q.2. n.15

27. Semetipſum tradidit pro ea, ut ſibi exhiberet Eccleſiam glorioſam, non habentem maculam, neque rugam, ſed ut ſit ſancta & immaculata. O.4.q.5.n.23.p.511

32. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia. O. 1. R. 2. q. 1. n. 128. p. 21

Ex Epiſtol. ad Philip.

CAPUT I.

Num. 25. ET hoc confidens ſcio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis eſt profectum veſtrum, & gaudium veſtrum. O. 1. R. 5. q. 12. n. 686. p. 106

CAPUT II.

Num. 6. QVi cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo. O. 4. q. 9. n. 56. p. 521

21. Omnes quærunt quæ ſua ſunt, non ea quæ ſunt Ieſu Chriſti. O. 4. q. 21. n. 169. pag. 537

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

CAPUT I.

Num. 1. PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater. O. 1. R. 5. q. 12. num. 687 p. 106

16. Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt. O. 4. q. 5. n. 21. p. 511

CAPUT IV.

Num. 18. MEmores eſtote vinculorum meorum. Gratia vobiſcum amen. O. 1. R. 5. q. 12. n. 687. p. 106

Ex Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes.

CAPVT V.

Num. 5. VOs filij lucis eſtis, & non tenebrarum. O. 4. q. 7. n. 40. p. 516

Ex Epiſtola Secunda ad Theſſalonicenſes.

CAPUT II.

Num. 14. TEnete traditiones, quas didiciſtis, ſive per Sermonem, ſive per Epiſtolam. O. 4. q. 10. n. 59. p. 522

Ex prima ad Timotheum.

CAPUT I.

Num. 3. ROgavi te, ut remaneres Epheſi cum irem in Macedoniam. O. 1. R. 5. q. 12. n. 679. p. 105

CAPUT III.

Num. 26. MAguum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu. O. 1. R. 1. q. 1. n. 571. p. 86.

CAPUT V.

Num. 12. HAbentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt. O. 3. R. 3. q. 4. n. 30. p. 477

18 Dicit enim ſcriptura: non alligabis os bovi trituranti, & dignus eſt operarius mercede ſua. O. 1. R. 2. q. 4. n. 172. p. 27

22. Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. O. 2. R. 35. q. 1. n. 11. p. 344

CAPUT VI.

Num. 20. O Timothee depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis. O. 1. R. 1. q. 4. n. 38. p. 8

Ex ſecunda ad Thimoth.

CAPUT III.

Num. 15. QUia ab infantia ſacras literas noſti quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem. O. 1. R. 5. q. 9. n. 660. p. 102

16. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum. O. 1. R. 3. q. 1. n. 194. pag. 30

CAPUT IV.

Num. 11. LUcas eſt mecum ſolus; Marcum aſſume, & educ tecum. O. 1. R. 5. q. 18. n. 753. p. 115

21 Feſtina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus & Pudens. O. 1. R. 5. q. 12. n. 686. p. 106

Ex Epiſtola ad Titum.

CAPVT I.

Num. 12. CRetenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri, teſtimonium hoc verum eſt. O. 1. R. 1. q. 7. n. 89. p. 14. & R. 5. q. 19. n. 770. p. 118

Ex Epiſtola ad Hebræos.

CAPUT I.

Num. 1. MUltifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis: noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. O. 1. R. 5. q. 5. n. 570. p. 86

3. Qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ ejus, portans omnium verbo virtutis ſuæ. O. 1. R. 5. quæſt. 7. num. 639. pag. 97

5. Cui aliquando Angelorum dixit filius meus es tu, ego hodie genui te? O. 1. R. 2. q. 2. n. 146. p. 23

7. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. O. 3. R. 1. q. 2. n. 46. pag. 448

Index Locorum

CAPUT III.

Num.1. UNde fratres ſancti conſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum. O.1.R.5.q.10.n.67. p.104

CAPVT IV.

Num.7. ITerum, terminat diem quendam Hodie David, dicendo, poſt tantum tempus ſicut ſupra dictum eſt. O.1. R.3. q.16. n.315. p.49

CAPUT V.

Num.5. CHriſtus non ſemetipſum clarificavit ut pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum: filius meus es tu, ego hodie genui te. O.1.R.2.q.2. n.148. p.23

CAPUT VII.

Num.5. MElchiſedech, Rex ſalem, ſacerdos Dei ſummi, qui interpretatur Rex juſtitiæ. O.1.R.5. q.13. n 698. p.207

6. Decimas ſumpſit ab Abraham, & hunc, qui habebat repromiſſiones benedixit. O.1. R.1. q.1. n.2. p.2

19. Nihil ad perfectum adduxit lex. O.3.R.3. q.12. n.111. p.494

19. Introductio vero melioris ſpei per quam proximamus ad Deum. O.1.R.5.q.1.n.581. pag.88

22. Tranſlato enim ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat. O.1.R.5.q.5.num.573. pag.86

CAPUT VIII.

Num.6. QUanto, & melioris teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. O.1. R.3. q.1. n.581. p.88

CAPUT IX.

Num.4. HAbens tabernaculum, & arcam teſtamenti, circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna. O.1.R.5.q.21.n.674.p.104

12. Neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit in ſancta. O.1.R.3.q.5.n.573.p.86

15. Ut repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. O.1.R.1.q.5.n.5. pag.2

16. Ubi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatus eſt. O.1.R.1.q.1.n.6. pag.2

CAPUT X.

Num.5. INgrediens mundum dicit: hoſtiam, & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi. O.2.R.41.q.3. n.41. p.395

CAPUT XI.

Num.4. TEſtimonium perhibente muneribus ejus Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. O.1.R.3.q.16. n.327.p.51

32. Et quidem adhuc dicam. Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sanſon. O.1.R.3.q.6.n.247.p.38

37. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. O.3.R.3.q.6. n.48.p.481

CAPVT XII.

Num.16. NE quis fornicator, aut profanus ut Eſau: qui propter unam eſcam vendidit primitiva ſua. O.1. R.5.q.11.n.675.p.104

18. Non acceſſiſtis ad terribilem montem, & accenſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam. O.1.R.5.q.1.n.578. p.77. & O.3.R.1.q.2.n.48.p.448

CAPUT XIII.

Num.20. DEus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ovium in ſanguine teſtamenti æterni. O.1. R.5.q.1.n.586.p.89

22. Rogo vos fratres, ut ſufferatis verbum ſolatii: etenim per paucis ſcripſi vobis. O.1. R.5.q.11.n.673.p.104

Ex epiſtola D. Iacobi.

CAPUT I.

Num.17. OMne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum. O.2.R.42.q.4.n.32.p.401. & O.4.q.5.n.28. p.513

CAPUT II.

Num.17. SIc & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. O.1. R.12.q.3.n.164.p.16

23. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei eſt appellatus. O.1.R.1.q.8.n.105.p.17

CAPUT V.

Num.10. SUfferentiam Job audiſtis, finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors eſt Deus, & miſerator. O.1.R.3. q.14.n.303.p.47

Ex Epiſtola prima B. Petri.

CAPUT I.

Num.6. PEtrus Apoſtolus Jeſu Chriſti, electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Capadociæ. O.1.R.5.q.11. n.671.p.164

19. Pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati, & incontaminati O. 1. R. 1. q. 1. n.6.p.2.

CAPUT II.

Num.10. QVi aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non conſequuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequuti.O.1.R. 5. q.17.n.736.p.113.

24. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. O.1. R.2.q.2.n.152. pag.24.

CAPUT III.

Num.20 QVando expectabant Dei patientiam in diedus Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id eſt octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam. O. 1. R.2.q.1.n.128. p.21. & quæſt. 3. num.172. pag.27

CAPUT V.

Num.31. SAlutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone ſelecta, & Marcus filius meus. O. 1. R.5. quæſt.5. num. 617. pag.94

Ex Secunda D. Petri.

CAPUT I.

Num.1. SImon Petrus, ſervus,& Apoſtolus Ieſu Chriſti iis, qui æqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in juſtitia Dei noſtri. O.1.R.5.q.17.n.741.p. 113

10.Fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem faciatis. O.1.R.2.q.10.n.164.p.26

20. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia ſcripturæ propria interpretetione non fit.O.1. R. 1. quæſt.1.num. 1. pag.1.

21.Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.O. 1.R.1.q.5.n.66.p.12.& q.8.n.94.p.15.

CAPVT III.

Num.1. HAnc ecce vobis, chariſſimi, ſecundam ſcribo Epiſtolam, in quibus veſtram ſinceram excito mentem. O.1.R.5.q.17.n.741.p.113.

15. Sicut & chariſſimus Frater noſter Paulus, ſecundum datam ſapientiam ſcripſit vobis. O.1.R.5.q.11.n.671.p.104. & q. 17.n. 741. p.113

Ex Prima D. Ioannis.

CAPUT I.

Num.1. QVod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus. O. 1. R. 5. q. 18. n.749.p.114

CAPUT II.

Num.1. SI quis peccaverit advocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt propitiatio noſtra pro peccatis noſtris. O. 1. R.1. q.18. n.749.p.114.& O.3.R.1.q.1.n.9.p. 441.

18. Filioli, noviſſima hora eſt, & ſicut audiſtis quia noviſſima hora eſt. O.1. R.5.q.1. n.574.p.87

CAPUT V.

Num.7. TRes ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo, Pater, verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. O.1.R.2. q. 3. n.164.p.26

17.Hic eſt verus Deus. & vita æterna filioli cuſtodite vos à ſimulachris. O. 1. R.5. quæſt. 17.

Ex Iuda Apoſtolo.

Num.14. PRopetavit autem de his ſeptimus ab Adamo Enoch. O. 3. R.3.q.12.n.111.p 494

Ex Apocalypſi Ioan. Apoſtoli.

CAPUT I.

Num.1. APocalypſis Ieſu Chriſti, quem dedit illi Deus palam facere ſervis ſuis. R.1.q.10.n.125 p.20

4.Ioannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia. O.2.R.30.q.2.n.15.p.315.

4. Gratia vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni ejus ſunt. O.3. R.1.q.1.n.3.p.440

CAPUT II.

Num.10. ESto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. O.1. R.2.q.4.n.179 pag.28.

CAPUT IV.

Num.3. ET qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis, & ſardinis, & iris erat in circuitu ſedis. O. 1.R.5. q.60.n.878.p.119

6. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio ſedis, & circuitu ſedis quatuor animalia. O. 1. R.5.q.6.n.632.p.96. & q.7.n.638.p.97

CAPVT V.

Num.1. VIdi in dextra ſedentis librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem. O.1.R.1.q.1.n- 128. pag.21

3. Et nemo poterat aperire librum, nec reſpicere illum. O.1.R.1.q. 1. n.114.p.18

5. Et dixit mihi unus de ſenioribus; ne fleveris,ecce vicit leo de tribu Iuda. O. 1 R.1.q.10.n.122.p.20

CAPUT

CAPUT VII.

Num.2. VIdi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi,& clamavit voce magna. 4. O.1.R.1.q.4.n.85.p.14.

Et audivi numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati,ex omni tribu filiorum Israël. O.3.R.3.quæst. 14. n.124.p.496

9. Et post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis. O. 2. R. 30. q.4.n.21.p.317.

CAPUT X.

Num.11. OPortet te iterum prophetare gentibus & populis, & linguis,& regibus multis.O. 1.R.5.q.7.n.495 pag.99.

CAPUT XI.

Num.4. HI sunt duæ olivæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes, & si quis voluerit nocere eos, ignis exiet de ore eorum. O.1. R.2. q.4.n.181.p.29.& O.5.R.1.q.1.n. 4. p. 440.

12. Et ascenderunt in cœlum in nube & viderunt illos inimici eorum.O.3. R.5. q. 2. n.59.p.450.

CAPUT XII.

Num.13. ET fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum.O.2 R.42.q 33. n.25.p.400.& O.3.R.1.q.2.n.19 p.444.

OPUSCVLUM PRIMUM.

PRÆLUDIUM AD SACRAM SCRIPTVRAM.

De libris Canonicis, eorum ſenſibus Auctoribus, ac Verſionibus, in quibus omnibus inſigniter ſupereminet Evangelica Doctrina.

PRÆFACIVMCVLA.

DE *dignitate, ac excellentiâ, majeſtate, & utilitate ſacræ Scripturæ, multa diſſerunt, docent & explicant Sancti Patres, ac Doctores moderni, pro quo ſatis eſt audire Apoſtolum Paulũ. 2. Timot. 3. num. 16. ubi ait:* Omnis Scriptura divinitùs inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, aderudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. *Quibus verbis Apoſtolus explicat quatuor divinæ Scripturæ fructus, quibus anima ſuaviſſimè alitur, tam in intellectu, quam in voluntate, ſcilicet quantum ad ſpeculationem;* Docere, *veritatem ſcilicet.* Arguere *facilitatem nempe; quantũ verò ad cognitionem practicam* corripiendo, *ut eripiat à malo* eruditendo, *ut inducat in bonum, quorum finis eſt, ut explicat Apoſtolus,* ut ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus; *& de eius excellentia aliqua quæſtione ſequenti.* 2. Tim. 3.

RESOLUTIO I.

De libris Canonicis, ſeu ſacræ Scripturæ.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit ſacra Scriptura, & quibus nominibus dicatur, & ſignificetur?

SVMMARIVM.

1 *Definitio ſacræ Scripturæ.*
2. *Dicitur Biblia, & Scriptura.*
3 *Ab ipſa omnis ſcientia.*
4 *Dicitur Teſtamentum.*
5 *Teſtamentum ſignificat pactum, ſeu fœdus.*
6. *Pactum antiquitus celebrabatur cum morte, & ſanguine.*
7 *Ad validitatem Teſtamenti mors in utroque Teſtamento novo, & veteri intervenit.*
8. *Rectè Scriptura dicitur Teſtamentum, quia in ea Deus teſtatur amorem erga nos filios ſuos.*
9. *Duodecim nomina metaphorica ſacræ Scripturæ, & n. 10*

Definitio

ITA definitur Scriptura juxta mentem Sanctorum Patrum, D. Ambroſ. in explicatione procœmij D. Lucæ. D. Gregorij in Prologo Moral. cap. 1. D. Auguſt. lib. 1. de Geneſi ad litteram, & aliorum Patrum, & ſic ſe habet, *Scripturæ ſacra eſt, cuius Deus eſt proximus Auctor, ſive quia ipſe eam immediatè ſcripſit, ſive mediatè, quia alicujus miniſterio ad eam ſcribendam uſus eſt, ad idque eum impulit, ipſiuſque mentem in ſingulis ſententiis direxit, ſinguláque verba dictavit.* Scriptura ponitur loco generis, cætera loco differentiæ. Dicitur *mediatè, vel immediatè,* quia grandis quæſtio eſt, an Deus non ſolùm per manum creaturæ, hominis, vel Angeli, ſed etiam 1. D. Ambro. D. Auguſt. D. Gregor.

etiam per ſe ipſum immediatè aliqui ſcripſerit, de quo dicam Reſolut. 3. q. 1. *In ſingulis ſententiis, ac verbis*, quia ad rationem ſcripturæ pertinet, ut non ſolùm Spiritus ſanctus dictaverit ſenſum, ſed etiam verba, ac eorum ordinem, ut explicabo infra q 6. à num. 64. Tota definitio ſupra citata deſumitur ex 2. Petr. 1.

2. Petr. 1. num. 20. *Hoc primum intelligentes, quod omnis Prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit, non enim voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.* Ad nomina ſacræ Paginæ veniamus, ex quibus multa ejus excellentia innoteſcit, ac declaratur.

Biblia, & Scriptura.

2. Calepin. Theſaur. Sacra pagina dicitur *Biblia Bibliorum* in plurali generis neutri, ut teſtantur Calepinus, ac Theſaurus linguæ Latinæ; alij etiam cum Baronio dicunt in genere fœminino *Biblia Bibliæ*, & ſemper ſignificat libros, & rectè per antonomaſiam, ac excellentiam, *Pagina ſacra* dicitur *Biblia*, quia ipſa eſt liber omniũ librorum abipſáque omnis vera, ac recta doctrina, ſapientia, & diſciplina contenta in omnibus aliis libris, tanquam à fonte, ac origine derivatur, ac dimanat, ſic & ſimpliciter ipſa dicitur Scriptura Actor. 8. num. 82. *Locus Scripturæ, quem legebat.* Roman. 4. num. 3. *Quid enim dicit Scriptura.* Matth. 21. num. 42. ait Chriſtus Dominus. *Nunquid legiſtis in Scripturis.* Pſ. 86. num. 6. *Dominus narrabit in Scripturis*, quia ipſa ſacra Pagina eſt principium, unde omnis Scriptura in vera ſapientia, ac doctrina naſcitur, & ideo per excellentiam nuncupatur Scriptura, & etiam ob ſummam ejus dignitatem dicitur Biblia ſacra, Scriptura ſacra, ſic appellat D. Paulus Roman. 1. num. 2. *Quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in Scripturis ſacris.*

Actor. 8. Rom. 4. Matth. 21. Pſalm. 86. Rom. 1.

3. Ille admirabilis currus Ezechielis admirabili ordine diſpoſitus dicitur, quod una rota erat in medio Rotæ, & ſubdit ipſe propheta Ezechiel 1. num. 16. *Aſpectus rotarum & opus earum, quaſi viſio maris.* Per unam rotam in altera incluſam, utrumque teſtamentum intelligit D. Gregorius; novum enim in veteri contentum, *Nam in Teſtamenti veteris litera, Teſtamentum novum latuit per allegoriam.* Sed cur utrumque Teſtamentum, in quo tota Scriptura continetur, cum mari comparatur, *quaſi viſio maris*? ex mari exeunt flumina, à marique hauriunt aquas, quibus abundat; inde rectè ſacra Scriptura cum mari comparatur, quia ab ipſa, tanquam à mari, omnia ſcientiarum flumina participant aquas veræ doctrinæ, ſapientiæ, ac diſciplinæ. Inde rectè Caſſiodorus in Prologo Scripturæ, ipſam comparat cum ſemine, à quo fructus aliarum ſcientiarum naſcuntur. Sic ait ipſe, *Conſtat in origine Scripturæ ſacræ, aut diſciplinarum, aut artium liberalium initia, ſeu indicia fuiſſe ſeminata, quæ poſtea Doctores ſæcularium literarum ad ſuas literas prudentiſſimè tranſtulerunt.*

Ezech. 1. D. Gregor. Caſſiodor.

Teſtamentum.

4. Hanc quæſtionem ſatis latè, ac diſtinctè tractavi tom. 5. in Evangelia lib. 7. cap. 7. q. 35. & 36. quæ videnda. Ex ibi dictis breviter ſacra Scriptura ſecundùm utramque Paginam novam, & veterem dicitur Teſtamentum, ut patet ex Apoſtolo ad Hebræos 9. num. 16. & ait: *Et ideo novi Teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento*, ubi expreſsè agnoſcit duplex Teſtamentũ, novum, & prius, ſeu antiquum; & ita communiter loquuntur Patres. Tertullian. *lib.* 4. *contra Marcio.* D. Hier. *in Præfatione Evangeliſtarum ad Damaſum.* D. Auguſtin. *epiſt.* 83. Ruffinus *lib.* 2. *in tradition.* Caſſian. *collat.* 4. *cap.* 10.

Hebr. 9. Tertullian. D Hieron. D. Auguſt. Ruffin. Caſſian.

5. Teſtamentũ derivatur ex voce Hebraica *Berioth*, quod propriè ſignificat fœdus, ſeu pactũ D Hieron. *in cap.* 2. *Malachiæ*, ait, *Notandum quod Berioth* verbum Hebraicũ, *Aquila*, teſtamentũ, id eſt pactum, interpretatur. Et Septuaginta ſemper Teſtamentum; & in pleriſque Scripturarum locis, teſtamentum, non voluntatem defunctorum ſolum ſonare, ſed pactum viventium. Duplex autem fœdus in ſacris literis, Dei cum hominibus invenitur: unum cum populo antiquo per Moyſem, in quo obſervantibus legem promittebatur multa abundantia temporalium bonorum, *Bona terræ comedetis*, à cap. Exod. 19. uſque 24. n. 7. & multis aliis in locis. Alterum fœdus, ſeu pactum novum à Prophetis prædictum. Ierem. 31. n. 31 *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſraël, & domui Iuda, fœdus novum.* Paulus Hebræor. 8. num. 8. & Septuaginta legunt, *Teſtamentum novum.* Hoc novum Teſtamentum nobis inſtituit Chriſtus Ieſus Dei Filius in lege gratiæ promittens ſuis fidelibus æternam vitam; *qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Ioan. 6. numero 59. *Vt repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditati.* Hebræor. 9. num. 19. Ex quo Innocentius III. *cap. cum Marthæ de celebrat. Miſſar.* colligit excellentiam legis gratiæ ſuper veterem: nam hæc promittebat bona terrena; illa verò promittit cœleſtia, & æterna.

D. Hieron Exod. 19. Ierem. 31. Hebr. 8. Septuag. Ioan. 6. Hebr. 9.

6. Et quia ſolemnis, ac celebris erat conſuetudo, ut fœdera, morte, ac ſanguine celebrarentur, ad indicandum quod illud fœdus tandiu duraturum erat, quandiu duratura foret mors animalium occiſorum, ſic & novi Teſtamenti fœdus ſancitur pretioſo ſanguine Chriſti Ieſu, 1. Petri 1. num. 9. Apoc. 1. n. 5. ſic & Teſtamentum vetus ſanguine firmatum eſt. Ait Paulus: *Nec primum quidem ſine ſanguine dicatum eſt.* Hebræor. 9. num. 18. Et ſtatim ſubdit Apoſtolus, quòd *Moyſes accipiens ſanguinem vitulorum, aſpergens populum dixit: Hic eſt ſanguis teſtamenti, quod mandavit ad vos Deus.*

1. Petr. 1. Apoc. 1. Hebr. 9.

7. Ad validitatem Teſtamenti requiritur mors teſtatoris, ut docet Apoſtolus Hebræor. 9. n. 16 *Vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris: Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt.* Novum autem teſtamentum morte Chriſti teſtatoris confirmatum eſt, ut ait Apoſtolus citato loco: *Novi Teſtamenti mediator effectus eſt, ut morte intercedente in redemptionẽ earum prævaricationũ*, &c. & Rom. 6. num. 3. *In morte ipſius ſalvati, & baptizati ſumus.* Et etiam vetus Teſtamentum morte firmatum eſt; & quia Deum qui teſtator erat, impoſſibile

Hebr. 9. Rom. 6.

impoſſibile erat mori, qui eſſentialiter eſt ipſa vita, ideo illud antiquum teſtamentum firmatum eſt morte victimarum, ac vitulorum, quæ Chriſti mortem præfigurabant. Et ſicut gratia data eſt Patribus Antiquis ex præviſis meritis Chriſti, ita eorum teſtamentum eſt confirmatum morte præfigurata, ac præviſa Chriſti.

8. Rectè pactum, quod Deus inivit cum hominibus, & quo promiſit ſua cœleſtia dona, dicitur teſtamentum; nam ſicut per illud pater teſtatur ſuum peculiarem affectum erga filios ſuos, quos conſtituit ſui hæredes; ſic Deus ſuas ſcripturas, quibus nobis promittit tanta dona, teſtamentum voluit dici, per ipſas nobis teſtatus ſuum eximium amorem, quo nos ut filios conſtituit ſuos hæredes. Rom. 8. n. 16. *Si filij, & hæredes.* Actor. 20. num. 32. Rom, 8. Actor. 20. *Dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus?* Pſal. 110. n. 4. *Eſcam dedit timentibus ſe, ut det illis hæreditatem.* Matth. 25. n. 34. ait Chriſtus ſuis electis: *Poſſidete vobis regnum.* Græcus legit, *Hereditate poſſidete.* Vide ſupra citatum locum. Pſal. 110. Matth. 25.

Duodecim nomina metaphorica Scripturæ.

9 *Primò*, Dei Epiſtolam appellant Patres, D. Gregor. *lib. 4. epiſt. 84.* naturam ſacræ Scripturæ indagans ait: *Quid eſt Scripturæ ſacra niſi quædam Epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam?* Similiter D. Auguſt. in Pſalm. 90. ait: *De illa civitate, unde peregrinamur, litera nobis venerant ipſæ ſunt ſcripturæ, quæ nos hortantur, ut bene vivamus.* Eandem doctrinam inculcat *ſerm. 16.* ad Fratres in Eremo: *Scripturæ divinæ*, ait, *quaſi literæ de patria ad nos tranſmiſſæ.* D. Gregor. D. Chryſ. Eodem modo loquitur D. Chryſoſtomus *homil. 3. in 2. ad Theſſalon.* & multi alij Patres. *Secundò*, Tertull. *lib. 4. contra Marcio.* D. Auguſtinus *epiſt. 83.* D. Hieron. *in Præfat. Evang.* appellant Scripturam *inſtrumentum Dei.* Per inſtrumentum operatur artifex, Deus per Scripturam illuminando operatur noſtram juſtificationem. *Tertiò.* Tanta eſt excellentia Scripturæ, ut dicatur *cor & anima Dei*, tanquam ab effectu per ipſam cognoſcimus conſilia ipſius animæ, & cordis Dei, ait Deus. *Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciat.* 1. Reg. 2. n. 35. Chaldæus vertit, *juxta dictum meum faciat.* Cor & anima Dei, dicitur ejus dictum, hoc eſt ejus ſcriptura, D. Gregorius ibi. *Quid cor, & anima Dei, niſi ſacram ejus ſcripturam accipimus, quia ergo in ſacro eloquio conſilia omnipotentis Dei cognoſcimus; ibique amorem, quo humanum genus dilexit, invenimus: ipſum eloquium*, cor, & anima ejus rationabiliter deſignant. *Quartò*, Hieron. *in cap. 47. Ezechielis, n. 12.* ſacram Scripturam appellat lignum vitæ. *Quintò*, Liranus ad cap. Eccleſiaſt. 24. n. 32. ubi eſt ſermo de libro vitæ, dicit eſſe ſacram Scripturam, quæ nos inſtruit, ac ducit ad vitam veram. *Sextò*, Didymus *in Pſal. 68.* ſicut & Petrus Cellenſ. *de myſtico Tabernaculo*, ſacram Scripturam menſam appellant ſpiritualem ad omni cœleſti pabulo reficiendas animas. D. Hieron. Lyran. Didym. Cellenſ.

10. Cant. 3. *Septimò*, Tenera virgo in cant. introducitur, *in cellam vinariam* Chaldæus, *in domum gymnaſij doctrinæ*, ibi D. Gregorius ait ut ſuaviſſimo divinæ Scripturæ vino inebrietur, ut ſolùm cœleſtia quærat. *Octavo.* D. Ambroſ. lib. 6. Epiſtol. 41. Rupertus Abbas *lib. 1. in Geneſim*, appellant ſacram Scripturam paradiſum, quem Deus plantavit, quo inſpiravit in homine ſpiritum vitæ cæleſtis, & inde exeunt quatuor flumina divinæ doctrinæ ad irrigandas quatuor orbis partes. *Nonò*, Didymus *in Pſalm. 68.* Petrus Bleſenſis *epiſt. 76.* Eu-chirius *de dedicat. Eccleſiæ*, ſcripturam dicunt menſam quam propoſuit divina Sapientia, *Proverb. 9. n. 1.* Omnium rationabilium cibo-rum, intelligentiæ, cognitionis, ac contemplationis. *Decimò*, D. Hieron. D. Paſchaſ. Origenes, D. Thomas, ſcripturam interpretantur theſaurum abſconditum, *Luc. 13. num. 44.* in agro Eccleſiæ omnium cœleſtium myſteriorum. *Undecimò*, Scriptura omnium infirmitatum medicamen, juxta illud Sapient. 16. n. 12. *Tuus Domine ſermo ſanat omnia.* D. Baſilius epiſt. 1. ad Greg. ait, *Ab ſcriptura unuſquiſque tanquam ab officina medicinæ, appoſitum ſuæ infirmitati medicamentum invenire poterit.* Tandem, *Duodecimò*, Scriptura, ut interpretatur Rupertus *lib. 3. de victo. verbi, cap. 3.* eſt turris David, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. *Mille clypei pendent ex ea, Cant. 4. n. 4.* Turris cum propugnaculis ad noſtram defenſionem, ac tutamen, cum clypeis, qui cuſtodiunt caput, ac mentem ab omni iniqua cogitatione, & ita Scriptura nos defendit ab omni adverſario viſibili, & inviſibili. Chaldæus. D. Greg. D. Ambroſ. Rupert. Didymus. Bleſenſis. Enchir. Proverb. 9. D. Hieron. D. Paſchaſ. Origenes. D. Thom. Luc. 13. Sap. 16. D. Baſil. Rupert. Cantic. 4.

QUÆSTIO II.

Qui Libri ſint Canonici?

SUMMARIUM.

11 *Quid ſit Canon, & multæ derivationes ex eo.*

12 *Dupliciter conſideratur liber Canonicus, in actu primo, & ſecundo.*

13 *Libri Canonici dividuntur in Canonem Synagogæ, & Eccleſiæ.*

14 *Libri Canonici dividuntur in duas claſſes.*

15 *Varia computatio circa Canonem antiquum, & num. 16.*

17 *Ex D. Hieronymo quomodo antiquitus dividebantur libri.*

18 *Circa quam diviſionem tria maximè notanda, & n. 19.*

20 *Falſum eſt dicere, quòd ſolùm libri ex veteri Teſtamento, qui citantur in novo ſint canonici.*

21 *Canon Eccleſiæ Catholicæ à Concilio Tridentino.*

22 *Hic Canon determinatus à multis Conciliis antiquis.*

23 *Et libri ſunt Canonici cum omnibus ſuis partibus:*

Quid Canon, à quo derivantur multa.

A Nomine incipiamus, *Canon* nomen eſt Græcum, & idem valet, ac regula, teſte D. Iſidor. *lib. 6. c. 16.* proindeque *Canon* in duplici 11. D. Iſidor.

plici differentia poteſt conſiderari. Primò pro regula, ſeu norma, quæ in omnibus artibus, ac diſciplinis, datur. Hinc *Sacra* in divino Miſſæ ſacrificio dicitur Canon, quia in eo obſervatur exactè, ac perfectiſſimè tota regula Evangelica, Apoſtolica, & Eccleſiaſtica. Ita Gabriel Biel *in Canonem Miſſæ*. Tuſchus verb. *Canon* 23. Maranta *in 3. p. praxis, n.* 23. Gabriel. Tuſchus. Maranta. Sumitur ſecundo *Canon* pro certo numero, ac Catalogo, & inde Clerici, qui in majori Eccleſia ſerviunt, dicuntur *Canonici*, ut pote adſcripti in determinato illo numero, ut patet *ex Concilio Laodicenſi cap.* 24. Hinc etiam, qui in beatorum relati ſunt albo dicuntur *Canonizati*. Ex utroque capite liber dicitur Canonicus. Primò, quia in eo datur regula eorum, quæ credenda, agenda, ac docenda ſunt. Secundò, quia talis liber adſcriptus eſt in Catalogo librorum, quos Eccleſia ſancta tenet, ac recipit, ut Canonicos. Concil. Laodic.

12. Pro quo notandum, quòd dupliciter poteſt eſſe liber Canonicus. Primò quoad ſe, & in actu primo. Secundò quoad nos, & in actu ſecundo. Ad illud primum ſufficit, quod Deus ſit illius ſpecialis Auctor. Ad ſecundum ultrà requiritur, quòd ab Eccleſia proponatur, ut à Deo dictus, & inſpiratus. Eccleſia eſt organum, per quod Deus loquitur, & manifeſtat, quæ credenda; & tenenda ſunt. Ita D. Irenæus *lib. 3. contra hæreſ. à cap. 2. uſque ad* 4. D. Auguſtin. *lib. 13. contra Fauſtum, cap. 4. & lib. 18. cap. 7. & lib. unico contra Epiſtol. fundam. cap. 5.* ubi eſt illa ejus vox celebris. *Ego Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret auctoritas.* Idem docent D. Cyrillus, Origen. D. Epiphan. Euchirius *in Enchiridio cap.* 1. Driedo, Canus, & alii multi Patres, & Doctores, quos citant, ac ſequuntur Medina *de recta fide in Deum c.* 11. Covarruvias *lib. 4. var. cap.* 11. Hîc nomine Eccleſiæ intelligimus ejus univerſale caput, Romanum nempe Pontificem. D. Irenæus. D. Auguſt. D. Cyrillus. Origenes. D. Epiphan. Euchirius. Driedo. Canus. Medina. Covarru.

Diviſio Canonis Librorum Sacrorum.

13. Inter multas Canonis diviſiones, valde celebre eſt apud ſanctos Patres. D. Auguſt. *lib. 17. de Civitate cap. 20. & lib. 18. cap. 36.* D. Epiphan. *lib. de ponderibus.* D. Hieronym. *in prologo Galeato*, & Auctores ſtatim citandos, quod Canon Librorum Sacrorum dividitur in Canonem Hebræorum, & Chriſtianorum, ſeu ſynagogæ, & Eccleſiæ Chriſtianæ. Loquimur hîc de Canone Hebræorum uſque ad adventum Chriſti incluſivè; nam poſteà multæ hæreticæ ſynagogæ multis erroribus pullularunt, ut teſtantur Tertullian. Origenes, D. Epiphanius, Beda, & alii Patres, quos referunt, ac ſequuntur Marius *in Prologo q.* 4. *ſect.* 1. Serarius *lib. 1. Thiæ. cap. 21. & lib. 4. Minerval. cap.* 14. Sixtus Senenſ. *lib. 1. Bibliothecæ ſtatim à princip* Bellarm. *lib. 1. controverſ. 1. cap.* 4. Nam Sadducæi Pentateuchum recipiebant, omnes alios libros repudiabant; è contra Nazaræni, ſolos libros Moyſis auferebant; & nunc Judæi multa cæcitate involuti, ac detenti omnes ſacros libros pro ſua malitia, ac nequitia, multis erroribus, falſitatibus, ac depravationibus habent corruptos, ut nihil apud eos ſit verum, & ſincerum, omnia enim mala ſuper mala immundaverunt ſuper eos. D. Auguſt. D. Epiphan. D. Hieron. Tertullian. Origenes. D. Epiphan. Beda. Marius. Serarius. Sixtus. Bellarm.

14. Celebris eſt etiam inter Patres, & Doctores diviſio in libros *Protocanonicos*, & *Deuteronomicos*. Illi libri dicuntur *Protocanonici*, qui primò, & ab exordio Eccleſiæ fuerunt recepti, ut quinque libri Moyſis, & cæteri veteris Teſtamenti, quibuſdam receptis, de quibus ſtatim, & in novo Teſtamento, quatuor Evangelia, & alii ſimiles. Secundò ſunt libri, quos Catholici vocamus *Deuteronomicos*, id eſt ſecundi ordinis qui primum ſub Apoſtolorum temporibus non ſtatim, inter Canonicos fuerunt recepti, ſed poſteà Eccleſia approbante, ut ex communi ſententia notat Lahay *in Prolog. ſect. 12. cap. 2. §. Canonici*, tales ſunt, ex veteri Teſtamento libri Eſther, Judith, Tobiæ, Baruch, Epiſtola Ieremiæ, Sapientia Salomonis, Eccleſiaſticus, Oratio Azariæ, Hymnus trium puerorum, Suſannæ hiſtoria, Machabæorum Liber primus, & ſecundus, ex novo Teſtamento Epiſtola Iacobi, & Petri Epiſtola prima, & ſecunda, ac Ioannis prima, ſecunda, & tertia, & Acta Apoſtolorum; & Apocalypſis, quos omnes Antiquæ Eccleſiæ, non ut Canonicos habuerunt, etſi multæ auctoritatis, & ad eorum lectionem tantùm admittebant Cathecumenos, ut Canonicæ lectionis nondum capaces, ut teſtatur D. Athanaſius *in Synopſi*; poſteà verò ad omnium lectionem fuerunt admiſſi Cathecumeni, ut refert Ruffinus *in Symbolo*. Modò verò omnes iſti libri ſunt de fide Canonici: ut definitum eſt in multis Conciliis, ut infra dicam *in hac quæſt. n.* 21. & latiùs reſolutione tertia, dum de unoquoque in peculiari fuerit ſermo. Lahay. D. Athanaſ. Ruffinus.

Canon antiquus veteris legis.

15. Conveniunt omnes ſancti Patres, & Doctores Catholici apud Hebræos antiquos uſque ad adventum Chriſti incluſivè fuiſſe Canonem librorum Canonicorum approbãte ſummo ſacerdote. Et in computando numero horum librorum maxima varietas eſt apud ſanctos Patres. Primò Amileto Sardenſis antiquiſſimus Auctor apud Euſebium *lib. 4. c. 26.* Viginti quatuor libros numerat in Canone antiquo Iudæorum. Secundò D. Epiphanius *lib. 56. hæreſ. 8.* cui adhæret D. Damaſcenus *l. 4. cap.* 18. numerant viginti ſeptem libros. Tertiò, D. Gregorius Nazianz. *in lib. ſuorum Carminum*, viginti duos libros numerat, & inter eos de libro Eſther nullam facit mentionem, ſicut & Amileto citatus, imò ſanctus Athanaſius in ſinopſi expreſsè non computat inter Canonicos librum Eſther. Amileto. Euſebius. D. Epiphan. D. Damaſc. Nazian. D. Hieron.

16. Communior, & magis recepta ſententia D. Hieron. qui viginti duos libros numerat juxta literas Alphabeti Hebraïci, ſic ait ſanctus Doctor in Prologo Galeato: *Quomodo viginti duo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraïcè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur, ita viginti duo volumina ſupputantur, quibus quaſi literis, & exordiis in Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri juſti nutritur infantia.* Valde enim congruum fuit quod ſicut ſunt viginti duæ literæ, quibus omne, quod diſcimus, comprehenditur, ita eſſent totidem libri, ſub quibus omnia, quæ de

de Deo ſciri oportebat, continerent. Hanc D. Hieronymi ſupputationem omnes communiter admittunt Origenes, D. Athanaſius, D. Damaſcenus, D. Iſidorus, Rabbanus, quos citant, ac ſequuntur Sixtus Senenſis *lib.* 1. *Biblioth.* Scalante *lib.* 5. *Clypei, c.* 1. Galazar *lib.* 4. *cap.* 1. Antonius à Matre Dei *præludio* 1. *dub.* 8. *n.* 145. & multi alii. Et ita dividunt in tres claſſes, legalium, Prophetarum, ac Agiographorum, id eſt tertii ordinis, quam partitionem tanquam tunc communem indicavit Chriſtus Dominus. *Luc.* 24. *n.* 44. dicens: *Oportet implere omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis, Prophetis, & Pſalmis de me.* Ubi Dominus ponit tria membra, legem, Prophetas, Pſalmos, quia ſub illis tribus membris tota Scriptura continebatur, & ſub Pſalmis tanquam principaliori parte intelligit libros Agiographos, id eſt tertii Ordinis.

Origenes. D. Athan. D. Damaſc. D. Iſidor. Rabbanus. Senenſis. Scalante. Luc. 24.

17. Conſtat ex D. Hieron. citato cum cæteris Auctoribus, quod Hebræi antiqui dividebant libros in tres partes, hoc eſt in legem, Prophetas, & Agiographos, id eſt tertii Ordinis. In prima parte ſub lege includebant quinque libros Moyſis. In ſecunda parte ſub Prophetis octo, 1. Joſue 2. Judices, cum Ruth, in diebus Judicum ejus facta memoratur hiſtoria, 3. Samuelem, id eſt primum, & ſecundum Regum. 4. Tertium, & quartum Regum. 5. Iſaiam. 6. Jeremiam cum lamentationibus. 7. Ezechielem. 8. Duodecim libros Prophetarum. In tertia claſſe, ſeu ſub Agiographia reponebãt novem. 1. Job 2. Pſalterium Davidis. 3. Proverbia Salomonis. 4. Eccleſiaſten. 5. Cantica Canticorũ. 6. Danielem. Exceptis, oratione Azariæ, & Cantico trium puerorum, quæ ſunt in noſtra vulgata cap. 3. & hiſtoriis Suſannæ, Belis, & Draconis. 7. Paralipomen. 8. Eſdram. 9. Eſther. Et ita apud Hebræos antiquos viginti duo libri Canonici reputabantur juxta viginti duas literas Alphabeticas.

D. Hieron.

18. Circa hunc diviſionem aliqua notanda ſunt, quòd aliqui libri, quamvis fuerint in multa veneratione apud Hebræos, non ſunt in hac computatione, quales ſunt Tobias, Judith, Baruch, Epiſtola Jeremiæ, quæ habetur c. ejus 6. Sapientia, Eccleſiaſticus. Primus, & Secundus Machabæor. quibus Medina *de recta in Deum fide, lib.* 6. *cap.* 2. & Rua *controv.* 1. *poſit. dub.* 8. addunt Orationem Salomonis, quæ in aliquibus Codicibus habetur ad finem Eccleſiaſtici. *ex* 3. *Regum* 8. de quo latè agit Lorca 2. 2. *lib.* 1. *de locis diſp.* 3. *membr.* 1. *n.* 7. Genebrardus tamen in Chronologia *ad annum* 3860 *n.* 10. cenſet & probabile exiſtimat. Serarius in Prologomio *cap.* 8. *q.* 17. In alio Canone autem Hebræorum fuerunt repoſiti libri Tobiæ, Judith, & Machabæorum.

Medina. Rua. Lorca. Genebrard.

19. Secundò notandum, quòd ſub Prophetis computabãt libros Hiſtoricos, ut Joſuë, Judices: & libros Regum, Hugo de Sancto Victore, quia à Prophetis fuerunt conſcripti. Vel dic quòd inter Hebræos ſumma erat auctoritas Prophetarum, & ideo ad reconciliandam auctoritatem his libris, inter Propheticos numerabant. Tertiò, quid in hac computatione, Job, Daniel, liber Pſalmorum non computantur inter Prophetas? Reſpondent citati Scalante *cap.* 3. & Antonius à Matre Dei, *n.* 150. quia quamvis iſti ſint Prophetæ, tamen non utuntur uſitato modo loquendi Prophetico, qui erat: *Hæc dicit Dominus Deus*, & Chriſtus librum Pſalmorum diſtinguit à Prophetis Luc. 24. n. 44. *Quæ ſcripta ſunt in lege, Prophetis, & Pſalmis.* Deinde adverte quòd de hoc Canone Hebræorum, parum erat agendum, quia forſitan ordinatus fuit à Rabbinis antiquis, quorum opiniones paſſim rejicimus, & damnamus; ſed quia Sancti Patres multa de hoc Canone agunt, ideo de illo à nobis fuit agendum.

Hugo.

Adverte ultimò falſum eſſe dicere ſolos illos libros veteris Teſtamenti eſſe Canonicos, qui à Chriſto Domino, vel Apoſtolis citantur in novo Teſtamento, ut dixerunt Hæretici, quia hoc dato, nec liber Judith, nec Eſther, nec Eccleſiaſtes, nec Cantica Canticorum, Abdias, & Sophonias, & alii erunt Canonici, cùm eorum teſtimonio, nec Chriſtus, nec Apoſtoli unquam uſi fuerint, ac proinde dicere illos tantùm libros eſſe Canonicos, qui in novo Teſtamento citantur, & eſt falſum, & hæreticum, contra Eccleſiæ definitionem. 20.

Canon Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ.

Canonem ſacrorum librorum ſigillatim præfixo, ac determinato numero nobis proponit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 4. & ſunt eo ordine, ut habentur in Biblia, & ſunt infraſcripti. Veteris Teſtamenti quinque Moyſis, id eſt Geneſis, Exodus, Levitieus, Numeri, Deuteronomium, Joſuë, Judicum, Ruth, Quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdræ primus, & ſecundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Eſther, Job, Pſalterium Davidicum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias. Hieremias, cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id eſt Oſea, Joël, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, Primus, & Secundus. Teſtamenti novi quatuor Evangelia, ſecundùm Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Actus Apoſtolorum à Luca Evangeliſta conſcripti. Quatuordecim epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri epiſtolæ duæ, Ioannis Apoſtoli tres, Iacobi Apoſtoli una, Iudæ Apoſtoli una; Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. 21. Trident.

Hic autem Canon ſacrorum Librorum non primũ à Concilio Tridentino eſt factus, ſed ab antiquiſſimo tempore habetur in Eccleſia Dei, & traditur ab antiquiſſimo Concilio Laodicenſi *c.* 59. ſub ſancto Sylveſtro Papa anno Domini 314. ab Innocentio I. *epiſt.* 3. *ad Exuperium, cap.* 7. anno Domini 408. & à Concilio Carthaginenſi, quod vocatur tertium anno Domini 419. in quo interfuit D. Auguſtinus, & ipſe eundem Canonem indicat *epiſt.* 235. & Gelaſius Papa *in cap. ſancta Romana Eccleſia dict.* 15. & alii multi, quos citant, ac ſequuntur Covarruvias *tom.* 2. *variar. lib.* 4. *cap.* 14. Lorca 2. 2. *tract. de locis Catholicis, diſp.* 3. *membr.* 1. ubi multos Patres antiquos 22. Cõc. Laod. Innoc. I. Carthag. D. Auguſt. Covar. Lorca.

Athanaſ. Nazianz. tiquos adducunt. Unde ſi Divus Athanaſius, & Nazianzenus librum Eſther inter libros Canonicos non computant, fortè eſt, quia eorum tempore de ejus auctoritate dubitabatur, quod modo non habet locum ob definitionem Eccleſiæ, pro qua ſtandum eſt.

2. Advertendum tamen eſt Concilium Tridentinum citatos libros non quomodocunque declarare Canonicos, ſed ut ibi exprimitur, integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt. Adverte, ſecundum modum loquendi, librum Canonicum dici authenticum; tamen authenticum latiùs patet, quia una Scriptura confecta à Notario dicitur authentica, non tamen eſt Canonica.

QUÆSTIO III.

Vtrùm omnes Libri ſacri, veteris Teſtamenti perierint, & ab Eſdra fuerint recuperati?

SUMMARIUM.

24 *Prima ſententia, & affirmativa.*
25 *Primum, & ſecundum fundamentum hujus ſententiæ.*
26 *Secunda ſententia, & vera negativa,*
27 *Ponuntur illius fundamenta, & n.28.*
29 *Codices, quos ſacri Scriptores ſuis manibus ſcripſerunt, non extant.*
30 *Non eſt neceſſe ut tales Codices extent, abundanter ſufficiunt approbati ab Eccleſia.*
31 *Nehemias ex variis regionibus ſacros libros congregavit.*
32 *Eſdras prædictos ſacros Codices correxit, & emendavit.*
33 *Eſdras prædictos libros ſcripſit, non antiquis literis Hebraïcis, ſed aliis denuò à ſe inventis, & n.34.*
35 *Solvuntur argumenta contraria, & explicantur Patres, & n.36.*

24. Sabellicus. Salmeiron. Senenſ. Feverden. D.Irenæus. Abulenſ. Lyra. Sanchez. Tertull. Clemens. Caſtro. Baron.

PRima ſententia, & affirmativa. Pugnant pro ea Antonius Sabellicus *Anedor.* 3. Salmeiron *tom.*1.*Prolog.*9. *Quinquag.*1. *Can.*4. Sixtus Senenſ. *lib.*1. *Biblioth. verb. Eſdras*, & *lib.* 2. *eodem verb.* Feverdenti. *Annot.* 7. *ſuper cap.*25.*lib.*3. D.Irenæus, Abulenſ. *ad c.*22.*lib.*4. *Reg.quæſt.*12.& Præfat.*ad libros Paralip.quæſt.*5. Lyra *ſupra Eſdram lib.* 1. *cap.*7. Gaſpar Sanchez *ad cap.*40. *Ezechielis, n.*10. citantur pro hac ſententia Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Euſebius, D.Hieron. Theodoret. D.Baſilius, D.Iſidorus, quorum verba videri poſſunt apud Caſtrum *Præfatione in Iſaiam c.*23. Baron. *anno Chriſti* 180. *n.*11. Salianus *anno mundi* 3447. *n.*10. & alii.

25. 4.Reg.25. Probatur primò ex 4.Reg.25.num.9.& 10. ubi dicitur Nabuzardan ſuccendit domum Dei. & domum Regis, & domos Jeruſalem, omnéſque domos combuſſit igne; ergo exinde veriſimile deducitur quod combuſſit libros. Et confirmatur ex Eſdra lib.4. cap.14. n.20. ubi dicitur: *Poſitum eſt ergo ſæculum in tenebris, & qui habitabant in eo ſine lumine, quoniam lex tua incenſa eſt, propter quod nemo ſcit, quæ à te facta ſunt.* Secundò argumentantur, quia ſaltem tempore Antiochi Epiphani Regis Ægypti omnes libros combuſtos eſſe conſtat, & vehementi rigore conquerebantur, ut patet ex 1.Machab.1.num.59. ubi dicitur: *Et libros legis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos, & apud quem inveniebantur libri Teſtamenti Domini, ſecundum edictum Regis trucidabant eum.*

26. Pereira. Bonfretius. Torniel. Salian. Nieremb. Bacan. Marius. Serarius. Tena. Scaiante. Oriolan. Lahay. Bellarm. Secunda ſententia omnino oppoſita negat omnes libros totaliter periiſſe. Eam tenet Abulenſ. ad 2. lib. Paralip. cap. 9. & cap. 25. & licet pro contraria ſententia citetur, tamen hic explicat ſuam mentem, dicens ſe locutum fuiſſe referens aliquorum opinionem; & ſubdit ſolos libros exiſtentes in Templo combuſtos fuiſſe. Pereira Præfatione *in Gen. n.*7. Bonfrerius *in Proloquiis ad ſacram Scripturam, c.*6.*ſect.*8. Torniellus ad annum 3447. Salianus eodem, & *etiam anno* 3621. Nieremberg. *de Orig ſacræ Scripturæ, lib.*9.*c.*28. Bacanus in Analog.*c.*1.*q.*4. Leonardus Marius *in Prologom. q.*3 *ſect.*1. Serarius *in Prolog. cap.*12.*q.*1. Tena *lib.*1.*Iſagoge diff.*3.*ſect.*7. Scalante *lib.*5.*Clypei, cap.* 23. Joſephus Epiſcopus Oriolanus *ad cap.*1.*lib.*1. *Machab.num.*59. Lahay *Prologom. in Geneſ.* Bellarm. *lib.* 2. *de Verbo Dei*: & ait oppoſitam ſententiam eſſe omnino improbabilem, & Baronius ſtatim citandus eſt in hac ſententia.

27. Jerem. 2.Mach.2. Probatur, quia Codices ſacri nec perierunt tempore Nabuchodonoſoris Regis Babyloniæ, quando Nabuzardan in Jeruſalem omnia devaſtavit; nec tempore Antiochi Regis; ergo nunquam perierunt. Probatur antecedens quo ad primam partem. In primis quando Nabuzardan, omnia, quæ erant in Jeruſalem, flammis tradiderit, nulla tunc fit mentio de inflammatione ſacrorum librorum, deinde Jeremias eripuit ab incendio, arcam, & tabernaculum 2. *Machab.*2. *num.*5. & etiam Jeremias in ſuis Threnis, valdè minutim deplorans miſeram conditionem Jeruſalem, illius devaſtationem cum ſuis muris, ac portis deſolatis, ſuiſque viis deſertis, deplorátque ſqualorem Virginum, puerorum lamentum, matrúmque afflictionem, ſi libri combuſti fuiſſent, hoc maximè deploraret. Ezechiel, & Daniel, ſi vidiſſent, quòd Sanctis libris aliquod periculum imminebat, eos ſine dubio abſcondiſſent, & Daniel poſitus in captivitate *cap.*9. *num.* 2. facit mentionem de libris Jeremiæ, *& eodem cap. num.*13. de Deuteronomio loquitur. Tandem cùm populus eſſet in ipſa captivitate & Regi Cyro, & ei oſtenſus fuiſſet liber Iſaiæ, qui *cap.*45.*n.*1. multa prædixit de ipſo Cyro, ducentis & decem annis, ante ipſius nativitatem, inde libertatem dedit populo cum plenaria poteſtate ædificandi Templum, cum aliis donis. Eſdras 1. *cap.*1. *à n.*1. & Joſephus *lib.*11.*Antiq.c.*2. & Baron. *tom.*2. *anno Chriſti* 180. teſtatur nullum Auctorem antiquum reperiri, qui dicat omnes Codices ſacros periiſſe. Daniel. 9. Eſdras 1. Joſephus. Baronius.

28. 1.Mach.3. Secunda pars probatur, quòd ſub Antiocho, omnes Codices ſacri non perierunt. Nam 1.*Machab.c.*3.*n.*46. dicitur Judæos in Maſpha convenïſſe, & jejunaſſe, libróſque legis ibi expandiſſe;

pandisse ; tum etiam *cap.* 12. *num.* 9. Ionathas
1. Mach. 12. ad Spartiatas scribens, ait, *Nos cum nullo indigeremus, habentes solatio sanctos libros.* Tum etiam, quia ante Adventum Christi verba legis, & Prophetarum per omne sabbathum legebantur, ut patet *Luc.* 4. *num.* 16. & *Actor.* 13
Luc. 4. Actor. 13. *num.* 27 Deinde Iudæi erant dispersi per totum orbem, ut ait Philo de legatis ad Caium,
Philo. & in Hispania erant duodecim Tribus, & multæ Coloniæ Iudæorum, ut latè ex multis
Vivarius. probat Vivarius in Commentario, au Flavum destruxit *ad ann. Christi.* 37. & in uno quoque vico, & oppido erant synagogæ, in quibus per sabbatha legebantur libri legis, & Prophetarum, qui libri erant apud Iudæos in magna æstimatione, & eos semper secum asportabant, ut latè probat Baronius supra citatus,
Baron. & libros sacros super secum asportabant, ut sua officia digne possent præstare, ut probat Rasa *controvers.* 2. *propos. dub.* 1. In certa ab incertis separemus, claritatis gratia sequentes conclusiones statuo.

29. Dico primò. Sacrorum voluminum auctographa, sive Archetypos, id est, exemplaria, quæ sacri Scriptores propriis manibus exararunt, modò in Ecclesia Catholica non extare, ita Bannes 1. *part. quæst.* 1. *art.* 8. *dub.* 4. &
Bannes. inde probatur, quia non assignabitur locus, ubi talia originalia extent. Nec contra hoc
Armacan. obstat quod referunt Armacanus *lib.* 2. *de quæstionibus Armanorum cap.* 11. & Senensis *lib.* 2. *Biblioth. verb. Esdræ.* Pentateuchus, qui dicunt Esdræ Pentateuchum unica, & oblonga membrana ipsius Esdræ manu, ut Hebræi credunt, conscriptum Bononiæ in Prædicatorum Cænobio, magna veneratione servari; sed hoc tantùm dicitur, ut Hebræi credunt; deinde hoc dato; illud non est originale manu Moysis conscriptum, sed manui Esdræ.

30. Dico secundò, non fuisse necessarium primos Codices in Ecclesia servari Et probatur, nam eandē auctoritatem habent modo transumpta approbata ab Ecclesia, quæ regitur Spiritu sancto, imò si ipsi originales Codices apud nos extarent sine approbatione Ecclesia, non haberent aliquam auctoritatem,
D. August. ad res fidei credendas, ut ait D. Augustinus contra Faustum. Deinde quia omnes Doctores non poterant eos ad manus habere, & literas Hebraicas, maximè vetustate corrosas legere, ac intelligere.

31. Dico tertio Esdras, Sacerdotes, & sacros Codices, ac libros ex variis regionibus congregavit, qui à persecutionis flamma evaserunt
2. Mach. 2. Ita expressè habetur 2. *Machab.* 2. *num.* 13. ubi de Nehemia scribitur: *Construens Bibliothecam congregavit de regionibus libros, & Prophetarum, & David.* Imò in ipsa captivitate Iudæi aliqua legis volumina habuerunt. Sic dicitur citato *cap.* 2. *num.* 2. Quòd Ieremias dedit transmigrantibus *legem, ne oblivisceretur præcepta Domini.* Quòd explicans Cornelius
Cornelius. à Lapide ibi ait: *Dedit illis legem, puta exemplar Deuteronomij, in quo tota lex à Moyse repetita continetur; vel exemplar totius Pentateuchi, ut illud assiduè in Babylone captivi legerent.* Et ait Textus *Ne oblivisceretur præcepta Domini.* Confirmatur hæc sententia, idem quod post captivitatem fecit Nehemias, fecit & Iudas post bellum Antiochi, congregare scilicet libros, qui per bellum perierant.

Dico quartò. Quod Esdras in lege peritissimus prædictos sacros Codices collectos con- 32.
tulit inter se, & ex gravioribus exemplaribus, & maximè ex illis, quæ data fuerant à Ieremia, aliena quæ irrepserant emendavit, ac expunxit, & ad vera ac solida exemplaria re- Nieremb.
duxit omnia, ut in sua primæva puritate remanerent. Ita benè colligitur ex citato Ma- A Matre
chabæorum, & ita tenent multi, quos ci- Dei.
tant, ac sequuntur Nieremb. *lib.* 4. *de orig. sacræ* Beda.
Scripturæ, c. 9. Fr. Anton à Matre Dei *in Isagogem Scripturæ Prælud.* 1. *dub.* 6. §. 4. *num.* 114. Qui etiam cum Beda *in lib.* 1. *Esdræ cap.* 7. ac aliis tenet, quod non solum Esdras ad Marginem, sed etiam in ipso Textu, divino Spiritu afflante, aliqua addidit, ut illa verba
Deuteron 24. num. 10. *Non surrexit ultra Propheta Moyses* Hæc enim verba non Deuter. 24.
potuerunt dici nisi ab illo, qui multo post Moysem vixit, de quo infra.

Dico quintò. Quod Esdras Codices sacros 33.
à se correctos, ac emendatos magno consilio doctissimorum virorum approbavit, ac scriptum tradidit, non antiquis Hebraicis characteribus, quibus à Moyse fuerant cōscripti, sed aliis novis à se inventis. Ita D. Hieron. *in* D. Hieron.
cap. 9. *Ezechiel.* & in Prologo Galeato. Beda Beda.
in libr. Esaiæ c. 7. Laurentius Bejerlinch. *Theatro vitæ humanæ littera I.* Rua Gretserus, quos Theatrum
adducit citatus Fr. Antonius à Matre Dei, vitæ.
num. 113. Ioan. de Lahay *tom.* 1. *Bibliæ. Maxim.* Rua.
in Prolog. sect. 7 *cap.* 4. De qua re aliquas ra- Anton.
tiones adducit, quas rejicit, ac impugnat? cujus Lahay.
rei ea communis est ratio, ut Iudæi omnibus modis á Samaritanis Hæreticis, ac Schismaticis se pararenrur, sicut enim dispari cultu, disparibúsque moribus dissociabantur, sic etiam essent divisi literis, ac characteribus: nam Samaritani utebantur à Moyse appositis, & traditis, ut habent citati Auctores.

D. Hietonymus ad citatum *c.* 9. *Ezechie-* 34.
lis hoc probat, quia *Tau* ultima littera in Al- D. Hieron.
phabeto Hebraico antiquo, quousque ad Hieronymi tempora Samaritani utebantur, magnam cum nostra salutifera cruce habet similitudinem; & ideo à Chaldæorum gladio liberandi, signo *Tau* in fronte impresso signabantur ad Ezechielem citato c. 9. num. 4. *Tau* autē littera, quæ postea in usu fuit apud Hebræos, nullum habet cum figura crucis commercium, ut ex illo Alchabeto patet, ut notant proximi citati Auctores.

Ad Argumenta.

Ad primum respondetur, quod citato lo- 35.
co *cap.* 25. *Regum.* 4. nulla fit mentio de combustione librorum; ergo non sunt combusti, ut benè probant fundamenta secundæ sentē- Genebrard.
tiæ? & ut refert Genebrardus *lib.* 1. *Chronolog. anno* 2670. Moyses antequam moreretur tredecim Pentateuchi exemplaria transcripsit à primo usque ad ultimum elementum; & singulis Tribubus singula dedit, tertium verò decimum Leviticis tradidit, & cum multa veneratione repositum fuit in Templo, & tabernaculo, & regnantibus pessimis Achab, & Manasses, qui ut licentiosiùs viverent, omnes sacros Codices perire, maximè intendebant; & ideo Levitæ volumen sibi à Moy-

ſe traditum,altè;& profundè abſconderunt in Templo, quod poſtea inventum eſt *anno* 18. 4.Reg 22. Regis Ioſiæ, 4.*Reg.*22.*à num.*8. quæ inventio tanquam miraculoſa eſt habita; & valde grata fuit Regi, & per illud volumen inventum emendati ſunt multi Codices corrupti, qui circumferebantur, ut laxatum haberent modum vivendi homines.

36. Ad confirmationem, ex Eſdra, in qua dicitur ſæculum poſitum in tenebris, quia lex Domini incenſa,quia contemnebatur,& non cuſtodiebatur, vel quia multis, & variis depravationibus corrumpebatur, ac profanabatur; & quòd omnes libri non perirent, pater 2. Eſdr.8. ex ipſo Eſdra *lib.*2. *cap.*8. *num.*1. ubi dicitur, *Dixerunt Eſdræ ſcribæ,afferre librum legis Moyſis : attulit ergo Eſdras Sacerdotes legem coram multitudine : & legit in eo apertè, &c.* ſi nullus extabat liber, quomodo jubetur afferri librum? Et ſi omnes perierant,unde eum habuit? Si librum attulit, aperuit, & legit, non ex memoria hæc protulit,ſed ex libro in manibus habito; ergo non omnes perierunt, ſed aliqui ſalvi facti ſunt. Ad multas auctoritates D.Athanaſ. Patrum D.Athanaſii, Hilarii, D.Chryſoſtomi, Theodoreti Præfatione in Pſalm. qui dicunt, *Scripturam veterem depravatam tempore captivitatis ab Eſdra fuiſſe reſtitutam*; quæ ſolùm probant,quod Eſdras divino auxilio ſuffultus, ac humana diligentia Codices ſacros diſperſos collegit, & à multis depravationibus expurgavit, ac ad ſuam primævam puritatem reduxit, ac recto ordine inter ſe ordinavit.

D. Hilar. D. Chryſ. Theodoret.

QUÆSTIO IV.

An aliqui libri ſacri fuerunt antiquitùs qui perierint, & modo non extent?

37 *Prima ſententia, & negativa.*
38 *Secundum argumentum ex ſacramentis.*
39 *Tertium argumentum ex reſtauratione per Eſdram.*
40 *Quartum, ac quintum argumentum ex libris citatis, ac experientia.*
41 *Secunda ſententia, & communis.*
42 *Libri Canonici in duplici poſſunt conſiderari differentia.*
43 *In veteri Teſtamento multi libri perierunt in actu primo, & in actu ſecundo : in Eccleſia Chriſti nullus perivit in actu ſecundo.*
44 *Prima pars concluſionis eſt communis Sanctorum Patrum.*
45 *Liber Henoch fuit literis traditus.*
46 *Catalogus librorum qui periertnt in veteri Teſtamento.*
47 *Multi auctores prædictorum librorum dicuntur Prophetæ, ac videntes.*
48 *Pars aliqua illorum librorum apud nos eſt Canonica.*
49 *Solvuntur argumenta oppoſita, & num.*50. 51. 52. & 53.

37. Stapleton. SEntentiam negativam tenent Stapletonius lib.contra Vvitakerum,& Salmeiron *tom.*1. *prolog.*9. *Can.*4. Probatur. Primò, quia Salmeiron. Chriſtus Dominus, ait Matth. 24. num. 35. Matth.24. *Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt*, & Matth.5. n.18. ait ipſemet Matth.5. Dominus Chriſtus : *Iota unum, aut unus apex non præteribit à lege*, & Iſai. 40. num. 8. ait : Iſai.40. *Verbum Domini manet in æternum*; ergo verba Dei, quæ perierunt, non erant Dei, ſed hominum.

Secundò. Ad Eccleſiæ dignitatem, ac majeſtatem pertinet, Scripturarum depoſitū ſibi 38. à Deo datum fideliter, & integerrimè cuſtodire, ac ſervare juxta illud 1. ad Timoth. 6. 1.Tim.6. num.20. *O Timothee depoſitum cuſtodi.* Et ſicut Eccleſia non eſſet fidelis cuſtos, ſi unum ex ſeptem Sacramentis, quibus initiatur, & ſanctificatur, jacturam fieri permitteret : ita etiam ſi unum ex libris Canonicis, quibus inſtruitur, regitur, ac gubernatur,amitti ſineret. Tertiò, quia Eſdras divino afflatu ſacros Codices reſtauravit, ut dictum eſt ſuperiori quæſtione n.30. ergo cum de illis libris,quos infra referemus, n.46. nihil reſtituit, ſignum eſt eos ſemper habitos fuiſſe pro Apocryphis, & nunquam ut Canonicos.

Quartò. Nihil ex iſtis libris citatur ab 39. Apoſtolis,ac Evangeliſtis in novo Teſtamento,cùm ex aliis libris,quos ut Canonicos habemus, multa citentur,quod argumentum eſt eos nunquam fuiſſe Canonicos. Confirmatur: quoniam libri Canonici veteris Teſtamenti habentur juxta numerum *Alphabeti Hebraici*, id eſt viginti duo; atqui ſi libri infra numerandi in Canone fuiſſent, quadrageſimum numerum excederent.

Quintò. Ex larga experientia conſtat,quòd 40. libri, qui ab Eccleſia ut Canonici venerantur, inter multas perſecutionum flammas, ac clades, ſemper incolumes, & integri ſalvi facti ſunt,& inde eſſe canonicos optimè probatur, ut ſuperiori quæſtione diximus; ergo à contrario ſenſu ex defectu hujus permanentiæ benè colligitur libros deperditos non fuiſſe canonicos. Quod confirmari poteſt ex his, quæ docet D. Auguſtinus *lib.* 18. *de Civitate* D.Auguſt. *cap.*38. dum ait,quòd aliquando Prophetæ,ut homines hiſtorica diligentia ſcripſerunt, aliquando divina inſpiratione literis mandarunt; ergo conjecturari poteſt, quòd illa, quæ ut homines ſcripſerunt, perierint, non verò ea, quæ ut divino ſpiritu afflati.

Oppoſita ſententia, quòd aliqui libri ſacri 41. perierint, eſt certa, & communis, eam tenet Abulenſ. *Exod.* 17. *quæſt.* 7. loquens de libro Abulenſ. juſtorum,& de libro Henoch,& 2.*Reg.*1.*q.*13. & 3.*Reg.*4. *q.*8. & multis aliis in locis. Rabanus. Rabanus. Lorca. Sanchez. Bellarm. Medina. Rua. Serarius. Galarza. Lahay. Anton. 2.*Reg. cap.*1. Lorca 2.2.*de locis Catholicis, diſp.* 3. Sanch. 1.*Reg.*10. *n.*57. & 59. Bellarm. *tom.*1. *controv.*1.*lib.*4. *c.*4. Gretſerus ejus propugnator *ibi*,§.Probat deinde Medina de recta in Deum fide cap.5. Sixtus Senenſ. multis in locis *lib.*2.*Biblioth.* Rua *tom.*1.*controv.*1.*dub.*7. Serarius *in Prologom.cap.*8.*q.*14.& 15.Galarza *lib.*4.*Inſtitut.cap.*6.& 7.Lahay *tom.*1.*in Bibliam Maxim. in prolog. ſect.*14. *cap.*1. Fr.Anton. à Matre Dei *in Iſagoge ſcrip. Prælud.*1.*dub.*8.§.2. *num.*121.

Pro hujus rei intelligentia ſciendum eſt 42. libros Canonicos in duplici differentia poſſe conſiderari; Primò quoad ſe, & in actu primo;

mo; alio verò modo, in actu ſecundo, & quoad nos; illi ſunt Canonici in actu primo, & quoad ſe, qui habent auctoritatem divinam, cum ſint dicti à Deo revelante, & apti ſunt, ut reponantur in Canone; illi autem ſunt Canonici in actu ſecundo, & quoad nos, qui non ſolùm habent auctoritatem divinam, ſed etiam repoſiti ſunt in Canone ab Eccleſia, quæ eſt organum, per quod Spiritus ſanctus nobis loquitur, & tunc per ipſam Eccleſiam nobis certo conſtat de auctoritate divina ipſorum librorum. Hoc poſito.

43. Dico, quòd multi libri ſacri, & Canonici in actu primo, & etiam in actu ſecundo, qui erant nempe repoſiti in Canone Hebræorum, qui ſervabatur in Templo, ut docet D. Auguſtin. *lib.* 15, *de Civit. cap.* 23. perierunt, ut docent Auctores ſecundæ ſententiæ. Quantum verò ad Eccleſiam Ieſu Chriſti, fieri poterat, ut aliqua Scriptura Canonica, nempe aliqua Epiſtola ex Apoſtolis, ut dicam infra ad quartum argumentum, *num.* 52. quæ erat in actu primo Canonica, periret; at verò libri Canonici in actu ſecundo, poſtquam recepti ſunt ab Eccleſia ipſa Catholica, & in Canone repoſiti, facta omni diligentia, totis meis viribus nullum potui invenire, qui perierit, ſed omnes divina protegente gratia ſalvi, & integri conſiſtunt, quo oſtenditur ſumma protectio, cuſtodia, ac tutela, quam Chriſtus habet erga ſuam Eccleſiam. D. Paſchaſius *lib.* 12. *in Matth.* ait: *Capillus de capite veſtro non peribit, ut certum faciat, quod nec minimum quidem ſuorum diſcipulorum, ac ſponſæ ſuæ Eccleſiæ peribit.*

D. Auguſt.

D. Paſchaſ.

44. Reſtat, ut probetur prima pars concluſionis, & eſt expreſſa D Auguſt. *lib.* 15. *de Civitate Dei, cap.* 23. & ait; *Scripſiſſe quidem nonnulla divina Henoch illum ſeptimum ab Adam, negare non poſſumus, cum hoc in Epiſtola Canonica Iudas Apoſtolus dicat.* Idem habet *lib.* 18. *c.* 38. D. Athanaſius in fine ſynopſis. D. Chriſoſtomus, *homil.* 9. *in Matth. & homil.* 7. *in* 1. *ad Corinth.* Origen. *homil.* 1. *in Cantic.* Tertullianus *in Apolog. cap.* 22. *& lib. de Idol. cap.* 4. D. Hieronymus *in Epiſt. Cathol. Iudæ.*

D. Auguſt.
D. Athan.
D. Chryſ.
Origenes.
Tertull.
D. Hieron.

45. Nec contra hoc obſtat id, quod Medina *lib.* 5. *de recta in Deum fide. cap.* 24. ait; Prophetiam Henoch non fuiſſe literis traditam, ſed traditione habitam, quia Gelaſius Papa, *in cap. ſancta Romana, diſtinct.* 15. recenſens libros apocryphos, nullam libri Henoch facit mentionem. Sed contra ſtat ſententia omnium Patrum aſſerentium Henoch librum ſcripſiſſe, ac proinde pro eorum ſententia eſt ſtandum. Gelaſius autem Papa non omnium librorum, qui tunc erant apocryphi meminit.

Medina.

Gelaſius.

Probatur ſecundo, quia multi libri in ſacris voluminibus citantur, qui nunc non extant, quorum

46.
1 Liber bellorum Domini, Numeror. 21. num. 14.
2 Liber Iuſtorum Ioſuë 10. num. 13. & 2 Reg. 1. num. 18.
3 Liber Verborum, ſeu rerum geſtarum Salomonis. 3. Reg. 11. num. 14.
4 Liber Verborum Regum Iuda. 3. Reg. 14. num. 29.
5. Liber Verborum Regum Iſraël, ibidem num. 19.
6 Liber Samuelis videntis, 1. Paralip. ultim num. 29.
7 Liber ejuſdem Samuelis, 1. Reg. 10. n. 25
8 Liber Nathan Prophetæ, 1. Paralip. ult num. 29.
9. Liber Gaad videntis, 1. Paralip. 29. n. 25
10. Liber Athiæ Siloni tis, 2. Paralip. 9. n. 29.
11. Liber Addonis Prophetæ videntis, ibid.
12. Liber Iehu, 2. Paralip. 20. num. 35.
13. Liber Hozai. 2. Paralip. 33. num. 19.
14. Liber Salomonis tria millia Paraboiarum, 3. Reg. 4. num. 32.
15. Liber Salomonis quinque millia carminum, ſeu Canticorum, ibid.
16. Liber Henoch Epiſtola Iudæ, n. 14.
17 Epiſtola ſanctiſſimi Parentis Eliæ miſſa ad Regem Ioram. 2. Paralip. 21. n. 12.
18 Ieremiæ deſcriptiones, 1 Machab. 2. n. 1.
19. Ioannis Hircani liber dierum, 1. Machab. cap. ult. num. 24.
20. Hiſtoria Oziæ Regis Iuda, quam ſcripſit Iſaias Propheta; 2. Paralip. 26. num. 22. quibus addendi ſunt, *liber Eldab, & Medab*, & teſtamentum *Moyſis*, & Pſalmus *unus ultra centum, & quinquaginta*, de quibus facit mentionem D. Athanaſius *in ſynopſi*; & tamen negari non poteſt, quòd multi ex his libris fuiſſent Canonici; ergo aliqui libri olim fuerunt in Canone Hebræorum, qui modò non extant.

D. Athan.

Minor ex multis probatur, quia multi ex his, qui in prædictis libris citantur, dicuntur *Prophetæ videntes*, & ſcripta eorũ dicuntur *viſiones*. In viſione Addo videntis; 2. *Paralip.* 9. *num.* 29. quod ſignum eſt eos ſpiritu prophetico, ac Domino inſpirante, ac manifeſtante ſcripſiſſe ea, quæ videbant; nam verba illa *Prophetæ videntes viſiones*, cum ſint ſcripturæ in proprio ſenſu ſunt intelligenda, cum aliunde nullum ſequatur inconveniens. 47.

2. Paral. 9

Secundò probatur eadem minor. Quia aliqua pars iſtorum librorum, quæ ad nos pervenit, ut Cantica Canticorum eſt Canonica, cur etiam non erit Canonica alia pars ipſorum Canticorum, quæ periit, ſi eam haberemus. Tertiò. Cum ſacra Scriptura nos remittit ad alios libros, ut juſtorum bellorum Domini, ac Regum, nempe ut illarum hiſtoriarum habeamus pleniorem notitiam, ergo eo ipſo indicat eſſe tales, ut integra fides illis ſit danda, ac proinde divinam in eis ineſſe auctoritatem ſupponit. 48.

Ad primum argumentum, quod verba Dei non præteribunt, non eſt ſermo de ipſo Verbo Dei materialiter ſumpto ſcripto in papyro, vel libro, ſed de verbo formaliter pro ſuo ſignificato, quod nempe illius ſignificatum, adimplebitur uſque ad ultimum iota, aut apicem. Ad illud Iſaiæ, *Verbum Dei manet in æternum*, Sermo eſt de Verbo Dei ſubſtantiali, quod in æternum permanet. 49.

Ad Secundum dicimus, quod ſemper Eccleſia fideliſſimè cuſtodivit depoſitum ſibi à Deo datum. Quod ſi aliquis liber ex Canonicis periit, non fuit ex negligentia Eccleſiæ, ſed ob altos fines divinæ Providentiæ, de quo aliqua quæſtione ſequenti. Nec eſt eadem ratio de Sacramentis, ac libris: nam ille modus, ac regula vivendi, quæ continetur in uno libro per alium ſuppletur, at unumquodpue Sacramentum 50.

mentum habet ſuum peculiarem effectum. *Baptiſmus* dat primam gratiam, & delet peccatum originale. *Confirmatio* corroborat in fide ad vincendas tentationes contra illam. *Pœnitentia* ad delenda peccata actualia. &c. & ſi Deus vellet tollere aliquod Sacramentum, utique tollendum eſſet, ſicut abſtulit Sacramenta legis veteris, quæ altiſſimè ſupplevit per Sacramenta novæ legis.

Ad tertium dicimus Eſdram reſtituiſſe libros, quos colligere poterat, qui ex perſecutionis flamma evaſerant, & eos expurgavit, emẽdavit, ac correxit, ut dixi *ſuperiori quæſt. n* 30. vel illi libri jam erant deperditi ante Eſdram, vel poſt ipſum Eſdram deperditi ſunt: nam *lib.* 4. *Eſdræ. c.* 14 *n.* 44. dicuntur libri ſcripti ab eo ducenti quatuor, qui numerus incomparabiliter Excedit libros, qui nunc apud nos extãt.

51. 4. Eſdr. 14.

Ad quartum, negatur antecedens: nam Iudas Apoſtolus in ſua Canonica n. 14. citat librum Henoc. Et Apoſtolus Paulus ad Coloſſenſes 4. n. 16. citat Epiſtolam ſuam ad Laodicenſes, quæ apud nos non habetur. D. Mat. 2. num. 23. de Chriſto Domino ait: *Quod dictum eſt per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur* D. Chryſoſtom. *homil.* 9. *in Matth.* Euthymius, Theophylactus, Carthuſianus, quos retuli *tom.* 1. *in Evang. lib.* 2. *cap.* 9. *q.* 9. *num.* 33. & exiſtimant locum deſumptum ex libris Prophetarum, qui perierunt. Secundò reſpondetur, etiamſi antecedens admittatur, nihil inde probari, quia ex Canticis Canticorum, ex Eccleſiaſte, ex Eccleſiaſtico, ex libris Tobiæ, Iudith, ac Machabæorum nihil citatur in novo teſtamento, & tamen non ideo à Canone excluduntur. Ad confirmationem dicendum, quod illi libri perierunt ante talem computationem Alphabeti Hebraïci; vel dic quia illa computatio fit, quia ad illum numerum reducuntur: nam ſi libri veteris Teſtamenti ſigillatim numerentur, excedunt numerum quadragenarium.

52. Coloſſ. 4. Matth. 2. D. Chryſ. Euthym. Theophyl. Carthuſ.

Ad quintum dicimus ex conſervatis libris bene infertur ſignum Divinitatis in eis contentæ, ergo illi, qui perierunt, ſignum eſt non habere talem divinitatem. Non valet conſequentia, ſicut Deus liberavit tres pueros à camino ignis, ut oſtenderetur eos eſſe verè Dei ſervos, ſi autem eos noluiſſet liberare, ut noluit liberare Beatam Apolloniam, inde deducebatur eos non eſſe verè Dei ſervos, non valet conſequentia, ſunt res pertinentes ad divinam Providentiam, quæ excedunt captum noſtræ mentis. Ad Auguſtinum reſpondetur illa dixiſſe non affirmando, ſed dubitando: nam eodem capite abſolutè priùs dixit: *Cujus rei cauſa fateor me latet*, & lib. 15. de Civitate, cap. 23. ſcripſiſſe aliqua divina Henoc negare non poſſumus.

53. D. Auguſt.

QUÆSTIO V.

Quare Deus voluit, ſeu permiſit prædictos libros perire?

SUMMARIUM.

54 *Multi ex prædictis libris, qui perierunt, erant Canonici.*

55 *Cur autem tales libri perierunt, cauſa maximè latet, ait D. Auguſtinus.*

56 *Tres opiniones referuntur, ac reprobantur.*

57 *Opinio Origenis etiam reprobatur.*

58 *Opinio D. Chryſoſtomi ſuas patitur difficultates.*

59 *Perierunt primo peccato Iudæorum.*

60 *Perierunt quia libri, qui extant abundanter ſufficiunt ad doctrinam, & eruditionem.*

SUppono cum communi ſententia prædictos libros, de quibus egi ſuperiori quæſtione ex magna parte fuiſſe Canonicos, ut tenent Serarius *in Prologom.* 8. *cap.* 14. Bonfrerius in Præludio ad Scripturam ſacram, *c.* 6. *ſect.* 2. & 5. Et probatur ex his, quæ dixi ſuperiori *quæſt. num.* 47. 48. Nam eorum Auctores dicuntur *Prophetæ videntes*, & aliqui dicuntur *libri viſionum*; ergo ſignum eſt, quòd quæ in eis ſunt fuiſſent à Deo accepta ſpiritu prophetico, ipſo revelante, ac manifeſtante. Deinde, qui multi ex prædictis libris citantur in ſacra Scriptura, in confirmationem eorum, quæ dicuntur; ergo prædicti libri erant Canonici; nõ enim fieri poteſt, ut ſcriptor Canonicus afferret in confirmationem ſuorum verborum ea, quæ erant inferioris conditionis, auctoritatis nempe humanæ. 54. Serarius. Bonfrerius

Hoc poſito. præſens quæſtio inquirit, cur Deus permiſit hos libros perire? Cauſam hujus rei aſſignare, pertinet ad divinam Providentiam. Unde ait Divus Auguſtinus citatus ad calcem ſuperioris quæſtionis, *Cujus rei cauſa, fateor me latet.* Quia tamen ſancti Patres, ac Doctores hujus rei aliquas rationes, & congruentias aſſignant, eas in medium referam, & quid probabilius dicam. 55. D. Auguſt.

Primò. Aliqui dixerunt, quòd hi libri multa ſupra humanam intelligentiam, & captum continebant. Sed hæc ratio eſt infirma; quia multæ Scripturæ, ut Prophetiæ Apocalypſis Joannis plenæ ſunt myſteriis, & rebus ſupra humanam intelligentiam, & captum. Secundò Glicas in Annalibus ex Euſebio, cauſam aſſignat, quia quædam curioſa tractabant; & hæc etiam ratio non ſubſiſtit, quia Deus, quæ curioſa propriè dicuntur, hoc eſt ita inutilia ut obſint potiùs, quàm proſint, nec dicit, nec loquitur. Tertiò, Abulenſis, 1. *Paralip. cap. ultimo, quæſt.* 32. ait: Ideo hoc permiſſum quia juxta hiſtoricorum prophanorum morem, homines aliquos nimium laudat; ſed tales adulationes Dei verbo adſcribere, valde turpe eſt, & alienum à veritate. 56. Glicas. Abulenſ.

Quartò, Origenes *Prologom. in Cantic. Cantic.* ait, quod placuit Spiritui ſancto tales libros de medio auferri, quia in eis multa fuerunt permixta apocrypha, & vix, ac difficiliter poterant diſcerni, ac diſtingui, quæ erant vera, vel falſa. Sed ſicut Eſdras ut dixi *quæſt.* 3. *num.* 30. ſacros Codices collegit, & ex probatiſſimis exemplaribus, omnes correxit, emendavit, & divino auxilio adjutus, omnes ad ſuã primævam puritatem reduxit ita fieri poterat de his codicibus deperditis. 57. Origenes. Eſdras.

Quintò, D. Chryſoſtomus *homil.* 7. *in* 1. *ad Corinth.* & *homil.* 9. *in Matth.* Hoc factum eſſe tum ob negligentiam Iudæorum, tum etiam ob eorum impietatem, ac prophanitatem, ob eorum negligentiam, præ multa deſidia ſua 58. D. Chryſoſt

ſacros

ſacros Codices ſinebant perire; & eos nec quærebant, nec inquirebant, unde caſu multa de foſſa terra librum Deuteronomij repertum eſt in Templo, regnante Joſia Rege, 4.
4.Reg. 22. Reg. 22. n.8. Tum etiam ob eorum impietatem, qua ſacros libros deſtruebant, & comburebant, ut conſtat *ex Ieremia 36. n.23.*
Ierem. 36. 59. Pro noſtra tenuitate duas conjecturas de hac re poſſumus efformare. Prima. Hoc factum eſt, ut Judæi tantis libris ſpoliarentur ob ſua peccata in Deum, ideo ipſe Arcam fœderis Domini è Templo ſuſtulit, & tabulas digito ſuo conſcriptas à Moyſe confringi voluit. Quid ergo mirum, ſi libros aliquos, quos ipſe dictaverat, eadem de cauſa perire permiſerit? nec ad ejus providentiam pertinuit impedire ne perirent, ſed ut conſervarentur.

60. Secundò. Permiſit Deus libros illos perire, quia hi, qui modò extant abundanter ſufficiunt, ut cognoſcamus ſuprema Dei opera, altiſſimas ejus diſpoſitiones, & pleniſſimè abundant ad ea, quæ requiruntur ad noſtram eruditionem, ac doctrinam, ſicut Chriſtus Dominus multa alia dixit, & fecit, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc Joan. ultimo nu.25.
Joan. 21. Sed tantùm illa ſunt literis mandata, quæ apertiſſimè nos manifeſtant ejus ſublimia, ac altiſſima facta, ejus ſacratiſſima myſteria pro noſtra redemptione, & quæ abundantiſſimè nos inſtruunt in omni via juſtitiæ, ac ſanctitatis: multa, & illuſtriſſima ſunt geſta ſacrorum Apoſtolorum Petri, Pauli, & aliorum; & tamen non omnia ſunt literis exarata, & ſi per ſingula ſcriberentur, multum nobis poterant proficere, non tamen fuit neceſſe ut omnia ſcriberentur, ſed illa tantum ſunt ſcripta, quæ abundanter nos docent, inſtruunt, ac illuminant; & ſicut non pertinuit ad altiſſimam Dei providentiam, ut omnia Chriſti geſta, ac ſacrorum Apoſtolorum ſcriberentur, ſic non pertinuit, ut omnes illi libri cuſtodirentur, ac ſalvi conſiſterent. Ita
Lahay. Lahay *ſect.10. cap.2. ad finem.*

Quæstio VI.

Utrum Spiritus S. Scriptori Canonico non ſolùm ſenſum, ſed etiam verba, eorúmque ordinem dictaverit?

SUMMARIUM.

61 *Impia ſententia Eraſmi rejicitur.*
62 *Explicatur ſtatus quæſtionis.*
63 *Prima ſententia negativa.*
64 *Secunda, & vera affirmativa.*
65 *Probatur primò ex Pſalm. 44.*
66 *Probatur ſecundò ex variis locis Scripturæ,*
67 *Probatur tertiò, & quartò, ex variis locis Scripturæ.*
98 *Primum argumentum, quod Paulus ſe dicit imperitum ſermone, loquitur ut dicebant ejus obtrectatores, & n.69.70. & 71.*
72 *Secundum argumentum, quod ſcriptor poſtulat veniam, hoc eſt de ſtylo non multùm compoſito, & n.73.*
74 *Tertium argumentum ſcriptores adhibent diligentiam, veluti diſpoſitionem, & n.75.*
76 *Quartum argumentum, quia Evangeliſtæ, & Apoſtoli in citandis locis veteris Teſtamenti non obſervant eadem verba, ut magis veritas pateat, & n.77.*
78 *Quintum argumentum ex Paulo: dico ego ut conſulens, & non Dominus ut præcipiens, & n.79.*
80 *Sextum argumentum Dominus præcipiens procuratori eſt cauſa moralis, Deus loquens per Scriptorem ſacrum, cauſa phyſica, & realis.*

OMiſſa impia ſententia Eraſmi *annot.2. in cap.2. Matth.* Et aliorum, qui impiè aſſerebant ſcriptores ſacros in ſacra Scriptura, multa falſa permiſcuiſſe, quia hoc dato tota auctoritas, & fides ſcripturæ periit; nam ſi falſum in una parte habetur, totum falſum reputabitur, *l. ſi ex falſis, C. de tranſact.* Vide Barboſam ad citatam legem. 61. Barboſ.

Fides tamen Catholica tenet, omnia contenta in ſcriptura eſſe indubitatæ veritatis, utpotè immediatè dictata, ac inſpirata ab Spiritu ſancto. Quæſtio tamen eſt, an Spiritus ſanctus in ſcriptore Canonico non ſolùm dictaverit ſenſum, ſed etiam verba, ac ordinem illorum, & cum quærimus, an Spiritus ſanctus dictaverit verba, eſt ſermo de illo idiomate Hebraïco, vel Græco, in quo ſcriptor Canonicus ſcripſit, non verò de illo idiomate, in quo ab Interprete, vel tranſcribente habetur ex Hebraico, vel Græco. De variis tranſlationibus, ac de noſtra vulgata infra dicam. 62.

Prima ſententia affirmat, quòd ex eo ſcripturæ dicuntur ſacræ, quia Spiritus ſanctus aſtitit ſuis ſcriptoribus, ſubminiſtrans illis res, & ſententias ſcribendas, vel ea revelando, ſi ſcriptori erant ignotæ, vel eorum animos dirigendo, ne in aliquem falſum ſenſum prolaberentur. Ita Sanchez *lib.2. Machab. cap.ultimo, num.14.* Tyrinus *ibi, cap.2. n.27.* Bonfrer. *in Prolog. cap.8. ſect.3.* Scalante *lib. Clypei, c.4. concluſ.2.* Cantapetrenſis *lib.8. hypoth. cap.4. fine*, Suarius, quamvis teneat contrariam ſententiam *tom. de fide, diſp.5. ſect.3. num.4. in fine*, tamen *num.5.* ſubdit, quòd dupliciter poteſt intelligi. Primò, per ſpecialem motionem antecedentem, qua verba, nomina, & eorum ſenſum per ſpecialem ſpeciem Spiritus ſanctus infundit. Secundò per aſſiſtentiam, & cuſtodiam, qua Divinus Spiritus impedit, ne ſcriptor aliqua verba, quæ non licent, apponat, in reliquis tamen permittit, ut ſcriptor ſua memoria, diligentia, ac ſpeciebus utatur; aſſeritque ſufficere, ut uno, vel altero modo verba ſint ab Spiritu ſancto. 63. Sanchez. Tirinus. Bonfrerius. Scalante. Cantapetr. Suar.

Secunda ſententia omnino vera, docet Spiritum ſanctum ſacro Scriptori dictaſſe, ac inſpiraſſe omnia, ſenſum nempe, & ſententiam, verba ſingula, illorum ſeriem, ac ordinem, uſque ad ultimum apicem. Ita docent communiter Sancti Patres. Divus Ambroſius Procœmio in Lucam ait: *Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes non conati ſunt; ſed divino Spiritu ubertatem dictorum, rerúmque omnium miniſtrante, ſine ullo molimine cœpta compleverunt.* D. Gregor. *in Procœmio Moralium*, ait, quod patum ſit curandum de Scriptore illius libri, & 64. D. Ambroſ. D. Gregor.

& ſubdit: *Quia auctor illius libri Spiritus ſanctus eſt.* Favet D. Auguſt. *lib.* 7. *Conf. cap. ultimo, & ſermone de Nativitate Domini.* D. Chryſoſt. *homil.* 29. *in Geneſ.* Theodoret. *ad initium Pſal.* Canus *lib.* 2. *de locis cap.* 18. Bañes 1. *p. q.* 1. *art.* 8. *dub.* 3. *concluſ.* 2. Salmeiton. *Prolog.* 26. Tena *lib.* 1. *Iſagoge ſacræ Scripturæ, diff.* 1. *ſect.* 3. Noſter Andreas *à Cruce* 1. *part. q.* 1. *art.* 10. Valentia *tom.* 3. *q.* 1. *punct.* 7. Sebaſtianus Peres Epiſcop. Oxomenſis *in regulis ſacræ Scripturæ, regul.* 2. Joan. D. Thom. 22. *d.* 9. *art.* 1. *pag.* 253. Baſilius Legion. 1. *part. variar. part.* 4. *expoſit. cap.* 1. Lorca ſuprà citatus 1. 2. *tract. de gratia, diſt.* 21. §. *Poteſt.* 3. & 2. 2. *tract.* 1. *de locis diſp.* 1. *n.* 8. & alij multi, quos citat, ac ſequitur Noſter Fr. Antonius à Matre Dei *in Iſagoge Scripturæ Prælud.* 1. *dub.* 2. *n.* 31. & tam conſtanter adhærent multi Auctores huic ſententiæ, ut dicat Bañes citatus oppoſitam non eſſe tutam, & Azor. *tom.* 1. *Inſtit. lib.* 1. *c.* 1. *quæſito* 11. contrariam ſententiam non poſſe tuto defendi. Et Paulus Griſaldus *libro deciſ. fidei,* §. *verba Scripturæ ſacræ,* oppoſitam ſententiam damnat.

D.Auguſt. D.Chryſ. Theodor. Canus. Bañes. Salmeiton. Tena. Andreas. Valentia. Peres. Joa ad Th. Legionen. Lorca. Fr.Anton. Bañes. Azor. Griſald.

65. Probatur primò. hæc ſententia, ex Pſal. 44. num. 22. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Ait quòd lingua ſua ſit tanquam calamus, qui regitur, ac dirigitur ab ſcribente, calamus non ex ſe, ſed ab ſcribente uſque ad ultimum apicem accipit, quæ literis mandat. Theodoretus ait in Davidis perſona; *Nihil proprium loquor, nec meæ mentis partus effero, aliùs efficaciæ lingua miniſtra eſt, & ipſa quidem calamum imitatur: gratia verò ſpiritus velocem ſcribam, per hanc, quæ vult, ſcribens.* Quòd de omni ſcriptore Canonico dicunt, & interpretantur ſancti Patres in præſenti, & D. Thomas prooemio in Iſaiam.

Pſalm. 44. Theodor. D.Thom.

66. Probatur ſecundò. Chriſtus Dominus, Matthæi 10. *num.* 20. ait ſuis Diſcipulis: *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis,* & Petrus *epiſt.* 2. *cap.* 1. *num.* 21. ait: *Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines,* & 2. Reg. cap. 23. num. 2. ait David: *Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo ejus per linguam meam,* & Dominus ad Jeremiam 1. num. 9. ait: *Ecce Dei verba mea in ore tuo.* Qui modus loquendi indicat, non ſolùm ſenſum, ſed etiam verba, eorumque diſpoſitionem eſſe à Deo dictante inſpiratam, ac directam; de ratione enim verbi eſt, ut procedat ab illo, cujus eſt verbum, tanquam à dicente, ad eumque dicat relationem originis, ut præclarè notat D. Thomas *in diſtinct.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 2. & *de veritate, quæſt.* 4. *art.* 2. & 4. *contra Gentes, cap.* 11. Ergo quidquid eſt in ſcriptura, eſt dictum ab ipſo Deo, ad eumque dicit relationem, tanquam ad ſuum principium, ac originem.

Matth. 10. 2. Petr. 1. 2. Reg. 23. Jerem. 1. D.Thom.

67. Probatur tertiò. Regius Vates ait Pſal. 48. num. 4. *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* Et ſtatim ſubdit, num. 5. *Inclinabo in parabolam aurem meam.* Ad quem locum merito D. Chryſoſt. addubitat, quo pacto ſibi Propheta conſtet; nam ſi os ad loquendum præparaverat, quomodo nunc aures applicat ad audiendum? ſi Doctorem promiſerat: *Os meum loquetur ſapientiam,* quomodo nunc ſe exhibet auditorem. Aptiſſimè in noſtram ſententiam reſpondet ipſe Chryſoſtomus & ait: *Valde prudenter hoc fecit, ne quis exiſtimaret, eſſe humanum, quod dicitur, & ne haberet ſuſpectam ejus inventionem.* Similiter Theodoretus reſpondet, & ait: *Vult dicere ſe nihil loqui proprium, ſed Divinæ gratiæ inſtrumentum eſſe.*

Pſalm. 48. D.Chryſ. Theodor.

Quartò, ait Deus per Oſeam 12. num. 10. *Ego loquutus ſum ſuper Prophetas, & ego viſionem multiplicavi, & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum.* Illud verbum *ſuper Prophetas,* legunt Septuaginta, Tigurina, Vatablus, & alij *per Prophetas.* Et ſubdit: *Et in manu Prophetarum aſſimilatus ſum,* id eſt ut explicant Noſter D. Cyrillus Alexandr. Procopius, Cornelius, ac ſi dicat Deus per os, ac manum Prophetarum, tanquam per meum organum, ac inſtrumentum multa ſum loquutus, ac operatus multis ſimilitudinibus, figuris, ac modis: In quibus omnibus Deus erat principalis motor, & agens; ipſi verò Prophetæ ut organa, ac inſtrumenta, quæ ab alio movebantur. Hinc ora Prophetarum dicebantur Dei ora. *Os Domini loquutum eſt.* Iſaiæ 1. *quaſi os meum eris.* Jerem. 15. Vide quæ ſuprà dixi, *quæſt.* 1. *num.* 2. & *quæſt.* 1.

68. Oſee 12. Septuag. Tigurina. Vatablus. D. Cyrill. Cornel. Iſai. 5. Jerem. 15.

Arguunt primò adverſarij, *ex* 2. *Corinth.* 11. *n.* 6. Ubi Paulus ſe dicit imperitum eſſe ſermone Domini, quòd explicans D. Hieron. *epiſt.* 151. *ad Algar. quæſt.* 10. ait, quòd Apoſtolus hoc dicebat, utpote non multum peritus Græco ſermone, quòd non diceret, ſi Deus illi verba miniſtraſſet. Et confirmatur, quia ut ait Gloſſa ad Hebræos 1. *Non eſt mirandum quòd Epiſtola ad Hebræos majori eluceat facundia, quam aliæ, cum naturale ſit unicuique plus in ſua lingua, quàm in alia valere. Cæteras enim Epiſtolas Apoſtolus peregrino (ideſt Græco) ſermone compoſuit: Hanc autem ſcripſit Hebraica lingua.* Ergo in eis verba non erant à Deo, ſed à proprio ſpiritu.

69. 2. Cor. 5. D.Hieron. Gloſſa.

Reſpondetur ad argumentum cum D. Chryſoſtomo Apoſtolum loqui, non ex ſua, ſed ex obtrectatorum ſententia, ut latè probat D. Auguſt. *lib.* 4. *de doctrina, cap.* 7. & ait: *Fac me imperitũ eſſe ſermone, ut mei obtrectatores putant: at ſcientia non ſum imperitus.* Nam Græci multa verborum phraſi, ac facundia, multóque chalamiſtro compoſito ſermone utebantur; inde ſimplicia Apoſtoli verba contemnebant, & ideo eum tamquam imperitũ ſermone putabant, unde ait Apoſtolus, *& ſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia;* & inde Apoſtolus ſua altiſſima ſcientia, & charitate, profectum quærebat animarum, non verò verborum ornatum D. Auguſt. *in ſentent. n.* 266. ait: *Bonorum ingeniorum clara indoles eſt, in verbis diſcernentium, verum amare, non verba.*

70. D. Chryſ. D. Auguſt. D. Auguſt.

Ad confirmationem reſpondetur, aliquos Scriptores meliùs fuiſſe locutos propria lingua, quàm aliena; Deus enim omnia ſuaviter diſponit, & maximè ſe attemperat ſcribentiũ conditioni, & ſuggerit verba prout unicuique maximè ſunt familiaria, ſecundùm ſuum ingenium, ac conditionem, ut notat D. Hieron. *lib.* 1. *adverſus Ruffin. cap.* 4. & inde Iſaias ut vir nobilis educatus in Curia ſublimi, alto utitur ſermone. Amos 1. ut de paſtoribus Thecue ruſticanis verbis: eadem manus diverſos efformat characteres calamo obtuſo, ac calamo acuto, juxta diſpoſitionem calami exprimit characteres;

71. D. Hieron. Amos 1.

characteres; ſic & divinus Spiritus diverſo ſtylo libros conſcripſit, accommodans ſe unicuique ingenio, proindéque pro diverſitate miniſtrorum, diverſa verba ſuggerit, pro quo videndus eſt D. Thom. 2:2. *q.*169. *a.* 1. *ad* 1.

D. Thom. 72. Arguunt Secundò. Si Deus cuncta verba dictaſſet in Scriptura, ſcriptor in ſuis libris non poſtularet veniam, atqui Scriptor aliquanto poſtulat veniam, tanquam ſi minus aliquod dixiſſet, ut patet 2. *Machab. cap. ult. n.* 39. ubi Scriptor poſtulat veniam, dicens: *In his finem faciens ſermonis: & ſi quidem bene, & ut hiſtoriæ competit, hoc & ipſe velim, ſi autem minus bene concedendum eſt mihi.* Quam veniam etiam poſtulat Auctor Eccleſiaſtici in Prologo circa medium.

2. Mach. ult.

73. Reſpondetur ad argumentum, negando majorem; nam Scriptor poſtulat veniam, non alicujus lapſus, erroris, ſeu mendacij, quod abſit à ſacro Scriptore, qui regebatur, ac dirigebatur ab Spiritu ſancto; poſtulat tamen veniam de ſtylo, ac phraſi, ſi non fuerit multa verborum copia ornata: nam Spiritus ſanctus ſic aſſiſtebat ſuis Scriptoribus, eiſque dictabat ſenſum, & verba, ut accommodaret ſe eorum ingenio, ac conditioni, eóſque ſinebat ſuis verbis, ſtylo, ac phraſi conſcribere, & ideo pulchrior, ac elegantior eſt ſtylus Iſaiæ, quam Amos, ac aliorum Prophetarum, ut dixi in ſolutione ad primum argumentum.

74. Arguunt Tertiò. Scriptores ſacri in ſuis libris ſcribendis, adhibent ſuam diligentiam, laborem, ac curam; ergo omnia non ſunt illis inſpirata, ſed ex ſua induſtria comparata. Conſequentia bene infert; antecedens probatur. Primò ex Proœmio D. Luc. Secundò ex Prologo Eccleſiaſtici. Tertiò ex 2. *Machab. c.* 2. *n.* 27. ubi illius Auctor ait: *Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breviandi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & ſudoris aſſumpſimus.*

2. Mach. 2.

75. Reſpondetur, admittendo ſacros Scriptores ſaltem in hiſtoriis, ac rebus naturalibus à ſenſu remotis ſcribendis, aliquem laborem, curam, ac diligentiam impendere ad ipſam ſcriptionem, tunc enim uberior gratia fructificat, ac redundat, cum induſtria noſtra otioſa non jacet. At verò cum manus adhibent ad ſcribendum ſingula verba, divinus Spiritus inſpirat. D. Ambroſ. ſuprà citatus *n.* 64. ſine ullo molimine cœpta complent. In particulari ad loca adducta in argumento. *Ad D. Luc. Proœmium*, ex illo ut notat D. Ambroſ. oppoſitum colligitur, quòd nempe nullus labor fuiſſet impenſus. At id, quod dicitur de Prologo Eccleſiaſtici, ac ex loco adducto ex 2. *Machab.* dicimus, quòd in illis libris componendis, Deus permiſit, ut ille labor ac diligentia impenderetur, tanquam diſpoſitio antecedens, ut per illam mererentur ab Spiritu ſancto illuminari, ac moveri ad ſcribendum.

D. Ambroſ.

76. Arguunt Quartò. Quia ut notat D. Hieron. *epiſt.* 101. quod ſacri Apoſtoli, ac Evangeliſtæ in referendis teſtimoniis ex veteri Teſtamento non ſemper obſervarunt ordinem verborum, ſed ſenſum; atqui ſi Spiritus ſanctus verba dictaret, in utroque loco eiſdem verbis uterentur; cum ergo ita non fiat, ſignum eſt Deum ſacro Scriptori ſolùm ſenſum, & non verba inſpiraſſe.

D. Hieron.

Reſpondetur totum eſſe factum alto, & divino inſtinctu: nam ut ait D. Aug. in Pſal. 46. *Vna, eadémque res interdum multis modis dicitur, ut mos ipſe dicendi propter faſtidium varietur, & propter concordiam fides teneatur.* Alto, & divino conſilio ſic factum eſt, ut videatur integra, & pura fides Scripturæ, quòd quamvis variis modis dicatur, ſemper in illis eſt una, eadémque fides. Deinde valdè frequenter Auctor referens ſuam ſententiam, non ſemper eiſdem verbis utitur, ſed variata verborum phraſi idem ſenſus retinetur, & dum res dicitur variis, ac diverſis verbis faciliùs, ac magis intelligitur, & capitur. 77. D. Auguſt.

Arguunt Quintò, quia non ſemper videtur requiri inſpiratio divina, ad hoc ut Scriptura ſit ſacra; ergo multo minus requiruntur verba inſpirata. Antecedens probatur ex illo Pauli 1. Corinth. 7. num. 12. *Cæteris ego dico, non Dominus*; ergo illa verba non erant Domini, ſed ipſius Pauli. 78. 1. Cor. 7.

Reſpondetur, negando antecedens; & ad locum Pauli reſpondet Petrus Montoya *de concordia ſacrar. editionum lib.* 1. *contr.* 5. omnia illa verba eſſe Dei, dicit Apoſtolus, *De cæteris ego dico, non Dominus*: id eſt ego conſulo, Dominus non præcipit, ut interpretatur D. Thom. Et altius, eſt explicandum. Dixerat ſupra Apoſtolus *n.* 10. de matrimonio conjunctis: *Præcipio non ego, ſed Dominus uxorem à viro non diſcedere.* Et poſteà ſubdit: *De cæteris autem*, id eſt, non conjugatis, *Dico ego non Dominus*; id eſt conſulo ego, ut ſic ſemper permaneant, ſed Dominus non præcipit, ſicut infra ait, *n.* 25. *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.* Apponit Apoſtolus in præſenti innuptos cum his, qui matrimonio ſunt conjuncti: nam uxoratis ait, præcipit Dominus, non ego. At de non conjunctis matrimonio ait, conſulo ego, Dominus non præcipit, *De cæteris dico ego, non Dominus.* 79. Montoya. D. Thom.

Arguunt Sextò. Ad hoc ut Deus dicatur loqui *per os Prophetarum ſat eſt*, quod eis inſpiret rei ſententiam, & ſenſum. Nam Petrus dicitur moraliter loqui per ſuum procuratorem, etſi mandatur talis rei executio, quamvis in particulari non determinet verba. Ad argumentum reſpondetur negando antecedens, quia Petrus agit in ſuum procuratorem moraliter per commiſſionem, & mandatum illi commiſſum; at Deus cum Scriptore Canonico ſe habet phyſicè, & realiter per ſpeciem, vel alio modo, per quam illi manifeſtat ſuum conceptum, & homo ſolum eſt inſtrumentum, ſeu calamus, quo mediante Deus loquitur nobis, & ad hoc non ſufficit tantùm ſententias inſpiraſſe, ſed etiam ulteriùs requiritur ſingula verba dictaſſe. 80.

QUÆSTIO VII.

An, ut aliqua Scriptura ſit, & dicatur divina ſufficit, quod poſtquam illa eſt ſcripta humano ſpiritu, Deus illam approbet?

SUMMARIUM.

81 *Prima ſententia affirmat.*

82 *Pro*

82 *Proponuntur tria fundamenta hujus ſententiæ, & n.*83.

84 *Secunda ſententia, & vera negat.*

85 *Sententia Sacerdotum approbatæ à Deo non ſunt Scripturæ.*

86 *Scriptura intrinſecè, & eſſentialiter, cum ſit Verbum Dei, debet procedere ab ipſo, ad illúmque dicere relationem originis.*

87 *Ex eo quod Deus approbet ſcripta D. Thomæ, non inde ſunt Scriptura.*

88 *Ex eo quod cenſor approbet librum, non inde dicitur illius Auctor.*

89 *Dicta Philoſophorum prout ab ipſis ſunt dicta, nullam habent auctoritatem; prout referuntur ab Scriptore Canonico multam, & num.*90.

91 *Scriptura approbata à Deo eſt certiſſimæ veritatis, tamen Deus non poteſt dici illius Author.*

81. Bonfrerius. Nieremb. PArtem affirmantem tenent Bonfreretus *in Prologo c.*8. *ſect.* 3. Nieremberg. *de orig. ſcript.* Et probant primò hanc ſuam ſententiam. Quia valdè celebris eſt illa Epimenidis

Ad Tit. ſententia, quæ habetur ad Titum 1. num.12. *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* Et ſimilia, quæ dicta ſunt ab Auctoribus prophanis, & tamen modò habentur, ut Scriptura ſacra, ac Verbum Dei, ex eo quia per Apoſtolum Paulum, tanquam per ſuum ſcribam, ac organum illas approbavit, ac veras eſſe teſtatur Deus.

82. Secundò. Liber ſecundus Machabæorum, abſque dubio Scriptura ſacra, ac Verbum Dei eſt, & tamen ſecundus liber Machabæorum breviori ſtylo deſumptus eſt ex quinque libris

2. Mach. 2. Jaſonis Cirinei, ut dicitur eodem *lib. 2. Mach. c. 2. n.* 24. Et tamen Jaſon Cirineus, ut Auctor Canonicus, ac ſacer non fuit, ea tamen, quæ ex ejus libris in hoc ſecundo Machabæorum breviata ſunt, Deus approbavit, ſuntque jam abſque dubio Verbum Dei, & Scriptura ſacra; ergo ſufficit ipſa approbatio Dei.

83. Probatur. Tertiò. Quia hæc Scriptura à Deo approbata, tam eſſet infallibilis veritatis, ac ſi ab Spiritu ſancto fuiſſet dictata, ac cóſcripta, ſicut ſi ille, qui à ſecretis Regis eſt, ex propria mente epiſtolam aliquam ſcribat, talis epiſtola Regis erit, ac dicetur, ſi illam Rex poſteà approbet, & ſubſcribat; & ejuſdem auctoritatis erit, ac ſi Rex illam proprio marte dictaret, ac ſcriberet.

84. Secunda, & vera ſententia negativa tenet, quòd non ſufficit, ut aliqua Scriptura propriè, & intrinſecè dicatur ſacra, ac divina, & Verbum Dei; quòd cùm ſit ſcripta, & effecta ſpiritu humano, Deus poſteà illam approbet, & nihil in ea eſſe falſum dicat. Ita expreſsè docent Antonius Peres *in Pentac. fidei volum. 3. dub.* 12. *cap.* 7. Serarius *in Prolog. c.* 4. *q.* 15. Lorca 2. 2. *tract.* 1. *de locis diſp.* 1. *n.* 8. Ex noſtris Andreas à Cruce 1. *p. q.* 1. *art.* 10. *num.*238. Antonius à Matre Dei *in Iſagogem Scripturæ Prælud. lib.* 3. *num.* 40. in hac ſententia ſunt omnes Sancti Patres, ac Doctores, quos citavi ſuperiori *quæſt. num.* 64. Qui aſſerunt de ratione divinæ Scripturæ eſſe eſſe quòd Deus Scriptori ſacro non ſolùm ſententias, ſed etiam ſingula verba, ac eorum ordinem inſpiret, & dictet.

Peres. Serarius. Lorca. A Cruce. A Matre Dei.

Probatur hæc ſententia. Primò. In cauſa dubia mandat Deus, ut judicia, ac ſententiæ Sacerdotum requirantur, & pro illis ſtandum, miniméque ab illis recedendum. Sic ait Deus. Deuter. 17. num. 9. *Veniéſque ad Sacerdotes, &* Deuter. 17. *facies quodcunque dixerint, ſequeríſque ſententias eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad ſiniſtram.* Et inſuper mandat Dominus, qui ipſorum judicio obedire noluerit, morte puniatur, & quamvis Sacerdotum ſententiæ tam rigidè, ac ſublimè ſint à Deo approbatæ; nullus dicet tales ſententias eſſe Dei, ſed tantùm Sacerdotum; ergo ſola approbatio non ſufficit, ut tales ſententiæ Dei dicantur, ac illius eſſe verbum, cùm illud non conceperit, ac protulerit Deus immediatè. 85.

Probatur Secundò. De eſſentiali verbi ratione eſt, ut intrinſecè, & propriè procedat ab eo, cujus eſt verbum, ad eúmque tanquam à dicente dicat relationem originis, ut ad ſuum principium, à quo manat, ut docet Divus Thomas *in 1. diſtinct. 27. quæſt. 2. art. 2.* D. Thom. Sed per hoc, quòd Deus approbet aliquam Scripturam propriè, & intrinſecè, non ſunt Dei Verbum, neque Scriptura ſacra, & divina eſt dicenda, neque Deus illius Auctor eſt dicendus, cum talis Scriptura non ſit ab ipſo ut dicente. 86.

Probatur Tertiò, ex eo quòd Deus ſcripta Angelici Doctoris approbaverit: *Bene ſcriſiſti de me Thoma.* Quæ revelatio maximè eſt D. Thom. approbata ab Eccleſia, & habetur in Breviario; & tamen nullus dicet ſcripta Angelici Doctoris eſſe Verbum Dei, ac Scripturam ſacram; ergo non ſufficit ſola Dei approbatio, ad hoc ut aliqua Scriptura dicatur, ac ſit ſacra, ac Verbum Dei. Eccleſia. 87.

Quartò. Cum cenſor alicujus approbat librum, teſtatur ipſum eſſe legitimæ, & veræ doctrinæ, in eóque nihil eſſe alienum à fide, veritate, ac bonis moribus, non inde talis liber dicitur cenſoris, aut ipſius verba cenſori attribuuntur, ſed ſemper liber, ipſiúſque verba ſunt ſui primi Scriptoris, ac Auctoris; ſed ſolùm per approbationem conciliatur libro majus robur, ac auctoritas, quod in eo inoffenſo pede omnia ſint conſona fidei, ac bonis moribus; ergo ex eo quòd Deus Scripturam humano ſpiritu confectam approbat, ſolum corroborat, ac confirmat, in ea nihil diſſonum haberi, tamen ex vi hujus approbationis, non dicitur ipſius Auctor, ſed ſemper talis Scriptura illius eſt, qui pro ſua induſtria illam ſcripſit, ſuóſque exprimit mentis conceptus, ac partus. 88.

Ad primum argumentum ex Apoſtolo Paulo ad Titum. Illud dictum, *Cretenſes ſemper mendaces*, &c. eſſe proloquium Epimenidis Poëtæ, ac proinde ut dictum eſt ab ipſo Gentili, nullam habet auctoritatem, at verò prout refertur, & ſcribitur ab Apoſtolo illuminato ab Spiritu ſancto, qui ejus mentem, & calamum dirigebat, & gubernabat, non ſolùm quoad ſenſum, ſed etiam quoad verba, eorúmque ordinem, & diſpoſitionem, eſt Scriptura ſacra Canonica, ac Dei Verbum, utpote ab ipſo dictante, & ideo immediatè ſubdit Apoſtolus, poſtquam dixit *Malæ beſtiæ, ventres pigri*, addit: *Hoc teſtimonium verum* Ad Tit. 1. *eſt.* Sic idem Apoſtolus ait Actor. 4. num. 28. Actor. 17. 89. Epimenid.

Sicut

ſicut quidam veſtrorum Poëtarum dixerunt, ipſius enim genus ſumus, prout illud fuit dictum ab Areta Poëta, nullam habebat auctoritatem, prout verò refertur ab Apoſtolo, ei tribuit auctoritatem Canonicam, utpote dictum à Poëtis. Ita Sanchez, Serarius, Bellarm. Cornel. *ad 2. Machab.* ſtatim citandi.

Sanch. Serarius. Bellarm. Cornelius

90. Ad ſecundum patet reſponſio ex proximè dictis ad primum. Quanquam ille liber Jaſonis Cyrinei, nullam habeat auctoritatẽ Canonicam, tamen illa, quæ ex eo Iudas Auctor ſecundi libri Machabæorum deſumpſit Spiritu S. illuminante, ac dirigente ejus mentem, & calamum uſque ad ultimum apicem, vera, ſacra ac Canonica ſunt, non prout ſunt dicta à Jaſone Cyrineo, ſed prout ſunt inſpirata, ac ſcripta ab Spiritu ſancto, per ejus ſcribam, ac miniſtrum, ſicut cùm introducitur ſerpens loquẽs mulieri: *Eritis ſicut Dij.* Gen. 2. prout dicta ſunt à ſerpente nullam, habent ſacram auctoritatem, maximè verò prout ſunt ſcripta ab Auctore Canonico, regente, ac dirigente ejus manum Spiritu Sancto. Et quamvis demus, quòd ille liber Iaſonis Cyrinei habuerit aliqua falſa, tamen ea, quæ Auctor ſecundi libri Machabæorum de eo deſumpſit, ſunt veriſſima, ac certiſſima, ſicut liber Henoc eſt apocryphus, tamen ea, quæ Apoſtolus Iudas *in ſua Canonica, n.* 14. de eo refert, ſunt infallibilis, ac certiſſimæ veritatis.

Geneſ.

Iud. Apoſt.

91. Ad tertium reſpondetur concedendo antecedens, quia ille liber, ſeu illa Scriptura probata Deo, continet infallibilem, & certiſſimam veritatem, quia Deus non poteſt approbare, id, quod eſt falſum, & alienum à veritate, tamẽ talis Scripturam non erit divina, & ſacra, quia ad Scriptura ſanè duo requiruntur, infallibilis veritas, & ut Deus ſit illius Auctor dictans, & inſpirans non ſolùm ipſum verũ ſenſum, & verba uſque ad ultimũ apicẽ Id quod dicitur de illa Epiſtola, verũ eſt quod habebit auctoritatem regiam, & dicetur ſubſcripta à Rege, non tamen ſubſcripta ab ipſo.

Quæstio VIII.

De cognitione prophetica varia dubia reſolvuntur.

SUMMARIUM.

92 *Etymologia nominis Prophetiæ.*
93 *Quid ſit Prophetia.*
94 *Quod ſit ejus objectum formale, & materiale.*
95 *Quæ comprehendantur ſub Prophetia.*
96 *Tripliciter res manifeſtantur ſub Prophetia.*
97 *Lumen propheticum, & fidei diſtinguuntur, non accidentaliter, ſed eſſentialiter, & n.* 98. 99.
100 *Ponuntur aliqua diſcrimina inter Fidem, & Prophetiam.*
101 *In quibus conveniant Fides, & Prophetia.*
102 *De ratione Prophetæ eſt, ut intelligat, & cognoſcat ea, quæ vaticinatur.*
103 *Ordinariè loquendo non requiritur, ut intelligat ſecundum omnem ſenſum.*
104 *Revelationes prophetica poterant eſſe abſtractæ, & obſcuræ, ita de facto ordinariè, & n.* 105. 106.
102 *Aliquando etiam poterant eſſe claræ, & evidentes, & n.* 108.
109 *Quod fieri poteſt triplici modo, & n.* 110.
111 *Prophetæ poſt ſuas revelationes de illis recordabantur.*

92. CIrca Etymologiam nominis Prophetiæ, variæ hujus nominis ſunt derivationes, ut videre eſt apud Suar. *tom.* 1. *de fide tr.* 1. *diſp.* 8. *ſect.* 3. *n.* 1. Illa tamen aptior videtur, quæ facit derivationem à verbo Græco, quod eſt *prædicere*, ac proinde Propheta eſt ille, qui futura prædicit; hanc derivationem tenent, & approbant D. Gregor. *homil.* 1. *in Ezechiel* D. Iræneus *lib.* 4. *cap.* 37. & cum hac coincidit alia etymologia, quam ex Iſidoro *lib.* 7. *etymolog. cap.* 8. tradit D. Thom. 2. 2. *q.* 171. *art.* 1. à verbo Græco *Pro*, id eſt, *Procul videns.*

D. Greg. D. Iren. D. Iſidor. D. Thom.

93. Prophetia juxta D. Thom. proximè citata *q.* 171. *art.* 1. eſt cognitio quædam ſupernaturalis in divina revelatione fundata eorum, quæ procul diſtant ab hominum notitia. Dicitur cognitio ſic frequenter apud Prophetas Iſai. 1. *Viſio Iſaiæ, quam vidit.* Ezech. 1. n. 4. *Et vidi, ecce ventus.* Dan. 1. n. 17. *Dedit autem Deus Danieli intelligentiam omnium viſionum.* Et hæc cognitio eſt certa, & infallibilis, quæ reddit intellectum certiſſimum de re revelata. Ita D. Th. *q.* 174. *n.* 3. D. Iren. *l.* 4. *c.* 42. 43. & ideo ſæpè Prophetæ loquuntur de re futura, tanquam de præterita, ut notant D. Epiph. *hæreſ.* 79. D. Aug. *epiſt.* 57. & talis cognitio non ſolùm reddit intellectum certum de re revelata, ſed etiam de ipſo revelante, quòd ſit Deus, ut docet D. Th. *citata q.* 171. *art* 5. & apertè ſequitur ex antecedenti. Quia non poteſt eſſe judicium certum, & infaillibile rei revelatæ, niſi eadem certitudine judicetur Deum eſſe revelantem.

D. Thom. Iſai. 1. Ezech. 1. Daniel. 1. D. Thom. D. Iren. D Epiph. D. Auguſt. D. Thom.

94. Quòd autem hæc cognitio ſit ſupernaturalis, patet; quia objectum formale propheticæ cognitionis, eſt *Deus revelans*, ſeu auctoritas Dei revelantis. Ita D. Th. 2. 2. *q.* 171. *art* 3. *ad* 3. concluſio eſt de fide, addit Suar. citata *diſp.* 3. *ſect.* 3. *n.* 10. Patet. Luc. 1. *Locutus eſt Deus per os Sanctorum qui à ſæculo ſunt, Prophetarum ejus.* 2. Petr. 1. *Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.* Et ex multis aliis, quæ adduxi *quæſt.* 1. *num.* 1. & *quæſt.* 2. *in principio.* objectum autem materiale eſt ipſa res revelata.

D. Thom. Suar. Luc 1. 2. Petr. 1.

95. Sub Prophetiæ objecto non ſolùm cadunt futura, ſed etiam ea quorum notitia naturaliter haberi non poteſt, ut ſunt ſecreta cordium præterita, & à loco diſtantia: nam licet hæc objecta naturalia reſpectu aliquorum, nempe reſpectu illorum, quibus illa ſunt præſentia, tamen reſpectu aliorum, quibus illa ſunt remota, & abſcondita, ſunt objecta Prophetiæ ſecreta Cordium, ſunt præſentia habentibus illa; & quæ in India fiunt modò, & ante mille annos facta ſunt præſentia ſunt exiſtentibus in India, vel illis, qui in tali ſæculo vixerunt; at verò reſpectu eorum, qui maximè diſtant, v.g. in Hiſpania habitant, vel in hoc ſæculo degunt, ſunt objectum Propheticæ cognitionis, ſic Moyſes ſpiritu prophetico ſcripſit totum librum Geneſeos, cujus geſta multa millia annorum floruerunt ante eum. Sic & Eliſeus agnoſcebat ſecreta Conſiliorum Regis Syriæ. 4. *Reg.* 6. *n.* 12.

4. Reg. 6.

Varij modi quibus objecta Prophetiæ proponuntur.

96. D. Thom. Tripliciter Deus manifeſtat objectum Prophetiæ, ut explicat D. Thom. 2.2.*q.*174. Tripliciter. Primò. *Intelligibiliter*, ut cùm Deus in intellectu infundit novas ſpecies intelligibiles, vel priſtinas coordinat ad novam veritatem exprimendam. Secundò. *Imaginariè*, infundendo in phantaſiam nova phantaſmata, aut antiqua coordinando ad novam veritatem repræſentandam. Tertiò. *Senſibiliter* producendo ſenſibiles ſpecies ab ipſo ordinatas, ad aliquam veritatem ſignificandam; ut cum per flammã rubi manifeſtavit ſe Moiſi *Exod* 3. Per ollam ſuccenſam revelavit Ieremiæ 1. Civitatis incendium. Per campum mortuorum oſſibus plenum, quæ ad verba Ezechiel. 37. revixerũt, ſignificavit Deus, Spiritum, quem erat ipſe daturus Populo ſuo. Per Scriptutam in pariete exaratam, manifeſtavit. Daniel 5. amiſſionem Regni, & mortem Regis Baltaſſar. Fiebant autem hujuſmodi ſenſibiles, & imaginariæ apparitiones miniſterio Angelorum, ut docet D. Thomas 2.2. *q.* 172. *art.* 2. & colligitur ex *Actorum cap.* 7. ubi dicitur, quod Angelus apparuit Moiſi in rubo.

Exod. 3. Ierem. 1. Ezech. 37. D. Thom. Act. 7.

In quo Prophetia differat, & conveniat cum fide.

97. Ex dictis patet Prophetiam non diſcriminari à Fide, neque quoad objectum formale ſaltem principale, quod eſt prima veritas revelans; neque quoad materiale, v.g. *In principio creavit Deus cœlum, & terram*; quoad Scriptorem Canonicum, & quoad nos, niſi tantùm in modo proponendi, quia objectum materiale fidei de lege ordinaria proponitur ab Eccleſia credendum, objectum Prophetiæ ab ipſo Deo miniſterio Angelorum; ſolùm ergo diſcrimen eſt penes lumen, an unus differat eſſentialiter ab alio.

Gen. 1.

98. Suar. Vaſq. Abul. Suarez *tom.* 1. *ad* 3. *p. diſp.* 21 *ſect.* 1. & *t. de fide diſp.* 8 *ſect.* 5 & Vaſq. 3. *p. q.* 7. D. Thom. *art.* 8. docent diſcrimen eſſe accidentale. Ita Abulenſ. *in cap.* 11. *Numer. q.* 64. qui ob hanc cauſam Prophetiam in Chriſto eſſe negavit, quia putavit de ratione ejus eſſe obſcuritatem. At è contra Cajetanus 2.2. *q.* 171. *art.* 5. Bañes *ibi q.* 1. *art.* 1. *dub.* 4. Petrus Hurtado de Incarnat. *diſp.* 51. Amicus *tom.* 4. *diſp.* 12. *de fide n.* 27. dicunt diſcrimen eſſe eſſentiale; & hæc ſententia videtur probabilior.

Caiet. Bañes. Hurt. Amicus.

99. Primò. Quia in Chriſto fuit lumen propheticum, in quo non fuit lumen fidei; ergo unum eſt ſeperabile ab alio. Secundò. Lumen fidei ſolùm inclinat intellectum ad aſſentiendum objecto revelato propter teſtimonium Dei revelantis. At lumen Prophetiæ reddit etiam certum intellectum de ipſo objecto revelato, ac de illius ſignificatione, intelligentia, ac cognitione, ut ſtatim dicam, & inſuper quod talis revelatio ſit à Deo. Atqui lumen, quod natura ſua non ſolùm inclinat intellectum ad aſſentiendum revelatæ veritati, propter auctoritatem revelantis, ſed etiam illum certificat, tum de revelatione Dei, tum etiam de ſignificato ipſius rei, eſſentialiter diſtinguitur ab eo lumine, qui ſolum reddit intellectum certum de teſtimonio, & auctoritate dicentis; ergo utrumque lumen eſſentialiter differunt: nam utrumque lumen habet differentias inter ſe eſſentialiter diſtinctas.

Sunt etiam alia diſcrimina inter fidem, & Prophetiam. Primò. Fides dirigitur ad juſtificationem propriam credentis; Prophetia ad utilitatem, ac emendationem aliorum. Secundò Lumen fidei non ſolùm eſt actuale, ſed etiã habituale; Propheticum verò in homine puro eſt tantùm actuale, nõ quod habituale implicet, ut videtur ſentire Caietan. 2.2. *q.* 171. *art.* 2 & cum eo Amicus citatus *n.* 31. alioquin nec in Chriſto potuiſſet eſſe habituale, ſed qnia ordinariè loquendo non ita expedit. Hinc fit, ut non ſemper ſit in poteſtate Prophetæ occulta prædicere; ſed quando Deus illi ea revelat, & ideo Eliſæus dixit ad puerum ſuũ Giezi 4. *Reg.* 4. *Dominus celavit à me, & non indicavit mihi.* Tertiò. Actus fidei eſt liber: propheticus ſaltem quoad apprehenſionem veritatis ſignificatæ, & atteſtationis Dei loquentis, eſt neceſſarius; tamen judicium, ſeu intelligentia de re revelata, ſi ea evidenter non reveletur, poteſt eſſe liber, ſaltem quoad exercitium. Quartò. Ut docet D. Thom. 2.2. *q.* 173. *art.* 4. Deus inclinat, & movet mentem Prophetæ, non ſolùm ad apprehendendam veritatem revelatam, eíque certò aſſentiendum, ſed etiam ad illam loquendam, & manifeſtandam aliis, vel ad aliquid faciendum, juxta diſpoſitionem divinam; at movet, & inclinat Deus mentem credentis, ſolùm ad aſſentiendum veritati ſufficienter propoſitæ.

100. Caiet. Amic. 4. Reg 4. D. Thom.

Conveniunt autem fides, & Prophetia. Primò, quia neutri poteſt ſubeſſe falſum; utraque nititur auctoritati divinæ, cui omnino eſt impoſſibile aliquid falſum ſubeſſe. Secundò, fides, & Prophetia habent æqualem certitudinem, quidquid in contrarium dicant *Caietan. Bañes, Hurtado.* Utraque enim fundatur in auctoritate Dei revelantis, & eſto aliqua Prophetia innitatur in clara Dei viſione, illa clara viſio, ac cognitio in actu Prophetiæ non auget certitudinẽ ſupra certitudinem fidei, quia Deus tam verax eſt, & teſtificans, ac ſe manifeſtans; tamen ut notat Suarez *citata diſp.* 8. *ſect.* 5. *n.* 18. Illa Prophetia, quæ fundatur in evidentia in ratione entis perfectior erit fide, ſuperat enim ipſam in evidentia. Tertiò. Utraque eſt actus naturalem vim excedens, & tam fides, quàm Prophetia ſupernaturalis eſt ratione objecti, ut eſt dictum. Quartò. Quia utraque ceſſat in patria, juxta illud 1. Corinth. 13. *Prophetiæ evacuabuntur*; tum quia utraque cognitio, ſaltem de lege ordinaria, & in puro homine, aliquid habet obſcuritatis, quæ in patria ceſſat. Tum maximè, quia ut docet Divus Thomas 2. 2. *quæſt.* 174. *art.* 5. Prophetia eſt cognitio eorum, quæ procul ſunt à ſtatu cognoſcentis. In patria autem nulla veritas erit procul à ſtatu beati; videnti enim eſſentiam divinam, nulla veritas eſt procul, ſed præſens beato; unde ibidem *ad* 3. docet Divus Thomas, in Chriſto fuiſſe Prophetiam, non qua erat comprehenſor, quia ſic nulla veritas erat ei procul, ſed ut erat viator. Quintò. Quod per utramque debet homo intelligere, quæ credit, vel vaticinatur: unde

101. Caier. Bañes. Suar. 1. Cor. 13. D. Thom.

unde inquirendum eſt quam cognitionem habeat Propheta de re vaticinata.

De cognitione Prophetica.

102. Hanc quæſtionem jam tractavi Opuſculo primo *q.1. à n.75.76.*& deinceps, ubi cum D. Thom.22. *q.173. art.4.*ac communi ſententia Theologorum dixi de ratione Prophetæ eſſe, ut cognoſcat,ac intelligat ea,quæ dicit,vel facit , & ideo ait S. Doctor, quòd nec Balaam, nec Caïphas , nec milites nolentes dividere veſtimenta Chriſti fuerint Prophetæ , cùm non intelligerent myſteria , quæ ſub verbis, vel factis continebantur ; & ideò Prophetæ communiter appellabantur.

D.Thom.

103. Tota difficultas eſt ; an ad rationem Prophetæ pertineat, ut rem à ſe vaticinatam intelligat ſecundùm omnem ſui ſenſum , cùm Scripturæ ſenſus multiplex ſit ? Multi Doctores partem affirmantem tenent. Communis ſententia negat ; non enim requiritur, ut intelligat ſecundùm omnem ſui ſenſum,ſed ſecundùm aliquem,prout Spiritus ſanctus illuminaverat. At verò in Prophetis majoribus major debet admitti cognitio in multiplici ſenſu,prout eorum dignitas poſtulaverat.Vide dicta citato loco *n.*77.78.79. & hoc etiam tenet Lahay *Prol. in Bibliam Maximam ſect.*10. *cap.*7. §. *Inquires ſecundo.*

Lahay.

104. Difficultas verò eſt , an in Prophetis talis cognitio eſſet intuitiva , vel abſtractiva. Pro quo. Primò. Dico,quod revelationes Propheticæ poterant eſſe obſcuræ,& abſtractivæ, & ita de facto ordinariè loquendo ſæpè contigiſſe. Ita Suar. *de fide diſp.*8. *ſect.*5. *n.*2. *&* 3. Prima pars concluſionis probatur. Quia Prophetæ potuerunt habere à Deo revelationem hujus veritatis, *Antichriſtus erit* , ſicut & nos habemus revelationem ejuſdem propoſitionis per fidem , ſed noſtra cognitio eſt obſcura, cum ſit ex fide ita etiam & illorum.

Suar.

105. Probatur ſecunda pars, quia promiſſiones factæ Abrahamo *Gen.* 15.17. *&* 18. fuerunt & revelationes Propheticæ , utpote de futuro eventu,ut docet D.Tho.2.2. *q.*171.*a.*5. & tamen Abrahamus dans illis fidem , magnum habuit meritum. *Credidit Abraham Deo , & reputatum eſt illi ad juſtitiam.*Rom.4.n.11.Heb. 11. n.8. Jacobi 2. n. 120.ergo tales revelationes, cùm inſervirent ad meritum,fuerunt obſcuræ;& idem dicendum de aliis revelationibus , quæ fuerunt factæ aliis Patribus. Idem etiam dicendum de revelatione facta Beatiſſ. Virgini Mariæ per Angelum de Conceptione Sacratiſſimi filij ſui,quæ non fuit cum evidentia : nam conſenſus,quem Beatiſſima Virgo præſtitit, fuit maximè meritorius, & plus in eo meruit, quàm omnes Sancti , omnibus ſuis actibus , ac meritis, ut ex D. Bernardino dixi *tom.*1.*in Evang.lib.*1.*cap.*5.*q.*57. *n.*164.

Geneſ. 15. D.Thom. Geneſ. 15. & 17. Rom. 4. Hebr.11. Jacobi 2.

106. Pro quo nota.cum D.Chryſ.in exordio enarrationis in Iſaiam,ut jam dixi,Prophetas dici videntes, non quia ſemper clarè viderint,ſed quia tanta certitudine audiebant,ac ſi viderẽt, & D.Hier. *in* c.1.*Iſaiæ*, & in Abdiam Prophetam,explicans vocabula illa Prophetarum *viſionis,videndi*,ait uti illis verbis propter certitudinem , non propter claritatem , eò quòd ſenſus viſus omnium certiſſimus conſtitit.

D. Chryſ. D. Hieron.

107. Dico 2. Revelationes propheticas potuiſſe eſſe claras,& ita aliquando de facto fuiſſe.Ita Suar *ſect.*5.*n.*5.*&* 6.& citat Scot.Capreol.Majorem, & in eadẽ ſententia eſt Arriaga *de fide diſp.*10. *ſect.* 2. *à n.* 37. Probatur prima pars. Chriſtus D.fuit verus Propheta Deut.18.*Prophetam ſuſcitabit Dominus de fratribus veſtris*; quod de Chriſto D.interpretatur. S. Steph. *Actor.* 7. & Chriſtus D. *Matth.* 18. ſe ipſum Prophetam appellat : *Non eſt Propheta cum honore in patria ſua.*Nec poteſt dici hoc fuiſſe in Chriſto per viſionem beatificam , quia ut docet D.Th.3. *p.q.*4. *art.*8. Chriſtum ut Prophetam ejus cognitionem non fuiſſe per viſionem beatificam. Confirmatur , quia nulla aſſignabitur repugnantia , ob quam Deus de myſteriis ſupernaturalibus puro viatori poſſit communicare evidentem notitiam extra viſionem beatam ; hoc enim nec repugnat ex parte Dei , nec ex parte potentiæ, talis viſio poteſt fieri intellectualiter , & totum maximè corroboratur in ſcientia infuſa animæ Chriſti Domini.

Suarius. Arriaga. Deuter. 18. Actor.7. Matth. 18.

108. Probatur ſecunda pars concluſionis ex variis modis,quibus hæc cognitio prophetica poteſt contingere explicatis ſupra num. 96. Primò, quando intellectus ſic illuſtratur,& elevatur, ut ſine operatione Phantaſiæ rem cognoſcat per ſpecies infuſas , quod valdè ratum eſt, & conceſſum videtur D. Paulo , quando raptus eſt in tertium cœlum,& audivit arcana verba, quæ non liceat homini loqui 2. *Cor.*12. *n.* 2. Hunc etiam modum conceſſum fuiſſe B. Virgini poſt verbi Incarnationem , ut myſterium ipſum clarè per intellectum cognoverit,& viderit,tenet Suar.3.*p.q.*30.*art.*4.*diſp.*9. *ſect.*2 & ego ipſe *tom.*6. *in Evang.*

2. Cor. 12. Suar.

109. Secundus modus eſt,quando phantaſia intellectui cooperatur, non quòd intellectus moveatur à phantaſia , ſed quòd ipſa phantaſia moveatur,& applicetur ab intellectu, ut ſecũ operetur, & concurrat ad intellectionem , & viſionem propheticam. Talis fuit viſio Iſaiæ c.6. ut docet ibid.D.Hier.& Corn. *Proœmium in Prophetas n.*11.Ibi enim vidit tres Perſonas Divinas in una eſſentia , ut ibi communiter docent Doctores,& ſi quæ fuerint ei ſimiles, & æquè ſublimes. Hic autem modus non fit ab Angelo,ſed ſolùm à Deo;ſolus enim Deus illabi poteſt menti, ac intellectui , eique immediatè lumen, & ſpecies infundere.

D. Hieron. Cornel.

110. Tertius modus per ſpecies coordinatas in phantaſia ab Angelo,vel alias denuo infuſas, & adjuta divinitus ipſa phantaſia , ut dixi de viſione facta Joanni in Apocalypſi *tom.* 1. *in ejus proœmio, q.* 7. quo poſito apertiſſimè , ac clariſſimè Prophetæ res videbant,tanquam ſi per figuras externas repræſentarentur res.Sic Jeremias 1.*Vidit ollam ſuccenſam,virgam vigilantem.* Sic. Ezech. 1. *Vidit currum, & quatuor animalia.* Dan.2.& 4. *Regis ſomnium, & arborem.*Vel per ſpecies externas exterioribus ſenſibus objectas,ut Moyſes vidit rubum ardentem,qui nõ comburebatur.*Exod.*3. & Balthaſſar vidit manum hominis ſcribentem literas in pariete,quas interpretatur *Dan.*5.& quamvis hujuſmodi ſpecies poſſint immediatè infundi,ac excitari à Deo,hoc communiter non fit, niſi miniſterio Angelorum, ut docent D. Dion. *de cœleſti Hierarch.c.*4 D.Aug. *lib.*3. *de*

Jerem. Ezech. 1. Daniel. 2. & 4. Exod. 3. Daniel. 5. D. Dion. D.Auguſt.

D. Damaſc. *Trinit. c. ult.* Damaſc. *lib. 2. de fide*, & per has ſpecies in phantaſia fiebant apparitiones noſtris Sanctis Tereſiæ, & Magdalenæ de Pazzi, dum vidit Angelum cor tranſverberantem, & Chriſtum in manibus clavum dantem, & ſic in ſimilibus.

111. Quæres, an Prophetæ recordarentur de revelationibus ſibi factis, ordinariè? Reſpondetur affirmativè, quia de talibus revelationibus, poterant in memoria ſpecies rememorativæ permanere. Sic Jacob recordabatur de revelatione ſibi facta revertendi in terram

Geneſ. 31. ſuæ nativitatis. *Gen. 31. n. 13.* Joſeph etiam optimè recordabatur revelationis circa ſignificationem vaccarum, & faciebat proviſionem in futurum. *Geneſ. 42. n. 48.* Sic & Jonas in navi recordabatur ſibi eſſe dictum à

Joan. 1. Deo ut iret in Ninive *cap. 1. n. 10.*

QUÆSTIO IX.

Sacra Scriptura valdè difficilis, & clauſa.

SUMMARIUM.

112 *Sacra Scriptura ob ſui obſcuritatem corvo comparatur.*

113 *Dicitur abyſſus myſteriorum Dei.*

114 *Ob ſui profunditatem dicitur clauſa, & ſignata.*

115 *Et ob hanc difficultatem Diſcipuli rogabant Chriſtum, ut eis diceret, & explicaret parabolas.*

Inde pro magno dono poſt reſurrectionem eis Chriſtus aperuit ſenſum ut Scripturas intelligerent. Ibid.

116 *Patres magnam difficultatem agnoſcunt.*

117 *Argumentum, quia Patres multoties Scripturas dicunt claras.*

118 *Deus in Scripturis contemperavit obſcura claris.*

119 *Scriptura ſanctis Patribus ob ſuum magnum Spiritum claras, aliis verò obſcuras, & clauſas.*

112. SAcra Scriptura, valdè profunda, & obſcura eſt. De ſuo dilecto ait divina ſponſa

Cant. 5. Cantic. 5. n. 11. *Coma capitis ejus ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi corvus:* per comas capitis

Rupert. intelligit ſacras Scripturas. Rupertus ibi in rem noſtrã ait: *Sunt autem nigræ, quaſi corvus, quia tenebroſa aqua in nubibus aëris, id eſt, occulta ſcientia in Prophetis, atque legalibus Scripturis.* Ita *ut veraciter dicas, nigredo magna ut corvus, capitis dilecti.* Rectè ſacræ literæ comparantur cum corvo; nam ille recenter natus albeſcit, temporis proceſſu niger evadit, ut tradunt naturalium Scriptores, ſic ſacræ Scripturæ primo intuitu dum recenter accipis, videntur albeſcere, abſque ulla nigredinis difficultate, ſed ſi paulatim in illarum ſtudio incumbas, obſcuriores ſenties, & multas difficultates, ac obſcuritates invenies. *Ita veraciter dicas, nigredo magna, ut corvus capitis dilecti.*

113. Hanc ſummam profunditatem Scripturarum, nobis proponit Regius Vates Pſal. 32.

Pſalm. 42. num. 7. *Ponit in theſauris abyſſos.* Deus in Scripturarum theſauris ponit abyſſos multæ profunditatis, ac obſcuritatis ſacrorum myſteriorum. D. Laurent. Juſtin. *in prædictum Pſalmum*, ut habetur in Ambroſiana Bibliotheca, & ait: *Theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ ponit abyſſos; id eſt, in Scripturis profundas altitudines ponit, ut quis eas pietatis ſtudio inquirat.* D. Laurent. Juſtin.

Ipſa Scriptura, ob ſuam profunditatem, ac 114. obſcuritatem vocatur: *Liber ſignatus ſigillis ſeptem, quem nemo poterat, neque in cœlo, nec in terra, neque ſubtus terram legere, aut illum reſpicere, ſed vincit Leo de Tribu Iuda aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus.* Apoc. 5. nu. 3. Apoc. 5. ſic & Iſaias 8. nu. 16. ait, *Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis, expectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob.* Quibus verbis inſinuare videtur Scripturas eſſe ſignatas, illis quibus Deus ſe abſcondit, nec eos lumine intelligentiæ perfundit. Sic & Iſai. 8. Danieli præcipitur cap. 12. num. 4. *Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum uſque ad tempus ſtatutum; plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Id eſt multi pertranſibunt, uſque nempe ad Antichriſtum non intelligentes, quorum multiplex erit ſcientia, ſeu interpretatio, ob ejus difficultatem. Sic Daniel. 12. & Oſeas terminat ſuam Prophetiam 14. Oſe. 14. num. 10. *Quis ſapiens intelliget iſta? Intelligens & ſciet hæc.* D. Hieron. *Proœmio in Oſeam* dicitur non ut de re impoſſibili, ſed tanquam de re nimis difficili, quis intelliget. D. Hieron.

Hoc etiam paſſim invenitur in novo Te- 115. ſtamento, cùm Chriſtus Dominus dixiſſet: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Joan. 2. num. 19. Judæi inde arripuerunt Joan. 2. anſam ad eum accuſandum de blaſphemia, & diſcipuli verbum non intellexerunt, niſi poſt reſurrectionem, ibid. n. 22. Invento Jeſu in templo, ait ad circunſtantes. *Quid eſt, quod me quærebatis, neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt oportet me eſſe.* Luc. 2. n. 49. & ſtatim adjungit Evangeliſta de circunſtantibus; *At ipſi non intellexerunt verbum, quod locutus eſt ad eos.* Sic cùm Chriſtus Dominus loqueretur frequenter in parabolis, dicebant ei Diſcipuli ejus, *Ediſſere nobis parabolam.* Matth. 13. num. 36. & Matth. 5. num. 15. Marc. 4. n. 34. Luc. 8. n. 9. & inde pro magno, ac ſingulari beneficio poſt reſurrectionem Chriſtus Dominus ſuis Diſcipulis aperuit ſenſum, ut intelligerent Scripturas. *Luc. 24. num. 45.* quia aliàs eas non intelligerent. Luc. 2. Matth. 13. Matth. 5. Marc. 4. Luc. 8. Luc. 24.

Pro qua re audiendus eſt Magnus Auguſtinus epiſtol. ad Januar. cap. 6. ubi ait: *In ipſis ſanctis Scripturis, multò neſcio plura, quam ſcio.* Et D. Hieronymus in cap. 4. ad Epheſios, ait: *Quò plus in Scripturis procedit quis, eò majores ei occurrunt difficultates.* Et ideo frequenter Sancti Patres ad intelligenda multa loca ſacræ Scripturæ, non ſolùm ſtudium, ſed etiam orationes, ac multas vigilias adhibebant, ut D. Hieronym. D. Thomas, D. Bonaventura, & alij. 116. D. Auguſt. D. Hieron. D. Thom. D. Bonav.

Dices. Frequenter ſancti Patres ſacras Scripturas dicunt claras, manifeſtas, & evidentes. Ita D. Chryſoſt. *homil. 3. de Lazaro.* Noſter D. Cyrillus *lib. 7. contra Iulianum.* D. Fulgentius *ſerm. de Confeſſoribus.* D. Baſilius *in Definitionibus contractioribus, quæſt. 45.* Origenes *contra Celſum.* Ubi videtur dicere Scripturas divinitùs conſcriptas, ut ab omnibus utiliter 117. D. Chryſ. D. Cyril. D. Fulgent. D. Baſil. Origenes.

legi

S.Iuſt. Theod. D.Aug. legi poſſint. Sic Iuſtin. *in Dialogo cum Tryphone.* Theodorus Abbas apud Caſſianum *lib.5. Inſtitut. c.34.* D. Auguſt. *lib.de opere Monachor.cap.9.*

118. Reſpondeo. Primò, quod Deus altiſſima ſapientia omnia diſponit, obſcuritatem Scripturæ temperavit etiam in aliquibus locis cum multa claritate, ad nos illuminandos, ac erudiendos in fidei myſteriis. Ut de Incarnatione, *Verbum caro factum.* Ioan. 1. De ſacra Euchariſtia, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt calix ſanguinis mei.* Quo verbo ait Gelaſius Papa, alibi à me datus, *Omnes hæreticos interfecit Chriſtus Dominus.* Eadem claritate docet ea, quæ pertinent ad ſalutem. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Et de his loquuntur Sancti Patres. Alia dedit Deus in Scriptura, valdè abdita, & recondita, quia omnes non poſſunt illa portare, ac capere. Iſaias 60. n. 16. ad fideles: *Mammilla regum lactaberis*, de doctrina, qua Deus nutrit ſuum populum loquitur Prophera, ut interpretatur interlinealis; ſed cur non ait in plurali mammillis, cum ſint duo ubera tua? *Cantic. 4. num. 5.* quia divina Sapientia habet duas mammillas ad lactandos ſuos fideles, unam publicam, & manifeſtam, quam exprimit, ut lac præbeat popularibus, ac ſæcularibus quorum capita ſunt Reges; aliam mammillam, ſecretam, & occultam, quam ſubjacet, ut pabulum exhibeat majoribus virtute, probitate, ac ſtudio quo exercitio, ac diligentia, ex claris, ad obſcura, & impervia aſcendant.

Ioan 1. Matth.26. Gelaſ. Marc. 16. Iſai 60. Interlin. Cant. 4.

119. Secundò reſpondeo ſacras Scripturas dici à Patribus claras, quia ipſi ſancti Patres ſua eximia virtute, ſapientia, ac illuſtratione Spiritus ſancti dignabantur eas intelligere, quod verò non militat quo ad nos ac alios. Sic dicebat Apoſtolus Paulus 2. Corinth. 4. nu. 3. *Quod ſi opertum eſt Evangelium noſtrum, in iis, qui pereunt, eſt opertum.* Quod ibi explicant D. Chryſoſt. D. Thomas; Evangelium bonis, & fidelibus eſt manifeſtum, aliis verò opertum, & occultum; & 1. Corinth. 2. num. 14. *Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Deus: ſpiritualis autem judicat omnia.* Dicitur *Animalis homo*, qui humanis ſenſibus, ac humanæ ſcientiæ nititur, ut exponit D. Bernard. *de vita ſolitaria*; ſpiritualis autem, qui divina fide, ac illuſtratione, directione Divini ſpiritus regitur ac gubernatur. Ita D. Chryſoſt. D. Ambroſ. D. Anſelmus, *Iudicat omnia*, omnia intelligit, ac penetrat.

2.Cor.4. D Chryſ. D.Thom. 1.Cor.2. D.Bern. D.Chryſ. D.Amb. D.Anſelm.

QUÆSTIO X.

Quare Divinus Spiritus diſpoſuit ſacras Scripturas eſſe adeò abditas, & obſcuras?

SUMMARIUM.

120 *Primò, ut ipſæ Divinæ literæ dent odorem incomprehenſibilitatis, ac infinitatis Dei.*

121 *Secundò, ſi intellectus humanus multa terreſtria non capit, quomodo poterit capere altiſſima myſteria?*

122 *Tertiò, ut furor iniquorum evitetur, & boni ad opem Dei implorandum excitentur.*

123 *Quartò, quod arrogantes non capiunt, humiles percipiunt.*

124 *Quintò tanta difficultas ut noſtrum ingenium ſtudium exerceatur.*

125 *Sextò, ut auctoritas Scripturæ in multa veneratione habeatur.*

PRimò reſpondeo, ut oſtendatur Deum eſſe ſapientiſſimum, & omnem noſtram ſcientiam traſcendere, qui per Scripturas nobis loquitur; cum enim ipſe in ſe ſit infinitus, & incomprehenſæ perfectionis, & Sapientiæ, voluit verba ſua, quæ in ſacris Libris continentur, eſſe arcanis plena, quæ minimè valeant comprehendi, ac evacuati à noſtro intellectu D. Chryſoſt. *homil. 18. in Geneſim*, ait: *quælibet ſyllaba, & apiculus unicus reconditum habet myſteriorum theſaurum.* Ut ita redderemur certi noſtro intellectu non poſſe illam immenſam Sapientiam comprehendi, & quòd etiam ipſa ſacra Scriptura quendam Divinitatis, ac infinitatis odorem, ac rationem exhalaret. Huc advoco, quod præclarè dixit Tertullian, *in Apolog. cap. 20.* ait: *Idoneum opinor teſtimonium divinitatis, veritas divinationis.* Ipſa veritas Prophetiæ, omnino incorrupta, utpote veritas Scripturæ à divina auctoritate, qua nititur, quandam divinitatem ſortitur, & teſtimonium divinitatis præbet. 120. D.Chryſ. Tertull.

Secundò. Multa dantur in humanis, ac terrenis, quæ humani intellectus capacitatem non tranſcendunt, & tamen noſter intellectus, nec illa capit, nec intelligit, tum ob defectum ſcientiæ, tum etiam experientiæ, quantò magis id locum habebit, in rebus altiſſimis, quæ etiam beatorum, qui eas vident, poſſident, ac fruuntur, capacitatem excedunt; hinc ait Chriſtus Dominus Nicodemo Magiſtro, ac Doctori in Iſraël. *Si terrena dixi vobis, & non creditis* (id eſt non intelligitis) *Quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis.* Ad quæ ſcilicet humana intelligentia non aſcendit, tanta myſteriorum altitudo omnem ſuperat humani intellectus facultatem, quale eſt myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, generationis Verbi divini, Proceſſionis Spiritus ſancti, incarnationis, Prædicationis, ſacræ Euchariſtiæ, & aliorum, quorum ſingula animum ſuſpenſum, ac attonitum reddunt, quid faciet tanta myſteriorum magnitudo? Unde dicebat Apoſtolus 2. Corinth. 12. num. 4. *Audiſſe ſe arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Quæ non ſunt humanæ intelligentiæ, ſed divini Spiritus illuſtrationis. Sic dicebat Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis. *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ille docebit vos omnem veritatem.* Ioan. 16. num. 12. cùm ergo tanta myſteria divina in Scriptura contineantur, altiſſimâ providentiâ fuerunt abſcondenda humanæ intelligentiæ, cùm ſola divini Spiritus luce valeant penetrari. Præclarè Philo Hebræus *l. de præmiis & pœnis*, ait, *Solem hunc viſibilem, alia re, quam Sole ipſo adiuti cernimus? Quid Stellas? An non ſola Stellarum ope aſpicimus? Lucis aſpectum, nonne luci debemus? Ad eundem ſane modum, etiam Deus per ſe ipſum illuſtrat ad ſui notitiam cooperante nomine.* 121. 2.Cor.12. Ioan.16. Philo.

122. Tertiò, in ſcriptura continentur multæ futurorum prædictiones, quæ valdè convenientiſſimum fuit, figuris, parabolis, ac verbis obſcuris occultari, ut iniquorum furor evitaretur, & bonorum animus excitaretur ad divinam opem pro intelligentia implorandam. Si enim Prophetæ patenter, & clarè prædixiſſent, quod Iudæi ſuum deſideratiſſimum Meſſiam non erant recepturi, & lapidibus, ac blaſphemiis contra eum inſurrecturi, imò cruci, ac morti tradituri, ut de facto fecerunt; ſi Prophetæ clarè prædixiſſent, quòd eorum Civitas erat igni tradenda, templum deſolandũ, ut non permaneret lapis ſuper lapidem, ſuique Reges occidendi, ſine dubio contra ipſos Prophetas tyrannicè, ac crudeliter inſurgerent, & inde variæ perturbationes, commotiones, ac diſſenſiones pullularent in populis, & ideò pro his declinandis fuerunt tales vaticinationes, verbis, ac figuris occultandæ, & liber convenientiſſimè eſt clauſus, & obſignatus; ut dixi ſupra num. 114. *Vt videntes non videant; intelligentes, non intelligant*, & inde etiam boni exorent ad intelligenda tanta myſteria, cùm Ioannes in ſua Apocalypſi vidiſſet librum obſignatum ſigillis ſeptem, flebat multum, quia nemo inveniebatur, qui poſſet aperire librum, & dixit, *Illi unus de ſenioribus dignus eſt Agnus aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus*, cap. 5. num. 5. Ansbertus ſuo fletu, ac oratione, ait *Promeruit doceri de apertione libri*; ut ejus myſteria fierent perſpicua, ac manifeſta.

Cap. 5. Ansbert.

123. Quartò. Hac obſcuritate ſacræ Scripturæ, voluit Deus noſtram arrogantiam, ac multam fiduciam de noſtro intellectu deprimere, quia id quod ſapientes ſua ſcientia inflati non aſſequuntur, parvuli ſua humilitate penetrant. Sic ait Chriſtus gratias agens ſuo æterno Parenti: *Confiteor tibi Pater, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis.* Matth. 11. n. 25.

Matth. 11.

124. Quintò. Spiritus ſanctus tantam obſcuritatem, ac difficultatem voluit ineſſe in ſacra Scriptura, ut hominibus honeſtam ſtudij occupationem, & ingeniorum exercitium, in diſputando, inquirendo, ſcribendo, commentando præberet. In claris, & apertis multa eſt negligentia, in obſcuris, & abditis multus labor exigitur ad verum, & genuinum ſenſum comparandum. In obſcuris enim multiplex, & varius eſt ſenſus. D. Auguſt. lib. 11. de Civitate Dei, cap. 19. ait: *Divini Sermonis obſcuritas ad hoc utilis eſt, quòd plures ſententias veritatis pariat, & in lucem notitiæ perducit, dum alius ſic, alius ſic intelligit* D. Gregor. Magnus, homil. 10. in Ezech. inquit: *Plerumque in ſacro eloquio, ideò obſcurè aliquid dicitur, ut diſpenſante multipliciter Deo, multipliciter exponatur.*

D. Aug.

D. Gregor.

125. Sextò. Voluit Deus in Scriptura alta myſteria recondere, & tantis figuris abſcondere ut ſuprema auctoritas, ac Scripturæ honos, in multa veneratione remaneret; quæ facilia ſunt apud nos vileſcere ſolent, cùm omnibus ſint communia, ac expoſita; quæ autem recondita, & abdita ſunt, & paucis pervia inde in multa, veneratione, ac pretio habentur, Intonat Ioannes, *Apocalypſis Ieſu Chriſti mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Ioanni*, cap. 1. num. 1. Ex quo D. Laurent. Iuſtin. *ſerm. de S. Ioanne Evangeliſta*, & Petrus Damian. *ſerm. 2. de eodem*, mirificè extollunt altam Ioannis dignitatem, quia ei inter omnes Apoſtolos datum eſt, ut non ſolùm præſentem ſtatum Eccleſiæ agnoſceret, ſed omnia illius arcana in finem mundi. Sic ait Damianus. *Conſideremus dilectiſſimi, quantæ gloriæ vir iſte eſt credendus, ut non ſolùm ei Dominus ſtatum præſentis Eccleſiæ oſtenderit, ſed etiam quod futurum eſſet uſque in perpetuum revelaret.* Ex quo rectè D. Anſelmus colligit ſupremam, ac præclaram dignitatem Apocalypſeos, cujus tam alta, & ſublimia ſunt myſteria, ut uni tantùm menifeſtarentur, qui præ cæteris excellentior habebatur. D. Anſelmus. *Meritò Chriſtus Ioanni tanta revelavit, qui præcellebat omnibus privilegio caſtitatis.*

Apoc. 1.

D. Laur. Iuſt.

Damian.

D. Anſelm.

RESOLUTIO II.

De ſenſibus ſacræ Scripturæ.

QUÆSTIO PRIMA.

An ſenſus ſacræ Scripturæ adæquatè dividantur per quatuor, literalem, allegoricum, moralem, & anagogicum, & omnes intentos ab Spiritu ſancto.

SUMMARIUM.

126 *Quid in præſenti, nomine ſenſus intelligatur?*
127 *Multiplex eſt ſenſus ſacræ Scripturæ, & intentus ab Spiritu ſancto.*
128 *Hæc veritas multis exemplis fit manifeſta.*
129 *Quatuor ſunt ſenſus ſacræ Scripturæ.*
130 *Explicantur voces, Hiſtoria, Allegoria, Moralis, ſeu Tropologia, Anagogia.*
131 *Multis, & variis exemplis in Scriptura: tota ſuperiùs doctrina data, explicatur, ac oſtenditur, & nu.* 132. 133.
134 *Ponitur argumentum ex auctoritate Patrum qui pauciores ſenſus agnoſcunt.*
135 *Solvitur argumentum, quia Patres tanta diſtinctione non utuntur, & ſub ſenſu myſtico omnes alios ſenſus comprehendunt.*

126. SEnsus nomine non intelligitur hîc potentia ſenſitiva, aut illius operatio; ut dicitur Sapient. 7. n. 7. *Optavi, & datus eſt mihi ſenſus*, id eſt intelligentia; ſed ſumitur hîc paſſivè pro ſignificato, in quo relucet auctoris mens, illiúſque genuinus conceptus, ac germana intentio. Ita communiter omnes Sancti Patres, & auctores Catholici D. Hieron. *epiſt. 150. ad Ediliam q. 9.* D. Auguſt. *lib. de utilitate credendi, c. 3.* Origenes *l. 4. Pariarchon. cap. 2.* Divus Thomas *quodlibeto 7. quæſt. 6. artic. 14. & 15.* & innumeri alij Auctores.

Sap. 7.

D. Hieron. D. Auguſt. Orig. D. Th.

127. Multiplex autem ſenſus Scripturæ ſacræ, ut

D.Thom. ut docet D.Thom. 1.*part.* q. 1. *art.*10. & *quodlibeto* 7.*quæst.*14.& 15.& ante illum Origenes, Clemens Alexandr. Basilius. Hieron. D. Augst.Noster Cyrillus, Nazianz. Ambros. & sic omnes Patres, & Doctores Catholici. Imo Molina, Gonzales, Banes, Valentia.Zumel, quos citant Rua *tom.* 2. *controvers.* 9. *dub.* 2. Scalante *in Clypeo,lib.*1.*cap.* 14. Sherlogius *in Cantica Antelog.* 9 Antonius â Matre Dei *in Isagog.Scripturæ.Prælud.* 3. *dub.* 2. *n.*8. rectè dicunt hanc conclusionem esse de fide, quod breviter ostendo.

Cyrillus. Bañes. Zumel. Gonzales. Rua. Scalante. Antonius.

128. Ecclesia semper hos duos sensus, literalem & spiritualem agnovit, ut intentos ab Spiritu sancto, quod multis declaratur.Literalem historiam de Iona tribus diebus,& tribus noctibus in ventre ceti existente, *cap.* 2. *num.*... de se ipso per allegoriam exponit Christus Dominus *Matth.*12.*num.*39.Serpentem æneum à Moyse in deserto exaltatum *Num.* 21. *n.* 9. de se ipso in cruce elevato interpretatur Christus Dominus *Ioan.* 3. *n.* 14. Verba Adami ad Evam literalia *Nunc os ex ossibus meis.*Gen. 2. num. 24. de Christo cum Ecclesia exponit Paulus *Ephes.*5.*num.*34,ea,quæ *Genes.* 6. *n.* 14. describuntur de Arca fabricata à Noë literaliter.D.Petrus 1 *epist.cap.*3. *num.* 20.De Baptismo mysticè exponit id, quod dicitur *Genes.*16.*num.*15.& *cap.*21. *num.* 2. De duobus filiis Abrahæ literaliter; in sensu mystico de duobus testamentis exponit Apostolus *ad Galatas* 4. *num.* 22. sic & idem Apostolus 1. *Corinth.*10.*à num.* 1. allatis multis figuris de veteri Testamento. De nube, Mari, esca, potu, petra; subdit n.6. *Hæc autem in figura facta sunt nostri.* Liber ille Apocalyps.5.num. 2. *Scriptus erat intus,& foris.* Quod pulchrè interpretatur D.Hieron. *in cap.* 2. *Ezechiel.* & ait: *Scriptus foris in historiæ litera, intus in allogoria spirituali, de qua Psalmista, Omnis gloria filiæ Regis ab intus.* Ita etiam exponunt D. Gregor. *homil.*9.*in Ezechiel.* & Rupertus ad citat. locum Apocalyps.

Ion.1. Matth.12. Numer.21. Ioan.3. Genes.2. Ephes.5. Genes.6. 1.Petr.3. Genes.16. Genes.21. Galat.4. 1.Cor.10. Apoc.5. D.Hieron. D.Gregor. Rupert.

129. Sensus ergo sacræ Scripturæ in genere dividitur in literalem,& mysticum. De sensu literali dicam *quæst.sequenti.*Mysticus, seu spiritualis in tres species.Prima est *Allegorica.* Secunda. *Moralis,* seu *Apologica.* Tertia *Anagogica.*Nam quæ in Scriptura designantur, vel significant fidei mysteria credenda,& est sensus *Allegoricus*; vel secundò denotantur res, agendæ, ac operendæ, & est sensus moralis seu *Tropologicus*, vel tertio sunt res spei, ac sperandæ in sublimi, & est sensus *Anagogicus.* Res de quibus Scriptura agit, vel pertinent ad Ecclesiam militantem, vel triumphantem. Si sunt res credendæ,vel operandæ pertinent ad Ecclesiam militantem, & sunt duo priores sensus: si sunt res sperandæ, ad Ecclesiam triumphantem spectant, & est sensus Anagogicus, quod duo hi versiculi non contemnendi indicant.

Litera gesta docet,quid credas allegoria:
Moralis quid agas, quo tendas Anagogia.

130. Vt melius hæc percipias, explico has, voces. *Litera* indicat factum, aut sensum historicum. *Allegoria* tunc datur, quando sub verbis,quæ dicuntur,aliud significatur,seu per figuram, quæ unum ostendit oculis, & aliud denotat. *Moralis*,seu *Tropologicus* eruditio ad mores emendandos. *Angogica*, ut explicat Thesaurus linguæ Latinæ, est cum sensus ad altiora elevatur, sive per orationem, sive spem.

131. Magis explicatur doctrina tradita. *Ierosolyma* ad literam est terrena illa Civitas valdè celebris Iudæorum: juxta allegoriam *Ecclesia militans.*Tropologicè *anima hominis fidelis*, juxta anagogiam *Cœlestis Civitas patria nostra.*Totam hanc doctrinam ante mille annos docuit Cassianus *collat.* 14. *cap.* 4. dicens una, & eadem Ierusalem quadrifariam potest intelligi, secundùm hystoriam *Civitas Iudæorum*, secundùm allegoriam *Ecclesia Christi*, secundùm anagogem *Civitas illa cœlestis*, quæ est mater omnium nostrûm; secundùm Tropologiam,*anima hominis* quæ frequenter hoc nomine, aut increpatur, aut laudatur. Hos quatuor sensus breviter comprehendit Apostolus Paulus 1.*Corinth.*14.*num.*6.dicens: *Nunc autem fratres, si venero ad vos, linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar,aut in revelatione, aut in sententia, aut in Prophetia, aut in doctrina.* Hæc apostolus, tribuens posteà revelationem allegorico sensui,scientiam Tropologico, Prophetiam verò anagogico, doctrinam historico.

Cassian. 1.Cor. 14.

132. Sit alterum exemplum. Occisio Gigantis Goliath eodem suo ense per puerum Davidem. In litera vera extitit historia, In allegoria significatur Christus vincens Dæmonem, eadem cruce, quam illi Dæmon paravit; in Tropologia, bellum justorum contra Dæmonem, qui eos carne,ac mundo tentat; ipsi verò mundo contempto, & carne compressa, atque édomita,caput ejus abscindunt.In Anagogia verò, Christi victoria in die judicij, quando novissimè inimica mors per Christi resurrectionem destruetur, & dicetur, *ubi est mors victoria tua?*& per mortem Christo infligtam, mors ipsa destructa est, *Ero mors tua ô mors,*Ose. 13.n.14.

Ose. 13.

133. Aliud exemplum nobis dat Apostolus ad Galatas 4.n.22.de quo jam suprà egi,cum ait: *Abraham duos habuit filios, unum de ancilla,alterum dé libera.*Hoc est ad literam, & facit sensum literalem,& subdit,*Quæ sunt per allegoriã dicta,hæc enim sunt duo testamenta.* Illi duo filij per allegoriam,seu figurã,ut exponũt D. Hier. D.Chrysost.Theodoret, significabant duo testamenta,seu ut habetur ex Græco,duo pacta, duo fœdera;unum cum populo Hebraïco, alterum, cum Christo,ac Christianis subjungit Apostolus, *Sed quomodo tunc is, qui secundùm carnem natus fuerat persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc.* Ecce sensus moralis; seu tropologicus erudiens nos moribus, quòd nempe caro adversatur spiritui, proindèque semper spiritus debet esse promptus, & vigilans ad restituendum.Deinde advertit Apostolus.*Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Et ad anagogicum pertinet sensum. Nam his Doctor gentium mentem nostram elevat ad cœlestem patriam, ut ad illam totis viribus, ac animo intendamus.

Galat.4. D.Hieron. D.Chrys. Theod. Græcus.

134. Argues quia à Sanctis Patribus pauciores sensus memorantur, ut à S. Hieron *epist.* 150. ad Hedibiam, qui tantùm interpretationem refert secundùm tropologiam, & intelligentiam,

D.Hieron.

tiam, quam appellavit ſpiritualem. Et *lib. 5. in Ezechielem cap. 16.* ait Scripturas ſacras tripliciter exponendas. Primò juxta literam. Secundo modo per tropologiam, ſeu moralem ſenſum. Tertiò ſublimiùs, aut myſticè.

D.Bern. D. Bernardus *ſerm. 23. in Cantica*, ait. In Scripturis tantùm videtur agnoſcere tres ſenſus

D.Aug. D. Auguſtin. *lib. unico de Geneſi ad literam*, in

D. Dion. Scripturis agnoſcit, Hiſtoriam tantùm, & Allegoriam. Quomodo D. Dionyſius de cœleſti

D.Cyrill. Hierarchia. Noſter D. Cyrillus Alexandr. *lib. 5. in Levitic.* ſolùm conſtituit Hiſtoriam,

Hugo. Moralem, & Myſticum. Hugo Victorin. *in Prolog. in libros ſacræ Scripturæ*, tres tantùm ſenſus numerat. Hyſtoricum, Allegoricum, & Tropologicum.

135. Reſpondetur, quod illa diſtinctio in quatuor membra aſſignata, eſt valdè veritati conſona, & multa commendatione digna, atque valde apta ad diſcernendos myſticos ſenſus Scripturæ; & quamvis ſub his nominibus, ac præciſo numero, ignota eſſet multis Patribus, qui frequenter ſolida vritatem tractabant & non multa diſtinctione adhibita, & inde promiſcuè, & ſine diſcrimine, ſub ſenſu myſtico omnes alios ſenſus comptehendebant, & frequenter ſub uno nomine duos ſenſus dicebant, quos poſtea Theologi maximè rem extricantes, ac explicantes diviſerunt, quibus veluti metaphyſicis diſtinctionibus, Patres non utuntur.

QUÆSTIO II.

Explicatur ſenſus literalis, & multa, quæ ad ipſum pertinent.

SUMMARIUM.

136 *Definitio ſenſus literalis.*
137 *Dividitur in ſenſum proprium, & metaphoricum.*
138 *Quid ſit metaphoricus ſenſus, & n. 139.*
140 *Aliæ diviſiones ad has reducuntur, & num. 141.*
142 *Sententia negans, quod ſub eadem litera multiplex ſenſus contineatur.*
143 *Vera ſententia affirmat, & multis exemplis probatur, n. 144. uſque ad 150*
151 *Reſpondetur ad argumentum contrariorum, & n. 152. 153.*
154 *In eodem Textu datur ſenſus literalis cum metaphorico.*
155 *Omnis locus ſacræ Scripturæ habet aliquem ſenſum literalem, & n. 156.*
157 *Proponuntur oppoſita ſententia cum ſuis argumentis.*
158 *Reſpondetur ad argumenta, & ad illius confirmationem, & n. 159.*
160 *Multiplex ſenſus literalis provenit ex infinita ſapientia Dei.*
161 *Et ex verbis Hebraicis, ac eorum punctis, & n. 162.*
163 *Varietas in Textu Hebraico, & Septuaginta, quomodo habenda.*
164 *Provenit etiam ex variis diſiunctionibus.*

Definitio ſenſus literalis.

VAriæ definitiones circa ſenſum literalem circumferuntur, quibus omiſſis illa tenenda eſt, quæ colligitur ex D. Hieronymo *Epiſt. 150, ad Edibiam, quæſt. 9.* D. Auguſt. *lib. de utilitate credendi, cap. 3.* Origene *lib. 5. Periarchon. cap. 2.* D. Thoma *quodlibeto 7. quæſt. 6. art. 14. & 15. & 1. part. quæſt. 5. art. 10.* ibi omnes ejus expoſitores, & interpretes, & talis eſt *Senſus Scripturæ literalis eſt, qui per verba ſcripta; ſive in acceptione propria, ſive in metaphoricâ ſumpta ex intentione Spiritus ſancti immediatè ſignificatur.* Illa particula, *qui per verba ſcripta ſignificatur*, ponitur tanquam loco generis ad ſenſum literalem, & ſpiritualem, *ex intentione Spiritus ſancti*, diſcriminatur ab humana Scriptura, quæ ſpiritu humano eſt introducta. Cùm dicitur, *immediatè* ponitur diſtinctio ab ſpirituali ſenſu, qui non immediatè ex verbis, ſed mediantibus rebus per verba, aut voces ſignificatis deſumitur. 136. D.Hieron. D. Auguſt. Origenes D. Th.

Diviſio ſenſus literalis.

Dicitur etiam *in acceptione propria, ſive metaphorica.* Propria eſt illa, quæ verba per ſe, & immediatè in proprio ſenſu ſignificant. Sive *Metaphorica*: non ſolùm in literis humanis, ſed etiam frequenter in divinis proponuntur metaphoræ, figuræ, & parabolæ, & id, quod ex primaria, ac principali intentione in eis ſignificatur, & ſenſus literalis eſt. Ita D. Auguſt. *lib. contra Mendacium, cap. 10. & lib. 3. de doctrina Chriſtiana, cap. 5. & lib. 10. de Civit. cap. 14.* D. Thomas *1. part. quæſt. 1. art. 9.* ibi Caietan. Bellarm. *lib. 3. cap. 3.* & alij communiter, & ideo eorum frequens eſt uſus ut myſteria divina ſæpè abſcondantur, & ut ea, quæ ſuperbis ſunt abſcondita, revelentur parvulis, & ut ex humanis magis explicentur divina, quia ea, quæ per parabolas, & figuras dicuntur, altiùs remanent in memoria impreſſa, & quia hæc frequenter inſerviunt ad majorem elegantiam, decentiam, ac delectabilitatem. D. Bernardus. 137. D.Auguſt. D.Th. Caietan. Bellarm. 138. D.Aug.

Generali nomine omnes tropi, metaphoræ appellantur. Metaphora ita definitur à Divo Auguſtino *lib. 2 contra Mendacium, cap. 20. tom. 4. Eſt de re propria ad rem non propriam, verbi alicujus uſurpata tranſlatio.* Ac proinde ab omni re poteſt deduci metaphora, ut docet Cicero *lib. 3. de Oratione*, & tot erunt tranſlationis modi; quot res, à quibus fieri poteſt tranſlatio, ac proinde metaphora communiter datur, *Cùm unum dicitur verbis, & aliud ſub illis intelligitur.* Cic.

Probatur concluſio, quia in omni Scriptura, verba, ſeu eorum contextus, ad id quod primariò, & immediatè ſignificandum inſtituitur, quia niſi id, quod ſub tali metaphora, vel figura ſubintelligitur, aſſumatur, multa ſequentur abſruda. Sic dicitur Chriſtus Dominus *Leo*; *Agnus*, *Vitis*, *Lapis fundamentum*, quod eſt dictum ad explicanda multa Domini attributa. Dicitur *Leo* ob generoſitatem, ac fortitudinem? *Agnus* ob humilitatem, ac manſuetudinem, *Vitis* ob fœcunditatem, *Fundamentum* 139. Ap. 4.

damentum, quia in ipſo innititur totum ædificium ſpirituale.

140. An præter hanc diviſionem in propriam,& metaphoricam acceptionem, dentur aliæ diviſiones, videtur ſignificare. D. Auguſt. *lib. de utilitate credendi, cap.3. tom. 6.* Ut ſenſus literalis in hiſtoricam, Ethiologicum, & Analogicum. *Hiſtoricus* eſt (ſumpto Hiſtorici nomine, non in illa amplitudine, ſecundùm quam omnis literalis ſenſus hiſtoricus dicitur; ſed preſſiùs) qui ſimpliciter quid factum dictumvè ſit, enarrat, verbi gratia. *In principio creavit Deus cœlum, terram*, Gen. 1. num. 1. Senſus eſt *Æthiologicus*, qui rationem reddit dicti, vel facti, ut cum Matth. num. 21. dicitur: *Vocabis nomen ejus Ieſus.* Et ſtatim Angelus apponit cauſam, *Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Tertius verò ſenſus *Analogicus* eſt, qui utriuſque teſtamenti convenientiam oſtendit, ut cùm Matth. 2. *num.* 17. Innocentium neces enarrantur, & ſtatim convenientia cum dictis veteris teſtamenti apponitur: *Tunc adimpletum eſt, quod dictum per Ieremiam Prophetam.*

D. Auguſt. Geneſ. 1. Matth. 1. Matth. 2.

141. Hæ tamen omnes diviſiones ſolùm accidentaliter variantur,& unum tantum efficiũt ſenſum literalem. Nec aliud voluit D. Auguſt. ut exponit D Thom. *quodlibet. 7, art. 10, in ſolutione ad 2.* Deinde illa ſubdiviſio non ſolùm pertinet ad ſenſum proprium literalem, ſed etiam facilè poteſt dari in ſenſu metaphorico, ſeu figurato, ut obſervant Galarza *lib. 2. Inſtitut. cap. 3.* Rua *tom. 2. controverſ. 9. dub. 2.* Fr. Anton. à Matre Dei *Præl. 3. dub. 5. n. 31.*

D. Thom. Galarza. Rua. A Matre Dei.

An ſub eiſdem verbis ſacræ Scripturæ multiplex ſit ſenſus literalis?

142. Negantem ſententiam tenent Michaël de Medina *lib. 1. de recta in Deum fide*, Payva *lib. 1. c. 4.* Fundantur in eo, quia ſi multiplex datur ſenſus literalis, tota firmitas ſcripturæ peribit. Nec obſtat, quòd Apoſtoli, & Evangeliſtæ eundem locum veteris teſtamenti adducant ad varias concluſiones, & veritates probandas; nam frequentes ſcriptores ſacri in rebus graviſſimis, non ſolùm ex ſenſu literali, ſed etiam ex myſtico, ſua argumenta, & rationes nectunt, Vaſquez verò *1. p. quæſt. 1. art. 10 diſp. 17. cap. 3.* ait, aliquando ſub eadem litera plures literales ſenſus contineri, quoties probabile eſt ſcriptorem ſecundarium omnes intellexiſſe, quia ponere multitudinem ſenſuum ei non arridet.

Medina. Payva. Vaſquez.

143. Vera, & communiſſima ſententia eſt, ſub eiſdem ſcripturæ verbis plures ſenſus ſæpè literales reperiri. Ita D. Auguſtinus expreſsè *lib. 12. confeſſionum, cap. 18. 19. & 20. lib. 11. de Civit. c. 9. lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, c. 27.* D. Thom. *1. part. quæſt. 1. art. 10. & quodlibet. 7. art. 16. & de potentia, quæſt. 4. art. 1.* Ita etiam Abulenſ. D. Anton. Bañez, Zumel, Peſſanti. Molina, Valentia, Andreas à Cruce, Philippus à ſanctiſſima Trinitate, Azor, Bellarm. & innumeri alij, quos citant, ac ſequuntur Franciſcus *à Ieſu Maria de ſenſibus ſacræ Scripturæ*, Payva *in Doctrinali ſacræ Scripturæ, tom. 1. lib. 1. cap. 3. num. 6.*

D. Auguſt. D. Thom. Abulenſ. D. Anton. Bañes. Zumel. Peſſanti. Molina. Valentia. Andrea.

144. Probatur ratione, quia ad dignitatem ſacræ Scripturæ, maximè pertinet, ut ſub una litera multi ſenſus contineantur; ergo ita de facto illos continet. Antecedens eſt D. Thomæ *quæſt. 4. de potentia*; Præclariſſima eſt dignitas Scripturæ, dum uno verbo multas ſententias dicit, ac comprehendit, & ita ſcriptura maximè oſtenditur fœcundiſſima myſteriorum. Confirmatur, quia in hoc maximè manifeſtatur immenſa Dei potentia, ac ſapientia, quæ uno verbo ſuo multa, & alta arcana declarat, ac revelat; nam Deus unico verbo ſuo æterno ſe totum, & omnia dicit, ita poterit uno verbo ſuo ſcripto multa, & abdita aperire, ut docet D. Auguſtinus *lib. de Doctrina Chriſtiana, c. 27.* ergo ita factum eſt, ut maximè Divina Majeſtas eluceſcat.

D. Thom. D. Auguſt.

145. Quòd multis exemplis ſit manifeſtum: Primò, Iſaias 53. *num. 8. de Chriſti generatione*, ait; *Generationem ejus quis enarrabit?* Quòd de Generatione æterna exponunt D. Hieron. D. Auguſt. D. Chryſoſt. D. Cyrill. Jeroſoly. D. Thom. & alij. E contra alij graviſſimi Patres, ut D. Leo, D. Epiphan. D. Bernard. D. Juſtin. Martyr, D. Paſchaſ. Carthuſian. imò & etiam D. Auguſtin. D. Hieron. ad literam de Generatione temporali interpretantur, quos omnes citavi *tom. 1. in Evangel. lib. 1. cap. 2. num. 10. & 11.* Sicut & illud Oſeæ 11. num. 1. *Ex Ægypto vocavi filium meum*, quod ad literam dicitur de Iſraël, qui dicebatur Dei filius: *Filius meus primogenitus Iſraël.* Et iterum. *Dimitte filium meum, ut ſerviat mihi.* Exod. 4. n. 22. Et tamen in ſenſu ſublimiori, & altiori à D. Matth. 2. n. 15. interpretatur de Chriſto Domino. Ita D. Chryſoſt. D. Hieron. Euthym. Paſchaſ. & alij multi, quos citavi *tom. 1. in Evang. lib. 2. cap. 7. quæſt. 14. n. 58. & 59.*

Iſai. 53. D. Hieron. D. Auguſt. D. Chryſ. D. Cyrill. D. Bern. D. Juſtin. D. Paſchaſ. Carthuſ. Oſe. 11. Exod. 4. Matth. 2. D. Chryſ. D. Hieron. Euthym.

146. Veniat celebris locus in hac re, ex Pſalm. 2. n. 7. *Dominus dixit ad me Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quod de Generatione ætetna exponit Apoſtolus Hebræor. 1. num. 5. *Cui Angelorum dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Et pulchrè verbo præterito *Genui*, adjungitur adverbium præſentis *hodie*, quia in illa generatione æterna, Pater ſemper generavit, ac de præſenti generat.

Pſalm. 2. Hebr. 1.

147. Secundò. De reſurrectione Chriſti explicat idem Apoſtolus, Actor. 13. n. 33. *Reſuſcitans Ieſus ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cùm enim ab inſtanti periculo liberati ſumus, rectè dicere ſolemus: *Ego hodie natus ſum*; & qui tali liberationi operam dedit, optimè dicere poterit: *Fili, ego hodie genui te.* Sic David cum regnum penè amiſſum, morte Abſalonis, ſtabilivit, dixit 2. Regum 19. n. 22. *An ignoro hodie me factum regem ſuper Iſraël?* Et huic expoſitioni; *Ego hodie genui te*, ſtatim adjungitur in Pſalmo: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Quod Chriſtus poſt reſurrectionem prædicatione ſuorum Apoſtolorum eſt conſecutus.

Actor. 13. 2. Reg. 19.

148. Tertiò. De Chriſti ſacerdotio interpretatur idem Paulus ad Hebræos 5. nu. 5. Chriſtum à Patre conſtitutum fuiſſe ſacerdotem, dicens: *Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, dicens, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Pro cujus intelligentia advertendum, quòd ſecundùm legem ſacerdotium ad primogenitos ſpectabat; indè optimè infert Apoſtolus, ex eo quòd

Hebr. 5.

Chriſtus

Chriſtus ſit à Deo genitus, & primogenitus, quòd ſit verus ſacerdos,& quòd ſacerdotium ad ipſum ſpectet,& ut idem Apoſtolus in alio loco ex Davide probat *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*; quo functus eſt in cœna, dum panem, & vinum Deo libavit.

149. Ecclesia. Quartò. De generatione temporali, hanc expoſitionem tenet Eccleſia ſancta; nam in prima Miſſa Nativitatis, ejus introitus eſt: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Nam Chriſtus, qua homo Spiritus ſancti opera, & ab Spiritu ſancto conceptus eſt, & in hoc ſenſu dici poteſt genitus à Deo; & ſic frequenter ipſi Deum Patrem ſuum dicebat: *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.* Matth. 26. Matth.26.Ita ex multorum ſententia docet Theophylact. *ad cap.* 1. *Matth.* & ait: *Neque obſtat*, illud hodie ſiquidem Angelus dixit: *Evangelizo vobis gaudium magnum quia natus eſt vobis hodie ſalvator mundi.* Theoph.

150. Iſai. 53. Matth. 8. 1. Petr. 2. Alius locus ſit ex cap. 53. Iſaiæ num. 4. *Verè languores noſtros ipſe tulit: & livore ejus ſanati ſumus.* Quod de corporis morbis intelligit D. Matth. cap. 8. num. 16. dicens; *Ejiciebat ſpiritus verbo; & omnes malè habentes curavit, ut adimpleretur quòd dictum eſt per Iſaiam Prophetam, &c.* Et de animi languoribus interpretantur D. Petrus in ſua Epiſt. 1. cap. 2. n. 24. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: Cujus livore ſanati eſtis.* Et Apoſtolus 1. Corinth. 15. num. 3. 1. Cor. 15.

151. Ad argumentum adverſariorum dicimus per multiplicem ſenſum literalem non tolli firmitatem ſcripturæ, non enim dicimus ſub disjunctione, verbi gratia, Spiritus ſanctus voluit denotare hoc, aut illud, vel aliquid tertium, & tunc talis disjunctio tollit firmitatem, & unus ſenſus reddit infirmum alium & ideo ſyllogizandi ratio à disjunctiva, apud dialectos, eſt valde infirma. Sed aſſerimus Spiritum ſanctum in tali loco iſtum, & illum ſenſum, tertium, & quartum immediatè voluiſſe intelligi à nobis, ita ut quilibet ſenſus ſit verus, certus, & determinatus, & eſt argumentum, & copulativa propoſitio nead quamlibet ejus partem.

153. Ad confirmationem dicimus, quod in ſcriptura, multa ſunt loca, quæ multiplicem habent ſenſum literalem, juxta mentem ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Evangeliſtarum, ac ſanctorum Patrum, ut ſatis eſt dictum, quod ex ipſa ſerie contextus bene diſcernitur ex antecedentibus, & ſubſequentibus.

An verò aliquando ſenſus literalis proprius cum literali metaphorico ſub eadem litera reperiatur?

154. Abulenſ. Cornelius. Philip. Fr. Anton. Affirmativè reſpondeo, cum Abulenſi *q.* 28. *ad c.* 13. *D. Matth.* Cornelio à Lapide *in Proœmio ſuper Prophetas majores, canon.* 5. Philippus à ſanctiſſima Trinitate 1. *part quæſt.* 1. Antonio à Matre Dei *in Iſagoge ſcripturæ, præludio* 3. *dub.* 11. §. 2. *num.* 102. Et probatur ex diffinitione ſenſus literalis: nam hic eſt, qui immediatè ſignificatur per verba in acceptione propria, vel metaphoricè ſumpta, obſervata ſerie textus, ſed hac benè obſervata, poteſt aliquid in eodem loco ſignificari ſumendo verba in acceptione propria, & ſimul in metaphora; ergo poterunt ſimul illi duo ſenſus proprius, & metaphoricus reperiri. Minor, in qua eſt tota difficultas oſtenditur ex proximè citato loco Pſalmi: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Pſalm. 2. Senſus proprius litteralis intelligitur de generatione æterna, ac temporali; at cum ab Apoſtolo aſſumitur ad probandam Chriſti reſurrectionem, videtur ſenſus metaphoricus, cùm reſurrectio, ſeu liberatio à morte per generationem explicatur; Generatio enim ſignificat primam hominis productionem, cùm ergo per illam explicatur reſurrectio, ſermo metaphoricus eſt.

An detur aliquis locus in ſcriptura, in quo non ſit ſenſus literalis, ſed tantùm Spiritualis?

155. Dicendum eſt quòd in omni loco ſacræ Scripturæ datur ſenſus literalis, & ſuper ipſum ſenſum literalem, tanquam fundamentum, erigimus, & conſtruimus ſenſum ſpiritualem. D. Hieron. Ita D. Hieron. in illud Abdiæ, n. 2. *Parvulum dedi te.* Sic ait Sanctus Doctor: *In interpretatione Prophetica debemus ordinem noſtrum ſequi, ut primùm hiſtoriæ fundamenta jaciamus; deinde, ſi poſſimus, excelſas turres, & tectorum culmina ſuberigamus.* Idem habet *lib.* 1. *in Iſaiam, & lib.* 5. in eundem Prophetam ad illud, *cap.* 13. *num.* 19. *erit Babylon.* & ſuper, *cap.* 40. *Ezechielis*, & D. Gregor. *in Prolog.* 1. *in Iobum*, D. Gregor. *cap.* 3. ait: *Primùm fundamentum hiſtoriæ ponimus, deinde per ſignificationem typicam, in arcem fidei fabricam mentis erigimus.* Et idem habet *homil.* 2. *in Ezechielem.* Similiter D. Auguſtinus *tom.* 3. *lib.* 8. *de Geneſi ad literam, cap.* 7. D. Auguſt. D. Thomas 1. *part. quæſt.* 102. *art.* 1. & *quæſt.* 6. *de potentia, art.* 7. *& quodlibet.* 3. *art.* 5. & alij multi Patres, & Doctores, quos citant, ac ſequuntur Rua *tom.* 2. *controverſ.* 9. *dub.* 3. Payva *lib.* 1. *cap.* 4. Lahay *Prolog. in Bibliam Maxim. ſect.* 11. *cap.* 2. §. *circa alteram.* Noſtri Benavides de Methodo exponendi Sacram Scripturam *diſp.* 9. *dub.* 4. Andræas à Cruce 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 242. D. Thom. Rua. Payva Lahay. Benavides. Andreas à Cruce.

156. Et omiſſis multis rationibus, hac unica probatur concluſio; ſenſus literalis, ut patet ex ejus diffinitione ſupra *num.* 136. deſumitur ex immediata ſignificatione verborum, ſive in propria, ſive metaphorica, ſeu figurata acceptione, ex Spiritus ſancti intentione; ſed nullus aſſignabitur locus ſacræ Scripturæ, cujus verba non ſignificent aliquid immediatè aliquo ex prædictis modis ſcilicet vel propriè, vel metaphoricè; ergo nullus eſt locus, qui non habeat ſenſum literalem. Confirmatur, quia ex oppoſita ſententia ſequitur magnum abſurdum, multa loca ſacræ Scripturæ carere omni ſenſu, ac proinde eſſe inutilia. Probatur, quia juxta ſanctos Patres proximè citatos, totum fundamentum ſenſus ſpiritualis eſt ſenſus literalis; ergo ſi talis ſenſus, ſeu fundamentum non datur, nec dabitur ſenſus ſpiritualis; & ſic erunt multa loca abſque ullo ſenſu, & prorſus inutilia.

157. Oppoſitam ſententiam, quòd detur locus in

in ſacra Scriptura, quod nullum habeat ſenſum literalem, tenet Lyranus *Prolog.* 3. ad ſuam poſtillam. Zumel. *1. p. q. 1 art. 7. q. 7.* & ait: *ubi litera omnino nobis diſſonat, ſemper ſenſus literalis, ſpiritualis eſt.* In hac ſententia videtur fuiſſe Origenes *homil. 2. in Geneſin*, parum ante finem. Argumentantur, quia multi Patres, ut Divus Hieronymus *Epiſtol. 2. ad Nepotiarum*, & alij Patres videntur docere in figuratis locutionibus Scripturæ, non litteræ, ſed ſpiritui eſſe inſiſtendum, & in illis myſticum ſenſum eſſe inquirendum. Quod confirmant primò ex illo Matth. 18. num. 8. *Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum*, &c. ubi nec pes, nec manus præcipitur abſcindi à Chriſto. Deinde in Apologiis, valdè abſurdum videtur quærere in illis ſenſum literalem, ut illo Iudic. 9. num. 8. *Ierunt ligna ut ungerent ſuper ſe regem.* Et confirmatur ſecundò, quia Apoſtolus 2. *Cor. 3. num. 6* ait *Literam occidere*; ergo ſi in omnibus literalis ſenſus quærendus eſt, ruinæ, & occiſionis cauſa dabitur.

Lyran. Zumel. Origenes D. Hieron. Matth. 18. Iudic. 9. 2. Cor. 3.

158. Reſpondetur, quòd quando Patres docent in figuratis locutionibus non eſſe literæ, ſed ſpiritui inſiſtendum, nõ eſt eorum mens, quòd in his figuris non ſit ſenſus literalis, ſed tantùm volunt docere, quòd in talibus figuris nõ ſit inhærendum in cortice literæ, nec tantùm in voce, ac ſignificatione grammaticali, ſed inquirendus eſt ſenſus abſconditus, & abſtruſus, & talis ſenſus, qui ſub figuris, ac metaphoris latet, eſt ſenſus literalis, ut jam explicavi *ſuprà num.* 138. cùm Chriſtus dicitur Leo, Agnus, &c. & ideo ad teſtimonia Scripturæ allata, dicimus quòd per manum, vel pedem vel intelligunt cum D. Hieronym. animi affectus, qui nos ducunt huc, & illuc; vel cum Divo Auguſtino, Divo Hilario, Divo Paſchaſio & aliis, amici, conſanguinei, qui nobis inſerviunt, tanquam manus, & oculi quos citavi *tom. 2. in Evang. cap. 13. quæſt. 3.* ubi de hac re dedi ſeptem expoſitiones. Id quod dicitur de rege conſtituto à lignis, eſt elegantiſſimus, ac antiquiſſimus apologus, quo Ioatham arguit Sichimitas, quod iniquè, & impiè geſſerint, cùm tyrannum Abimelech in regem crearunt Cæſis 70. fratribus ſuis. Ita Lyran. Abulenſ. Carthuſian.

D. Hieron. D. Auguſt. D. Hilar. D. Paſchaſ. Lyran. Abulenſ. Carthuſ.

159. Ad confirmationem dicimus, quòd cùm Apoſtolus ait: *Littera occidit, ſpiritus vivificat.* Per literam non intelligit ſenſum literalem, nullus enim Sanctorum Patrum talia dixit. Per literam intelligit legem veterem, ut docent ibi D. Chryſ. D. Ambroſ. D. Remig. D. Thomas, D. Auguſtinus *lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, cap. 4.* Nam Moyſes cum legem dedit, literam tantùm dedit. At Chriſtus cum lege dedit ſpiritum; & dicitur litera, ſeu lex ſcripta *occidit*, quia cùm Apoſtolus hæc ſcribebat, lex erat mortua, & mortifera, & occidebat. Vel etiam per reſpectum ad ſuum tempus antiquum dicitur, *litera occidit*, quia ut exponunt D. Auguſtin. D. Anſelm. Lyran. Cornelius: occaſionaliter nempe, nam lex magnam multitudinem præceptorum inducebat, & inde concupiſcentia, & peccatum excitabatur, quod occidit animam.

D. Chryſ. D. Ambroſ. D. Remig. D. Thomas D. Auguſt. D. Anſelm. Lyran. Cornel.

Ex qua ratione multiplex literalis ſenſus provenit?

160. Primò ex ſuprema, & infinita ſapientia Dei, quæ uno verbo multa comprehendit, dicit, ac ſignificat, ut jam dixi *ſuprà num.* 142. & 143. Secundò ex vocibus Hebraicis, quæ ſunt valdè ambiguæ, & multiplicem reddunt ſenſum, ut communiter notant Interpretes cum D. Hier. *lib. 1. Apologiæ*, contra Rufinum *cap. 5.* ubi ait, *Quæ res diverſæ interpretationis materiam præbuit, dum unuſquiſque inter dubia, quod ſibi conſequentius videtur, hoc tranſfert.* Quod probat ex illo Pſalmo 2. *Apprehendite diſciplinam*, quod ob ambiguitatem vocis *Naſcubar*, quadrupliciter explicatur, ut ibi Interpretes, Incognitus Noſter, Lorin. & alij.

D. Hieron. Pſalm. 2. Incognit. Lorin.

161. Tertiò deſumitur ex variis punctis Hebræorum, in ſuis literis, quæ varias ſignificationes efficiunt, ut notat idem Hieronym. *epiſt. 125. ad Damaſum.* Quartò. Si contingat in Textu Hæbræo haberi unum ſenſum, & editionem Septuaginta alium diverſum continere, maximè conſiderandum an in aliquo illorum textus ſit corruptus, ſi verò evidentibus, & probabilibus rationibus invenitur utrumque textum eſſe legitimum; tunc ſub eadem littera credendum eſt, quòd multiplex ſit ſenſus intentus ab Spiritu ſancto, ut docet Divus. Auguſtinus *lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 15. tom. 3.* & *lib. 18. de Civitate, cap. 43. tom. 5.* Et hoc fecit, & nos ſuos exemplo docuit facere D. Hieronym. qui in tranſlatione Scripturæ multa deſumpſit ex Textu Hæbræo, multa ex lectione Septuaginta tanquam ex oraculo divino, ut obſervant Lahay *tom. 1. Prologom.* In Biblia Max. *ſect. 11. cap. 7. n. 7.* Fr. Antonius à Matre Dei *Prælud. 3. dub. 10 n. 98. §. ſi contingat.* Et hoc maximè in Pſalmis, ac Prophetis.

D. Auguſt. D. Hieron. Lahay. Anton à Matre Dei,

162. Quintò, ex diverſa diſiunctione, ac poſitione punctorum, valdè diverſus ſenſus deſumitur, verbi gratiâ. Illud *Ioan. 1 num. 5.* ſi legatur: *Omnia per ipſum facta, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt.* Et poſito puncto dicitur, *in ipſo vita erat.* Senſus eſt, omnia ab ipſo verbo eſſe facta, & nihil eſſe quod à verbo non ſit factum. Ita Divus Chryſoſtomus, Divus Hieronymus, D. Nazianzenus, Dius Irenæus, & alij multi Patres, quos citavi *tom. 1. in Evangel. lib. 1. c. 1. num.* 47. E contra alij graviſſimi Patres aliter legunt; *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*; & puncto interpoſito, *Quod factum eſt, in ipſo vita erat.* Ita D. Aug. D. Hilar. D. Cyrill. D. Thom. Tertullian. & alij, quos *citato loco num.* 46. adduxi, ac ſic dicatur, quod eſt factum in ordine ad ſalutem generis humani, ut Incarnatio Verbi divini, Mors, Paſſio, Reſurrectio, ac ſanctificatio noſtra, in ipſo Filio Dei factum eſt, qui eſt omnium vita, & ſalus. Ac ſi dicat Evangeliſta, in prima periodo egi de rebus in ordine ad eſſe naturale, in ſecunda verò in ordine ad eſſe ſupernaturale, ac ſalutem noſtram. Vide quæ dixi *eodem cap.* 1. citato *n. 55. & 6.*

Ioan. 1. D. Chryſ. D. Hieron. D. Nazian. D. Iren. D. Auguſt. D. Hilar. D. Cyrill. D. Thomas Tertullian.

Quæstio III.

Quando idem locus videtur habere duos ſenſus contrarios, & incompatibiles quomodo exponendus?

SUMMARIUM.

163 *Primà regula ex ſenſu recepto ab Eccleſia.*
164 *Secunda regula ex cohærentia cum altero loco Scripturæ.*
165 *Tertia regula ex mente, & interpretatione Sanctorum.*
Vel etiam ex interpretatione, quæ cohæret cum alio loco Scripturæ, vel cum doctrina alibi data à Sanctis Patribus. Ibidem.
166 *Quarta regula, ſi expoſitio non poteſt haberi, nec ex alio loco Scripturæ, nec ex Eccleſiæ explicatione, nec ex Sanctis Patribus, illa tenenda, quæ magis fuerit conformis rectæ rationi.*

163. SOlutio ad quæſtionem propoſitam, deſumenda ex ſequentibus regulis. Prima eſt; ille ſolus verus ſenſus eſt, qui à tota Eccleſia receptus, cujus eſt de vero ſenſu ſacræ Scripturæ judicare, ut habet Conciliũ Tridentinum Trident. *ſeſſ.* 4. in Decreto, de editione librorum, ac eorum uſu. Ut in illo *Ioan.* 14. *n.* 28. ubi Chriſtus Ioan. 14. dicit: *Pater maior me eſt.* Arrius impiè, univerſaliter locum interpretabatur, itaut Pater abſolutè in omnibus eſſet filio major. At alius eſt verus ſenſus, quem Sancta Eccleſia Catholica Romana tenet, non in omnibus, ſed ſolùm ſecundum humanitatem, filium eſſe Patre minorem, ſic & hæretici noſtri temporis. Illud Marc. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit.* Quod hæretici de ſola Marc. 16. fide intelligunt, Eccleſia Catholica in vero ſenſu, de fide cum operibus: nam ſine illis fides eſt mortua.

164. Secunda regula. Ille ſenſus præferendus, qui magis cohæret, & conformis eſt cum alio loco Scripturæ, proindéque optima eſt expoſitio Eccleſiæ Catholicæ in illo proximè citato Ioannis loco, cũ cohæreat cum aliis locis Ioan. 10. ejuſdem Evangeliſtæ *Ioan.* 10. *n.* 30. ubi Chriſtus ait *s Ego, & Pater unum ſumus.* Ubi æqualitas ſumma inter utramque perſonam demonſtratur; ſicut & inter tres Trinitatis 1. Ioan. 5. Perſonas ex 1. Ioan. 5. n. 7. *Tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt.* Id autem, quod dicitur de fide, exponendum eſt Iacob. 2. 2. Petr. 1. juxta alium locum Iacobi 2. num. 20. *Fides ſine operibus mortua eſt*, & juxta 2. Petri 1. num. 1. *Fratres magis ſatagite, ut per bona opera, certam veſtram vocationem, & electionem faciatis.* Quem ſenſum tenet Sancta Mater Eccleſia Catholica.

165. Tertia regula, ſi unus ſenſus ſit Sanctorum Patrum, & alter illi contrarius, & novus, nec in Sanctis Patribus inventus, Concilium Trident. Tridentinum, citato proximè loco, & etiam ipſa ratio naturalis docent illum ſenſum Sanctorum Patrum eſſe tenendum, & non alterũ, maximè Patribus repugnantem. At verò ſi detur interpretatio alicujus loci diverſa, quæ datur ibi à Patribus, tamen ſi talis interpretatio cohæret cum doctrina Scripturæ in alio loco data, & cum doctrina Patrum alibi tradita; tunc talis expoſitio recipienda eſt. Ita Bañes. Azor. Vaſquez. Becanus. D. Auguſt. Bañes 1. *p. q.* 1. *art.* 10. *d.* 6. Azor. *part.* 1. *inſtitution. Moral, lib. lib.* 8. *cap.* 2. *quæſt.* 3. Vaſquez 1. *part diſp.* 3. *cap.* 2. Becanus *in tract. de fide c.* 3. *quæſt.* 6. & dicunt eſſe de mente D. Auguſtini *lib.* 1. *de Geneſi ad literam, cap.* 18. ſit exemplum: ait Iſai. 53. Iſaias c. 53. n. 8. *Generationem ejus quis enarrabit* Quod communiter à Sanctis Patribus de generatione divina, à Patre Deo, vel de genetatione temporali à Matre Virgine exponitur. At verò ſi quis exponat de generatione ſpirituali, qua per fidem, & baptiſmum, multi in Chriſtum credituri ſunt, in ipſoque regenerandi, quæ erit tam ampla, & copioſa multitudo, ut eam nemo dinumerare poſſit *Apoc.* 7. *n.* 9. quamvis hæc expoſitio non ſit data à Sanctis Patribus ad citatum locum Iſaiæ; cohæret tamen tum cum doctrina Scripturæ, tum etiam cum ea, quæ, data eſt à Patribus aliis in locis 166. de multitudine credentium.

Quarta regula, quando uterque ſenſus nequeunt inter ſe conſiſtere, & non poteſt cognoſci, quis fuerit intentus ab Spiritu ſancto, nec ex alio Scripturæ loco, neque ex Eccleſiæ explicatione, neque ex Patribus hoc conſtat, ille præferendus, qui magis rationi naturali fuerit conformior. Quæ regula aſſignatur *in* Decretum. *c. Decretales diſt.* 20. ubi dicitur: *Quo enim quiſque magis ratione nititur, eo majoris auctoritatis ejus verba eſſe videntur.*

Quæstio IV.

De ſenſu myſtico, ſpirituali, accomodatitio ac figuratis locutionibus.

SUMMARIUM.

167 *Senſus myſticus deſumitur ex rebus per voces ſignificatis.*
168 *Communiter ſenſus ſpiritualis idem eſt, ac myſticus, & moralis.*
169 *Ex ſenſu myſtico ſumitur efficax argumentum ad probandas res fidei, & n.* 170. 171. *&* 172.
173 *Reſpondetur ad argumentum adverſariorum.*
174 *Quilibet locus Scripturæ, præter ſenſum literalem, non habet illos tres ſenſus myſticos, ſeu allegoricos, & n.* 175.
176 *Quæſtio, an ſenſus myſticus excellentior ſit litterali.*
177 *Senſus literalis nobilior.*
178 *Proponuntur adverſariorum fundamenta, ac ſolvuntur, & n.* 179. 180.
181 *Senſus accommodatitius eſt admittendus, ad virtutem exhortandam, ad virtutes laudandas, ac vitia vituperanda, & n.* 182.
183 *In hac re tria obſervanda, & n.* 184.

Senſus Myſticus,

167. SEnſus myſticus eſt, qui nec propriè, nec metaphoricè ex vocibus proximè deſumitur, ſed ex rebus per voces quaſi ſub umbra, & figura habetur, ut omnes ferè Patres, ac Doctores, quale fuerit peccatum Luciferi, & caſus ejus de cœlo, declarant, & confirmant ex illo *Iſaiæ. 14. n. 11.* qui loquitur de ſuperbia, & ruina Nabucodonoſor: *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris?* & Ezechiel 28. n. 14. ubi agitur de ejus gloria; & quamvis in his non agatur literaliter de peccato, & caſu primi Angeli, tamen conſenſus communis Doctorum ſub illo rege myſticè, & typicè concludit repræſentari præcipitationem Luciferi de cœlo: nam in toto veteri Teſtamento alium locum non invenimus, qui de caſu Luciferi nos doceat, ac proinde iſte ſenſus inde dicitur myſticus, ac ſi veluti deſumatur ex vocibus, & rebus. Hæc dixi de ſenſu myſtico rigoroſo: nam communiter pro eodem habentur ſenſus myſticus, ac moralis, & ſpiritualis.

Iſai. 14. Ezech. 28.

Senſus ſpiritualis, ſeu moralis.

168. Hodie communiter ſenſus myſticus, moralis, & ſpiritualis pro eodem habentur, tamen iam ſuprà explicavimus ſenſum myſticum præcisè ſumptum, nunc & explicemus ſenſum moralem, ſeu ſpiritualem, qui ita à multis definitur, & eſt ille, *quem verba ſacra literis conſignata, ex intentione Spiritus ſancti ſignificant, mediis rebus priùs per illa in ſenſu literali ſignificatis.* Nam licèt ſenſus literalis multoties ſit de rebus ſpiritualibus; tamen in hoc diſtinguitur, quòd literalis immediatè ſignificatur per verba, ſpiritualis autem mediis rebus priùs per verba ſignificatis. Senſus autem ſpiritualis dividitur in allegoricum, tropologicum, & anagogicum, quos latè explicavi *q. 1. n. 129. 130 131. & 132.*

Vtrum ex ſenſu myſtico, & ſpirituali ſumatur efficax argumentum ad probandas res fidei contra hæreticos.

169. Porreta. Molina. Salmairon. Negantem partem tenent Seraphinus à Porreta *1. p. q. 1. art. 10.* Molina ibidem *diſp. 5.* Salmeiron *Prologom. 19.* Fundantur in eo, quia D. Iren. *lib. 1. cap. 1.* D. Epiphanius *tom. 2. hæreſi 31.* irridentes Valentinianos, & hæreticos, quia ex ſenſu myſtico probabant ſua dogmata, ſimiliter & alij Patres.

170. Bañes. Gonzales. Vaſquez. Valentia. Gilius. Faſſolius. Machim. Zumel. Arrubal. Salmantic. ant. à Matre Dei. Oppoſita ſententia eſt communis, & vera, & affirmat, quod ex ſenſu ſpirituali, ſeu myſtico optimè deſumitur efficax argumentum ad probandam quamlibet veritatem, ſicut ex ſenſu literali. Ita *ad 1. p.* D. Thomæ *q. 1. art. 10.* ibid Bañes *dubio ult. concluſ. 2.* Gonzales *ſect. 5.* Vaſquez *diſ. 16. cap. 5.* Valentia *punct. 5. q. 2. §. Ex his.* Gilius *tract. 7. cap. 5. num. 4.* Faſſolius *dub. 6* Machim *diſput. 8. ſect 5. concluſ. 3.* Zumel *quæſt. 9. artic. 2.* Arrubal *diſput. 8. cap. 14.* Noſtri Salmantic. *tract. 7. diſp. 10. dub. 1.* & præter hos, viginti tres Doctores pro hac ſententia citat. Fr. Antonius à Matre Dei *Prælud. 3. dub. 4. §. 3. n. 121.*

Et miſſis multis, hac unica ratione probatur: Ex ſenſu literali optimum ſit argumentum, ex eo quòd intentus eſt ab Spiritu ſancto, qui nec poteſt falli, nec fallere; ſed etiam eodem modo ſenſus ſpiritualis eſt intentus ab Spiritu ſancto, ut dixi ſupra *q. 11. n. 127. & 128.* ergo ſicut ex uno poteſt deſumi argumentum efficax, ita ex alio. 171.

Minor probatur multis exemplis Deuteron. 25. num. 4. Præcipit Deus, *Non alligabis os bovi trituranti.* Et tamen Apoſtolus *1. Corinth. 9. num. 9.* & *1. ad Timoth. 5. num 8.* Inde probat miniſtris Evangelij ſtipendia, deberi. Illud, quod dicitur de Salamone 2. Reg. 7. n. 14. *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium,* Myſticè applicat Apoſtolus *Hebræor. 1. n. 5.* ut inde probet Chriſtum eſſe filium Dei, majorémque Angelis. Illud, quod dicitur de eſu Agni Paſchalis Exod. 12. n. 46. *Os illius non confringetis*, Allegoricè in Chriſto completum eſſe, docet *Ioan. 19. n. 39.* Legalium ceſſationem, ac Synagogæ repudiatæ probat Apoſtolus *Galat. 4. n. 30.* allegoria duorum filiorum Abrahæ: *Ejice ancillam, & filium ejus: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* Sic & Apoſtolus Petrus *1. epiſt. cap. 3. num. 20.* docet eos, qui in Arca Noë ſervati ſunt. *Geneſ. 6. num. 14.* ſignificare ſpiritualiter eos, qui in Eccleſia ſalvi fiunt per baptiſmum? *quod & vos nunc ſimilis formæ ſalvos facit baptiſma.* Et multis aliis in locis & hunc ſenſum recipit, & tenet Sancta Eccleſia Catholica, dum illæſam virginitatem Beatiſſimæ Virginis Mariæ ſpiritualiter præſignatam fuiſſe in Rubo Moyſis, dum canit: *Rubum, quem viderat Moyſes incombuſtum, conſervatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem.* Et talem viſionem de virginitate Sanctæ Mariæ intelligunt communiter Sancti Patres, Theodoretus, Rupertus, Hugo, Carthuſ. *ad c. 3. Exod.* D. Bernard. *ſem. 2. ſuper Miſſus eſt.* D. Gregor. Nyſſen. *Orat. de Chriſti Nativitate.* D. German. *Archiep. oratione in Nativitate*, & latè Galatin *lib. 7. de Arcanis fidei, cap. 15.*

171. Deuter. 25. 1. Cor. 9. 1. Tim. 5. 2. Reg. 7. Hebr. 1. Exod. 12. Ioan. 19. Galat. 4. Geneſ. 4. 1. Petr. 3. Geneſ. 6. Eccleſia. Theodor. R[illegible]. Hugo. Carthuſ. D. Bernard. D. Nyſſen. D. German.

Ad argumentum Adverſariorum dicimus Sanctos Patres non denotare ſenſum myſticum, & ſpiritualem, ſed depravatos ſenſus hæreticorum, quos confringunt ad ſuas iniquas falſitates comprobandas, & ſic ait Sanctus Irenæus citatus contra Valentinianos. *Sed quia adaptare cupiunt ea, quæ bene dicta ſunt, iis quæ malè ab ipſis adinventa ſunt.* 173. Irenæus.

An quilibet locus ſacræ Scripturæ, præter ſenſum literalem, habeat tres illos ſenſus myſticos?

Negativè reſpondet D. Auguſt. *q. 2. ſuper Geneſim*, ubi ait: in quibuſdam locis, ſolus ſenſus literalis quærendus: ergo non in omnibus; ſunt enim multa loca, quæ ſolùm habent ſenſum literalem, ut duo præcepta charitatis: *In quibus tota lex pendet, & Prophetæ*, ut dicitur Matth. 22. num. 37. *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum, ſicut te ipſum* Iuxta id, quod dicitur *Deuteron. 6 n. 5.* Et quamvis dicantur in prædicto loco Matth. expoſitione digniſſima, ut dixi *tom. 4. in Evangel. cap. 46. quæſt. 16. n. 26.* Omnia tamen 174. D. Auguſt. Matth. 22. Deuter. 6.

pertinent ſecundũ ſenſum literalem ad objectum charitatis, tam quoad actum, quam quoad ordinem; & idem dicendum eſt de cæteris præceptis Decalogi, Exod. 20. à n. 2. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* Et iterum: *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Sicut & illud Ioan. 14. n. 1. *Creditis in Deum, & in me credite.* Ita & ſicut habetur apud Matth. 28. n. 19. ait. Chriſtus, *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Sive hoc ſit per modum conſilij Matth. 19. num. 21. *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Quæ omnia verba, non ad ſenſus ſpirituales, ſed prout ſonant, accipienda ſunt in ſenſu literali.

Exod. 20. Joan. 10. Matth. 28. Matth. 19.

175 Hæc doctrina, quòd non ſemper in omni loco Scripturæ quærendus ſit ſenſus ſpiritualis, & allegoricus, eſt de mente Sanctorum Patrum. Sic habet D. Auguſtinus *lib. 17. de Civitate Dei, cap. 3.* Et inquit. *Mihi autem, ſicut multum videntur errare, qui nullas res geſtas in eo genere literarum, aliquid aliud, præter id, quod eo modo geſtæ ſunt, ſignificare arbitrantur; ita multum audere; qui prorſus ſibi omnia ſignificationibus allegoricis, involuta eſſe contendunt.* Et paſſim D. Hieronymus in ſuis damnat Origenem, qui omnia dicebat allegoriis plena; & etiam eundem Origenẽ hac de cauſa reprehendit D. Epiphanius *lib. 2. hæreſi 61. epiſtol. ad Ioan. Ieroſolymit.* & ait: *Non omnia habent verba divina opus allegoria, ſed prout ſe habent, accipienda ſunt.* Ergo licèt frequenter in multis locis ſacræ Scripturæ detur ſenſus myſticus, non tamen in omnibus quærendus eſt, ut iam dixi ex D. Auguſtino.

D. Auguſt. D. Hieron. Epheſ. 5.

An ſenſus myſticus ſit excellentior literali?

176. Conveniunt omnes Theologi 1. *p. q. 1 art. 1.* quòd uterque ſenſus eſt nobiliſſimus ex parte materiæ, uterque enim agit de Deo, & creaturis de Chriſto, & membris ejus, de Eccleſiaque militante, ac triamphante, proindéque pro nobilitate utriuſque ſunt variæ rationes. Nam unus ſenſus in aliquibus excedit, alius in aliis præeminet. Tota quæſtio eſt, quiſnam abſolutè, & ſimpliciter ſit excellentior? Multi pugnant proſenſu myſtico, & ſpirituali, quorum fundamenta poſteà apponam,

Theologi.

177. Tamen, quòd ſenſus literalis ſit excellentior, mihi magis arridet. Ita Vaſquez 1. *part. diſp. 16. cap. 4.* Lahay *in Prolog. ad Bibliam Maximam, ſect. 10. cap. 8.* Probatur primò. Quia ſenſus literalis ordine generationis præcedit, & eſt fundamentum ſenſus ſpiritualis, ut ſupra dixi *quæſt. 12. num. 155.* Deinde ſenſus ſpiritualis à literali ſumit ſuam bonitatem: nam ſi cohæret cum literali admittendus, ſi ab illo diſcrepat, ac diſcordat, rejiciendus eſt; à fundamento enim deſumitur totum eſſe rei. Sic Chriſtus Dominus dicitur Eccleſiæ fundamentum, quia in ipſo tota Eccleſia enititur, & ab illo habet ſuum eſſe. Secundò ex univerſalitate. Quia in omnibus locis Scripturæ datur ſenſus literalis, non verò ſenſus myſticus, ut dixi ſuperiori *quæſt. n. 155. 156.* Tertiò. Quia in vocibus illud eſt præſtantius, & excellentius, quod immediatè, ac proximè per ipſas voces ſignificatur; ſed in ſacra Scriptura ſenſus literalis immediatè ſignificatur per ipſas voces, ſenſus ſpiritualis remoti, ergo ſenſus literalis nobilior eſt. Minor, in qua eſt difficultas, Probatur, quia ſignificatio primaria vocis eſt præcipua, & principalior.

Vaſquez. Lahay.

Opponunt adverſarij Primò. Finis nobilior eſt, quàm ea, quæ ordinantur ad finem; atqui ſenſus literalis ordinatur ad ſpiritualem, ut ad finem; ergo iſte nobilior. Negatur major; nunc ſenſus literalis non ordinatus ad ſpiritualem, ut, ad finem, ſed ad ſuum literalem, ad aperienda altiſſima fidei myſteria, ac ea quæ ad ſalutem pertinent. *Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Apoc. 2. 3.

178. Apoc. 2.

Opponunt Secundò. Patres laudantes ſenſum ſpiritualem, literalem dicunt corticem, ſpiritualem nucleum, ſeu medullam, & librum Apocalyp. 5. ſcriptum intùs ſenſu ſpirituali, foris ſenſu literali; & ſicut in naturalibus interiora ſunt nobiliora, ut cor, & anima, ita & in ſpiritualibus: & ita arca fœderis erat in Sancta Sanctorum maximè recondita. 3. *Reg. 8. n. 6.*

179. Apoc. 5. 3. R. g. 8. 180.

Reſpondetur, quod Sancti Patres appellant ſenſum literalem corticem, quia eſt primus, & immediatus ſenſus verborum, in illo tamen non cognoſcunt nudam corticem, ſed etiam ſupremam, & altam medullam, ut in illis verbis Iſai. 7. num. 14. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.* Luc. 1. *Conceptus de Spiritu ſancto.* Sicut de Incarnatione Verbi divini in utero Virginis. Ioan. 1. *Verbum caro factum eſt.* Et de Myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Mat. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* In ſono horum Verborum apertus, & clarus eſt ſenſus literalis, tamen ibi altiſſima medulla tantorum myſteriorum recondita eſt, quæ ſuperat omnem intellectum. Ille autem liber Apocalypſeos dicitur ſcriptus intùs, & foris tam per ſenſum literalem, per quem nobis valdè abdita, ac intima nobis traduntur, & etiam pertinentia ad ipſum ſenſum myſticum, qui ex ipſo literali, deducitur. Ad confirmationem, de rebus abditis, illud erit verum quoad res phyſicas, non tamen quoad objectum cognoſcitivum: nam quantò majorem præbet ſui cognitionem, tantò illuſtriori, ac meliori modo habetur, ut patet in viſione beata, in qua Deus per cognitionem intuitivam meliori modo participatur, quam cognitione obſcura per fidem.

Iſai. 7. Luc. 3. Ioan. 1. Matth. 28.

An ſenſus per accommodationem ſit admittendus?

Senſus accommodativus datur per quãdam extenſionem, conſecutionem, ac ſimilitudinem maximè retinendus, ac approbandus eſt, vel ad virtutem exhortandam; ideò Eccleſia in matutino nobis ſemper præponit geſta Sanctorum, quia ut ait D. Ambr. lib. de Ioſeph cap. 1. *Sanctorum vita cæteris norma vivendi eſt, ut tramitem eorum virtute reſeratum imitantibus veſtigiis proſequamur.* Vel ad virtutem alicujus laudandam, ut Eccleſia pro celebranda virtute alicuius Sancti Confeſſoris utitur verbis illis, quæ Chriſtus Dominus dixit de Nathanaële. Ioan. 1. num. 47. *Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt.* Sic & Eccleſia

181. D. Ambr. Ioan. 1.

Sancto.

Sancto Pontifici adaptat illa verba : *Non eſt inventus ſimilis illi.* Eccleſiaſt. 44. num. 20. Eccleſ.44. quæ dicta ſunt de Abrahamo. Sic & Eccleſia in feſtivitate Sanctorum Martyrum Ioannis, & Pauli decantat illa verba : *Hi ſunt duo oliva, & duo candelabra lucentia ante Dominum.* Apoc.11. num. 4. quæ dicta ſunt de Elia, Apoc.11 & Henoch.

Vel etiam componuntur ad arguenda peccata. Vt illud Iſai.1.n.4. *Væ genti peccatrici, populo gravi.* Et ad increpandos flagitioſos Prælatos. Ezech.34. n. 2. *Væ paſtoribus, qui diſpergunt gregem meum.* Et ſic in multis aliis. 182. Iſa. 1. Ezech. 34.

Tamen hîc tria notanda ſunt. Primò quòd verba ſacræ Scripturæ nullo modo accommodentur ad facetias, vel ſpurcitias, vel prophana. Hoc ſub rigidis pœnis prohibet Concil. Trid *ſeſſ.*4. in Decreto de Editione librorum, ac eorum uſu, & facit injuriam divinis verbis ut docet D. Thom. 2.2.*q.* 168. *art.* 2. *ad* 1. ubi Cajetanus docet peccare prædicatores, ſi aliquid ridiculum prædicationi Evangelicæ admiſceant, & Azor. *tom.*1. *lib.*8.*c.*2.*dub.*4. ait nefas eſſe, Scripturarum ſacrarum verba ad profanam, & vanam interpretationem convertere, & rigidè prædicatores de hac re puniendi ſunt, tum ex hoc Decreto, tum ex Concilio Lateranenſi *ſeſſ.*11. de quo multa habet Barboſa *de poteſt. Epiſcop. p.*3. *Alleg.*76.*n.* 48. 183. Trident. D. Thom. Caietan. Azor. Lateran. Barboſa.

Secundò requiritur, ut ſenſus accomodativus non introducatur, ac ſtruatur, ut ſenſus literalis, quod maximè reprehendit D. Hieron. *epiſt. ad Paulinum.* Tertiò, ne verba ſacra in ſenſu impio accommodentur, ut Michael Servetus, Lutherus, & Calvinus fecerunt, qui illud Apoc. 12.n.17. *Michaël, & Angeli ejus,* ſibi ipſi iniquè, ac turpiter adſcribebant. 184. D. Hieron.

Quæstio V.

De figuratis locutionibus, ac figuris imaginariis Prophetarum.

SVMMARIVM.

185 *Figuræ definitio ex Quitiliano.*
186 *Deus loquitur nobiſcum more humano, ac proinde per figuras.*
187 *Explicatur multis exemplis figuras dari in ſacra Scriptura, & n.*188.
189 *Figura in ſacra Scriptura aliquando ſiunt per res imaginarias, aliquãdo per veras res.*
190 *Senſus literalis in hujuſmodi figuris eſt id, quod per eas ſignificatur, & n.* 191.
192 *Quod etiam reperitur in figuris, quæ ſiunt per veras res.*

Figurata locutio.

285. Figura, quam Græci *Schema* dicunt, ſic definitur à Quintiliano lib.9.c.1. *Eſt conformatio quædam orationis remota à communi, & primum ſe offerente ratione.* Ponitur *Conformatio* loco generis; nam datur conformatio rei ad rem, nominis ad nomen: Cætera ponuntur loco differentiæ, & dicitur *remota à communi,* ratione, ſeu ſimplici modo loquendi, cum virtute deflectitur juxta materiam ſubjectam, & Græcus. Quintil.

loquentis perſonam; ad majorem efficaciam, ac energiam, v. g. ut Apoſtolus loquitur per interrogationem. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? an tribulatio, an auguſtia,* &c. 1.Corinth.13.num... ac aliis figuris, & tropis explicandis. 1.Cor.3.

Et abſque dubio hujuſmodi figuratæ locutiones, ſunt in ſacra Pagina, ut notat D. Aug. *lib.*1.*c.*12. Et ratio fundamentalis eſt, quia Deus loquitur nobis hominibus per ſacram Scripturam, tanquam per inſtrumentum vivum more humano, atque more humano in omni idiomate, ſive Hebraïco; Græco, & Latino harum figurarum *Ironia, Hyperbole, Synecdoche Antonomaſia, Antiphraſis,* eſt frequens uſus, ſine veritatis, aut decentiæ præjudicio, imò cum magna utilitate, jucunditate, ac elegantia juxta frequentiſſimum hominum uſum ergo, &c. 186. D. Auguſt.

Quod facilè demonſtratur per ſingula : *Ironia* eſt, qua contrarium ejus, quod dicitur, volumus pronuntiare, ac oſtendere, ut Gen.3.n.22 *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum, & malum.* Sic & Elias ad Prophetas Baal cum ironia dicebat. 3.*Reg.* 18.*n.*27. Illudebat illis Elias dicens : *Clamate voce majori, Deus enim eſt: & forſitan loquitur, aut in diverſorio, aut in itinere, aut certè dormit, ut excitetur.* Secundo. *Hyperbole,* eſt dictio quædam, fidem excedens, augendi, minuendive cauſa. Sic David de Saule, & Ionatha dicebat. 2. Reg. 1. num.23. *Aquilis velociores, leonibus fortiores.* Amos.2.n.9. Altitudo Amorrhæi, *altitudo Cedri* dicitur, & Numer.13.num.24. *Vidimus monſtra quædam filiorum Enac, quibus comparati, quaſi locuſtæ videbamur.* 187. Geneſ. 3. 3.Reg 18. 2.Reg.1.

Tertiò *Sinecdoche* datur, cùm totum ponitur pro parte Marc. 16. n, 6. *Ieſum quæritis Nazarenum,* id eſt corpus Ieſus. Vel ſecundò ponitur pars pro toto Sap. 14. n. 1. *Per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante ſe, fragilius lignum invocat.* Ponitur lignum pro navi. Geneſ. 6. num.12. *Omnis caro corruperat viam ſuam.* Quartò. *Antonomaſia,* quæ ſic definitur à Beda, *eſt ſignificatio, vice nominis poſita;* cum ex aliquibus accidentibus ſignificatur perſona, vel moribus ejus. Pſalm.88 num.11. *Proje ciſti ſicut vulneratum, ſuperbum.* Vbi ſuperbi nomen, quod eſt commune pluribus, pro Lucifero, qui in ſuperbia eminet, ponitur; ſic frequenter vir crudelis dicitur Nero, vel Domitianus. Quintò *Antiphraſis,* quæ ſuis verbis contrarium ſignificat, & per hanc figuram dicitur lucus, quod minimè luceat, bellum, quod nihil in eo ſit bellum; benedicere, pro maledicere uſurpatur, ut illud uxoris Iob ad eum. 2.num.9 *Benedic Deo, & morere.* In quo loco pro reverentia Deo debita, in modo loquendi, verbum benedicere pro maledicere ſumitur. 188. Marc. 16. Sap. 14. Geneſ.6. Beda. Pſalm. 88. Iob. 2.

Quiſnam ſit ſenſus literalis in viſionibus imaginariis, ac rebus figurativis?

Pro hujus rei intelligentia notandum, quod res, quæ aliquid ſignificant in ſacra Scriptura, ſint in duplici differentia : quædam enim ſunt imaginariæ, quæ mentibus 189.

Prophtarum objiciuntur, ad aliquid ſignificandum; aliæ ſunt veræ res, quæ aſſumuntur, ac proponuntur ad aliquod indicandum. Hoc poſito

190. Sit prima concluſio: Senſus literalis deſumitur ex rebus imaginariis per ipſas ſignificatis, quæ mentibus Prophetarum objiciebantur, eas contemplantibus ſive in ſomnis, ſive in vigiliis. Abrahamo gravi ſomno detento, ut dicitur Geneſ. 15. num. 17. *Cùm occubuiſſet Sol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas tranſiens inter diviſiones illas.* Significabat *Clibanus* populi ſui ſervitutem Ægyptiacam in luto, & latere, quem in ſuis furnis coquebant Hebræi. *Lampas tranſiens* ſignificabat Deum, cujus imago eſt lampas, iſta ttanſiens per diviſiones, more antiquo fœdera pangentium: nam ut notant ibi Lyranus, Abulenſis, & alij, olim iniens pactum, vel fœdus firmum cum alio, inter partes animalis occiſi tranſibat.

Geneſ. 15.

Lyran. Abulenſ.

191. Sit & aliud exemplum. Propheta *Daniel. 8. num. 3.* vidit hircum caprarum venientem ab Occidente, & percuſſiſſe arietem, ac conculcaſſe illum. *Hircus* denotabat Alexandrum Magnum, ſicut & *Aries* Darium Regem, qui ab Alexandro victus, & occiſus eſt. Sic & Ieremias 1. num. 13. *Vidit ollam ſuccenſam*; quæ ſignificabat Ieruſalem ſuccenſam à Nabucodonoſore; & tamen in his viſionibus, nec clibanus, nec lampas, hircus, vel Aries, & olla ſuccenſa, ſumuntur pro ſuo ſignificato materiali, ſed ſignificata per hæc, eſt eorum ſenſus literalis. Et probatur, quia hæc verbi gratiâ, clibanus, lampas, &c. ſignificabant aliquid, vel non: hoc ſecundum dici non poteſt, quia illa ſunt inſtituta à Deo ad ſignificandum; ergo dicendum eſt primum; atqui illa non ſunt oſtenſa pro eorum ſignificato præcisè, pro hirco, vel ariete, verbi gratiâ, ſed pro his, quæ denotabant; ergo ipſa denotata eſt eorum ſenſus literalis.

Daniel. 8.

Ierem. 1.

192. Secunda concluſio. Senſus literalis aliquando ſignificatur per res veras, & reales. Sciſſuræ decem, quas ex Dei imperio Achias Silonites tradidit Ieroboam, ex novo pallio, quo opertus erat. 3. *Reg. 11. num.* 31. literaliter ſignificabat Salomonis regnum ſcindendum eſſe, & decem ejus partes, id eſt decem Tribus, tradendas eſſe, Ieroboam. Iſaias diſcalceatus incedens ex mandato. 20. *num.* 2. per compita Civitatis ad literam ſignificabat Ægyptios, & Ætiopes nudos, & diſcalceatos, ſeu ab omnibus ſuis rebus expoliatos, in captivitatem ducendos eſſe per Regem Aſſyriorum.

3. Reg. 11.

193. Oppones Senſus literalis eſt ille, qui ſignificatur per voces, ſpiritualis autem per res; ergo ſenſus literalis non coaleſcit ex rebus, ſive veris, ſive imaginariis Reſpondetur, quòd illa deſcriptio ſenſus literalis, ita eſt intelligenda, quòd ſenſus literalis deſumitur ex vocibus, & rebus, cum res proponuntur loco verborum, tunc res ſive veræ, ſive imaginariæ ſignificant tanquam verba, & inſerviunt ad ſenſum literalem.

RESOLUTIO III.

De Auctoribus Canonicis ſacræ Scripturæ.

QUÆSTIO PRIMA.

Deus ſupremus Scripturæ Auctor, an etiam per ſe immediatè aliquid ſcripſerit.

SVMMARIVM.

194 *Deus totius Scripturæ Auctor.*
195 *Quæ ab Scriptura dicũtur, dici dicũtur à Deo*
196 *An Deus aliquid per ſe immediatè ſcripſerit, prima ſententia negativa.*
197 *Ponuntur illius fundamenta.*
198 *Secunda ſententia oppoſita affirmat.*
199 *Tertia, & probabilior media via incedit.*
200 *Probatur prima pars triplici fundamento, & n. 201. 202. & 203.*
204 *Probatur ſecunda pars.*
205 *Reſpondetur ad primum fundamentum, & num. 206.*
207 *Ad ſecundum probabilis ſententia, quòd Deus aliquando per ſe ipſum locutus fuiſſet cum Patribus antiquis, ſaltem in aliquo raro caſu.*

AVCTOR totius Scripturæ Deus eſt. 194.
Sic ait Paulus 2. Timoth. 3. num. 16. *Omnis Scriptura diviniùs inſpirata utilis eſt.* Oſee 12. num. 10. in perſona Dei ait: *Locutus ſum ſuper Prophetas, & ego viſionem multiplicavi, & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum.* Et eodem modo ipſe Chriſtus Dominus verus filius Dei, ait per Iſaiam 52. n. 6. *Ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum.* His concinit Paulus Hebræ. 1. num. 1. *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.* Sic Zacharias canit de Deo Luc. 1. num. 70. *Sicut locutus eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt, Prophetarum eius.* Confirmatur ex his, quæ ſcribit Iſaias 50. num. 4. *Dominus dedit mihi linguam eruditam.* Et ſtatim ſubdit: *Erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quaſi magiſtrum*, ac ſi linguam eruditam habere non poſſet ad divina myſteria evulganda, niſi priùs ad auſcultandum promptam aurem accommodaret, & ut denotaretur, quod ea, quæ ſcribebat, non erant ex ſuo ingenio excogitata, ſed à divino Spiritu afflata, ac inſpiratæ. Sic loquitur D. Chryſoſt. in Pſalm 48. & ait: *Scriptor Canonicus à divino Spiritu accipit, quod in populum eructat.* De qua re non eſſe dubitandum, ſignificat D. Paulus, an experimentum quæritis ejus, quæ in me loquitur Chriſtus 2. *Corinth. 13. n. 3.*

2. Tim. 3.
Oſe. 12.
Iſai. 52.
Hebr. 1.
Luc. 1.
Iſai. 50.
D. Chryſ.
2. Cor. 13.

195. Confirmatur, quia cùm Deus ſit Auctor Scripturæ, quæ dicuntur, dici à Deo, dicuntur dici ab Scriptura, ait Deus per Moyſem ad Pharaonem Exod. 9. num. 16. *Idcirco poſui te*

Exod. 9.

ut

ut oſtendam in te fortitudinem meam. Quem locum referens Apoſtolus ait Rom. 9. n. 17. *Dicit enim ſcriptura Pharaonis, quia in hoc ipſo excitavi te: ut oſtendam in te virtutem meam.* Cùm Deus ſit Auctor ſcripturæ, idem eſt, quod Deus dicat, ac quod ſcripturæ dicat, Iſaias 7. n. 13. reprehendens populum, quòd verbis Dei fidem non adhiberet, ait: *Audite domus David; nunquid parum eſt vobis, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo?* Chaldæus. *Quia moleſti eſtis verbis Dei mei?* Pſal. 114. n. 3. *Vt videat, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.* Chald. *Vt videat, num ſit intelligens, qui quærat doctrinam à conſpectu Dei.* Ubi vides Deum ut Auctorem ab ipſa ſcriptura non ſejungi, ſed pro illa poni.

Rom. 9. Iſai. 7. Chaldæus. Pſal. 114. Chald.

196. Hoc tamen poſito grandis inſurgit, quæſtio, an Deus ita per ſe ipſum ſcripſerit, ut nec hominis, nec Angeli miniſteriū mediaverit? Prima ſententia, & negativa affirmat; quòd quamvis Deus ſit principalis Auctor ſcripturæ, hoc tamen factum eſt miniſterio hominis, vel Angeli. Ita Abulenſ. *in Exod. cap. 31. n. 18. & cap. 34. quæſt. 3.* Bañes 1. *part. quæſt. 1. art. 8. dub. 4. §. in hujus quæſt.* Anton. Perez *in Pentateuc. fidei vol. 3. dub. 10. n. 18.* Lorin. *Deuteron. 9. n. 10.* Lorca 2. 2. *diſp. 1. de locis, n. 3. & de legibus, diſp. 30.* Salian. *ad annum mundi bis milleſimum quinquageſ. quadrageſ. quartum, n. 706.* Suar. *lib. 9. de legibus, cap. 5. num. 6.* Carthuſian. *ad cap. 31. & 32. Exod. Mag.* Fr. Didacus Benavides *de Arte, & Methodo exponendi ſacram Scripturam, diſp. 2. dub. 6.*

Abulenſ. Bañes. Perez. Lorinus. Lorca. Salian. Salian. Carthuſ. Benavid.

197. Probatur. Primò, ait D. Stephanus *Actor. 7. num. 53. Iudæos accepiſſe legem in diſpoſitione Angelorum.* Quod etiam ait D. Paulus *Galat. 3. n. 19.* ubi ait, *legem ordinatam fuiſſe per Angelos*, quòd idem eſt, ac ſi diceret legem apertam, ac ſcriptam, & digeſtam fuiſſe miniſterio Angelorum, ut ad citatum locum Pauli exponit D. Anſelm. dicens: *Lex eſt ordinata per Angelos, quia non per ſe ipſum Deus, ſed per Angelum Moyſi loquebatur, & præcepta legis diſponebat.* Secundò. Omnes apparitiones in veteri teſtamento hominibus factæ, miniſterio Angelorum effectæ ſunt, ut docet D. Thomas *in d. 2. diſtinct. 8. art. 6.* quod deſumpſit ex D. Dionyſ. & ex D. Auguſt. *lib. 2. de Trinit. cap. 10. & 11. & lib. 3. cap. 4.* ubi ait: *Si quis à me quærat, quomodo facta ſunt ſenſibiles formæ ante Incarnationem Verbi Dei, quæ hoc futurum præfigurarunt? Per Angelos ea Deum operatum eſſe reſpondeo.* Ergo & ſcriptura, ſicut & cætera opera per Angelos intelligitur facta.

Actor. 7. Galat. 3. D. Anſelm. D. Thom. D. Dion. D. Auguſt.

198. Secunda ſententia, & appoſita affirmat, Deum immediatè per ſe ipſum ſcripſiſſe primas legis tabulas, quas Moyſi dedit *Exod. 32.* Ita apertè Rupert. *lib. 3. de victoria Verbi Dei, cap. 21. & 22.* ubi ait: *Ipſe Deus literas ipſas, elementorum figuras primus per ſemetipſum conſcripſit, & ei qui primus ex omnibus hominibus ſcribere meruit, ſcilicet Moyſi ſcriptas tradidit.* Idem habet Sixtus Senenſis *lib. 1. Biblioth. verb. Deus*, Lyran. *ad cap. 31. Exod.* Caietan. *ibi*, ait: *Tabulæ legis ſcriptæ dicuntur digito ſummi legiſlatoris, tanquam manu propria non ſubſcripſerit, ſed ſcripſerit ipſe ſummus judex hæc decem præcepta.* Oleaſter *ad mores, cap. 31.* Cornelius à Lapide *ibid.* Nieremberg *de orig. ſacræ Scripturæ, lib. 4. cap. 4.*

Rupert. Sixt. Senen. Lyran. Caietan. Oleaſter. Cornel. Nieremb.

Tertia ſententia media via incedit, & diſtinctione utitur, ait quòd primas legis tabulas Deus ſua virtute per ſeipſum ſcripſerit, cundas verò manu Moyſi factas eſſe. Hæc ſententia eſt de mente D. Auguſt. *quæſt. 166. ſuper Exod. & quæſt. 15. ſuper Deuteron. tom. 4.* ubi ait: *Priores tabulas & Deus fecit, & Deus ſcripſit.* Et poſt pauca ſubdit agens de primis tabulis, ait: *In primis ſolius opus Dei commemoratur.* Rabbanus *lib. 4 in Exod. cap. 20. & lib. 1. in Deuteron. cap. 15.* Cardinalis Hugo *c. 9. Deuteron.* exponens *verſ. 10.* ait: *Quòd dicitur hîc, intelligitur de primis tabulis, de quibus non eſt dubium, quin Deus ſcripſerit eas. Gloſſa illa ſuper Exodum loquitur de ſecundis tabulis, quas Moyſes Domino dictante per Angelum ſcripſit.* Et poſt pauca ſubdit: *Primas tabulas Dominus ſolus ſcripſit, ſecundas Dominus, & Moyſes: Dominus ut Magiſter dictans: Moyſes ut miniſter notans:* In hac ſententia eſt, Lahay *Exod. 31. conception. 37.* Celada *de Benedicti. Patriarch. §. 305. n. 3.* Caſtillo *de ornatu Aaronis, verſ. 37. n. 97.* Mag. Antonin. à Matre Dei *in Iſagogicam ſcriptur. Prælud. 1. digreſſione 1. ſect. 3. n. 3.* Et hæc ſententia mihi probabilior videtur. 199.

D. Auguſt. Rabban. Hugo. Lahay. Celada. Caſtillo. Ant. à Matre Dei.

Probatur prima pars, quòd primæ tabulæ fuerint immediatè conſcriptæ à Deo, ac ejus Divina virtute, & non per Angelum, ne videatur violentiam inferri textui, dicitur Exod. 31. n. 18. *Deditque Dominus Moyſi duas tabulas teſtimonij lapideas, ſcriptas digito Dei.* Et Exod. 32. num. 15. *Reverſus eſt Moyſes de monte portans duas tabulas teſtimonij in manu ſua ſcriptas ex utraque parte, & factas opere Dei; & ſcriptura Dei erat ſculpta in tabulis*, Deuteron. 9. num. 10. ait Moyſes. *Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei.* Ducor in hanc ſententiam, quia dum dicuntur tabulæ ſcriptæ digito Dei, videtur denotari aliquid ampliùs quàm juſſione Dei; nam etſi Rex dicatur ſcribere, vel facere, cum mandat per miniſtros ſuos ſcribere, vel facere; tamen tunc non dicitur ſcribere, vel facere manu ſua, vel proprio digito ſuo; ergo cum hæ tabulæ non ſolum dicantur ſcriptæ, vel factæ à Deo, ſed opere Dei, digito Dei, videtur aliquid magis particulare, ac peculiare hîc indicari. 200

Exod. 31. Exod. 32. Deuter. 9.

Probatur ſecundò, juxta communem regulam D. Auguſtini, ac ſanctorum Patrum, quia verba ſcripturæ cum proprietate ſermonis accipienda ſunt, cum inde nullum abſurdum ſequitur; Atqui nullum inde ſequitur, ex eo quòd dicamus, Deum immediatè per ſuam virtutem has tabulas ſcripſiſſe, ergo ita intelligendum eſt, & proprietas verborum ad hos nos maximè inducit. 201.

Probatur, Tertiò. Quia eodem modo dicitur Deus ſcripſiſſe has tabulas digito ſuo, ac dicuntur cæli opera digitorum Dei, Pſalm. 8. n. 4. & ex eo quòd cæli dicuntur opera digitorum Dei, inde benè probant interpretes, ut habetur apud Lorin. *ibi*, cœlos, & cæteras, res viſibiles non eſſe miniſterio Angelorum factas, ſed immediatè à Deo per ſuam virtutem; ergo & ſimiliter ex eadem phraſi loquendi, debemus colligere illas primas tabulas, non eſſe miniſterio Angelorum conſcriptas. Idem etiam probari poteſt ex illo Pſal. 101. num. 26. *Initio tu Domine terram fundiſti,* 202.

Pſalm. 8. Lorin. Pſalm. 101.

daſti, opera manuum tuarum ſunt cæli.

Poſterior pars concluſionis probatur. Clarè, ut benè colligitur ex textu poſteriores tabulas à Moyſe fuiſſe conſcriptas, ut habetur ex illis verbis: Præcepit Deus Moyſi, Exod. 24 num. 1. *Præcidi tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & verſ.* 27. dicitur: *Dixit Dominus ad Moyſem: Scribe tibi verba hæc.* Et ſubditur ſtatim num. 28. *Et ſcripſit in tabulis verba fœderis Domini*, ſcilicet ipſe Moyſes, de quo immediatè ante agitur in textu.

203. Exod 34.

Ad primum argumentum, legem dicit à D. Stephano, ac D. Paulo acceptam diſpoſitione, & ordinatione Angelorum, quia Angeli diſpoſuerunt, ac ordinaverunt omnia, quæ pertinebant ad pompam, apparatum, ac dignitatem ipſius legis accipiendæ, ut docent D. Chryſoſt. Theophylactus, apud Suarium *lib. 6. de Angelis, cap. 20. num.* 34. quod etiam tenet. Caietan, & diſpoſuerunt omnia entecedenter, concomitanter, ac ſubſequenter ad ipſam legem. Antecedenter; Angeli imperarunt populo, ut ſe præpararet ad accipiendam legem per purificationem, ac ſanctificationem ideſt lotionem veſtium, & abſtinentiam ab uxoribus, Moiſique mandarunt, ut aſcenderet in Sina montem, feceruntque Angeli concomitanter, ut cùm Dominus daret legem, ignis appareret, mons fumaret, fulgura coruſcarent, tonitrua reſonarent, & buccinarum clangor perſtreperet, & nubes denſiſſima montem operiret, ut totum habes *cap. 19. Exodi à num.* 15. Et conſequenter poſt datam legem Angeli fecerunt, ut facies Moyſis cornuta, ac reſplendens appareret, *Exod. 24. num. 39.* Quod totum divinâ providentiâ factum eſt, ait Cornelius *ad citatum locum. Actor.* 7. Vt populus ille rudis induceretur ad cognoſcendam dignitatem legis, ut illam terrore, ac potentia obſervaret, & audiret.

204. D. Chryſ. Theoph. Suar. Caietan. Exod. 19. Exod. 34.

Deinde ſub nomine legis tria continentur: lex naturalis, quæ habetur *in Decalog. Exod. 20* leges judiciales *cap. 21. 22.* & leges cæremoniales *cap. 25.* quia primo miniſterio Angelorum imperatum eſt Moyſi, ut in ſecundis tabulis ſcriberet decalogum, & ideò rectè dicitur Iudæis, *Accepiſtis legem per diſpoſitionem Angelorum.* Nam ſecundas tabulas, quas Moyſes miniſterio Angelorũ nomine Dei ſcripſit, tenuerunt Judæi, acceperũt, ac habuerunt apud ſe, nam primæ tabulæ ſcriptæ digito Dei, confractæ ſunt, & perierunt, & has non acceperunt; Præcepta autem judicialia, ac cæremonialia, miniſterio Angelorum datæ ſunt. Exod. 20 Exod. 21. Exod. 22. Exod 25.

Ad ſecundum dicimus, quòd licèt communiter loquendo, apparitiones in veteri teſtamento fiebant interventu Angelorum, & aliquando factæ ſunt immediatè à Deo per ſe ipſum. Ita Euſebius *lib. 2. de demonſtr. cap. 3.* & *lib. 5. cap. 10 & 28.* & *lib. 1. Hiſtor. c. 2.* ubi ait: *Verbum divinum interdum per Angelos, interdum per ſe ipſum apparuiſſe.* D. Chryſoſtomus *homil. 16. in Acta*, interpretatur apparitionem factam Moyſi per Angelum, non ſubſtantiam creatam; *Sed per ipſummet filium Dei Magni Conſilii Angelum.* Nicephorus *lib. 1. hiſt. cap. 2.* Theophylact. *Actor.* 7. Theodor. *quæſt. 5. in Exod.* Tertul. *lib. contra Iudæos, cap.* 9. D. Ambroſ. *in illud ad Coloſſen. 1. Qui eſt imago Dei inviſibilis*, Clemens Romanus 5. *Conſtit. ultim* Clemens Alexandrin *lib. 1. ſtromat* expreſſè Fernandez *de viſionibus, viſion. 6. ſect. 1. fol. 179.* & alij relati à Lorca *tract. de leg. diſp. 3.* à Salas *ibi. diſp. 22. ſect. 2. num. 16.* & à Barrard. *tom. 1. in Evangelia, lib. 1. cap.* 15. 206. Euſeb. D. Chryſ. Nicephor. D. Theoph. Theodor. Tertull. D. Ambroſ. Clem Rom. Clem. Alex. Fernandez. Lorca. Salas. Barradas.

Secundò reſpondetur, quòd communior ſit ſententia Patrum, quod apparitiones in veteri teſtamento factæ ſunt miniſterio Angelorum; Dicimus, quòd ita verum eſt, ordinariè loquendo; tamen non inde ſequitur, quòd Deus in aliquo paculiari caſu ad manifeſtationem ſuæ bonitatis, ac amoris, in hoc communi modo diſpenſet; ſicut Deus, & ſi myſteria fidei revelat mediantibus Angelis, & Angeli ſuperiores revelent mediantibus inferioribus ut ait D. Thomas 1. *part. quæſt.* 112. & ſubdit: *Non tamen debet eſſe dubium, quin Deus immediatè hominibus aliqua revelare poſſet, non mediantibus Angelis, & ſuperiores Angeli non mediantibus inferioribus.* Sic etiam idem D. Thom. docet 1. *part. quæſt. 12. art. 11.* Quòd ſecundùm legem ordinariam, nullus purus homo unquam vidit Deum, & tamen facit expoſitionem à Moyſe, & Apoſtolo Paulo. 207. D. Thom.

Si verò aliquis inſtabit, *ex Actor. 7. num. 38.* ubi conſtat, quod Moyſes loquebatur cum Angelo in Monte Sina, Reſpondetur, quòd *ibi* eſt ſermo de ſecunda vice, quando poſteriores tabulæ datæ ſunt ei, & per quadraginta dies, ac noctes, nec comedit panem, nec bibit aquam, *Exod. 34. num. 28.* nam ſecundæ tabulæ perſeveraverunt, primæ verò ſunt confractæ, & abolitæ. Deinde, juxta phraſim ſcripturæ, qui aliquid annuntiat, & revelat, dicitur Angelus. Sic Ioannes Baptiſta *Malach. 3. num. 1. Matth. 11. num. 9.* ſic & prædicatores, Paul. *Galat. 1. num. 8.* ſic & Verbum Divinum Incarnatum dicitur Magni Conſilij Angelus, *Iſai. 9.* juxta Septuaginta, & in hoc ſenſu loquitur D. Iſidorus *de ſummo bono, c. 10.* & ait: *Vbicumque in Scripturis ſanctis pro Deo Angelus ponitur; non Pater, non Spiritus ſanctus, ſed pro Incarnationis diſpenſatione ſolus Filius intelligitur.* In eadem ſententia eſt Beda *lib. variar. quæſt. 99.* favet D. Cyprianus *lib. 2. Teſtimon. contra Iudæos, cap. 5.* 208. Actor. 7. Malach. 3. Matth. 11. Galat. 1. D. Iſidorus Beda D. Cyprian.

Quæstio II.

Scriptores Canonici locuti ſunt Spiritu ſancto inſpirante, & agitur, an Chriſtus Dominus, & B. Virgo aliquid ſcripſerint?

SVMMARIVM.

209 *Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines.*

210 *Non fuit conveniens, quod Chriſtus Dominus ſcriberet? Hoc fecit per ſuos Apoſtolos.*

211 *Chriſtus aliquid ſcripſit, ut patet ex hiſtoria adulteræ.*

121 *Scripſit Epiſtolam ad Abgarum regem, ad quem etiam, ut aliqui teſtantur, miſit effigiem vultus ſui, n. 213. 214. 215. 216. 217 218. San*

218 *Sanctiſſima Virgo ſcripſit Epiſtolam ad Ignatium & etiam ad unum, vel alterum.*

239 *Cur huiuſmodi Epiſtolæ non ſint Canonicæ nec inter Canonicas numerentur?*

Scriptores Canonici.

214. TRia quæro in hac quæſtione. Et primò de Scriptoribus Canonicis, & certum de fide eſt, eos fuiſſe locutos Spiritu Sancto
1.Petr.1. afflante, ac illuminante; ſic ait D.Petr. *epiſtol. 2. cap. 1. num. 21. Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines*, & ideo olim
Iſai. 1. Prophetæ os Domini dicebantur: *Os Domini*
Iſai. 30. *locutum eſt*, Iſai.1. num. 20. *Os meum non interrogaſtis.* Iſai. 30.num. 2. *Quaſi os meum eris*,
Ierem. 15. Ierem.15.num.14.Hinc Zacharias canit: *Locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, Prophetarum eius*,
Luc. 1. Luc.1.num. 70. Et tam propriè, ac genuinè Prophetæ erãt os Dei,ac Dei ore loquebantur, ut non ſolùm eorum dicta Deo tanquam loquenti, ſed etiam ſcripta tanquam præcipuè ſcribenti referantur. Hunc David canit Pſalm. 44. num. 2. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Et ut benè D. Baſi-
Pſalm.44. lius ait; *Lingua juſti cordibus credentium verba inſcribit vitæ æternæ, tincta quidem non atramento, ſed ſpiritu Dei viventis.*

Chriſtus Dominus.

215. Multis probat D.Thomas 3. *part. quæſt.* 42
D.Thom. *art.*4. quòd non fuit conveniens, quòd Chriſtus Dominus immediatè per ſe aliquid ſcriberet,cum ipſe proprio verbo ſuo ſuos Diſcipulos docuerit, qui verbo, & ſcripto omnes
D.Auguſt. gentes docuerunt; quod etiam docet D. Auguſtin *lib.de conſenſu Evangeliſtarum, cap.*35. ait: *Cùm illi, ſcilicet Apoſtoli, ſcripſerunt, quæ ille oſtendit, & dixit; nequaquam dicendum eſt; quod illo non ſcripſerit,quandoquidem membra ejus id operata ſunt, quod dictante capite cognoverunt. Quidquid enim ille de ſuis factis, ac dictis, nos legere voluit, hoc ſcribendum illis tanquam ſuis membris imperavit.* Et ſtatim monet; quòd nemo aliter accipiat. *Quod narrantibus diſcipulis Chriſti, in Evangelio legerit, quàm ſi ipſam manum Domini,quam in proprio corpore geſtabat, ſcribentem conſpexerit.*

216 Et quamquam, regulariter loquendo, hæc vera ſint, & quòd Chriſtus nihil ſcripſiſſet, quod ad nos perveniſſet, tamen negandum
Ioan. 8. non eſt, quòd aliquando ſcripſerit, ut paret in hiſtoria Adulteræ in qua ſcribit Ioan.8.n.6.
Maldonat. & 8. *Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra.* Et quamquam Maldonatus exiſtimet fuiſſe characteres incertos nihil ſi-
D.Hieron. gnificantes, tamen fuiſſe veras literas verum
D.Ambroſ. ſignificatum habentes, eſt communis doctri-
D.Thom. na Patrum D.Hieron. D.Ambroſ. D. Thomæ,
D.Anton. Gloſſæ Interlineal. D. Bonavent. D. Antonij
D.Bonau. Vlyſſipponenſ. Alberti Magni, Carthuſiani,
Gloſſa. Lyrani, Hugoni, Ravyami, quos retuli, ac
Alber.Mag. citavi *tom.*4. *in Evang.cap.*15. *quæſt.* 7. ubi circa ſignificatum hujus ſcriptutæ Chriſti, ſex
Carthuſ. ſententias retuli.Communis eſt, quòd ſcribe-
Lyran. bebat propria eorum peccata accuſantium,
Hugo. itaut divina virtute unicuique repræſentaren-
Ravyami, tur ſua peccata, per quæ judicandus erat, & unuſquiſque ſua peccata propria legeret, & non alterius,ſicut vox Apoſtolorum,quæ licèt fuiſſet Hebraica, tamen ſecundùm quod proferebatur, ab unoquoque etiam diverſæ nationis, ac linguæ audiebatur, ut citato loco explicavi. 217

Fieri etiam potuit, ut ratione urbanitatis Chriſtus Dominus aliquid ſcripſerit, ut refertur de ejus epiſtola reſpondentis Abgaro, ſeu D.Auguſt. Abagaro Regi Edeſſæ Civitatis,ultra Euphratem;quæ licèt à Gelaſio inter apocrypha computetur,tamen non omnino cõtemnenda,quia Ephren. graviſſimi Auctores eam ut ſcriptam à Chriſto venerantur, ut conſtat *ex epiſt.* D. Auguſt. Baron. 263. *quæ eſt Darij Comitis ad ipſum Auguſtinum*: & ex Ephrem *in ſuo teſtamento*,Theodo- Lyræus. rus ſtudita *epiſt. ad Paſchaſ. Papam*, quos re- Nicepha- ferunt Baronius *tom.* 1.*an* 31.*num.*58.*& tom.*7. Evagrius. *anno* 545. Lyræus *in Triſagio lib.* 2. *num.* 26. Senenſis. Nicephorus *lib.*2.*cap.*7.Evagrius *lib.*4. *cap.* 27. Damaſc. Senenſis *lib.* 2. *Biblioth. verb. Ieſus Chriſti.* Et videndus eſt Damaſcen. *lib. de fide orthodoxa, cap.* 17. Vbi ait Chriſtum Dominum vultus ſui effigiem huic Abagaro miſiſſe,& Eugarius Ser.Niceni. proximè citatus natrat Edeſſam Vrbem, hujus Euſebius. ſacræ imaginis virtute ab oppugnatione Perſarum, & à flammarum incendio ab ipſis excitato mirabiliter fuiſſe liberatam; quod etiam refertur in Actis. Secundi Concilij Niceni. Euſebius *lib.*1.*hiſtor.cap.* 25. refert ſe in publicis Edeſſenæ Vrbis Archivis, reperiſſe Epiſtolam noſtri Redemptoris reſpondentis Abagaro Regi, ejuſdem civitatis Regi.

Beatiſſima Virgo Maria.

218

Quod ipſa ſcripſiſſet Epiſtolam ad B. Ignatium, teſtantur Flavius Dexter *ad annum* 86. Dexter. *num.* 11. *& ad annum*, 116. *num.* 4. *& ad an-* Bara. *num.*340. *ibi* Vivarius,Bernardus *in Pſalm* 90. Vivarius *ſerm.*7. Marcus Michaël Preshyter Cortonen- Bernard. ſis *lib.de viris Illuſtribus*, Sixtus Senenſis *lib.* 2. Marc Mich *Bibliothecæ*, Carthuſian. Marian. Victorinus, Sixt Senen. Symphorianus,Clamperius apud Petrum Ca- Carthuſ. niſium *lib.*5.*de Deipara*, *cap.* 1. & apud Fran- Mariana. ciſcum Vivarium *in Commentario ad Lucium* Victorin. *Dexterum anno* 86. *&* 116. quod etiam teſtan- Symphor. tur Franciſcus Arias *lib.de imita.Virg.*& Bar- Clamper. tholom.de Los Rios *lib.*2.*de Hierarchia Mariana, cap.* 33. ubi etiam refert aliam Epiſtolam ejuſdem ſanctiſſimæ Virginis ſcriptam ad Meſſanenſes, in cujus confirmationem clamat Ecclefia Metropolitana Meſſanenſis, quæ in memoriam tanti beneficij nuncupatur *la Madona del Atrio de Epiſtola*, quæ illic reverenter aſſervari dicitur. Citatus Bartholomæus Canisius de Los Rios, aliam ejuſdem Epiſtolã ad Flo- Hier. Fett. rentinos refert, de quibus videndus eſt Caniſius *lib.*5.*de Deipara*, *cap.* 1. & Hieronymus Ferrarienſis in Concione Florentiæ habita 25 *Octobris anni*.1495. 219.

Arias. Barthol. Metrop.

Inquires,cur hujuſmodi Epiſtolæ tam Chriſti Domini, quàm Beatiſſimæ Virginis non habeantur inter Canonicas? Reſpondeo,quia non conſtat de infallibili certitudine exemplaris ipſarum epiſtolarum; ſicut Concilium Francofordienſe, ex antiquiſſimis Auctoribus conſtet, quòd fuiſſet,quia tamen non conſtat de infallibili certitudine exemplaris (Vnde Suarius illud deſumpſit) an eſſet ex aliqua parte

parte corruptum, inde contenta in illo ut de fide certa non recipiunt graves Theologi, Medina 3.p. qnæſt.23. art.2. dub.3. Suar.tom.1. ad 3.p. diſp.49.ſect.3.§. ſed nihilominus. Lorca ad 3.diſp. 84. membr.2. ann.15. Raguſa tom.2. ad 3.part.diſp.30.§.His argumentis.

Medina. Serarius. Lorca. Raguſa.

QUÆSTIO III.

De literarum inventione, ac uſu ſcribendi.

SUMMARIUM.

220 *Variæ ſententiæ circa inventores literarum, & num.221.*

222 *Nec Abrahamus,nec Moyſes,& alij ſupradicti,inventores ſunt literarum, & n.223. & 224.*

225 *Deus cum cæteris ſcientiis infudit Adamo uſum literarum, ac ſcribendi.*

226 *Quod confirmatur variis monumentis, ac hiſtoriis.*

227 *Primæ literæ Hebraicæ, ex quibus derivantur aliæ.*

228 *Qualia fuerint in exordio prima ſcribendi inſtrumenta.*

220. SAtis multi Auctores tam ſcripturarij, quàm humaniſtæ hanc quæſtionem tractant. Breviter ab illa me expediam. In magno numero ſunt Auctores, qui dicunt Moyſem fuiſſe primum inventorem literarum. Ita D.Cyrill.*lib.7. contra Iulianum*, Rupert. *lib.3. de victoria verbi,c.21.22.& 23.* Eupolomeus, Artapanus, Petrus Crinitus, Cornelius Agrippa, Ioannes Textor, & alij multi,quos citant,ac ſequuntur Majolus *colloq.23.fol.422.* Nieremberg. *in lib. de origine ſacræ Scripturæ*; quibus adde Marianam *in Præfat. in Geneſim*, & Lahay *in Prolog.ſect.15. cap.1.* & inde inferunt Pentateuchum fuiſſe primum librum totius orbis.

D.Cyrill. Rupert. Eupolom. Crinit. Agrippa. Textor. Majolus. Nieremb. Maria. Lahay.

221. Philo Hebræus Abrahamum exiſtimat primum earum inventorum, in libro de ipſo Abrahamo,Honorius Auguſtodunenſis *lib. 3. de Imagine Mundi*, Henoch inveniſſe literas, & ſcripſiſſe libros primum putat.Plinius *lib.7. naturalis hiſtoriæ, cap. 56.* Aſſyriorum inventum credit: *Sed alij*, inquit, *apud Ægyptios à Mercurio*; *Alij apud Syros inventas volunt.* Alij alios Auctores aſſignant;imò multi cum Caſſiodoro *lib.8.variar.epiſt.12.* Quod Grues aves ſuo volatu indicarunt hominibus modum literarum, cui favet D. Hieron. *epiſt.ad Ruſticum*, ubi ait: *Grues viam ſequendi ordine literario.* Quòd eleganter canit ſuis verſibus, *Lucanus,lib.5.*

Philo. Auguſtod. Plinius. Caſſiodor. D.Hieron. Lucan.

222. Dico primò.Nec Abrahamus,nec Moyſes, nec Mercurius,nec alius ex aſſignatis fuerunt inventores literarum, ac uſus ſcribendi, ita Auctores citandi *in 2. concluſ.* Et probatur de Moyſe,de quo ait D.Stephanus Actor.7.n.22. *Eruditus erat in omni ſapientia Ægyptiorum*; ergo ipſe literas non docuit, ſed didicit;nam talis ſapientia debebat tradi, non tantùm ex memoria, ſed per aliquod literarum monumentum,ut notat D.Auguſt.*lib.18.de Civitate Dei, cap. 39.*& ait: *Quis dicere audebit Ægyptios mirabilium diſciplinarum peritiſſimos fuiſſe, atque literas noſſe.*

Actor.7. D.Aug.

Probatur ſecundò. Quia juxta Chronologias,de quo Bolduc *ad cap. 1. Iob.§.3.* Iob natus eſt, 143. annos ante Moyſem, & tamen facit ipſe mentionem de uſu literarum,ac ſcribendi, in ſatis obdurato, & firmo inſtrumento,cap.19.num.23. dicens: *Quis mihi hoc tribuat,ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro, ſtylo ferreo, & plumbi lamina,vel celte ſculpantur in ſilice?* Deinde multa monumenta antiquiora Moyſe ſcripta referuntur, ut Beli Regis ſepulchrum, columnæ Herculis cum inſcriptione *Non plus ultra*, apud Ælianum *lib.13.cap.3.* Xenophon *in lib. de æquivocis.* Zoroaſter Rex Bactrianorum antiquior Moyſe multos libros ſcripſit,ut teſtantur Euſebius *lib. 1. Præparat.cap.ult.* Clemens Alexandrin.*lib.1.Stromatum.*

223. Iob.19. Ælian. Xenoph. Euſeb. Alexand.

Deinde quoad omnes partes Henoch ſeptimus nepos ab Adam ſcripſit librum propheticum, de quo facit mentionem Apoſtolus Iudas in ſua Canonica *num. 14.* qui fuit ante diluvium, ac proinde antiquior Abrahamo. Moyſe, & aliis,& literarum uſum fuiſſe ante diluvium affirmant Polidorus Virgilius *lib.1. cap.6.* Toletanus. *lib. 15. Reipublicæ, cap.1.* & Ioſephus *lib.1. Antiquit.* refert filios Seth,qui fuit filius Adæ Syderalem diſciplinam in duabus columnis ſcripſiſſe, in qua ſententia eſt Claudius, Marius Victorinus *lib.3.* Id autem, quod dicitur de Mercurio, Homero, ac aliis, fuerunt multo tempore poſteriores non ſolùm Moyſe,& etiam Abrahamo,ut patet ex Chronologiis.

224. Iud. Apoſt. Toloſan. Ioſeph. Mar.Vict.

Dico ſecundò, quòd Deus, cum omnibus artibus,ac ſcientiis infudit,ac communicavit Adamo literas,ac ſcribendi uſum;& ipſe hæc omnia docuit filios ſuos. Ita D. Auguſtinus *quæſt. 69. in Exodum*, & *lib. 18. de Civitate, cap.39.* Ita citatis multis Auctoribus,Torniellius *anno Mundi 1931. numero 14.* Salianus *anno Mundi 875. numero 5. & anno 2470. num. 30.* Ludovicus Vives *ad cap.39.lib.18.de Civit.* Theatrum vitæ humanæ, *verb. literarum inventores.* Opinerius *fol. 16. ſui Chronic.* Ludovicus Marius *in Prologo ad ſacram Script. quæſt.5 ſect.3.* Bonfrer. *ad cap. 11. Gen. num.1.* Lypſius *tom. 3. Syntagmate de Biblioth. cap.1.* Anton. à Matre Dei *Prælud.2.dub.2.§.3.n.23.* Et probatur, quia Deus infudit Adamo juxta ſanctos Patres, & Doctores, omnes artes, & ſcientias; ergo etiam ei infudit ſcientiam literarum,ac earum uſum; nam talis uſus maximè neceſſarius eſt ad ſcientias, ac ad earum communicationem, omnia enim non poſſunt memoria retineri. Secundò,talis modus literarum maximè neceſſarius erat ad cognitionem,ad reminiſcentiam rerum fidei, ac ſalutis, ad recognitionem beneficiorum Dei, & ad communem uſum inter homines.

225. D.Auguſt. Torniel. Salian. Ludovic. Theat.vitæ Opinerius. Marius. Bonfret. Lypſius. Fr. Anton.

Tertiò confirmatur ex variis monumentis. refert Angelus Rocca *ex Camerino Commentario in. Biblioth: Vaticana verb.Adamus*, quòd *ibi* in dicta Vaticana ſervatur eius imago depicta, ſupra cujus caput literæ antiquæ Hebraicæ extant, ad cujus pedes inſcriptio latinè dicit: *Adam divinitus edoctus primus ſcientiarum, & literarum inventor.* Secundùm monumentum

226. Aug.Aocca

Genebrard. Lyræus numentum hujus rei, ut referunt Ioannes Genebrardus *lib.* 31. *Chronol. cap.* 26. Adrianus Lyræus *lib.* 1. *Triſagij Mariani ſono* 35. referunt quod anno 374. juſſu Sybillæ Reginæ Hũgarorum in Valle Ioſaphan, altè defoſſa terra, repertum fuit in tumulo cadaver integrum cum barba prolixa, in cujus caput erat grandis lapis, in quo cavatis literis, hæc verba Hebraïcè legebantur: *Ego Seth tertio genitus filius Adæ, credo in Ieſum Chriſtum filium Dei & in Mariam Matrem ejus, de lumbis meis venturos*, & ad hoc pertinet quod dixi ſuprà, *num.* 224.

227. Ex quo, & aliis multis monumentis, tenent omnes Antiqui Hebræi, Græci: & Latini, primas literas totius orbis fuiſſe Hebraïcas ab eiſque omnes litteras alias derivatas. Ita Ioſeph. Eupolom. Clem. Alex D. Auguſt. Euſeb. Salian. Bellarm. Ioſeph. *lib.* 1. *Antiquit. cap.* 4. Eupolomeus apud Clementem Alexandrin. *lib.* 1. *Stromat.* D. Auguſt. *lib.* 18. *de Civit. Dei, cap.* 39. Euſebius *de præparar. Evangelica, lib.* 9. *cap.* 4. *& lib.* 10. *cap.* 2. Salian. *anno* 871. Bellarm. *de Inſtit. Hebra.*

Inſtumenta ſcribendi.

228. Scilicet ſtylo ferreo, æreo, oſſeo, calamo arundineo, vel argenteo, vel ex pennis avium effecto, vel penicillo, aut acu, vel aliis; de quo videri poſſunt Hermanus Hugo *tract. de origine ſcribendi*, Petrus Gregorius *lib.* 16. *de Republica, cap.* 3. De materia, in qua litteræ excipiebantur; ſcilicet in lapidibus, lateribus, arborum corticibus, & foliis præcipuè papyri, palmæ, tiliæ, & lauri, ficorum, ex quibus primi parentes fecerunt ſibi veſtimenta *Gen.* 3. Vel etiam ligneis tabellis, laminis, argenteis, plumbeis, vel etiam in pellibus animalium, vel etiam membraneis, pergamenis, vel in alia materia, ut cera, vel aliis, de quibus Plinius *lib.* 13. *cap.* 11. Iſidor. *lib.* 6. *cap.* 13. Raderus *in notis ad Martialem*, Polydorus *lib.* 2. *c.* 8. *de Invent.* Alexander ab Alexandro *lib.* 2. *c.* 3. Petrus Gregorius, Hermanus Hugo citati, qui etiam agunt de atramento nigro, vel etiam ex cruore conchili compoſito.

Herman. Petr. Greg. Plinius. Iſidorus. Raderus. Polydorus. Alexand. Petrus. Herman.

Quæstio IV.

Moiſes ſcripſit Pentateucum.

SUMMARIUM.

229 *Quid ſignificet Pentateucum, ac nomina quinque librorum.*
230 *Argumentum totius operis.*
231 *Tempus, quo fuit populus in Egypto.*
232 *Moyſes ſcripſit librum Pentateucos.*
233 *Primum in contrarium eſt argumentum, quia in Deuteronomio fit mentio de morte Moyſis.*
234 *Secundum argumentum deſumitur ex modeſtia Moyſis.*
235 *Tertium argumentum ex aliquibus civitatibus, quæ poſt mortem Moyſis habuerunt talia nomina & n.* 236.
237 *Vnde Moyſes habuit ſcientiam ad ſcribendum Geneſin.*
238 *De tempore, ac loco, quo ſcripſit.*

Nomina.

229. Totum hoc opus ab Hebræis dicitur *Thora*, hoc eſt lex. A Græcis verò dicitur *Pentateucos*, hoc eſt *Quinquagenarius, ſeu volumen quinque librorum*, & Hebræi de more ſuo libros dicebant, ac nominabant, à ſuo principio, ac exordio, ut notat Hieronym. *quæſtionib. in Geneſin*, & etiam Lyranus, Abulenſ. Pereira, & alij.

Hæbreus, Græcus. D. Hieron. Lyran. Abulenſ. Pereira.

I. Dicebatur *Bereſith*, id eſt, *in principio*, *cap.* 1. *num.* 1. Græcè dicitur *Geneſis*, quia in eo continentur *Generationes ſæculi.*

II. *Veeleſemoth*, Hebraïcè, *hæc ſunt nomina*, *cap.* 1. *num.* 1. à Græcis *Exodum*, quia in eo refertur egreſſus, ſeu exitus filiorum Iſraël de Ægypto.

III. Hebraïcè *Vaicar*, id eſt *vocavit*, *c.* 1. *num.* 1. Hunc Græci dixerunt *Leviticum*, quia de Levitarum miniſterio, ac ordine diſſerit.

IV. Hebraïcè *Vajedabber*, id eſt, *locutus eſt*, *cap.* 1. *num.* 1. à Græcis dicitur *numerus*, cò quòd in hoc libro multæ computationes, & numerationes populi recenſeantur, ac ejus manſiones.

V. Hebraïcè *Hadevarim*, id eſt, *hæc ſunt verba*. *cap.* 1. *num.* 1. Græcè dicitur *Deuteronomium*, id eſt legis iteratio, ſeu repetitio, non quia contineat aliam legem diſtinctam ab ea, quæ antea data fuit in Monte Sina, ſed quia hîc fit repetitio ipſius legis, ac eorum, quæ in tribus ſuperioribus libris Exodi, Levitici, Numerorum continentur. Ita D. Auguſtinus *quæſt.* 49. Theodoretus *hic quæſt.* 1. D. Athanaſius *in Synopſi ſcriptura*. D. Hieronymus *in Prologo Galeato*, & communiter omnes interpretes.

D. Auguſt. Theodor. D. Athan. D. Hieron.

Argumentum hujus libri.

230. In *Geneſi* deſcribit Moyſes creationem mundi, geſta Adami, Evæ, Noë cum facto diluvio, geſta etiam Abrahami, Iſaac, Iacobi, uſque ad mortem Ioſeph, quæ contigit anno à creatione mundi 2310. ſequitur *Exodus*, in quo deſcribitur perſecutio Pharaonis, captivitas populi, illiuſque egreſſus in manu Dei forti. Tertio ponitur *Leviticus*, in quo deſcribuntur ſacrificia, cæremoniæ, & alij ritus. Quartò *in Numeris* numeratur populus, ſimulque Principes, Levitæ, ac Tribus, & quadraginta duæ Hebræorum manſiones, egreſſæque aquæ in deſerto, & prophetia al Baam. Quintò loco *Deuteronomium*, repetitur ſecundò lex, jam inculcata antea in Exodo, Levitico, & Numeris.

231. Pro quo nota, quòd Populus habitavit in Ægypto non 430. annos, ut aliqui volunt, ſed juxta meliorem, ac veriorem computationem 215. anni numerantur. Nam populus deſcendit in Ægyptum anno ætatis Iacob 130. Ætatis verò Ioſeph 39. Ioſeph autem vixit ad annum 110. ab ejus morte uſque nativitatem Moyſis fluxerunt anni 64. Moyſes verò anno ætatis ſuæ 80. eduxit populum de Ægypto, ita efficiunt 215. nam poſt deſcenſum populi in Ægyptum vixit Ioſeph 71. uſque ad nativitatem Moyſis fuerunt 64. quibus adde 80. Moyſis, & invenies ducentos quindecim annos, qui fluxerunt à deſcenſu uſque ad exitum, qui contigit

contigit anno à creatione mundi 2454. à diluvio anno 797. Hæc omnia ex multis, & variis locis Scripturæ docent D.Aug. *quæſt.* 47. *in Exod.* D. Athanaſius, ſeu Anaſtaſius *in ſynopſi ſacræ Scripturæ in Exod.* Euſebius *in Cronic.* Salian. *lib.* 1. *Antiximmeon.* Rupert. Abulenſ. Caietan. Menoch. Tyrin. Lahay *in Exod. cap.* 12. *num.* 40. & *ibi* Cornelius; ac etiam Argumento *in Exod.* §. *Pro qua re.*

D. Auguſt. D. Athan. Euſebius. Rupert. Abulenſ. Caietan. Menoch. Tyrin. Cornelius.

Auctor Pentateuchi.

232. Communiſſima eſt ſententia non ſolùm antiquorum Hebræorum, ſed etiam eam tenent omnes ferè Patres, ac Doctores, tam Græci, quàm Latini, Moyſem fuiſſe totius Pentateuchi ſcriptorem; ita conſtat ex multis locis Scripturæ, *Exod.* 17. *n.* 14. *Exod.* 24. *nu.* 5. Deuter. 31. *num.* 9. & etiam ex novo teſtamento, ex verbis Philipp. ad Nathanaëlem, Ioan. 1. *n.* 45. & Ioan. 5. *n.* 47. Marc. 11. *n.* 17. Rom. 10. *n.* 5. & 1. *Corinth.* 9. *n* 9.

Exod. 17. Exod. 24. Deuter. 31. Ioan. 1. Joan. 5. Marc. 1. Rom. 10.

233. Oppones primò, quia videtur, quod totus hic liber ſecundum omnes ſuas partes, non fuerit compoſitus à Moyſe; nam Deuter. *cap. ultim.* refertur ipſius Moyſis mors, quæ ab ipſo non potuit ſcribi. Reſpondent multi Auctores communiter, quod illa pars ultima Deuteronomij de morte Moyſis fuerit addita à Ioſue, vel ab alio, quem aliqui dicunt Eſdram, ſicut mors Ioſue ab alio addita eſt in fine ejus libri. Alij aliter reſpondent, quòd Moyſes ſpiritu prophetico cognovit mortem ſuam, & inde eam ſcripſit. Sic Philo *in fine, lib.* 3. *de vita Moyſis*, & ait: *Vivens adhuc prophetavit de ſe ipſo, tanquam mortuo, ante obitum narrans, ſe mortuum, ſepultumque inſpectante nemine, videlicet manibus non mortalium ſed virtutum immortalium.* Ioſephus verò *lib.* 4. *Antiquit. cap. ultimò ad finem*, ait: *In ſacris voluminibus ſcripſit ſe mortuum, veritus ne propter excellentem ejus virtutem à Deo raptum prædicarent.* Nam inter mortem Moyſis, ac Ioſue, & aliorum eſt magnum diſcrimen; nam mors Ioſue extitit valde nota omnibus; at mors Moyſis fuit valde ſecreta, & occulta; ipſe enim ſolus aſcendit in montem Nebo, & *ibi*, ut dicitur Deuter. 24. num. 5. *mortuus eſt jubente Domino.* Alia lectio. ſeu, ut alij legunt, *in oſculo Domini*, & ſubditur, *& ſepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor.* Quæ omnia non poterant agnoſci ab alio, niſi ex Divina revelatione, & ita hæc revelatio potuit fieri ipſi à Deo.

Philo. Ioſeph. Deuter. 34.

234. Oppones ſecundò, in his libris multæ Moyſis virtutes referuntur. Dicitur de eo Num. 12. num. 3. *Erat Moyſes vir meritiſſimus, ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Videtur hoc alienum à Moyſis modeſtia; ergo ipſe talem librum non ſcripſit. Argumentum nullius eſt momenti; nam ſæpè ſæpius ſancti ſuperna Dei diſpoſitione dicunt, & ſcribunt ſuas virtutes ad majorem gloriam Dei, & ædificationem aliorum, Iob. 10 num. 7. teſtatur de ſe *quod impietatem ipſe non fecerit*; & David Pſalm. 6. num. 7. *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo*, & Pſalm. 118. num. 62. *Media nocte ſurgebam ad confitendum nomini tuo*, Pſalm. 39. num. 9. *Legem tuam in medio cordis mei.* Hæc ut rectè ait D. Cyprian. *epiſt.* ad Donatum dicuntur

Numer. 12. Iob. 10. Pſalm. 6. Pſalm. 118. Pſalm. 39. D. Cyprian.

non ut jactantia, ſed ut Dei beneficentia, ac gratia prædicetur. Et hæc non ſunt notanda in Scriptore Canonico, ut optimè advertunt D. Gregor. *in præfat. Moralium, cap.* 1. D. Auguſtin. *lib. de conſenſu Evangeliſt. cap.* 12. nam Scriptor Canonicus non ſcribebat ex ſuo marte, ac ingenio, ſed ex Spiritu ſancto dictante, ac afflante, & ſic frequenter loquuntur de ſe tanquam de alio, ut notant citati Patres. Sic Ioannes paſſim de ſe in Evangelio, *Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.* Sic Samuel de ſe ſcribit 1. Reg. 2. *Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat tam Deo, quam hominibus.* Et cap. 3. num. 19. *Crevit Samuel, & Dominus erat cum illo.* Sic Moyſes tanquam de alio ſcribit. *Moyſes vir mitiſſimus omnium.*

D. Gregor. D. Auguſt. Ioan. 13. 1. Reg. 1. & 2.

Oppones tertiò, ſæpè in his libris facit Moyſes mentionem civitatis Hebronis *Numer.* 33. *num.* 34. & 35. & tamen civitas hoc nomen obtinuit multo tempore poſt mortem Moyſis, ab Hebrone Calebi filio, ut multorum eſt opinio. Deinde multoties in his libris fit mentio de Civitate Dan, 1. *Geneſ.* 14. *n.* 14. & aliis multis in locis; & tamen hoc nomen non obtinuit, niſi multo tempore poſt mortem Moyſis, ut expreſsè dicitur Iudic. 18. num. 29. *Vocato nomine Civitatis Dan, juxta vocabulum Patris ſui, quem genuit Iſraël.* Et confirmatur, Quia *Numer.* 21. *num.* 14. fit mentio de libro Bellorum Domini, qui liber videtur ſcriptus poſt Moyſem; ergo ipſe non eſt ejus Scriptor.

235. Numer. 33. Geneſ. 14. Iudic. 18.

Ad argumentum reſpondent communiter Auctores in præfatione ad Geneſim, ut Abulenſ. Hugo, Pereira, & alij, qui dicunt, quòd nihil vetat aſſerere, & hæc, & alias hujus generis parvulas ſententias, poſteà ab Eſdra, vel ab aliis Hagiographis Scriptoribus ſuis locis additas fuiſſe, cum tamen totum corpus horum librorum exceptis his pauculis nominibus fuiſſe ſcriptum à Moyſe. Tamen apud me tanta eſt veneratio ſacrorum librorum, quòd in eis juxta doctrinam ſacrorum Conciliorum, ac Patrum, ut nec una ſyllaba, vel apex ſit addendus, vel detrahendus, ac proinde quamvis illa nomina poſt Moyſen fuiſſent impoſita illis civitatibus, anteà tamen fuerunt revelata Moyſi, ſicut nomine Cyri Regis, multa ſæcula ante ejus nativitatem revelatum fuit *Iſaiæ* 44. *num.* 28. ubi exprimit ipſum nomen Cyri, & ſicut Moyſi fuerunt revelata ea, quæ in lib. Geneſis continentur de creatione mundi, ac primis parentibus, ac aliis. Cur ergo negandum eſt, quòd etiam fuerint revelata illa nomina. Ad id, quod dicitur de libro Bellorum Domini dicimus, ut eſt valdè commune, & ſtatim dicam, apud Hebræos, & etiam in Ægypto erant annales rerum antiquarum, qui ſæpè citantur in Scriptura, ubi latiùs, ac exactiùs res referebantur, ex quibus multi perierunt, ut iam dixi *Reſol* 1. *q.* 4.

236. Abulenſ. Hugo. Pereira. Iſai. 44.

De cognitione, ac tempore, quo hæc ſcripta ſunt.

Quantum ad ſcientiam, & cognitionem, quoad libros Exodi, Levitici, Numerorum, ac Deuteronomij res eſt clara, quia illa facta ſunt vidente Moyſe, ac per manus ejus. Tota difficultas

237.

cultas est quo ad Genesin, ac ad ea, quæ spectant ad creationem mundi, ad primos parentes, ac ad diluvium, &c. Dicimus cum communi sententia, quod illa accepit Moyses per revelationem, vel immediatè illuminante Spiritu sancto, vel dictante, ac assistente Angelo, ut insinuat Divus Augustinus *lib. 1. de Genesi ad literam*, vel etiam ut aliqui dicunt, quod Hebræi illa per communem traditionem habebant accepta à suis majoribus, vel etiam quia in aliquibus annalibus conservabantur, ex quibus deprompsit Moyses; tamen hoc dato dicendum, quòd ille scripsit, Spiritu sancto dirigente, ac gubernante calamum, ut omnia scriberentur in integra, pura, ac sincera veritate.

D.August.

238. Quantum ad tempus, quo Moyses scripsit Genesin existimat Pereira, cum exul esset in terra Madian *Exod. 2. num. 15.* Idque fecisset ad consolationem Hebræorum, qui in Ægypto à Pharaone dira servitute opprimebantur, tamen probabilior videtur sententia contraria, quam tradunt Theodoret. Beda, Abulens. quibus consentit Eusebius *lib. 7. de præparatione, cap. 2.* si eius verba rectè expendantur, scilicet tam Genesin, quàm quatuor libros sequentes, scriptos fuisse à Moyse, post egressum populum ex Ægypto, cum ipse in deserto versaretur, tanquam populi Dux, Propheta, Legislator, & Doctor, populum instrueret in lege Dei, dirigeret in viam salutis, ac illuminaret, docerétque in recognitione tot, ac tantorum beneficiorum, quæ à manu Dei fuerant accepta.

Exod. 2.

Theodor. Beda. Abulens. Eusebius.

Quæstio V.

Quisnam sit Scriptor Libri Iosue?

SUMMARIUM.

239 *Sæpè libri habent nomen à materia, de quâ tractant.*

240 *Hic liber Iosuë Canonicus, & in magna semper auctoritate apud omnes.*

241 *Circà Auctorem huius libri variæ ententiæ.*

242 *Communis, & vera sententia liber scriptus est à Iosuë.*

243 *Duplici fundamento probatur, & n. 244.*

245 *Ponuntur tria fundamenta contraria.*

246 *Solvuntur omnia prædicta fundamenta.*

239. Hebræi non solùm libros nominabant, ac dicebant à primo nomine, ac voce ipsius, ut jam notavi superiori *quæst. num. 229.* sed etiam ut advertunt D. Hieronym. *epist. 140.* Origenes *cap. 2. in Iosuë*, à materia ipsius libri, de qua tractat. Sic dicitur liber Iob, Regum, Machabæorum, ac Iudith. Materia ergo de strenuissimo, ac fortissimo Duce Iosue huic libro nomen dedit. Nam & si mortuus sit, tamen adhuc in paginis huius libri, ac in suis facinoribus vivit.

D.Hieron. Origen.

240. Hic liber Canonicus, est, ut patet ex Concilio Tridentino *sess. 4.* & ex multis aliis Conciliis, ut dixi *Resol. 1 q. 1. n. 21. & 22.* & hic liber semper fuit in multa veneratione, tanquam,

Trident.

Sylveira Opuscula.

afflatu divini Spiritus conscriptuss, tam ab antiquis Hebræis, qui inter libros prophetales eum enumerabant, ut dixi suprà *Resol. 1. q. 2. n. 19.* multis elogiis celebratur à Sanctis Patribus. à D. Nazian. *Orat. 26. de laudibus D. Basilij*, à Divo Heronoymo *in Prologo Galeato*, à Lympiodoro *in cap. 38.* à Chrysostomo *in Iob.* in principio; Abulensi *q. 1. in Prologum Galeatum*, & ab aliis multis; qui omnes dicunt, quod meritò hic liber secundum locum habet post Pentateuchum, quia alios excellit antiquitate, ac dignitate, ex quo optimo iure damnandi sunt Samaritani, qui ut notat D. Hier. *in cap. 16. Isaiæ*, cum solum Pentateuchum admitterent, hunc librum Iosue per contumeliam, *Sanguinarium* appellabant, quod de suo more impiè dicebant Hæretici, cum liber sit maximè venerandus, utpote à Deo datus, & admirabilis doctrinæ.

D.Nazian. D.Hierod. Lympiod. D.Chry. Abulens.

D.Hieron.

241. Circa Auctorem hujus libri, multorum est sententia, quod hic liber non fuit scriptus à Iosue. Theod. *q. 13.* Abul. *q. 3.* Andreas Marius, & Castolius *in Iosuë*, proindéque dicunt, hunc librum post mortem Iosue ex antiquis diariis, & annalibus, ab aliquo divino Spiritu afflante fuisse conscriptum, vel ab aliquo Propheta collectum, utpote à Samuele, ut vult Abulens. ab Esdra, ut sentit Masius. Video etiam citari aliquos asserentes fuisse scriptum ab Isaia. Catholicus, quamvis non certò assignet Auctorem, tamen ait indissolubili argumento convinci, non fuisse librum scriptum à Iosuë: sed certè argumentum non est nodus Gordius, ut Alexandri industria indigeat; fundamenta posteà ponam, & solvam.

Theodor. Abulens. Marius. Castolius.

242. Contraria sententia, & communis est, quòd Iosue fuerit Auctor, ac Scriptor istius libri. Ita D. Dorotheus *in Synopsi.* Origenes *in cap. 1. huius libri, & de partibus Divinæ legis, cap. 8.* D. Isidorus *lib. 6.* Origen. *cap. 2.* Magister Historiæ Ecclesiasticæ, Driedo *lib. 1. cap. 2.* Vatablus *in Scholiis ad cap. 1.* Dionysius Carthus. *in proœmio.* Sixtus Senens. *lib. 1. Biliothec.* & antiqui Hebræi, ut testantur, & habent Serarius *lib. 2. in Iosue, cap. 2.* Lahay *in Prolog. ad Bibliam Maxim. sect. 15. cap. 3.* & in proœmio Iosue, Cornelius, & M. Emmanuel Nazara.

Dorotheus Origenes. D. Isidor. Magister. Driedo. Vatablus. Carthus. Senens. Salianus. Lahay. Nazara.

243 Probatur, quia in ultimo capite *n. 26.* dicitur tauquam in fine totius libri, cùm de ipso Iosuë fit sermo. *Scripsit omnia verba hæc in volumine legis Domini.* In Hebræo, & Græco nomen Iosuë exprimitur, *scripsit Iosue verba hæc*, &c. & ne quis contendat ibi solùm esse sermonem dé verbis fœderis, explicatiùs legit Chaldæus manuscriptus, se habere testatur Masius *fol. 114.* & ita locum istum vertit. *Scripsit Iosue verba ista in libro, & apposuit libro legis.* Ex quibus bene infertur, quod Iosuë non solum scripsit verba fœderis, sed etiam librum distinctum, illúmque libro legis, hoc est Pentateucho adiunxit; sicut enim Moyses sua gesta scripsit in Pentateucho, sic & Iosue discipulus Moysis, & eius successor sua facta hîc describit.

Iosue 4. Hebr. Græcus. Chalæ.

244. Confirmatur ex Ecclesiast. *c. 26. n. 1.* ubi dicitur: *Fortis in bello Iesus Nave successor Moysi in Prophetis.* Græci legunt, *in Prophetiis*, non solùm quibus Deus Moysis, & Iosue mentes illustravit, sed quas ad alios verbis, literisque proferebant,

Eccles. 26. Græci.

ferebant, ſacras namque hiſtorias prophetias appellati conſtat ex 2.*Petri c.*1.*num.*19.& inde Hebræi antiqui ſacras hiſtorias inter libros prophetales computabant, ut jam dixi ſuprà *Reſol.*1.*q.*2.*n.*19. Tandem hæc ſententia eſt de mente Sanctorum, ac proinde maximè veneranda,ac tenenda.

245. Iosuë 10. Opponunt primò adverſarij,quia ut dicitur infra in hoc libro Ioſuë c.10. n.13. *Sicut ſcriptum eſt hoc in libro iuſtorum.*Qui liber videtur ſcriptus poſt mortem Ioſuë.Secundò,poſtquã Iordanis deſcribitur ſiccatus ad tranſitũ filiorum Iſraël,& poſt narratam lapidum in monumentũ erectionem ſubjungitur, *ſunt ibi uſque* Ioſue 4. *in præſentem diem*,c.4.n.9.quod videtur notare, multum tempus poſt mortem Ioſuë. Tertiò, quia multa narrantur in hoc libro Ioſuë,quæ ab ipſo non potuerunt ſcribi, ut ejus mors Ioſue 24. parentatio, funus *c.*24.*n.*29.ſicut etiam aliqua Ioſue 15. *c.*15.*n.*16. de Axa Calebi filia;& *c.*19.*n.*47. fit Ioſue 19. mentio de expeditione filiorum Dan contra Ieſſé,quæ poſt eius mortẽ accidit.*Iudic.*1.*n.*15. Iudic.1.

246. Hæc argumenta nullius ſunt roboris : Ad primum in illo citato loco refertur,quomodo ad vocem Ioſue factum eſt illud magnum prodigium,quòd Sol,& Luna ſteterunt,quod ſtrictim, ac breviter,in hoc libro deſcribitur; latiùs verò in libro iuſtorum, non inde bene infertur, quòd talis liber fuiſſet ſcriptus poſt mortem Ioſue,ſed potiùs in eius vita,ipſo referente. Ad 2. de monumento lapidum, juxta veriorem Chronologiam Saliani, & aliorum, poſt mortem Moyſis Ioſue obtinuit principatum popul.18.& in primo anno poſuit lapides ac in illis ſeptem prioribus debellavit, ac ſubjugavit Chananæum,& poſteà vixit undecim Salianus. annis,ad cujus finem ſcripſit librum, & inde rectè ait, quod lapides permanebant uſque ad illum diem,nempe 14. vel 15.annis poſtquam poſiti fuerant,ipſe enim mortuus eſt,cum eſſet 110. annorum,ut patet ex Textu *c.*24.*n.*29.Ad ultimum, id quod dicitur de eius morte, de Axa filia Celab,ac filiis Dan, dicimus, quòd illa incerta ſunt ab Eſdra,vel ab alio Propheta, ſeu compilatore ad completam, & exactam hiſtoriæ notitiam, ut multi dicunt in Pentateucho,ut vidimus ſuperiori *quæſt.*

QUÆSTIO VI.

Quis Scriptor Libri Iudicum?

SVMMARIVM.

247 *Hic liber Canonicus, & multæ auctoritatis.*
148 *Prima ſententia circa Auctorem libri, refertur, ac refellitur.*
249 *Aliæ quatuor ſententiæ referuntur.*
250 *Aliquibus prænotatis vera ſententia ponitur, ac ſtabilitur.*
251 *Catalogus Iudicum, & cur de Heli, ac Samuele in hoc libro nulla fit mentio.*

247. Trident. HIc liber Iudicum eſt Canonicus, & patet ex Conc.Trid.*ſeſſ.*4.& Apoſtolus Paulus ſtrictim multa exempla de fide agens de eo Hebr.11. adducit *ad Hebr.*11.*n.*32.dicens,*Deficit me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sanſon,Iephte*; & hic liber, ut patet ex D. Hieron *in Prologo Galeato*, in ſecundo ordine Canonis inter libros prophetales collocabatur. Dicitur autem liber Iudicum, quia de Iudicibus ait, ſicut liber Ioſue, quia de ipſo.

248. Circa Auctorem huius libri magna eſt controverſia.Prima ſententia eſt eorum,qui dixerunt hunc librum non fuiſſe compoſitum ab uno Propheta, ſed à multis. Auctores huius ſententiæ ſuppreſſo nomine referunt Maldo- Maldonat. natus *in cap.* 2. *Matth.* ad illa verba ſtatim citanda. *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Et Pi- Pineda. neda *in Iob*,quia cum Evangeliſta referat teſtimonium de Chriſto, *Quoniam Nazaræus vocabitur*, quod de Sanſone dictum eſt in libro *Iudic.*13.*n.*9. In Chriſto Domino, cuius figura Iudic.13. erat Sanſon, Evangeliſta citato *cap.*2.*n.*23. di- Matth.2. cit adimpletum in Chriſto Domino, & ait.*Vt adimpleretur,quod dictum eſt per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur.* Non ait Evangeliſta *per Prophetam*, ſed *per Prophetas*, quia ille liber Iudicum non ab uno Propheta, ſed à multis eſt ſcriptus. Fundamentum eſt valde frivolum, quia id quod de uno Propheta intelligitur, ut à multis dicitur dictum, ut patet in multis exempl.*Matth.*26.*num.*56.*Ioan.*6. *n.*45.& in eodem 2.*c.Matth.*patet exemplum, Matth.26. dicitur ibi n. 20. *Defuncti ſunt, qui quærebant* Ioan.2. *animam pueri.* Et tamen unus ſolus Herodes Matth.2. erat defunctus.

249. Dorotheus Secunda ſententia eſt D. Dorothei *in libro de Prophetis*,qui hunc librum tradit, à quibuſdam Scribis, qui in tabernaculo verſabantur, ſcriptum. Tertia eſt aliquorum, ut referunt Driedo *lib.*1. *de Eccleſiaſticis Dogmatibus cap.*3. Driedo. *p.*1.Sixtus Senenſis *lib.*1.*Bibliot.*Rua *controv.*4. Senenſis. *poſitiva de libris ſacris veteris Teſtamenti*, & Rua. Auctor Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ dicentium Auct.Hiſt. Ezechiam fuiſſe Auctorem huius libri.Quarta ſententia eſt Maſij in Ioſue aſſerentis hunc Maſius. librum compoſitum fuiſſe ab Eſdra; & hanc ſententiam etiam fuiſſe aliorum Auctorum, teſtatur Rua citatus. Quintò Abulenſ.*quæſt.*4. Abulenſ. *Præfationis in Iudices*, qui refert, omnes Iudices in libro hoc concinnando partem habuiſſe: nam quilibet,ait ipſe, ſui temporis geſta in Commentarios, vel per ſe,vel per alium redegit.

250. Sexta, & veriſimilior ſententia eſt hunc librum fuiſſe compilatum,& compoſitum à Samuele.Ita D. Iſidorus *lib.*6.*Etymologiar. cap.*1. D Iſidorus. Rua citatus,Villarael, & amicus meus Mag. Rua. Ioannes Freyre, uterque Præfatione in Iudi- Villaraël. ces, & Abulenſis *citata q.*4.hanc dicit magis Freyre. rationabilem. Pro ſtabilienda hac ſententia Abulenſ. notandum eſt ex ipſo Abulenſi,quòd quilibet Iudex geſta ſui temporis in Communtarios ad perpetuam memoriam redigebat. Quod confirmatur ex his, quæ dixi *tom.*1. *in Evang. lib.*1.*cap.*2.*q.*34.*n.*9. juxta communem ſententiam Sanctorum Patrum, ac Doctorum, & conſtat ex multis locis Scripturæ, ut ibi dixi, in templo erant Scribæ, qui res geſtas temporum, ac genealogias uniuſcuiuſque Tribus ſcribebant. Hoc poſito, cùm tot Iudices præceſiſſent, & tandem regimine, ac iudicatura populi clavem teneret Samuel, qui multum omnibus,prudentia, ſapientia, ac ſanctitate eminebat, ne Commentaria Iudicum eſſent per tot tractatus diſperſa, in unum collegit

Pro librum.

251. Pro huius rei maiori intelligentia ; quòd Iudices Iſraël fuerunt quindecim , qui iuxta computum Saliani , ac aliorum per 360 annos imperarunt. Primus Iudex fuit Othoniel, qui imperavit annis 40. Secundus Aod annis 80. Tertius Samgar per paucos menſes. Quartus Barac cum Debora annis 40. Quintus Gedeon pariter 40 Sextus Abimelech annos tres Septimus Thola annis 23. Octavus Iair annis 22. Nonus Iephte annis ſex. Decimus Abeſan annis 7. Vndecimus Alvala annis 10. Duodecimus Abdon annis 8. Decimus tertius Samſon annis 20. Decimusquartus Heli annis 40. Decimus quintus Samuel annis 22 & fuit ultimus Iudex. De his duobus ultimis , Heli ſcilicet , & Samuele non fit mentio in hoc libro Iudicum , quia cum eorum filij non rectè agerent. 1. *Regum* 2. *num.* 16. & *cap.* 8. *num.* 4. inde deſumpta eſt occaſio ut populus peteret Regem , & ideo ſolùm de tredecim prioribus Iudicibus fit mentio in hoc libro Iudicum.

Salianus. Cornelius.

1. Reg. 1.

QUÆSTIO VII.

Scriptor Libri Ruth.

SVMMARIVM.

252 *Iſte liber Canonicus , quamvis ejus Scriptor non exprimatur.*
253 *Variæ ſententiæ circa Scriptorem huius libri.*
254 *Verior affirmat Samuelem Auctorem.*
255 *Quo tempore hæc hiſtoria accidit.*
256 *Quo tempore ſcripſit Samuel.*

252. Iſte liber eſt Canonicus , ut conſtat ex Decreto Concilij Tridentini *ſect.* 4. & etiam omnes antiqui Hæretici, qui teſtamentum vetus recipiebant , hunc librum Ruth , ut eius partem agnoſcebant, de qua re agit D. Auguſtinus *lib. contra Fauſtum Manichæum.* Nec cum his pugnat id quod inquiunt D. Auguſtinus *lib.* 15. *de Civit. cap.* 23. & Gelaſius Papa diſt. 15. cap. *Sancta Romana Eccleſia* , ubi ait , *Eccleſia Romana multa non legit , quia eorum , qui ſcripſerunt , nomina penitus ignorantur.* At ſi hoc opponatur , contra librum Ruth , hoc etiam militat contra librum *Ioſuë, Iudices , Iob, Iudith, Eſther* , in his omnibus libris , ut notat Sapientiſſimus Mag. Didacus Celada *Prolog. in Ruth , num.* 4. non ignoratur , ſed certè ſcitur , & agnoſcitur eorum principalis Auctor , qui eſt Spiritus ſanctus : nam ex eo quod libri iſti reponantur ab Eccleſia in Catalogo librorum Canonicorum , ibi manifeſtè declaratur , quod eorum principalis Auctor ſit Spiritus ſanctus , & inde parum refert , quòd de eorum Scriptore, ſeu Amanuenſi, ſeu ſecundario Auctore dubitetur , ac liber ſine tali nomine ſcribatur.

Tridentin. D. Auguſt. Gelaſius. Celada.

253. Circa Scriptorem huius libri. Doctiſſimus Caietanus ait ſe neſcire. Iunilius Africanus *lib.* 1. *de partibus Divinæ legis , cap.* 8. Petrus Comeſtor in hiſtoria Scholaſtica huius libri Scriptore putant Regem Ezechiam, qui ut refert Abulenſis *quæſt.* 4. *in Prefatione Iudicum* ; prædictus Rex Ezechias in unum volumen redegit quatuor libros Regum , ac Parabolas Salomonis. Ab aliis putatur Auctor libri Eſdras, cui multi alij ſacræ Scripturæ libri univerſatim tribuuntur , de quo dixi ſuprà *Reſol.* 1. *q.*

Caietan. Iunilius. Petr. Com. Abulenſ. Ezechias.

254. Tamen veroſimilius videtur *Samuelem* huius libri fuiſſe Auctorem. Ita ſenſerunt antiqui Rabbini apud Serarium ſtatim citandum. Hanc ſententiam tenent Divus Iſidorus *de officiis Eccleſiaſticis.* Abulenſis *ad cap.* 4. *hujus libri quæſt.* 8. Eugubinus apud eundem Serarium , Arias Montanus *in Iſai. cap.* 5. Genebrardus *lib* 1. *Chronol.* Driedo *lib.* 1. *de Catal. ſacræ Scripturæ , cap.* 3. Sixtus Senenſis *lib.* 1. *Biblioth.* Bellarm. *lib. de ſcript. Eccleſiaſtic. verb. Samuel.* Serarius hîc *in Prologom. quæſt.* 4. Sanchez hîc *in Prologom.* Euſebius Nierembergius vir præclarus eruditione, & pietate *lib.* 9. *de origine ſacræ Scripturæ , cap.* 14. Probatur , quia Samuel , ut omnes fatentur ſcripſit priorem partem libri Regum , ut *quæſtione ſequenti* , inde valdè conſequens ſit , quòd hunc librum ſcripſerit , ut generationem Regis Davidis maximè narraret , ac explicaret , ut fit *cap.* 4. *n.* 18. 19. Et confirmatur, quia iſte liber Ruth partim pertinet ad librum Iudicum, quia hæc hiſtoria Ruth ſub tempore Judicum contigit , ut dicitur cap. 1. num. 1. *In diebus unius Iudicis* , &c. partim etiam pertinet ad librum Regum, cum Regis Davidis genealogiam narret : Atqui Samuel exiſtimatur Auctor libri Iudicum, & etiam prioris partis libri Regum; ergo etiam hunc librum inter medium utriuſque partim ſcripſit.

D Iſidor. Abulenſ. Eugubin. Arias. Genebrard. Driedo. Sixtus. Bellarm. Serarius. Nieremb. Ruth. 1. Ruth. 4.

255. Circa tempus duo inquirenda ſunt, Primò de tempore, quo hæc hiſtoria Ruth contigit. Manifeſtum eſt , quòd fuerit ſub tempore Iudicum ; dicitur enim primo cap. num. 1. *In diebus unius Iudicis , quando Iudices præerant.* Quinam eſſet hic Iudex ? Salianus præclariſſimus in computandis annis exiſtimat , quod fames , de qua facit mentionem Scriptura. Ruth. 1. num. 1. *factæ eſt fames in terra* ; quod talis fames incepit ſub judice Abimelech filio Gedeonis anno à creatione mundi 2801. *num.* 27. ac proinde ibi incepit peregrinatio Ruth , coniugium verò Booz cum Ruth ſub Thola Iudice ſucceſſore Abimelech anno mundi 2810. *num.* 55. apud Salianum.

Ruth. 1. Salian.

256. Circa verò tempus , quo Samuel hunc librum Ruth ſcripſit, nulla eſt certa coniectura ad aliquid affirmandum. Mag. Calada *Prolog. in Ruth. & Mag.* Lahay *Prolog. in Bibliam Maxim. ſect.* 15. *cap.* 4. §. *Quo autem* , dicunt quòd Samuel ſcripſit librum, poſtquam David factus eſt Rex : nam *cap.* 4. *huius libri num.* 20. Dum ſcribitur David Genealogia Obed genuit Iſai Iſai genuit Davidem Regem. Sed illa additiuncula potuit addi ab aliquo deſumente ex *Matth.* 1. *num,* 6. Sed talis particula *Rex* in noſtra Biblia correcta expuncta eſt , & ideo alij probabiliter dicunt , quod hic liber ſcriptus eſt à Samuele , poſtquam ſcripſit librum Iudicum ; cuius hic liber Ruth eſt veluti appendicula.

Celada. Lahay. Ruth. 4.

QUÆSTIO VIII.

Quiſnam ſit Scriptor Librorum ac Regum.

SUMMARIUM.

257 *Cur primus, & ſecundus dicantur libri Samuelis.*

258 *Primus liber ſcriptus eſt partim à Samuele, partim juxta aliquos à Davide.*

259 *Verior ſententia tenet eſſe ſcriptum à Nathan, & Gad Prophetis.*

260 *Circa tertium, & quartum referuntur variæ ſententiæ.*

261 *Valdè probabilis, quòd fuerit ſcriptus à Ieremia.*

262 *Reges Iſraël de ſuis factis habebant Commentarios.*

263 *Ex his fit etiã probabilis, quòd Iſaias quoad aliquam eorum partem fuerit Scriptor.*

Primus, & ſecundus Liber.

257 Trident. QVatuor libri Regum ſunt Canonici ut patet ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 4. & ex multis aliis antiquioribus Conciliis, primus, & ſecundus liber dicuntur Samuelis, ut patet ex noſtra vulgata in præfixo titulo in fronte, ubi dicitur: *Primus, & ſecundus Samuelis*; eos enim ſic vocabant antiqui Hebræi. Nam in utroque aliquid eſt, quod ad Samuelis nomen, opúſque pertineat. Nam in primo agitur de Sacerdote Heli, in cuius locum ipſe Samuel electus eſt, & de Saül, quem ipſe unxit in regem, & in ſecũdo, de Davide, quem ipſe unxit in regem, cuius fidelitatẽ in Domino ſerviendo ipſe prædixit. Latini verò eos appellant *Libros Regum* à materia, de qua agunt, à geſtis nempe Regum.

258. Euchirius. D. Gregor. Theodor. Procop. Lyran. Hugo. Abulenſ. D. Iſidor. Quoad Scriptorem libri primi Regum, conveniunt omnes, quòd ſcriptus fuerit à Samuele uſque ad ejus mortem, quæ narratur *l.* 1 *cap.* 25. *n.* 1. Ita cenſent Euchirius, D. Gregor. Theodoret. Procopius, Lyranus, Hugo, Abulenſis. Caietanus, Vatablus, Serarius, & alij. Tota dubitatio eſt, quiſnam fuiſſet Scriptor mortis ipſius, ac geſtorum uſque ad finem ſecundi libri D. Iſidor. *lib.* 6. & Origenes *c.* 2. exiſtimant illa ſcripta eſſe à Davide Rege. Sed hoc impugnat Abulenſ. *hic in Præfat. q.* 4. & *c.* 17. libri Iudicum, ex eo quia *c.* 27. *n.* 6. cum Achis dederit David civitatem Siceleg additur *facta eſt Siceleg Regum Iuda uſque ad diem hanc* Et idem dicitur c. 29. n. 24. *Quaſi lex in Iſrael uſque in diem hanc.* Sed hæc parum, urgent: nam hæc dicta ſunt antequam David ad regni clavum aſſumeretur, ipſe autem regnavit quadraginta annis, in quorum fine hæc ſcribens, bene poterat dicere *uſque in diem hanc.* 2. Reg. 27. 1. Reg. 30. Abulenſ. Abulenſis citatus exiſtimat hos libros ſcriptos fuiſſe ab Iſaia, vel Ieremia, de quo ſtatim.

259 Sixtus. Bellarm. Aliter rem explicant Sixtus Senenſis *lib.* 1. *ſuæ Bibliothecæ.* Cardin. Bellar. *de Scriptoribus Eccleſiaſt.* horum librorum Auctores eſſe Nathan, & Gad uſque nempe ad librum 2. quod inde probatur, quia *lib.* 1. *Paral. c. ult. n.* 29. dicitur, *Geſta autẽ Davidis Regis priora, & noviſſima ſcripta ſunt in lib. Samuelis videntis*; *& in libro Nathan Prophetæ, & in volumine Gad videntis.* Expende Textum, agitur in eo de prioribus, noviſſimis geſtis Davidis; priora dicuntur à Samuele in primo libro, quomodo nempe unctus ipſe eſt in regem, quomodo devicerit, ac interfecerit Goliath, de peſecutionibus, quas ſubſtinuit Saülis, ſic & noviſſima illius, nempe eius geſta in regno ſcripta ſũt in libro Nathan, & Gad, hoc eſt in ſecundo Regum, cum primo Capitulo Tertij Regum, ergo ſicut illa ptiora ſcripta ſunt in libro Samuelis hoc eſt, primo Regum, ſic & poſteriora in liſtro Nathan, & Gad, hoc eſt ſecundo Regum; proindéque Nathan, & Gad Prophetæ, qui Davidis erant à ſecretis, & Commentariis, ut ſcilicet eius acta per ſingulos dies, quaſi Diaria, & Chronica, ſive Ephemerides conſcriberent. Hæc ſententia videtur mihi probabilior.

Tertius, & quartus liber Regum?

Circa hos duos ultimos libros maior eſt difficultas, & opinionum varietas: nam ab Eſdra eos fuiſſe cõſcriptos, tenet Mag. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.* Dion. Carthuſ. Driedo, cum his tamen pugnat, quòd à primo regni anno Salomonis, ſcilicet à mundi *creatione* 3020. uſque ad Eſdram, qui vixit anno 3595. ut videre eſt apud *Salianum citatum*, & per tot curricula temporum non videtur vero ſimile, quòd tot Regum geſta fuerint in ſilẽtio, & ideo alij è cõtra opinãtur ſcriptos eſſe ab Iſaia. Cõjectura pro hac ſententia eſt, quia tria Capitula *lib.* 4. *Regum, ſcilicet* 18. 19. *&* 20. ſunt deſumpta ex quatuor Capitulis Iſaiæ, nempe *à c.* 36. *uſque ad* 39. Hãc ſententiam impugnat Abulenſ. *in Prologo Galeato q.* 19. quia Iſaias diu ante poſteriorum Regum tempora ac captivitatem Babylonicam, quæ ibi deſcribuntur, mortuus eſt.

260. Mag. Hiſt. Carthuſ. Driedo. Salianus. 4. Reg. 18. Iſai. 39. Abulenſ.

Eſt alia ſententia, quam tenent D. Hier. *in Prolog. Galeato.* D. Iſid. Procop. & multi Rabbini, quos citat, ac ſequitur Sixtus Senenſ. *lib.* 1 *Biblioth.* Abulenſ. citatus; & multi alij aſſerentes hos libros compoſitos fuiſſe ab Ieremia Propheta; Fundamentum eſſe, quia Ieremias vidit illa poſteriora tempora, & captivitatem, & quia ultimum caput *libri.* 4. *Regum*, cum poſtremo capite libri Ieremiæ, ſtylo, verbis, ac narratione convenit, ac cohæret, ac proinde ex libris dierum Iſrael, Ieremias collegit hunc tertium, & quartum Regum, & ex aliquibus fragmentis Iſaiæ Prophetæ.

261. D. Hieron. D. Iſidor. Procop. Sixtus.

Pro huius rei majori intelligentia nota, quòd ſinguli Reges habebant ſuos ſcribas à Cõmentariis, qui eorum geſta, ſeu acta, ac Diaria ſcriberent, ut de filiis Ioas dicitur 2. Paralip. 24. n. 27. *Summa pecuniæ, quæ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio domus Dei ſcripta ſunt diligentiùs in libro Regum* Sic Salomonis facta ſcripſerũt Nathan Propheta, & Ahias Silonites, & Addo Propheta. 1. *Par.* 9. *n.* 29. & habẽt 3 *Reg.* 11. *n.* 41. & hic eſt liber verborum, ſeu factorum Salomonis, ut notant Theodoret. & Abulenſ. Cornelius, ſic & geſta Roboam Salomonis filij, ac etiam Abiæ Regis filij Roboam, ſcripſerũt Semeias Propheta, & Addo, ut refertur 2. *Par.* 12 *n.* 15. & *c.* 13. *n.* 22 facta Ioſaphat Regis ſcripſit Hamaanius, qui digeſſit in libros facta Regum Iſraël 2. *Paralip.* 22. *mm.* 34. facta Regis Oziæ ſcripſit Iſaias 2. *Paralip.* 26. *num.* 22. ſicut & geſta Regis Ezechiæ ſcripſit idem Iſaias 2. *Paral.*

262. 2. Par. 24. 2. Paral. 9. 3. Reg. 11. Theodor Abulenſ. Caretanus. 2. Par. 12. & 13. 12. Par. 22. 2. Par. 26. 2. Par. 32.

2. *Paral.* 32.*n.*32. Ex quibus, & quia aliqua capitula Iſaiæ cohærcant cum aliis ex 4.*Regum* ut iam dixi exiſtimant Iſaiam Regum geſta ex eorum Diariis collegiſſe uſque ad Manaſſem regem, à quo Iſaias interfectus eſt anno mundi 3340.*n.*28 apud Salianum. Reliqua verò uſque ad captivitatem Babylonicam anno mundi 3447.*n.*41. pertexit Ieremias. Hæ duæ ultimæ ſententiæ probabiliores ſunt. Certum tamen eſt, quod tam Tertius, quàm Quartus liber Regum fuit ſcriptus ab aliquo Propheta, & eum inter Prophetales computat D. Hieron. *in Prologo Galeato.*

Salianus.

D. Hieron.

QUÆSTIO IX.

Quis Paralipomenon Auctor?

SVMMARIVM.

263 *Quid ſignificet Paralipomenon, & quid in eo agitur.*
264 *Prima ſententia affirmat hos libros ſcriptos à Ieremia.*
265 *Secunda, & probabilior ab Eſdra.*
266 *Ponitur quædam obiectio, & ſolvitur cum Abulenſi.*

263. PAralipomena, ſic vocata, & dicta à Sept. Interpretibus, quod Græcè idem valet, ac additamenta ad ea, quæ prætermiſſa, ac derelicta fuerunt in libris Regum, *Libri ſunt duo*, & uterque Canonicus eſt, ut conſtat ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 4. In primo libro Scriptor, ſeu recapitulator incipit agere de prima mundi ætate, ac generatione à primis Parentibus, per quinque libros Moyſis uſque *ad c.*9. *incluſivè, à c.*10. incipit agere de rege Saule, ac cæteris regibus Iſraël uſque ad Ioachaz filium Ioſiæ ultimum Regem Iſraël, ac captivitatem Babylonicam; de quibus agitur *cap. vltimo, in ſecundo libro*, & in his duobus Paralipomenon Auctor ex antiquis commentariis, ac monumentis, ſeu Diariis Regum, colligit hanc hiſtoriam omittens leviora, & quæ jam erant ſcripta in quatuor libris Regum præteriens, addens verò, quæ notatu digna omiſſa fuerant, & facit ſupplementum ad hiſtoriam Regum; unde in his libris Paralip. referuntur *libri verborum, ac geſtorum Regum*, ut vidimus ſuperiori numero, & ideo D. Hieron. *epiſtola ad Damaſum*, vocat eos *præteritorum ſupplementum.*

Trident.

D. Hieron.

264. Circa Auctorem horum librorum non levis eſt dubitatio. Quidam dixerunt *Ieremiam.* Sed hoc videtur non poſſe conſiſtere, quia in ultimo capite horum librorum agitur de Rege Cyro, ac libertate à captivitate Babylonica, quæ contigerunt multo tempore poſt mortem Ieremiæ, niſi aliquis velit dicere, quod illa ſuppleta fuerunt ab aliquo Scriptore, ſicut dicitur in Deuteronomio de morte Moyſis.

2.Par.36.

265. Communior ſententia eſt, quod hi duo libri Paralipomenon fuerint ſcripti ab Eſdra. Ita Lyranus, Abulenſ. Carthuſ. Driedo *lib.*1. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Sixtus Senenſis *lib.*1. *Biblioth.* qui Eſdras vidit libertatem populi, & cum Rege Cyro de ea egit, ac multa cum eo tractavit, quæ ad populi negotia ſpectabant. Et coniectura huius rei habetur, quia idem eſt finis ultimi Capituli libri ſecundi Paralipomenon, ac initium, & exordium primi libri Eſdræ, ut legenti patebit.

Lyran. Abulenſ. Carthuſ. Driedo. Sixtus.

Obiicies 2.*Paralip.*5 *n.*9. dicitur: *Fuit arca ibi* (ſcilicet in Templo, ſeu Sanctuario) *uſque in præſentem diem.* Hoc tamen de tempore Eſdræ non poteſt verificari: nam antequam populus captivus duceretur in Babyloniam, Ieremias arcam abſcondit in loco valdè ignoto 2.*Machab.*2,*n.*5. Reſpondet Abulenſis quòd citato loco Paralipomen. agitur quomodo Salomon adduxit arcam Domini, & poſuit in Templo, ac Sanctuario, quod inter res geſtas Salomonis narrant ejus Chroniſtæ Nathan Propheta, Ado, & Ahias, ac proinde iſti in ſuis Commentariis habebant, quomodo arca fuit ibi poſita uſque in præſentem diem. Eſdras ſcribens res geſtas Salomonis eadem verba à ſuis Chroniſtis reaſſumit, ac refert.

266. 2.Paral. 5.

2.Mach. 5. Abulenſ.

QUÆSTIO X.

De libris Eſdræ, & Nehemiæ.

SUMMARIUM.

267 *Eſdras, & Nehemias viri diſtincti.*
268 *Eſdras ex genere Sacerdotali multa ſcripſit.*
269 *Nehemias vir doctiſſimus, & in magno pretio habitus.*
270 *Primus, & ſecundus Canonicus, & diverſo modo computatur à Græcis, & Latinis, & n.*271.
272 *Duo ultimi non ſunt Canonici.*
273 *A Sanctis Patribus citantur, & de alluſione ad Apocalyſ. & n.*274.

267. ESdras, & Nehemias diſtinctæ ſunt perſonæ, quamvis ambo Viri Eminentiſſimi. Nam. Eſdras ſcripſit reverſionem à Babylonia in Ieruſalem, anno ſexto, vel ſeptimo Artaxerxis Longimani ſecundum Euſebium, Salianum, Tornielium. Nehemias eundem adventum in Ieroſolymam ſcripſit ſub anno eiuſdē Artaxerxis Longimani trigeſimo ſecundo, nec citò abſolvit ſuam ſcriptionem Nehemias, ſed tantummodò poſt duodecim annos, quibus reædificatio urbis facta eſt, & quæ deerant in Templo adiecta ſunt; quæ perfecta refert Nehemias in ſuo libro.

Euſebius. Salian. Torniel.

268 D. Hieron.

Eſdras ex genere Sacerdotali fuit, & vir Doctiſſimus, & etiam ut tenent multi Hebræi antiqui apud D. Hieronymum *in Tradit.* & *in lib. Paralyp.* & Sixtus Senenſis *lib.*1. *Biblioth.* in Eſdra ipſum eundem eſſe cum Ioſedech. (habuiſſe nempe duo nomina) ideoque fuiſſe Pontificem, unde *libro* 3. *Eſdræ cap. ultimo*, pleno, & abſoluto jure Pontificio utitur in dirimendis cauſis matrimonialibus. Multos libros ſacræ Scripturæ, qui ex multa parte erant deperditi, & flammis dati erant, ab inimicis ex multis regionibus congregavit, à multis erroribus repurgavit, ac emendavit, & ad ſuam primævam veritatem, ac ſinceritatem reduxit, ut communiter docent Sancti

Senenſ.

Patres, ut dixi ſuprà *Reſol. 1. quæſt. 3. per totam*; eúmque ſcripſiſſe primùm, & ſecundùm Paralipomenon ex communi ſententia dixi ſuperiori *quæſt.* eúmque fuiſſe auctorem libri Eſther tenent multi Auctores, de quo infrà *quæſt. eúmque* ſcripſiſſe bonam partem ultimi capitis Deuteronomij, ſicut & ultimam partem *cap. ultimi Joſuë*, ſunt qui affirmant, ut ſuprà vidimus, ſicut & ipſum eſſe Malachiam Prophetam, unum ex minoribus, ut refert D. Hieron. *Prolog. in Malach.* à qua ſententia non multum videtur diſtare ſanctus Pater, ſicut & Rupertus ibi; quam ſententiam impugnant omnes commentatores in Malach. tam antiqui, quàm moderni.

D. Hieron. Rupert.

269. D. Iſidor. Sixtus.

Nehemiam fuiſſe ex Tribu Juda tradunt D. Iſidor. *de vita & morte Sanctorum*, *cap.* 62. Sixtus Senenſis in Nehemia, & Severus Sulpitius. Tamen illum fuiſſe Sacerdotem, apertè conſtat *ex* 2. *Machabæor. cap.* 2. *n.* 21. Fuit Socius Eſdræ, vir valdè virtutibus, ac moribus conſpicuus; & ideo in magno pretio habitus à Rege Artaxerxe, & apud eum cauſas civium egit, & facultatem obtinuit, ut Jeruſalem reædificaret, eámque muniret, ac ab hoſtibus defenderet.

Liber Primus, & Secundus.

270 Trident.

Uterque eſt Scriptura Canonica, ut eſt de fide certum ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 4. & habetur in Textu Hebraïco, ac in Canone Hebræorum Antiquorum, ac in Textu Græco ex Septuaginta. Auctor primi libri eſt Eſdras, ſecundi verò Nehemias, ut patet ex utriuſque titulo affixo in fronte, & Secundus incipit *Verba Nehemiæ filij Helchiæ.* Dicitur autem iſte *liber Nehemiæ.* Secundus Eſdræ, partim quia in eo referuntur ea, quæ ſimul ab Eſdra, & Nehemia geſta ſunt; partim etiam, quia antiquitùs, tam apud Hæbræos, & Græcos Eſdras, & Nehemias unus tantùm liber erat, & in uno tantùm libro habebantur. Ita D. Hieronym. *epiſt. ad Paulinum.* Sixtus Senenſis, & Bellarm. de Scriptoribus *Eccleſiaſticis verb. Nehemi.* Lyran. Carthuſianus, Sanchez, & alij *Prologom. in Eſdram.*

D. Hieron. Senenſ. Bellarm. Lyran. Carthuſ. Sanchez.

271.

In his libris Eſdræ computandis diſſident inter ſe Patres Græci, & Latini, quia quem nos librum tertium Eſdræ ſcribimus, & inter apocrypha ſcripta numeramus, Græci in ſacro Canone collocant, & primum in ordine librorum Eſdræ ſtatuunt ex eo, quia quæ in eo narrantur, geſta ſunt ante ea, quæ in libris Eſdræ, & Nehemiæ ſcribuntur, & ex primo, & ſecundo libro Eſdræ apud nos, illi ſcilicet Græci unum faciebant, & ſic apud Græcos Liber Primus Eſdræ, habet initium, ſicut apud nos Liber Tertius: ſcilicet; *Fecit Joſias Paſcha*, &c. & Liber Secundus Eſdræ apud Græcos habet initium, ſicut apud nos Liber Primus, *In anno primo Cyri Regis*, &c.

Græci. Latini.

3. Eſdra.

Liber Tertius, & Quartus.

272.

Hi duo libri Eſdræ non ſunt Canonici, nec Eccleſia Sancta Catholica ſpiritu gubernante eos inter libros Canonicos enumerat: nam hi duo libri non habentur in Textu Hebraico, etiam antiquiſſimo, nec in Textu Græco ex Septuaginta; unde efficio validum argumentum. Septuaginta anno mundi 3775. & ante Chriſtum natum anno 278. juxta Tornielium ibidem, & Salianum ibidem etiam *num.* 17. & 18. ipſum Textum antiquiſſimum Hebraïcum, traduxerunt in Græcum; & tamen hos duos libros non traduxerunt; ergo inde apertè convincitur, quòd non erant in illo Textu Hebraïco antiquiſſimo. Confirmatur, quia de his duobus libris non faciunt mentionem Auctores antiquiſſimi, ut Philo Hebræus, Joſephus, & Genebrardus in ſua Chronologia *pagina* 90.

Tex. Hebr.

Septuag. Tornielius. Salianus. Philo. Joſephus. Genebrard.

Iſte liber Tertius & quartus, quamvis non ſint Canonici, ſunt boni, & ſanæ doctrinæ, & ideo multoties à Sanctis Patribus citantur. Origenes *homil.* 9. *in Joſuë ſub finem.* S. Athanaſ. *tract.* 3. *contra Arrianos*, Clemens Alexandrin. *lib.* 1. *Stromat. part.* 64. Cyprian. *epiſt. ad Pomp.* Auctor operis Imperfecti *homil.* 1. *in Matth.* D. Ambroſ. *lib.* 2. *in Lucam*, & *lib. de bono mortis*, *cap.* 10. *epiſt.* 21 *ad Horontianum*, ubi ex *libro* 3. probat animæ immortalitatem. S. Baſil. *epiſtol. ad Chilonem.* S. Hieron. *contra Huluid.* Irenæus *lib.* 3. *cap.* 25. Tertullian. *lib. de habitu mulierum.* D. Iſidor. *lib.* 6. *Etymolog.* & quod magis Eccleſia Catholica utitur ex *libro* 4. *in Introitu Miſſæ feria tertia poſt Pentecoſten*, dicens: *Accipite jucunditatem gloriæ veſtræ, gratias agentes Deo, qui vos ad cœleſtia regna vocavit*; & modo coronantur, & accipiunt palam.

273.

Origen. Alexand. Cyprian. Imperfect. D. Ambroſ. D. Baſil. D. Hieron. D. Iren. Tertull. D. Iſidor. Eccleſia.

Circa antiquitatem, & Auctorem horum librorum, Alcazar *in cap.* 7. *Apocalyp. pag.* 489 *littera A.* ſuſpicatur Librum Quartum Eſdræ ſcriptum poſt Apocalypſim, ſed ipſius ſeriem, & contextum non probe tenuiſſe, ac proinde conſequenter tenet hunc librum non fuiſſe ſcriptum ab Eſdra, ſed ab aliquo alio poſt Apocalypſim. Econtra Cornelius à Lapide poſt librum ſecundum Eſdræ, & Nehemiæ. §. *Dico ergo*, tenet Apocalypſim multum alludere ad 4. librum Eſdræ, ut patebit conferenti *cap.* 6. *Apocal. Cum hic cap.* 4. *n.* 33. 36. & *cap.* 15. *cum cap.* 8. & *cap.* 12. *Apocal*, *cum cap* 9. *hic num.* 30. *& ſequenti*, & *cap.* 7. *Apocal. cum cap.* 2. *hic verſ.* 38. & 42. Ac proinde tenet librum eſſe antiquiorem Apocalypſi. Sed ſemper manet eadem quæſtio, ac dubitatio, quis fuerit prior, ac poſterior, & quod poſterior fecerit alluſionem ad priorem. Non video efficax argumentum ad hoc, vel illud aſſerendum; & ideò rem diffinire non audeo.

274. Alcazar.

Cornel.

QUÆSTIO XI.

De Tobiæ Libro.

SUMMARIUM.

275 *Videntur aliqui Patres dicere non eſſe Canonicum, pro quo pugnant Hæretici, & num.* 276.

277 *De fide certum eſt eſſe Canonicum.*

278 *Uterque Tobias Auctor hujus libri, & probatur hæc ſententia, & n.* 279.

280 *Componuntur variæ verſiones circa hanc rem.*

281 *Rejici*

281 *Rejiciuntur ſententia contraria aliquorum.*
282 *Apertè conſtat ſcriptum fuiſſe ſermone Chaldaico.*
283 *Soluitur objectio in contrarium.*
284 *Computantur anni ætatis utriuſque Tobiæ.*

An ſit Canonicus?

275. D.Hieron. D.Athan. Origenes. Ruffin. Lyran. Abulenſ. Caietan.

HUnc librum Tobiæ non eſſe Canonicum, tenuerunt olim multi Patres, D. Hieron, *in Prolog. Galeato*, D. Athanaſius *in ſynopſi*, Origenes apud Euſebium *lib.6.cap.25.* Ruffinus *in expoſit. Symbol.* Lyran. *ſuper Tobium,& 1.Reg.1.26.* Abulenſis *quæſt.46.* Cajet. *in fine*, Commentarior. in hiſtoria veteris teſtamenti, eò quòd ut teſtatur D.Hieronymus *in Tobiam*, hîc liber non habebatur in Canone antiquo Hebræorum,& res non erat tunc multùm declatata,nec examinata ab Eccleſia, ut modo.

276. Hæretici. Lutherus. Ionas. Phaſius.

Hæretici hac noſtra tempeſtate,inter apocryphos numerant, ut Lutherus in Sympoſiacis,& Ionas eius ſummiſta,ac abbreuiator, dicunt in hoc libro multa eſſe ridicula, & fatua, Paulus Phaſius, & alij modeſtiùs loquuntur, dicentes non eſſe aliud,quàm Drama, ſeu comœdiam, qua boni Patris,& filij idea imitanda proponitur. Quos errores latè impugnant Bellarmin. & eius propugnator, *lib.1.de Verbo Dei,cap.7.& 10.*

277. C.Cartah Florent. Trident: Innoc.I. Gelaſius. Calixtus. Sixt.Senen. Bellarm. Serarius. Anton.

Tamen certum de fide eſt,hunc librum Tobiæ eſſe Canonicum ſicut & cæteros, qui habentur in corpore. Bibliæ. Ita definivit Concilium Carthaginenſe *2.Canon.47.* Concilium Florentinum, & Tridentinum *ſeſſ.4.* Innocentius I.*in Epiſtol. ad Exuperium, num.7.* Celaſius I.*in Decreto de libris Canonicis*, Caliſtus I. *in Epiſt.2.* S.Irenæus, S. Chryſoſt.D. Auguſt. D. Cyprian. D.Ambroſ. D.Baſilius, Clemens Alexandrin. Rabbanus,Caſſiodorus,D.Iſidorus, & alij, quos citant Sixtus Senenſis *lib.8. Biblioth. hæreſi 11* Bellarm.*lib. 1. de Verbo Dei, cap.11.* Serarius *hic Prolog.5.* Fr. Anton.à Matre Dei *in Iſagoge ſcript. Præl. 1. dub. 10.§.2. num.209.*

Scriptor hujus libri.

278. Senenſis. Salian. Bellarm. Serarius. Sà. Tirinus Monoch. Gordon. Euſeb. Celada. Lahay.

Recepta ſententia eſt, quòd uterque Tobias fuerit ſcriptor hujus libri. Ita Sixtus Senenſis *lib.1. Biblioth.* Iacobus Salianus *ad annum mundi 3335. num.65.* circa quem annum hanc hiſtoriam contigiſſe affirmat Bellarminus *lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Tobia*, Serarius *Prol.2,in Tobiam*,Sà,Tyrin. Menoch. Gordonus *Præfat. in Tobiam*, Euſebius Nierembergius *de origine ſacræ Scripturæ, lib. 10. cap. 11.* Celada *in Tobiam,in Prolog.§.12. n.1.* Lahay *in Prolog. ad Bibliam Max. ſect.15. c.8.* Et in hoc conveniunt omnes ferè, quòd Tobias Senior ſcripſit uſque *ad cap.13.* totum incluſivè: Tobias autem iunior ſcripſit *ab exordio, cap.14. uſque ad verſum 16* ubi de morte ipſius Tobiæ iunioris; clauſula verò libri, & capituli ſcripta eſt ab alio, ut fit in multis libris ſcripturæ.

279. Tob.12. Græcus.

Probatur hæc ſententia *ex cap.12. num.20.* ubi Angelus loquens cum utroque Tobia,ait illios : *Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius.* Græcus legit, *ſcribite omnia, quæ conſummata ſunt in libro.* Syrus legit, *ſcribite hæc in libro*, teſte Serario cum Syro conſonat Hebræus Textus: Illa verba Angeli, *Narrate omnia mirabilia ejus*,non indicant neceſſitatem, ſed magnam convenientiam,ac congruentiam. Ut tam uberior Dei providentia erga ſuos,& tam eximiæ beneficentiæ divinæ argumentum cunctis innoteſceret, & ideò maximè credibile eſt Tobiam ſcripſiſſe mẽ hanc,no ſolùm ad fratres Hebræos,ſed ad alios etiam ſibi familiares, & notos, apud quos exulabant,quibus Tobias ſenior charus, & gratus fuiſſe perhibetur, quo Dei providentia in ſuos maximè agnoſceretur, & ei omnes gloriam darent, & inde concaptivi fratres multam hauriant conſolationem, & & ſpem de libertate à captivitate,in qua erant in illa civitate ſub Salmanazat Rege,& juxta aliam lectionem Angelus mandat; *Scribite omnia,quæ conſummata ſunt in libro.* Syrus. Hebræus.

Quòd uterque Tobias exactiſſimè, & ad unguem implevit,ex quo compones ſatis difficilem quæſtionem circa verſiones huius libri. Nam Chaldaica ſcriptio cohærens cum noſtra Vulgata, ac Arabica, loquuntur de Tobia in tertia perſona; At Hebraica, Græca, & Syriaca loquitur de Tobia in prima perſona. Quod ita intellige Tobias ſenior, & iunior ambo publicarunt, & ſcripſerunt mirabilia Dei; Lectio Hebraica, Græca, & Syriaca referunt verba,quæ ſenior Tobias dixerat; & ſcripſerat de ſe; proindéque in prima perſona, ut de ſe agens loquitur. At ſcriptio Chaldaica cui conſonat Latina, & Arabica narrat hiſtoriam per tertiam perſonam, tanquam referens epiſtolas à iuniori Tobia ſcriptas,& ideò cùm res geſtas ſui Parentis commemorat de eo, ut de alio,per tertiam perſonam loquitur. 280. Chaldaica. Vulgata. Arabica. Hebraica. Græca. Syriaca.

Circa Auctorem hujus libri Tobiæ multùm dubitant, & cenſent eſſe valde ambiguum,Salmeiron *tom.1.Prolog.9.cam.3.* Sanch. *hic Prolog.1.* & ait, non multùm ei diſplicere, qui aſſeruerit hunc librum fuiſſe compoſitum ab Eſdra; Maximè quia in Codice Græco citatur Ieremias,qui multo tempore, multáque ætate anteceſſit utrumque Tobiam. Facilè reſpondetur, quòd illa allegatio Ieremiæ nec habetur in noſtro textu Latino, nec Chaldaico, nec Hebraico; in Codice autem Græco fortè alicuius incuria Ieremiæ nomen ex margine irrepſit in Textum. 281. Salmeiron. Sanchez. Text.Græc.

Qua lingua hic liber ſcriptus eſt?

Apertè,& clarè docet D.Hieron. *Epiſt.100. ad Chromatium, & Heliodorum*, ſe hunc librum ex Chaldaico idiomate in Hebræum tranſtuliſſe, & ex Hebræo, verbo ad verbum in Latinum, id eſt in noſtram vulgatam. Et advertit Serarius ex Iuſtino *ſupplem 9.* quòd præter lectionem Hebræam, ac Græcam,quæ noſtræ lectioni Latinæ correſpondet, datur etiam alia lectio tam Hebraica, quàm Latina aliquantulùm diffuſior extat;ſed noſtra lectio eſt vera, cùm ſit deducta ex originali Chaldaico, & approbata à Concilio Tridentino, ac Florentino. 282. D.Hieron. Serarius. Iuſtini.

Fixum eſt ergo,librum hunc primitùs idiomate, non Hebraico, ſed Chaldæo juxta 283.

D.Hieron. D.Hieronymum fuiſſe conſcriptum, ex eoque tanquam à fonte, variæ tranſlationes tam Hebraicæ, quàm Græcæ, Syriacæ, Arabicæ, ac Latinæ emanarunt, ut hic notat Serarius *Prologom.* 4.

284. Dices. Non videtur veroſimile Tobiam hominem Hebræum Chaldaico idiomate ſcripſiſſe Hebræis. Reſpondemus tamen, quòd cum Tobias ſenior, & cæteri Hebræi vixiſſent in captivitate 63. annis, ut ſtatim dicam, jam Hebræi per tot annos multum debebant intelligere de lingua Chaldaica. Inde Tobias lingua Chaldaica ſcripſit, ut Dei mirabilia, ac magnifica opera cunctis fierent manifeſta tam Hebræis, quam Chaldaicis; vel dic, ut dixi ſuprà, Senior Tobias ſcripſit Hebraico ſermone, & ideò de ſe loquitur in prima perſona. Iunior Tobias eandem hiſtoriam ſcripſit Chaldaico ſermone mittens per epiſtolas ſuas ad Chaldæos, ac proinde ex his epiſtolis idiomate Chaldaico deſumpta eſt tranſlatio noſtræ vulgatæ Latinæ juxta Divum Hieronymum.

D.Hieron.

Pro huius rei majori intelligentia nota, quòd Senior Tobias ſub Salmanaſar Rege ductus eſt captivus cùm ageret annum ætatis 39. ut ex Textu Hebræo colligunt Serarius, Salianus, vixit in captivitate annos 63. vixit in univerſum annos 102. vixit cæcus annis quatuor. Ita juxta noſtram vulgatam, quæ tenenda, & ſequenda eſt *c.14.n.1.* Iunior Tobias, cum eſſet duorum annorum juxta Serarium ad finem libri, ductus eſt captivus cum patre; duxit uxorem anno ætatis 23. vel 24. vixit cum vivo parente annos 65. vel 66. vixit poſt parentis mortem 19. hoc eſt in univerſum annis 164. vel 165. & poſt mortem patris 99. De quibus facit mentionem noſtra vulgata *cap.14.n.16.*

Serarius. Salian. Tob.14. Tob.14.

QUÆSTIO XII.

De Libro Iudith.

SUMMARIUM.

285 *Hæretici impie loquuntur de hoc libro.*
286 *Liber eſt Canonicus.*
287 *Magna dubitatio circa Auctorem huius libri.*
288 *Ioachimus Auctor huius libri, & probatur, & n.289.290.*
291 *Liber idiomate Hebraico ſcriptus.*
292 *Aliqui graves Auctores tenent hiſtoriam contigiſſe ante captivitatem.*
293 *Probabilior ſententia poſt reditum à captivitate.*

285. Anabapt. Senenſ. SUo maligno ore multum venenum contra hunc librum evomunt Hæretici Anabaptiſtæ apud Sixtum Senenſem *lib.* 8. *Biblioth. hæreſ.* 11. Iudith librum à Canone rejicit Lutherus *in Sympoſiacis c.* 59. ait non eſſe hiſtoriam veram, ſed commentum, ſeu figmentum poëticum, Homerico, vel Virgiliano non abſimile. Idémque tenet, ac repetit in confeſſione Germanica, ubi ait librum Iudith ſibi videre eſſe quandam Tragœdiam.

De fide certum eſt apud omnes Chriſtianos hunc librum Iudith eſſe Canonicum, ac omnia, quæ in eo narrantur, eſſe de fide certiſſima. Hunc librum, ut Canonicum recepit Nyſſena Synodus, ut teſtatur D. Hieronymus præfat. in Iudith; & in Catalogo ſacror. Voluminum, eum numerat Concil. Carthag. 3. *c.*47. Concil. Florent. & Trident. *ſeſſ.* 4. & ideò illum communiter citant Sancti Patres, Tertullian. Clemens Alexandr. D. Cyrillus Alexandrin. D. Ambroſ. Peluſiota, Petrus Damian. D. Auguſt. Rupertus, & multi alij, quos citant Bellarminus *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 12. Fr. Antominus à Matre Dei *in Iſagog. ſcrip. prælud.* 1. *dub.* 11. § 2. 244.

286. Nyſſ. Syn. D.Hieron. Carthag. Florent. Trident. Tertull. Alexand. Cyrillus. D.Ambroſ. Peluſiot. D.Auguſt. Rupertus Anton.

Auctor Libri.

Circa Auctorem hujus libri magna eſt dubitatio: nam D. Iſidorus *lib.* 6. *cap.* 2. ait, *Iudith, Tobias, ſive Machabæorum libri, à quibus Auctoribus ſcripti ſunt, minime conſtat*; id eſt liquidè non conſtat. Sed res eſt dubia; & in hæc ſententia eſt Gaſpar Sanchez *Prolog. in Iudith primo*, quia in hac re nullum eſt certum, & firmum fundamentum ad aliquid determinatè affirmandum.

287. D.Iſidorus. Sanchez.

E contra multi antiqui Rabbini, quos citat, & ſequitur Sixtus Senenſis *lib.* 8. *hæreſ.* 11. quod etiam tradit Annianus Philo *lib.* 2. *de temporibus*, & ſequuntur communiter Recentiores, Euſebius Nierembergius *lib.* 10. *de origine ſacræ Scripturæ, cap.* 13. Lucas Veloſus *in Prolog. Iudith. diſquiſition.* 1. Lahay *ſect.* 15. *cap.* 9. Cornelius, Menochius. Tyrinus, & alij aſſerentes Scriptorem hujus libri Iudith fuiſſe Ioachim Summum Pontificem, de quo fit mentio hoc libro Iudith. *cap.* 15. *n.* 9. qui alio nomine dicitur Eliachim *cap.* 4. *n.* 5. & 7. utroque nomine dicebatur.

288. Senenſ. Philo. Euſebius. Veloſus. Lahay. Cornel. Menoch. Tyrin. Iudith. 15.

Quæ ſententia cum proximis Auctoribus mihi maximè placet. Sed cùm non habeamus aliquod firmum fundamentum ad hoc aſſerendum, nec liberè hoc videatur dictum, mihi eſt conjectura; quia antiquitùs valdè ſolemnis conſuetudo erat, tam apud Latinos, quàm Hebræos, ut rerum geſtarum annales, Sacerdotum Principes conficerent. De Latinis teſtes prodo Livium Decada 1. *lib.* 5. & 6. Macrobium *lib.* 3. *Saturnal. c.* 2. qui à Cicerone id excepere *lib.* 2. *de Oration. Ab initio*, ait, rerum Romanarum uſque ad P. Mutium Pontif. Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pont. Max. de quo plura habes apud Alexand Neapolit. *lib.* 2. *c.* 8.

289. Livius. Macrobius. Cicero. Alexand. Neapol.

Quòd autem ad Annales gentis Iudaicæ, nullum eſt dubium hoc ſemper fuiſſe opus Propheticæ, vel Pontificiæ dignitatis, quod Ioſephus tradit *lib.* 1. *contra Apiam*, & ait: *Eandem in rerum conſcriptionibus habuere ſollicitudinem, Pontificibus, & Prophetis hoc imperantes*, &c. De Prophetis Textus eſt multiplex ex 1. *Paralip. cap.* 29. *num.* 29. ex 2. *Paralip.* 9. *num.* 28. ex *cap.* 12. *num.* 15. *cap.* 20. *num* 34. ex *cap.* 27. *num.* 7. De Sacerd. argumentum ſit, Samuel, qui ſcripſit libros Iudicum, Ruth, & magnam partem libri primi Regum, ut ſuprà vidimus. Sit etiam Eſdras, qui non ſolùm fuit Sacerdos, ſed etiam juxta multorum, ſententiam fuit Pontifex, & ſcripſit nõ ſolùm ſuum

Ioſephus. 1.Par. 29. 1.Paral. 2. & cap. 12. & cap. 3.

ſuum librum, ſed etiam primum, & ſecundum Paralip. *& juxta aliquos tertium, & quartum, & librum Eſther.* Sic juxta hunc morem Sacerdos Ioachim, ſeu Eliachim; ut Pontifex
Iudith.4. ſcripſit annales ſui temporis, ac hunc librum Iudith. Et ſicut ipſe Pontifex Ioachimus *c.* 4. *num.* 5. ſcripſit ad omnes, apud quos viæ tranſitus eſſe poterant, ut obtinerent aſcenſus montium, ad impediendam viam hoſtibus, ſic & ipſe ſcripſit hanc hiſtoriam.

In quo idiomate hic liber ſcriptus eſt.

291. Cùm ergo Ioachimus fuiſſet Pontifex Hebræus, indubitatum eſt, quòd ſcripſerit Hebraïcè, quamvis exemplaria Hebraica non extent; licèt quidam aſſerat Conſtantinopoli
D.Hieron. haberi, ſed hucuſque talia non apparuerunt, S. Hieronymus, ut ipſe teſtatur *Epiſtol.* 111. Chaldaicis exẽplaribus uſus eſt. Græcè etiam
Salmeiron. fertur hîc liber. An ſit deductus ab exemplari Septuaginta, Quidam affirmant; alij multum dubitant, Salmeiron *in ſua Epiſtola ad Tucium exiſtimat*, Textum Græcum Iudith, approbatum fuiſſe à Nyſſæna Synodo? an verò fuerit Septuaginta interpretum, an etiam illud quod habemus? non audet definire, nec determinare.

De tempore.

292. Multi, & graves Doctores, Salmeiron *Epiſtola* proximè *citata*, Bellarm. *lib. de Verbo Dei, cap.* 12. & Gretſerus *in ejus loci defenſione*, Pereira *lib.* 1. *in Daniel.* Gordonius *in Chronologia ad annum* 330. Cano *de locis lib.* 11 Genebrardus *in Chronic.* Caſtro *in Oſee* 2. *num.* 20. Salian. *anno Mundi* 3344. ante Chriſtum 710. *num.* 2. quo tempore exiſtimat hanc hiſtoriam Iudith accidiſſe, probabiliter tenent hanc hiſtoriam Iudith accidiſſe ante captivitatem Babylonicam ſub Manaſſe Rege, poſtquàm nempe ipſe Manaſſes; cùm Iudæis è carcere Babylonico miſſus eſt in Ieruſalem, & rediit ad ſuum regnum.

293. Alij è contra, ut Lyranus, Dionyſius. Hugo, Euſebius *in Chron. ad annum Mundi* 4674. Beda ſexta ætate mundi, Beroſus, Annianus, & communiter Hebræi, ut refert *Chron.* Alexandr. Suidas *verb. Holofernes*, Ribeira *in c.* 2. *Nahum*, Torniel. *anno Mundi* 3572. *num.* 3. in quo anno ponit hanc hiſtoriam, Sanchez *in Iudith. Prolog.* 4. & quòd magis eſt, D. Auguſtinus *lib.* 18. *de Civit. cap.* 26. qui omnes, & alij tenent hanc hiſtoriam Iudith poſt reditum Iudæorum è captivitate Babilonica. Fundantur in multis, & variis rationibus, quia ſi tunc Reſpublica eſſet ſub Rege Manaſſe, vel ſub quocumque alio Rege, in tam duro, & acerbo bello cum Holopherne, de ipſo Rege fieret mentio, & cum eo ageretur de his, quæ pertinebant ad bellum, & non cum Sacerdote Eliachim, *cap.* 4. *num.* 5. Deinde in hac occaſione Iudæi non dicuntur habere Reges, ſed Duces Oziam, & Carmi. *cap.* 6. *num.* 11.

Quæstio XII.

De Libro Eſter.

SUMMARIUM.

294 *Aliqui dixerunt librum Eſther non eſſe Canonicum ſecundùm poſteriora capita.*
295 *De fide liber eſt Canonicus ſecundum omnes ſuas partes, & n.* 296.
297 *Liber ſcriptus eſt charactere Hebraico, & quomodo ſe habuit D. Hieron. in eius tranſlatione.*
298 *Aliqui dicunt Auctorem libri Eſdram, vera ſententia Mardochæum fuiſſe, & num.* 299.
300 *De tempore, quo hæc hiſtoria contigit, & num.* 301.

294. HVnc librum eſſe Canonicum tenent Hebræi Antiqui, & conveniunt cum eis, Græci, & Latini; extat autem Hebraicè in Canone Hebeæorum antiquorum, ſaltem uſque *ad cap.* 10. Bellarm. *lib.* 1. *de verbo Dei*, Bellarm. *cap.* 7. videndus de hac re, proindéque librum eſſe Canonicum uſque *ad cap.* 10. conveniunt omnes; & ideò ſunt aliqui, qui extrema capita cum in Hebraico volumine non habeantur, nullo modo ut Canonica, ſed ut apocrypha reputant. Inter quos primus eſt, Divus D.Hieron. Hieronymus, ut colligitur ex præfatione ejus in hunc librum, ſequuti ſunt etiam ante Con- Lyran. cil. Trident. Lyranus, Carthuſianus, Hugo, Carthuſ. Caietanus, & quod magis poſt Concilium Hugo. Trident. Sixtus Senenſis *lib.* 1. & 8. Biblioth. Caiet. Oſina *lib.* 1. *de Auct. ſacr. Scripturæ, cap.* 3. Senenſis. Oſina.

295. Aſſertum de fide Catholica eſt, totum librum Eſther ſecundùm omnia ſua capita, tam priora quam poſteriora, eſſe Canonicum, & dogma fidei. Sic definitum eſt in Concil. Tri- Trident. dentino *ſeſſ.* 4. ubi dicitur: *Si quis libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata editione habentur, pro ſacris non ſuſceperit, anathema ſit.* Atqui omnia ipſa capita tam priora, quam poſteriora ſunt partes ipſius libri, quæ ſemper in Eccleſia legi conſueverunt, & habentur in vulgata editione antiqua? ergo ſunt approbata à Concilio, & omnia ad fidei dogma pertinent. Et ita multi Patres, quos adducunt Ballarminus, Bonfrerius, Bellarm. Bonfrerius. Lorca, Scalante, totum librum abſque diſtinctione approbant, ut ſuis temporibus erat in Lorca. uſu in Eccleſia. Probant etiam Patres Anti- Scalante. qui, quos ſuppreſſo nomine citat D. Athana- D.Athan. ſius *in ſinopſi.*

296 Officium Divinum. Eſther 13. & 14. Confirmatur, quia ex his ultimis capitibus multa legi in Eccleſia conſtat: nam offertorium Dominicæ 22. poſt Pentecoſten deſumptum eſt, *ex cap.* 14. & Epiſtola feriæ quartæ poſt Dominicam ſecundam quadrageſimæ, & Miſſa contra Paganos eſt, *ex cap.* 13. & ideò jure optimo Expurgatorium ſanctæ Inquiſitionis tam Hiſpanicum, quam Luſitanum, ſententiam Sixti Senenſis deleri mandant. Expurgator

297. Pro maiori hujus rei intelligentia nota, quod hic liber primitùs Hebraico charactere ſcriptus

D. Hieron. ſcriptus eſt ; & inde D. Hieronymus ex Hebræo eum in Latinum tranſtulit ; & Septuaginta in Græcum traduxerunt,Sanctus autem Hieronymus ea , quæ non erant in Hebræo, nempe *à cap.* 11.à cæteris ſegregavit , & in fine libri repoſuit;quæ anteà ordine temporis, ac hiſtoriæ in vulgata Latina erant ſuis locis collocata; & eadem eodem ordine Græcè habentur apud Septuaginta,ex quibus exemplaribus Græcis in Latinum convertit D. Hieron. & ad finem libri repoſuit, quaſi lacinias (ut ipſe ſanctus Doctor vocat) Textus Hebraici , ex quo ipſe cætera uſque nempe *ad cap.*10.tranſtulerat.

Auctor huius libri.

298. Aliqui apud Euſebium *in Chron.anno Mundi* 4734. Eſdram eſſe putant; Quæ ſententia placuit Magn.Auguſt. *lib.*18. *de Civit. cap.*36. D. Iſidoro *lib.*6.*Orig. cap.* 2. & citantur pro hac ſententia multi Hebræi Antiqui.Et ſi auctoritas tot Patrum ſit magni ponderis , tamen interpretes veroſimilius exiſtimant poſt ætatem Eſdræ hanc hiſtoriam contigiſſe.Inde eſt altera ſententia multorum Hebræorum antiquorum hunc librum fuiſſe ſcriptum à Iudæis ex Epiſtolis Merdochæi.

Euſeb. D.Auguſt. Iſidorus. Origenes

299. Tertia ſententia , & vera , eſt hunc librum fuiſſe ſcriptum à Mardochæo , ut ex ipſomet libro Eſtheris colligitur. Nam *ex cap.*9.*n.*20. Ipſe Mardochæus Auctor libri conſtituitur, *ibi* dicitur : *Scripſit itaque Mardochæus omnia hæc , & literis comprehenſa miſit ad Iudæos* ; & iterum cap.12.n.4. *Rex autem quod geſtum erat ſcripſit in Commentariis: ſed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit.* Itaque Mardochæus res geſtas, quibus ipſe interfuerat,& quorum pars magna ipſe fuerat , ſcripſit ad Iudæos. Communicata etiam re cum Eſther,ut apertè conſtat *ex cap.*9.*num.*29. ubi dicitur : *Scripſerunt Eſther Regina filia Abihail , & Mardochæus Iudæus, etiam ſecundam epiſtolam.* Et ita hanc ſententiam ad exordium libri Eſther tenent Vatabl. Lyran. Carthuſian. Ioan. Druſius,M. Celada,Gordonius,Sanctius, Bellarm. *lib.*1.*de Verbo Dei,cap.*7. Sixtus Senenſis *lib.*1. *Biblioth.* Leander *Prælud.*2. Salian.*anno Mundi* 3601.*num.*7. Quo anno exiſtimat hanc hiſtoriam contigiſſe.

Eſther 9.

Eſther.12.

Eſther.9.

Vatabl. Carthuſ. Lyran. Druſius. Celada. Gordon. Sanctius. Bellarm. Salian.

De tempore huius hiſtoriæ.

300. Quæres tamen pro exacta huius rei intelligentia , quo anno hæc hiſtoria acciderit , & quis fuerit iſte Aſſuerus .maritus Eſther ? In hac re quinque ſunt opiniones. Probabiliores duas apponam.Et primum tenet Ioſeph.*lib.*11. *cap.*6. Nicephorus *in Chron.*Caietan.Bellarm. Salianus Sanctius proximè citato anno , & multi alij , qui tenent Aſſuerum fuiſſe Artaxerxem Longimanum , illius Xerſis filium, qui Eſdram & Nehemiam remiſit in Ieruſalem data facultate , ut eam reædificarent , de cuius benignitate , ac clementia multa narrat Plutarchus *in Apophteg.*

Ioſeph. Nicep. Caietan. Salian. Bellarm. Sanchius.

301. Secunda ſententia , quam valdè probabiliter tenent cum multis Rabbinis Annianus, Lyranus, Tevardeadius, Cornel. à Lapid. *præfat. in Eſther* , qui dicunt Aſſuerum virum Eſtheris fuiſſe Darium Hyſtaſpis,qui regnavit circa annum mundi 3532, Pro qua re multæ adducuntur conjecturæ. Unam apponam;nam hic dicitur *cap.* 1. *verſ.* 1. quòd Aſſuerus per amplum,ac ſolemne convivium facit ſuis optimatibus , & quòd præerat 127. provinciis. & idem expreſsè refertur de Dario Hyſtaſpis, *lib.*3.*Eſdræ,cap.*3. *num.*1. & 2. ubi ſic habetur *Rex Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis ſuis, & omnibus Magiſtratibus Mediæ , & perſidis , & omnibus purpuratis , & prætoribus , & Conſulibus , & præfectis ſub illo ab India uſque ad Æthiopiam centum viginti ſeptem provinciis.* Quæ verbo maximè cohærent, & penè eadem ſunt, quæ de Aſſuero dicuntur; ergo Aſſuerus fuit Darius Hyſtaſpis.Hic etiam Indios ſubiugavit,ut teſtatur Herodotus *lib.*4. *pag.* 114. quod etiam de Aſſuero hic narratur *cap.*1.*n.*1.

Annianus. Lyran. Tevardead. Cornelius.

Eſther.1.

Eſther.3.

Herodot.

QUÆSTIO XIV.

De Auctore libri Iob.

SVMMARIVM.

302 *Hæretici aliqui dixerunt , non eſſe veram hiſtoriam , ſed parabolam.*

303 *Lutherus, eſſe , ait,argumentum totius fabulæ,& ibi oſtenditur veritas hiſtoriæ ; Liber eſt Canonicus de fide.*

304 *Magna diverſitas circa Auctorem hujus libri.*

305 *Verior ſententia,quòd fuerit Moyſes.*

306 *Iob ,& Moyſes contemporanei eodem ſæculo.*

307 *Aliqua ex primo capite Moyſes non potuit ſcire niſi ex divina revelatione.*

308 *Moyſes ſcripſit cùm eſſet in terra Madian.*

309 *Scripſit Hebraicè,& partim proſa-*

310 *Iob Idumæus ex genere Eſau , Rex , Iuſtus, & Innocens,& Propheta,& Sacerdos.*

Fidei veritas de hiſtoria.

302. HEretici Talmutiſtæ antiquitùs dixerunt narrata *in libro Iob* , non eſſe veram hiſtoriam , ſed parabolam ; nam quid inſulſius videtur dici *c.*1. Quòd Deus præfuit in Concilio cum Angelis , in quo interfuit Satanas. Sed hæreſis eſt valde inſulſa,& fatua,quia valde frequentiſſimum eſt in Scriptura,quòd Angelus in perſona Dei loquatur. Sic etiam frequentiſſimum eſt in Scriptura , quòd Angeli boni habeant congreſſus,& altercationes cum Angelis malis. Sic Michaël Archangelus diſputat cum Diabolo circa Moyſis corpus, Apoſtolus Iudas *in ſua Canonica , num.* 9. ſic cùm Dominus ſtaret in Concilio , & dixiſſet; *Quis exiet , & decipiat Achab ? Vnus dixit, ego decipiam*, 3. Reg. 22. num. 10. & multis oſtendunt ſcripturarij,*ad cap* 10. Daniel.*n.*13. De contentione Angeli Iſraëlis cum Angelo Perſarum.

Iob 1.

Iud.Apoſt.

3.Reg.22.

Dan.10.

303. Hæretici Anabaptiſtæ , & maximè noſtri temporis dicunt hanc hiſtoriam Iob eſſe fabulam ; & Lutherus inquit eſſe argumentum totius fabellæ. Impius hæreticus ſua pravitate

Lutherus.

non

non potuit intelligere tantam animi sublimitatem Dicam ego potiùs hanc historiam esse argumentum, & exemplar omnium virtutum quæ omnes rapiunt in magnam sui admirationem. Quod bene intellexit ipse Iob, dum *c. 31. num. 35.* cum ait: *Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse, qui judicat.* Hebræus sic legit: *ut desiderium meum audiat omnipotens, & scriptionem suam testificetur Deus.* Id est, ut Deus huic historiæ suam subscriptionem apponat, ut indubitatam fidem habeat apud omnes; & Deus desiderium Job audivit, dum tota hæc historia ut Canonica à Deo inspirata, & testificata definitur ab Ecclesia de fide in Concilio *Carthagin. 3.* Florentino, & Tridentino *sess. 3.* & omnes Patres ut talem eam recipiunt, & venerantur, & veritatem hujus historiæ Deus in suis Scripturis voluit testificari Tobiæ *2. num. 13.* Patientia sancti Iobi adducitur in exemplum; sic ejus veneranda merita proponuntur ab Ezechiele *14. num. 14 Si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noë, Daniel, & Iob, ipsi justitia sua liberabunt animas suas*, Iacob. 5. num. 11. *Patientiam Iob audistis, finem Domini audistis.*

Iob. 31. — Hebræus. — C. Carthag. Florent. Conc. Trid. — Tobiæ 2. — Ezech. 14. — Iacob. 5.

Auctor hujus libri.

304. Magna diversitas opinionum est in hac re. Quidam, ut refert D. Isidorus *lib. 6. Etimol. cap. 11.* existimant librum scriptum ab aliquo Propheta, illum tamen non nominat. Alij existimant scriptum à Salomone, quod videtur sentire. D. Nazianzenus Oratione ad Iulianum, tributorum exactorem; sed hoc non videtur posse subsistere, quia in hoc libro Iob, ut testatur D. Hieronymus, sunt multa verba Syriaca, ac Arabica, quæ sunt aliena à Salomone. Alij putant scriptum ab amicis Job, postquam reprehensi sunt à Deo, his enim laudibus voluerunt compensare injurias illatas in ipsum Iob, & ut ipsi desiderium amici sui Iobi adimplerent, qui ait cap. 19. num. 23. *Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte insculpantur, in silice.* Alij, ut Suidas, Albertus Magnus, Ioannes Arboreus, cum quibus est Pineda *Præfat. in Iob, cap. 3. num. 3.* Qui dicunt Iob ipsum fuisse scriptorem huius libri; nam semper Principes, ac Magnates consueverunt antiquitùs res suas scribere, ut Moyses, Iosue, Samuel, Esdras, Mardochæus.

D. Isidor. — D. Hieron. — Iob 19. — Suidas. Alb. Mag. Arboreus. Pineda.

305. Alij multi, ut Origenes, D. Isidorus *lib. 1. de Officiis*, Philippus Abulensis *initio in Genesin*, Bellarm. Serarius, Lahay *sect. 15. cap. 10.* Moysem fuisse scriptorem huius libri; nam hic liber scriptus est Hebraicè, ut ait D. Hieron. quamvis habeat aliqua vocabula Arabica, ut notat idem D. Doctor. Quomodo ergo fieri potest, ut Iob homo Idumæus non scriberet lingua sua Arabica, vel Syriaca, sed alieno idiomate, Hebraicè nempe?

D. Isidor. — Philipp. Abulens. — Bellarm. Serarius. Lahay.

306. Pro hujus rei majori intelligentia, nota, quòd Job, & Moyses fuerunt contemporanei, & in eodem sæculo. Nam Moyses fugit in terram Madian *anno Mundi* 2503. *Salian. 16. num. 20.* quæ idem est ac Arabia, ut in confesso est apud omnes, & *ibi* commoratus est quadraginta annis, ut testatur D. Stephanus Actor. 7. *num. 29.* Historia autem Iob accidit *anno Mundi* 2527. ut tenet Salianus *ibi num. 1.* Veniens autem Moyses de Madian, seu Arabia eduxit inter tres, vel quatuor menses populum Israël de Ægypto, *anno Mundi* 2544 apud Salianum *eodem anno num. 138.* & Tornielium *num. 16.* ergo plusquam viginti annis Moyses commoratus est in Madian, seu Arabia, vivente Iob, & quando ejus historia contigit. Et cùm Moyses apud Madianitas fuisset in magno honore, ut testatur Josephus *lib. 2. Antiq. cap. 7.* benè debuit scire, & agnoscere totam historiam Iobi, vel ex multorum narratione, vel ex aliquibus monumentis scriptis, à Iobo, seu ejus amicis. Nec obstat, quòd in ipso Textu Hebraico, ut ait D. Hieronymus, sint aliqua verba Arabica; quia cùm Moyses per quadraginta annos degeret apud Arabicos, & ipse esset magni genij præditus *Actor. 7.* Multa verba Arabica debebat scire, & pronunciare, & ideò aliqua interposuit in Textu Hebraico.

Actor. 7. — Salian. Torniel. — Josephus. Actor. 7. — D. Hieron.

307. Quomodo fieri potuit, ut homo tam magnus, ac præclarus in Arabia existens ignoraret ea, quæ in Arabia debebant esse valdè communia, & vulgaria? ac proinde Spiritu sancto calamum dirigente totam hanc historiam scripsit Moyses. Tamen semper dicendum est, ut notat Origenes, quòd colloquium Domini cum Satana, ac concessa facultas in omnia bona illius, excepta vita, ut habetur *cap. primo*, quòd ipse accepit ex revelatione Divina, sicut accepit ea, quæ scripsit in libro Geneseos de creatione Mundi.

Iob.

De tempore hæc scripta.

308. Origenem sequuntur cæteri recentiores, Bellarminus, Sanchez, Lahay, quòd hæc Moyses scripsit, cum esset in terra Madian per quadraginta annos, quia tunc dabatur tempus, & multus erat locus ad hanc historiam texendam; quod postea commodè fieri non poterat in Ægypto, multùm occupatus in faciendis prodigiis, in emollienda Pharaonis duritie, & multùm occupatus in instructione populi, ac illius libertate: sicut & in deserto in illius regimine, ac gubernatione. Deinde etiam hæc scripsit, ut fratres suos Hebræos consolaretur de dura vexatione, qua sub tyrannide Pharaonis opprimebantur, quòd Deus quoque illis daret finem, sicut & dedit Iob in tot calamitatibus, & afflictionibus.

Origenes. Bellarm. Sanchez. Lahay.

De lingua, ac stylo Libri

309. Hic liber, ut jam dixi, scriptus est Hebraico idiomate, intermissis aliquibus sermonibus Arabicis, ac Syriacis, ut testatur D. Hieronymus, qui, ut ait, ex Textu Hebraico illum traduxit in Latinum. A principio voluminis usque ad finem secundi capituli soluta progreditur oratione; & etiam ad calcem capitis 42. prosa liber concluditur; ab initio autem Tertij *capitis usque ad medium ultimi capitis* 44. hexametris versibus concluditur, quod notavit D. Hieronymus *Epistola ad Paulinum*, & ait: *Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu*

D. Hieron.

ſu labitur pedeſtri ſermone finitur. Et idem habet *Præfatione in Iob.* Si tamen quæras, cur Iob, Pſalmi, Cantica, & Ieremiæ lamentationes numeroſo, ac poëtico methodo ſcribuntur? Apertam rationem inveſtigare non potui, forſitan ut altiùs in memoria fixa remanerent; nam quæ verſu dicuntur altiùs in mente imprimuntur, & ut tot labores, ac dolores dulci methodo ſuaviùs legerentur.

Quis, & qualis fuerit Job?

310. Iob fuit Idumæus, in terra, ſeu provincia Hus, quæ eſt una de regionibus Idumææ, ſeu Arabiæ. Ad hanc terram loquitur Ieremias Thren. 4. num. 21. *Lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus.* A quonam genus traheret? magnum dubium. A Machor fratre Abrahami dicunt Hebræi, quibus adhærent D. Hieronym. & Bellarm. Alij dicunt fuiſſe ex genere Eſau, quibus favent Septuaginta, Origen. *in præfat.* D. Chriſoſt. *homil. 2. de patientia Iob,* D. Auguſtin *lib. 18. de Civit. cap. 47.* D. Gregor. *lib. Moral. cap. 3.* Et fuit Rex, ut Reges olim dicebantur, qui uni, vel alteri civitati præerant, ut hodie ſunt Duces, Marchiones, Comites, ut latè probat Sanchez *Prologom. 4.* ab omnibus Patribus, ut magnus, juſtus, ſanctus ac innocens prædicatur, cap. 1. n. 22. *In omnibus his non peccavit Iob labiis ſuis, nec ſtultum quid contra Deum locutus eſt,* & cap. 42. n. 7. ait Deus amicis Iob: *Non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſervus meus Iob.* Fuit etiam eximius Propheta, D. Auguſtinus *tom. 10. ſerm. 2. de Nativitate*, ait: *Iob eximius Prophetarum prædicat; & in carne mea videbo Deum, quod de illo tempore prophetavit, quando Chriſti Deitas habitu noſtræ carnis induta eſt.* D. Hieron. ad Pammachium, cùm adduxiſſet illud Iob. 19. *Scio enim quòd Redemptor meus vivit & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius*; ſtatim ſubdit: *Quid hac prophetia manifeſtius? Nullus tam apertè poſt Chriſtum, quam iſte ante Chriſtum de reſurrectione loquitur*; ſic & D. Gregorius *lib. 17. Moral. cap. 1. & lib. 14. c. 16* ſic & communiter ſancti Patres Fuit etiam Sacerdos, ut colligunt Sancti Patres, & Doctores, ex illo, quod dicitur *cap. 1. num. 5.* quòd Iob ſanctificabat filios ſuos: *Conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis.*

D Hieron Bellarm. Septuag. Origen. D. Chryſ. D. Auguſt. D. Gregor. Sanchez. Iob. 1. Iob. 42. D. Auguſt. D. Hieron. Iob 19. D. Gregor. Iob. 1.

QUÆSTIO XV.

An ſolus David ſit Auctor Pſalmorum, vel etiam alij?

SUMMARIUM.

311 *Auctoritas, & dignitas Pſalmorum.*
312 *Prima ſententia multos agnoſcit Pſalmorum Auctores.*
313 *Vera ſententia ſolus David Auctor Pſalmorum.*
314 *Prima regula aſſignata à Patribus non eſt firma, & n. 315.*
316 *Regula aſſignata à D. Athanaſio non eſt firma.*
317 *Nec Moyſes, nec Abrahamus, nec Salomon ſunt auctores Pſalmor, & n. 318. 319.*
320 *Primum argumentum debile, quia non ſemper Auctores librorum nominantur.*
421 *Secundum fundamentum rejicitur, quia frequenter ponuntur in titulo Cantores Pſalm. & n. 322.*
324 *Tertium argumentum non procedit, quia David ſpiritu prophetico prævidit, quòd illi Pſalmi erant decantandi à Ieremia, Ezechiele, Aggæo, & n. 325.*

311. HÆc quæſtio graviſſima eſt, magnis, ac graviſſimis difficultatibus implicata, quæ Deo dante ſunt à nobis extricanda, & non eſt quæſtio de principali Auctore Pſalmorum; nam iſte eſt Divinus Spiritus abſque ullo dubio, ut ait Apoſtolus Petrus in ſua Canonica: *Spiritu ſancto inſpirante locuti ſunt ſancti Dei homines.* Et omitto hîc quæſtionem de excellentia, ac auctoritate Pſalmorum, quia hæc valde nota eſt, ut etiam hæretici contra Pſalmos non audeant mutire, & Chriſtus Dominus agens de ipſa ſcriptura peculiariter facit mentionem de Pſalmis, Luc. 24. n. 44. *Quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, Prophetiis, & Pſalmis*, Luc. 20. n. 42. Actor. 1. n. 20.

2. Petr. Luc. 24. Luc. 20. Actor. 1.

312. Prima ſententia ad noſtrã quæſtionem tenet, non omnes Pſalmos fuiſſe compoſitos à Davide. Ita Origenes, D. Hieron. S. Hilarius, D. Athanaſ. *in ſynopſi* Euſebius *in Prol. tract. 1.* Lyran. Sixtus Senenſ. *in Biblioth.* & doctiſſimi recentiores Bonfrerius, Lahay *ſect. 15. n. 12.* Eorum tamen magna eſt varietas. Nam Divus Hieron. & Lyranus aſſignant decem Auctores Pſalmorum, ſcilicet *Davidem, Moyſem, Salomonem, tres filios Coreb, & Aſaph, Ethan, Heman, & Idithun.* Et notant etiam quod in multis Pſalmis, nec eſt Titulus, nec nomen Auctoris. Sixtus Senenſis octo numerat Auctores, ſcilicet *Davidem, Moyſem, Salomonem, Aſaph. Ethan, Exrahitam, Eman, Idithun, & filios Core.* Et Davidi ſolùm tribuit Septuaginta tres; alios verò diverſis Auctoribus. Bonfrerius ſolùm quinque agnoſcit Pſalmographos, *Davidem, Moyſem, Aſaph. Eman, Exrahitam, & Etham, Exrahitam.* Eorum fundamenta poſtea apponam.

D Hilar. D Athan. Origen. D. Hieron. Euſebius. Lyran. Senenſis. Lahay. D. Hieron. Bonfrer.

Solus David Pſalmorum Auctor.

313. Secunda ſententia, & mihi vera affirmat Davidem eſſe Auctorem omnium centum quinquaginta Pſalmorum. Ita D. Auguſtin. *lib. 10. de Civit. cap. 14.* D. Ambroſ. *in Pſal. 43 & 47.* D. Baſilius, D. Chryſoſt. Theodoret. D. Thomas, Jacobus de Valentia, & intendit explicare D. Hieronymum, ut dicentem ex aliorum ſententia; & etiam Lorinus *in præfatione cap. 2.* quia ut rectè ratiocinatur Chryſoſtom. *Proœmio primo in Pſalmos*, neque Chriſtus Dominus, neque Apoſtoli, neque aliqui Patres Antiqui citandi alios nominant Auctorem, quam Davidem, & ut etiam notat Caſſiodorus, nec Eccleſia alium Pſalmorum agnoſcit Auctorem, niſi Davidem: & ſi aliqui præferuntur Pſalmi, alterius nomine, vel alteri tribuuntur, quam Davd, vel in ipſis

D. Auguſt. D. Ambroſ. D. Baſil. D. Chryſ. Theodor. D. Thom. Valent. Lorin. Caſſiodor.

Pſalmis

Pſalmis ſunt affixi varij tituli, hoc eſt ob varias cauſas tam habitas ab ipſo Davide, quàm ab aliis, v. g. Septuaginta, etiamſi David omnes ſcripſerit, vel certè dictavit, & aliis ſcribi imperavit, vel ut placet Caietano ab aliis propoſitam materiam digeſſit in Pſalmos, vel aliis tradidit, ut concentum, & modulationem componerent, de quo latè Cantapretenſis 4. *Hypori cap. ultimo*, quæ omnia magis explico.

Caietan.

Cantapret.

Refutantur alij Pſalmographi.

314. Origenes, & D. Hieron. *epiſtol. ad Cyprianum*, maximè contendunt, Pſalmos omnes, quibus nullum eſt Auctoris nomen inſcriptum, illi Auctori tribuendi, qui in antecedenti Pſalmo prænotatus fuit, quòd verò ſi plures ſint Pſalmi ſine titulo, eos omnes eſſe illius Auctoris, cui poſtremo, ac ultimo Pſalmo eius nomen in titulo poſitum eſt. Ex quo infert Sixtus Senenſis *lib.* 1. Moyſem non tantùm eſſe Auctorem *Pſalmi* 89. ſed etiam reliquorum uſque *ad* 99. *eiuſdem eſſe Moyſis.*

Origenes. D. Hieron. Senenſis.

315. At regula iſta aſſignata à tam magnis Patribus, nec eſt firma, nec poteſt ſubſiſtere: nam primus, & ſecundus Pſalmus nullum habent titulum; cui ergo ſunt adſcribendi, cum nullius nomen præceſſerit. Pſalmus ſecundus nullum habet titulum; & tamen Petrus Apoſtolus David dicit illius Auctorem: *Qui per os patris noſtri David pueri tui dixiſti; Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania.* Actor. 4. n. 25. Et ſi Pſalmus 89. habeat pro titulo, *Oratio Moyſis hominis Dei*, non tamen inde bene ſequitur, quod omnes Pſalmi uſque *ad* 99. *ipſi Moyſi*, ſint tribuendi. Nam Pſalm. 94. num. 8. *Hodie ſi vocem eius audieritis*, &c. citans Apoſtolus ad Hæbræos 4. num. 7 ipſum Pſalmum Davidi tribuit, dicens: *Iterum diem terminavit, quemadmodum, Hodie David dicendo eſt tantum temporis.* Deinde in Pſalm. 90. ponitur hæc inſcriptio expreſſa: *Laus Cantici David ipſi.* Et ita habetur non ſolùm in Latino Textu, ſed etiam Græco. Deinde *Pſalm.* 98. *n.* 6. ponitur nomen Samuelis, cum dicitur: *Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui invocant nomen eius*, Samuel autem poſt Moyſem. multis ſæculis vixit.

Pſalm. 2. Actor. 4. Pſalm. 99. Pſalm. 94. Hebr. 4. Pſalm 90. Pſalm. 98.

316. D. Athanaſius *in Synopſi* ponit hanc diſtinctionem, quod David habendus eſt Auctor in illis Pſalmis, in quibus eſt ſuſcriptio, *Pſalmus Davidis* in genitivo, at verò cum inſcribitur *pſalmus Davidi* in dativo, ipſe non eſt eius Auctor, ſed alij reputandi, qui tales Pſalmos Davidi offerebant, & in eius gratiam componebant. Hanc tamen regulam meritò impugnat Bonfrerius; nam Pſalm. 15. eius titulus inſcribitur *ipſi David*; & tamen Apoſtolus Petrus David dicit eius Auctorem, Actor. 2. n. 25. *David dicit in eum. Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper.* Pſalm. 31. In cuius titulo eſt *David ipſi intellectus.* Paulus Roman. 4. num. 6. *Sicut David dicit Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* ubi ipſum David dicit illius Auctorem. Similiter *Pſal.* 68. in titulo eſt *Davidi*, ut clariùs patet ex Hebræo, & Græco, & tamen Petrus Apoſtolus Davidem dicit illius Auctorem, Actor. 1. num. 16. *Prædixit Spiritus ſanctus per os David.* Nam ſicut David Pſalmos à ſe compoſitos, ad modulandum dabat ſuis Cantoribus Aſaph, & Idithun, filiis Core, ut ſtatim dicam, ita ipſemet David componebat Pſalmos, quos ſibi ad decantandum adſcribebat.

D. Athan. Bonfrer. Pſal. 15. Actor. 2. Pſalm. 31. Rom. 4. Pſalm. 68. Actor. 1.

317. Rabbi Salomon Gallus decem Auctores Pſalmorum numerat, & cum multis Rabbinis inter eos ponit Abraham, qui dicunt ipſum Abrahamum eſſe Auctorem Pſalmi 109. *Dixit Dominus Domino meo.* Sed hoc eſt apertè falſum: nam Chriſtus Dominus *Matth.* 22. *num.* 43. expreſsè dixit Davidem eſſe illius Auctorem. *Quomodo ergo David in ſpiritu vocet eum Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo.* Dicunt etiam Abraham fuiſſe Auctorem Pſalm. 88. Sed hoc eſt falſum: nam frequenter in ipſo Pſalmo fit mentio de David, nec ſuſcriptio Pſalmi *Intellectus Ethan, Ezrahitæ*, favet Hebræis, quòd Ethan ponitur pro Abrahamo: nam *Ethan* ſignificat Orientem, à qua plaga venit Abrahamus: at hoc eſt fictitium commentum: nam *Ethan* erat unus ex præcipuis Cantoribus Davidis, ut ſtatim dicam.

Pſalm. 109. Matth. 22. Pſalm. 88.

318. Nec *Pſalmus* 89. quamvis habeat pro titulo *Oratio Moiſis hominis Dei*, non inde ſequitur, quòd Moyſis ſit illius Auctor, ut ait D. Hieronymus cum aliis; ſed communis eſt ſententia, quòd David ſit illius Auctor. Ita D. Auguſtinus, Chryſoſtomus, Remigius, Bruno, Carthuſ. Euthym. Caietan & multi alij, & etiam D. Athanaſius, quorum maior pars ſic explicat teſte Lorino, quod Pſalmus intitulatur *Oratio Moyſis*, quia David illum cõpoſuit ex his, quæ Moyſes frequenter orare conſueverat, quod David agnovit, vel ex aliorum relatione, vel ex divina revelatione.

Pſalm. 89. D. Auguſt. D. Chryſ. D. Remig. D. Brun. Carthuſ.

319. Sixtus Senenſis exiſtimat, quod *Pſalmus* 71 compoſitus ſit à Salomone: nam in titulo habetur *Pſalmus in Salomonem*, non dicitur Salomonis, ſed in Salomonem, ut habent omnes Codices, ut teſtatur Lorinus, & Euthymius, Nicephorus, Ruffinus, Remigius; Arnobius, Haymon, Bruno, Carthuſianus, Hugo, Gloſſa legunt *Pſalmus Davidis in Salomonem*, hoc eſt in profectum, & bonum Salomonis, & quòd David fuerit eius Auctor, ut notant Valentia, Caietanus, Placidus Parmenſis, Ianſenius, apertè conſtat ex fine ipſius *Pſalmi n.* 20, ubi dicitur: *Defecerunt laudes David filij Ieſſe.* Euſebius, Nieremb. *de origine ſacræ Scripturæ*, cum Origene, & Sancto Athanaſio contendit *Pſalm.* 126. qui habet pro tittulo, *Canticum graduum Salomonis*, ab ipſo eſſe compoſitum, ſicut & cæteros Pſalmos Graduales. Communis tamen ſententia eſt, quod compoſitus fuerit à Davide, qui ſpiritu prophetico prævidit templum ædificandum à filio ſuo, ſicut ei promiſſum fuerat à Deo. 2. *Regum.* 7. *n.* 12. Et valdè mirabile eſt, quòd 3. *Regum* 4. *n.* 32. fiat Catalogus eorum, quæ Salomon ſcripſit, & quod locutus ſit, triginta millia parabolarum, quinque millia carminum, & diſputaverit de lignis, herbis, iumentis, ac volucribus, & quòd de Pſalmis ab illo compoſitis, nulla fiat mentio; ergo nullum compoſuit.

Senenſ. Pſalm. 71. Lorinus. Euthym. Nicephor. Ruffinus. Remig. Arnobius. Haymon. Bruno. Carthuſ. Hugo. Valentia. Caietan. Nieremb. pſalm. 126 2. Reg. 7. 3. Reg. 4.

Ponuntur, & ſolvuntur argumenta adverſariorum.

320. Arguunt primò, quia in fronte libri Pialmorum, non ponitur nomen alicuius Auctoris ſed ſimpliciter *Liber Pſalmorum*, ergo ſi hic liber eſſet compoſitus totus à Davide, ſcriberetur, *Liber Pſalmorum Davidis*. Ratio autem eſt valde infirma, quia multi libri ſacræ Scripturæ non habent in fronte præfixum nomen ſui Auctoris. Sic & Pentateuchus cum ſuis quinque libris Geneſis, Exodi, Levitici, Numerorum, ac Deuteronomij, Sic etiam Libri Iudicum, Ruth, & Tertij, & Quarti Regum, ac duorum Paralipomenon, in initio non ſcribuntur nomina ſuorum Auctorum. Quid ergo miram, ſi nec in libro Pſalmorum?

321. Arguunt Secundò, & non leviter. Multi ſunt Pſalmi, qui in titulo alia nomina præferunt, ut *Idithun*. Pſalm. 34. & 61. & nomen *Aſaph* in titulo Pſalm. 49. & 72. uſque ad 82. Alij verò Pſalmi in titulo habent duo nomina, ut *Idithun, & David*, nempe Pſalmi 38. & 61. & alius Pſalm. 76. nempe habet in titulo hæc duo nomina *Idithun*, & *Aſaph*; ergo diverſi ſunt Auctores Pſalmorum. Et confirmatur, quia multi; Pſalmi habent pro titulo, *Filius Core*, Pſalm. 41. 43. & multi deinceps; ergo etiam iſti fuerunt Pſalmographi. Et ita tenent Sixtus Senenſis, Haymon, & alij.

Pſalm. 34. Pſalm. 49. Pſalm. 3. Pſalm. 76. Pſalm. 41. Sixt. Senenſ Haymon.

322. Reſpondetur, quòd David componebat Pſalmos, & eos dabat ſuis Cantoribus ad canendum, vel ipſe cum eis illos canebat. Nam *Aſaph* erat Magiſter Muſicæ, ſeu princeps Cantorum David, ut dicitur 1. Paralip. 16 num. 5. & cap. 25. num. 1. & *Idithun*, quamvis aliqui velint, quòd ſit inſtrumentum muſicum, tamen apertè conſtat ex 1. *Paralipom. cap.* 16. quòd erat unus ex Cantoribus dicitur ibi num. 42. *Heman quoque, & Idithun canentes tuba*. Et valdè frequens eſt in Canticis, ut unus incipiat, & alij proſequantur. Sic poſt tranſitum maris rubri incepit Moyſes intonare: *Cantemus Domino: gloriosè etenim magnificatus eſt*: Exod. 15. num. 1. & totus populus proſequutus eſt *num.* 20. Sic poſt dictum illum Canticum magnum, *Audite cœli, quæ loquor*; ad finem illius dicitur Deuteron. 32. n. 44. *Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba Cantici huius in auribus populi, ipſe, & Ioſue filius Nun*. Nam cum Moyſes eſſet ſenex, vox eius non poterat audiri à toto populo, & inde, ut inquiunt Marzilla, Caietanus, Lorinus, quæ Moyſes dicebat, repetebat Ioſuë, ut audiretur à toto populo, & ita ait Menochius: *Moyſes in canendo ſocium habuit Ioſuë*.

1. Par. 16. & cap 25. 1. Paral. 16. Exod. 15. Deuter. 32. Marzil. Caietanus Lorin. Menoch.

323. Ad confirmationem reſpondetur, quòd titulus Pſalmorum, non eſt Pſalmus filiorum Core, ſeu Pſalmus filiis Core, ſed pro filiis Core, nempe ad canendum. Nam iſti filij Core erant Levitæ, & Cantores, ut patet ex 2. *Paralip, cap.* 29. *num.* 19. Ac proinde David componebat tales Pſalmos, ut ab ipſi s filiis Core peculiariter canerentur.

2. Par. 20.

324. Arguunt tertiò. In quibuſdam Pſalmis, ex titulo videtur non eſſe compoſitos à Davide. Nam *Pſalmus* 64. habet titulum, *Canonicum Ieremiæ, & Ezechielis pro populo tranſmigrationis*: ergo hic Pſalmus videtur compoſitus à Ieremia, vel Ezechiele ſub tempore tranſmigrationis. Item *Pſalmus.* 70. habet titulum *Filiorum Ionadab, & priorum captivorum*. Et *Pſalmus* 136. habet in titulo *Ieremiæ*. *Pſalmus* 111. In eius titulo legitur *Alleluia reverſionis Aggæi, & Zachariæ*, & *Pſalmus* 145. Sic *Alleluia Aggæi, & Zachariæ*, ergo iſti Prophetæ, ut Pſalmographi numerandi ſunt, & non ſolus David.

Pſalm. 64. Pſalm. 70. Pſalm. 136. Pſalm. 111.

325. Reſpondetur primò, quòd in Textu Hebraïco tales tituli non habentur; unde fit manifeſtum, quòd à Septuaginta ſunt appoſiti, tanquam talibus occaſionibus, ac eventibus maximè proportionatis, vel etiam quia ſpiritu prophetico illa prædixit David, & ideò maximè *Pſalm.* 64. & 111. & 146. illa decantat ad conſolationem captivorum, & ut ſpem conciperent melioris fortunæ, ac reverſionis, & ſimiliter quod tales Pſalmi ab ipſis Prophetis Ieremia, Zacharia, ac Aggæo, erant in illis occaſionibus decantandi, quæ omnia David ſuo ſpiritu prophetico prævidit, ut ad citatos Pſalmos notant Sancti Patres Auguſtin. Chryſoſtom. Ambroſ. Remig. Noſter Incognitus, ſicut & David multa futura prævidit, ac prædixit circa Chriſtum Dominum, ſtatum Eccleſiæ, ac futurum judicium.

D. Auguſt. D. Chryſ. D. Ambroſ Remig. Incognit.

QUÆSTIO XVI.

Quis ſit Auctor Proverbiorum?

SUMMARIUM.

326 *Proverbia, liber Canonicus, illius argumentum, virtutum inſtructio.*
327. *Totus liber à Salomone eſt compoſitus.*
328 *Illa additiuncula cap. 25. eſt Canonica.*
329 *Opponũtur dicta in c. 31. & 32. & ſolvũntur*
330 *Agur eſt nomen appellativum Salomonis, id eſt congregare.*
331 *Lamuel etiam eſt nomen appellativum Salomonis, & idem valet, ac cum illo Deus, quod dicitur de Salomone, utpote Chriſti figura.*

326. PRoverbia, ſeu Parabolæ Salomonis liber eſt Canonicus, ut eſt de fide certum ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 4. proindéque in eo contenta certa ſunt de fide; & inde quòd Salomõ ſit eius Auctor; in quo conveniunt omnes Patres tam Græci, quàm Latini, & ſtatim in primo limine dicitur, *Parabolæ Salomonis filij David Regis Iſraël*; ac proinde cùm hoc contineatur in corpore ipſius libri, de fide certum eſt Salomonem eſſe illius Auctorem. Totius libri argumentum eſt perſuadere ad mores hominum formandos, ac reformandos, unde ex Græco hic, liber poteſt dici *virtutum præceptor*, & ſic in Arabico Titulus libri eſt, *Proverbia Salomonis ſapientis, id eſt conciones eius, qui regnavit in Iſraël*.

Trident. Græci. Latini.

327. Tamen difficultas eſt, an Salomon totum hunc integrum librum compoſuerit: nam *c.* 25 *num.* 1. dicitur: *Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda*: ergo non ſolùm Salomon, ſed etiam aliqui

Prov. 25.

aliqui alij in hunc librum aliqui transtulerunt, id est addiderunt parabolas. Argumentum tamen nullam habet vim, nam omnes parabolæ, quæ sunt in toto corpore hujus libri, sunt Salomonis, & ita expressè,
Lyran. ut bene advertit Lyranus, denotatur in præsenti, cùm dicitur: *Hæc quoque parabolæ Salomonis*, quæ per varias schedulas ferebantur dispersæ, ne omnino perirent, viri pij, & docti ex mandato Ezechiæ Regis collegerunt in uno libro, ac volumine, expurgatis multis erroribus, & ideò *transtulerunt*, non significat ex una in alteram linguam, sed ex variis schedulis sparsim transtulerunt in unum librum,
Hebræus. & verbum illud. *Transtulerunt*, ex Hebræo legitur, *fortificaverunt imponendo uno libro authentico.*

328. Salazar. Cornelius. Adverte tamen cum Salazar, & Cornelio, quòd hæc epigraphe, seu additiuncula facta à viris Ezechiæ, habet auctoritatem Canonicam, quia extat in Hebræo, Græco, Chaldæo, Syro, & Latino, ac communi calculo comprobata est, tam ab antiquis Hebræis, quam ab Ecclesia Christianorum, & ideò in textu est in corpore libri tanquàm titulus unius partis.

329. Cap. 30. Deinde etiam opponitur alia difficultas, quia *cap. 30. n. 1.* dicitur: *Verba congregantis filij vomentu.* Ex Hebræo legitur, *verba Agur*
Cap. 31. *filij Iake.* Sicut cap. 31. num. 1. *Verba Lamuelis Regis.* Ergo hæc quo ultima capita non sunt Salomonis; sed eorum Auctores sunt Agur, & Lamuel; ac proinde totus liber integer non est à Salomone.

330. Lyra. Beda. Hugo. Peltat. Respondetur quòd illa duo nomina Agur, & Lamuel non sunt nomina propria aliquorum hominum, sed sunt nomina appellativa Salomonis ipsum significantia, ut docent Lyra, Beda, Hugo, Arboreus, Peltarius, & alij: solent enim sæpè viri sapientes, ut Plato *in Dialogis*, & Plutarch. *in Symposiis* sub aliorum nominibus, ac personis se ipsos introducere loquentes. *Agur* vox Hebræa, idem est ac *congregans*, & respondet nostræ vulgatæ, *verba congregantis.* Salomon autem dicitur congregans, quia totam suam Sapientiam congregavit in paucis libris, & quia totam mentem suam collegit in Deum, ut ei ædificaret magnificentissimum templum, ut inde à Deo
Caietanus. repleretur magno Sapientiæ spiritu, ut in aliorum eruditionem evomeret. Et in hac consideratione optimè legit Cai tanus præfatum Textum verba collecti filij vomentis,
Chaldæus. *prophetia* dictum viri, per meum *El.* Id est per Deum, & Chald. *Qui suscepit Prophetiam.* Nec obstat id, quod dicitur statim *vers. 2.* Salomon dicat de se, stultissimus sum virorum, quia hoc dicit modestiæ causa, & quia de se secluso Dei dono stultissimus erat, ut inde magis recognosceret divinam bonitatem erga se; vel loquitur de se prout in tot, ac tanta peccata inciderat.

331. Proverb. 3. Beda. Lyran. Carthus. Ad id, quòd dicitur ex cap. 31. num. 1. *Verba Lamuelis Regis visio, quia erudivit eum mater sua.* Sicut superiori *cap.* 30. elegantiæ causa introducit se loquentem sub nomine Aguri, sic & hîc in præsenti sub nomine *Lamuelis*: Lamuel, ex radice Hebraica, idem est ac *cum illo Deus.* Ita Beda, Lyranus, Carthusianus. Sic & prædixit Nathan Propheta Patri eius Davidi, *Quomodo fuit Dominus cum Domino meo Rege, sic sit cum Salomone.* 3. Reg 1. num. 37. & sic dicitur Salomon, quia 3. Reg 1. fuit figura Christi Domini qui dicitur Emmanuel est, id, *nobiscum Deus.* Isai. 7. num. 14. Deinde Salomon priùs dicitur *Agur*, id est congregans, quia ipse nempe congregavit, ac collegit mentem suam ut ædificaret magnificum Dei templum. Inde dicitur *Lamuel*, quia cum illo fuit Deus, ut eum erudiret, ac illuminaret. Et subditur: *Visio, quia erudivit eum mater sua:* dicitur visio, id est doctrina per revelationem accepta, *quia erudivit eum mater sua.* Vt ostendat Salomon, quòd servavit in se, quod alios docuerat servare. *Audi fili disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* Proverb. 1. n. 8. Proverb. 1.

Quæstio XVII.

Quisnam sit Auctor libri, qui dicitur Ecclesiastes?

SVMMARIVM.

332 *Liber Canonicus*
333 *Ex multiplici ratione Salomon dicitur Ecclesiastes.*
334. *Vna sententia affirmat, quòd Salomon sententias non dictavit, sed colligavit in uno libro.*
335 *Altera sententia, & vera, Salomon utrumque fecit.*
336 *Argumentum libri elevare mentem à terrenis.*
337 *Vna sententia affirmat librum ab eo compositum post lapsum.*
338 *Vera sententia ante lapsum, & peccata.*

Hic liber Canonicus, ut de fide certum est, & sic habetur definitum in Canone 332.
Apostolorum, ac in Conc. Laodic. *Carthag. 3.* Trident.
Florent. ac Trident. *sess. 4.* sic tenent omnes D. August.
Sancti Patres D. Athanas. D. August. D. Hier. D. Hieron.
in Prologo Galeato. Innoc. I. Gelasius, & cæteri Innocent. I.
Patres, qui Catalogum librorum Canonicorum texuere; & Hæretici hanc auctoritatem non audent huic libro denegare: nisi tantùm illi majori ex parte, ipsum librum negant, & non admittunt.

Hic liber dicitur Ecclesiastes. Sic se ipsum 333.
nominat Salomon in prima fronte libri: *Ver-* Eccles. 1.
ba Ecclesiastæ filii David Regis. Dicitur Ecclesiastes Hebraicè, *Coheleth*, id est congregatoris, collectoris, concionatoris. Cur autem Salomon in hoc libro dicatur collector, seu congregator, quæres. Respondet primò
Iacobus Christopolus præfatione in Cantica, Christopol.
quia omnes sententias Patris sui David, Patriarcharum, ac Prophetarum collegit, ac coacervauit in hoc uno libro. Secundò, Arias Mon Arias.
tanus, Caietanus, quia singulas res mundi, ac Caietan.
omnes illius species, in hoc uno eas coacervavit, ac collegit, tanquam in Epilogo, ac Ciphra, *vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Ter-
tio, Divus Nyssenus, & alij tanquam gratus D. Nyssen.
Salomon omnes scientias congregatas sibi à Deo esse datas. Quartò, & magis genuinè,

quòd omnem hominum multitudinem in unam Congregationem, ſeu Eccleſiam ordinatam colligebat, ut per Sapientiam ſibi datam eos doceret,ac erudiret ad veritatem. Ita

D.Gregor. D Gregor.*lib.4.Dialog.4.*ait : *Hic liber concionator dicitur. In concione verò ſententia proponitur, per quam tumultuoſa turba ſententia comprimatur, ſed concionator verax quaſi extenſa manu tumultum omnium ſedat,eoſque ad unam ſententiam revocat, cùm in ejuſdem libri termino ait : Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time,& mandata eius obſerva:hoc eſt enim omnis homo.*

334. Vt apertè patet ex ipſa fronte libri,Salomon eſt illius Auctor. *Verba Eccleſiaſtæ filij David Regis* Et in hoc conveniunt omnes,& agnoſcunt Salomonem illius Auctorem.Tamen maximè dubitatur Suppoſito quòd Salomon ſit Auctor, & dictator ſententiarum, quæ in hoc libro continentur, quæritur an ipſe has ſententias collegerit, ac cõpoſuerit in uno libro, vel ſententias ab ipſo dictas, alius eas collegerit,& adunaverit in uno volumine?Hoc ſecundum affirmant multi Rabbini Thalmudici, quos citat,& ſequitur Eugub. *in c.1.Geneſ.*

Euſeb. Canus. quos etiam citat Canus *lib. 2. de locis c.11.* qui dicunt Salomonem has ſententias protuliſſe, ab Iſaia verò fuiſſe collectas, & in uno libro ordinatas. Sed ut verum fatear, nullum video

Hugo. Carthuſ. fundamentum in hac ſententia;pro qua etiam citantur Hugo,& Dionyſ. Carthuſ.

335. Simpliter dicendum eſt, quòd Salomon has ſententias dictavit,compoſuit, ac adunavit in uno libro.Hæc ſententia conſtat ex hoc libro c.12 n. 9.*Cùmque eſſet Sapientiſſimus Ec-*

Eccleſ. 12. *cleſiaſtes, docuit populum, & narravit quæ fecerat,& inveſtigans compoſuit parabolas multas, & quæſivit verba utilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos.*Cùm ipſe de ſe dicat, quòd compoſuit, & conſcripſit, quid clarius,& quid ampliùs quæreremus?Nec obſtat id,quod dicitur, quòd in his ſententiis proferendis, nec ſervatur ordo,nec nexu ; hoc enim viſitur in Prophetis,& in reliquis Scriptoribus Canonicis, qui non ſcribunt ex ſuo marte,ſed prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis;& quia multoties ipſa ſublimitas, & altitudo myſteriorum non capitur à nobis

336. Totum argumentum huius libri eſt,ut homines traducat à ſenſibilibus,ad ſupernaelevet contemptis omnibus terrenis. Sic D.Gregor.

Thaumat. Taumaturgus in initio huius Paraphraſis, & ait : *Oſtendit, quam vana,& inutilia ſunt omnia hominum negotia,& ſtudia, quæ in humanis rebus*

D Nyſſen. D.Bern. D.Chry. *ſuſcipiuntur.* Similiter D. Nyſſen. *in præfatione huius libri.* D.Bernard.*ſerm.1.in Cant.*D.Chryſ. *homil. 3. ad populum.* De quo latiùs dicam ad finem quæſtionis ſequentis.

337. Quæritur hîc etiam,quo tempore Salomon

D Hieron. hunc librum ſcripſerit?Hebræi,teſte D.Hieronymo, quos multi Recentiores ſequuntur,dicunt hunc librum compoſitum à Salomone poſt pœnitentiam, factam de ſua luxuria, ac

Eccleſ. idololatria, indeque clamat, *Vanitas vanitatum ac omnia vanitas*, quam oſtentavit in tanto rerum apparatu,habens trecentas concubinas,& uxores 70.

338. Bellarm. *lib.1.de Verbo Dei,cap.5.* quem alij ſequuntur, exiſtimant librum ab eo ſcriptum ante ſuorum peccatorum lapſum. Et Primò, quia ſuorum peccatorum nullam mentionem facit in hoc libro, imò contrarium indicat, dum ait c.2.n 9. *Supergreſſus ſum opibus omnes,* Eccleſ.2. *qui fuerunt ante me in Ieruſalem, ſapientia quoque perſeveravit mecum.*.Quomodo poteſt dici, quòd in tot,& tam graviſſimis peccatis perſeveraverit in eo Sapientia,cùm potiùs fuerit in eo error,& ſtultitia?Secundò, quamvis ipſe in hoc libro rerum deteſtetur vanitates, *vanitas vanitatum*,quam ipſe per ſuas ſpecies explicat in opibus, deliciis, honoribus,palatiis,cantibus,ampla menſa cum poculis, nullam mentionem facit de idololatria, quæ ut graviſſimum peccatum maximè erat deteſtandum, & abominandum, maximè cùm ipſe omnium Regum Iſraëlis primus introduxit idola in Iudæam,quæ proinde in ea perſeveraverunt per trecentos annos uſque ad Iſaiam Regem.

Quæstio XVIII.

Quis ſit Libri Canticorum Auctor?

SUMMARIUM.

339 *Contra Hæreticos ſtatuitur librum eſſe Canonicum,& de fide,& n.340.*
341 *Auctor huius libri Salomon.*
342 *Ponitur primum argumentum, cum ſua confirmatione, & ſolvitur, & n.343.*
344 *Ponitur ſecundum argumentum,& ſolvitur,& n.345.*
346 *Argumentum operis*
347 *Valdè ordinatè Salomon procedit in his tribus libris.*
348 *In Proverbiis docet incipientes, in Eccleſiaſte proficientes, in Canticis perfectos.*
349 *De tempore,quo ſcripſit Salomon.*

FVerunt Hæretici,quos referunt Philaſtrius *lib.de Hæreſi, cap.133.* & Iacobus Chriſtopolitan. *præfat. in Cantica*, qui dixerunt hunc librum non eſſe Canonicum, ne ſpiritu Dei, ſed cupidinis ſcriptum; & hunc errorem Caſtalionus *præfatione in Ioſuë*, tribuit in hac hac ætate Bezæ.

339. Philaſtr. Chriſtopol Caſtalion.

Certum de fide eſt librum eſſe Canonicum ſuperno, & alro Dei amore ſcriptum. Sic definitum eſt in Concilio *Carthag. 111.* Florentino,& Tridentino, ſequuntur omnes Patres, qui in magna veneratione habent hunc librum Origenes, D.Gregor. Nyſſen.Theodoret.D.Ambroſ.D.Bernard. Beda, D.Anſelmus, & omnes alij ; & evidenter patet, hanc ſponſam eſſe ſpiritualem, non corporalem, eique dat Epitheta, quæ corporalem decorant, ſpiritualem exornant : nam ei tribuit caput inſtar Carmeli, oculos inſtar piſcinæ, naſum inſtar turris, dentes inſtar gregum detonſarum, ubera veluti hinnulos; & denique eam totam nigram dicit, *Sicut tabernacula Cedar.* Denique modò eam dicit ſponſam ; modò ſororem, modò Reginam, ac filiam Principis, modò ruſticanam cap. 1. *Vineam meam* Cantic..1. *non cuſtodivi*, & cap.5. *Abi poſt veſtigia* Cantic.5. *gregum tuarum, & paſce hœdes tuos.*

340. Carthag. Florent. Trident. Origenes. Nyſſen. Theodor. D Ambr. D.Bernard D. Anſelm

Cantic.1.

Auctor

Auctor Libri.

341. Auctor iſtius libri eſt Salomon. Et ſic in
Titulus. noſtra vulgata præfigitur Titulus, *Canticum Canticorum Salomonis.* In Textu Hebraico habetur *Canticum Canticorum, quod eſt Salomonis.* Et paſſim Salomon in hoc libro de ſe
Cantic. 3. loquitur cap. 3. n. 7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt. n. 9 Ferculum fecit ſibi Rex Salomon,* & n. 11. *Videte filiæ Sion Regem Salomonem in Diademate.* Et ita ſentiunt, & tenent omnes Patres, & Doctores Catholici.

342. Sed contra obiicies. Primò. Septuaginta legunt *Canticum Canticorum Salomoni* in Dativo; ergo hic liber non videtur compoſitus à Salomone, ſed ab alio dedicatus, ac conſecratus ipſi Salomoni; quod inde deſumitur: nam duobus libris antecedentibus Proverbiorum, ac Eccleſiaſtes Salomon ſe Auctorem nominat in fronte; ergo ſi eſſet Auctor huius libri, etiam ſuum nomen exprimeret.
Chryſopol Reſpondet Epiſcopus Cryſopolitanus, quòd Rex Salomon ita ſcripſit ſuum librum, quia eum dedicauit, ac conſecrauit vero Regi pacifico Salomoni, Chriſto Ieſu, ſub cuius nomine ſpiritualiter loquebatur, & quem ſpiritualiter intelligebat, & ad quem ſermonem dirigebat. Magis genuinè dic, quòd frequenter Hebræi, & Græci vtuntur genitivo pro dativo, & dativo pro genitivo, ut obſervant
Senenſ. Lorin. Cornelius. Sixtus Senenſis *in Biblioth. lib. 2. verb. Chirograph.* Lorin. *præfatione in Pſalm. cap. 2. §. Sed & nil refert.* Cornelius *Prolog. in Cantic. c. 2.* nam *in Pſalm. 15.* & *Pſalm. 31.* & *Pſalm. 68.*
Pſalm. 15. & 31. & tamen in eorum titulo eſt Pſalmus Davidi in dativo, pro Pſalmus Davidis; nam ipſi Pſalmi à Davide fuerunt compoſiti, ut patet ex aliis locis Scripturæ, ut dixi ſuprà *q. 15. num. 41.* proindéque more Hebraico, vel
Hebraic. Græcus. Origen. Græco idem eſt, quod dicitur Salomoni, vel Salomonis, ut rectè notavit Origenes, & ait, *Salomon, vel Salomoni, oſtendit hoc opus tantum eſſe Salomonis.*

343. Ad confirmationem dicimus, quòd nullam vim habet: nam ex eo, quod Salomon poſuit nomen ſuum in duobus prioribus libris Proverb. & Eccleſiaſtes, inde non ſequitur, quòd debebat ponere nomen ſuum in omnibus ſuis libris, ſicut non poſuit in libro Sapientiæ, ut dicam *auctione ſequenti*; & Eſdras licet poſuerit ſuum nomen in libro à ſe compoſito, non tamen poſuit in libris Paralip. & aliis
D. Bern. Deinde ut ait D. Bernardus *ſerm. 1. in Cantic.* ait quòd Salomon ſub metaphora ponit ſuum nomen in principio: nam Salomon, id eſt *Rex pacificus*, & hic liber incipit per oſcula, quæ ſunt ſigna pacis: *Oſculetur me oſculo oris ſui.*
Cant. 1. Cant. 1.

344. Objicies ſecundò, Scriptura faciens mentionem de operibus Salomonis. 3. *Regum* 4.
3. Reg. 4. *num.* 32. ait, *Locutus eſt Salomon tria millia parabolarum, & fuerunt carmina eius, quinque, millia.* Sub hac autem phraſi non veniunt Cantica; ergo Salomon non compoſuit Cantica; nam ſi hæc componeret, etiam hoc diceret Scriptura.

345. Reſpondetur. Canticum Canticorum ſub generali carminum narrativa continetur, eſt enim quoddam carmen, & nuptialis poëſis. Ita rem explicant Origenes, D. Gregor. Nazianz. & cæteri aſſerentes hoc Canticum eſſe Drama ſponſale, ſive nuptiale carmen. Vnde
Origenes. D. Nazian. D. Baſil. Divus Baſilius Magnus in illud Iſai. 5. *Cantabo dilecto meo Canticum dilecti mei*, ait Sanchez Doctor: *Canticum Canticorum nuptiale eſt carmen dramatico opere textum.* Drama eſt
Iſa. 5. rei repræſentatio actus Comœdiarum per varias perſonas inter ſe loquentes miro carminis artificio. Ex quo Sixtus Senenſis *verb. Salomon*, ſic ait, *Compoſuit & Salomon carmina quinque millia, ex quibus liber, qui inſcribitur Canticum Canticorum, ſolus inſcribitur, ſeu ſervatur cæteris Ieroſolymorum abſumptis incendio.*
Senenſ.

Argumentum operis, ac ordo in cæteris libris Salomnis.

Salomon hoc Canticum Canticorum compoſuit, occaſione nuptiarum cum filia Pharaonis. Cantic. 1. num. 9. *Equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilavi te.* Et ita in tantum eam
346. Galat. 1. dilexit, ut à nomine ſuo eam Salomoni, vel Sulamiti diceret, quamvis hæc grammaticaliter intenderit Salomon. Tamen diuinus Spiritus mentem eius elevauit, ut alta, & ſuprema myſteria eructaret, ac denotaret. Cùm Salomon ſit Chriſti figura in his declarat Chriſtus ſuam eximiam charitatem, curam, ac ſollicitudinem erga ſuam ſponſam dilectam Eccleſiam, & inde ex ſuo nomine Chriſtianam appellat, filióſque eius Chriſtianos dicit, & hic etiam declaratur eximius amoris effectus ipſius Eccleſiæ cum filiis ſuis erga ſuum dilectũ ſponſum Chriſtum Ieſumqui ob ipſum quærendum pertulerunt vulnera, & perſecutiones à malis cuſtodibus, & dominis civitarum.

Hinc valde ordinatè Salomon in his tribus libris procedet: nam in Proverbiis tra-
347. ctat Ethicam, in Eccleſiaſte Phyſicam, in Canticis Theologiam, ut docent Origenes *Prologo in Cantica.* D. Baſilius *homil. 1. in Pro-*
Origen. *verbiis.* D. Ambroſ. *in Pſalm. 36.* D. Hieron. D. Baſil. *epiſtol. ad Paulin.* & ait. *Salomon pacificus, &* D. Ambroſ. *amabilis Domino, mores corrigit* (nempe in Pro- D. Hieron. verbiis) *naturam docet* (in Eccleſiaſte) *Eccleſiam iungit, & Chriſtum* (in Canticis nempe) *Sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium.* Hoc eſt carmen in thalamo, ſeu nuptiis: & magna diſpoſitione Salomon procedit in his libris. Nam in Proverbiis fideles inſtruit in lege Dei, ac virtutum tramite. *In Eccleſiaſte* vanitatem mundi oſtendit ipſumque cum omnibus ſuis rebus contemnendum. *In Canticis* verò omnes à terrenis avulſos ad arctiſſimum charitatis vinculum cum Deo iungit, & traducit.

Vnde *in Proverbiis* docet incipientes, ac in-
348. gredientes viam iuſtitiæ, ac veritatis *In Eccleſiaſte* proficientes, & iam ad altiorem virtutis gradum tendentes Auctor Catenæ Græcæ ad Auctor Cat initium Proverbiorum ait, *Proverbia*, ait, *ſpectant ad hominem ſpiritualis vitæ viam primum ingreſſum; Eccleſiaſtes ad animam aliquatenus in virtutum ſtudio progreſſam, Cantica ad animæ virtutibus iam conſummata ſtatum.* Simili- D. Bern. ter D. Bernardus *in Cantic.*
Græc.

De tempore.

349. Quo hic liber ſcriptus ſit, dicunt aliqui, quòd ſcripſit hunc librum poſtquam de ſuis peccatis egit pœnitentiam. Sed oppoſita ſententia videtur probabilior, quia Salomon in hoc Cantico Canticorum introducitur ſub nomine *Dilecti* juxta id, quod de eo dicitur 2.Reg.12.n.25.*Vocavit eum amabilis Domino,eò quòd diligeret illum Dominus.*Quod maximè videtur denotare tempus ſuæ juſtitiæ, ac virtutis; & favet maximè Auctor Eccleſiaſt. *c.*47. *n.*17. De Salomone loquens ait: *Ad inſulas longè divulgatum eſt nomen tuum,& dilectus es in pace tua*; tempus autem pacis regni Salomonis fuit tempus quando ipſe vixit in Dei dilectione, ubi à dilectione ceſſavit,illicò & pax ceſſavit:nam poſt numerata eius peccata,ſtatim ſubditur. 3.Reg. 11. n. 14. *Suſcitavit Dominus adverſarium Salomoni Ada Idumæum.* Et Ieroboam, tunc ab illo diſceſſit. 3. *Reg*11. *n.* 26. *vide ſuper q.*17.*n.*437.438.

QUÆSTIO XIX.

Quis ſit Auctor libri Sapientiæ?

SUMMARIUM.

350 *Contra Hæreticos liber Sapientiæ eſt Canonicus,& n.* 351.

352 *Multis contendunt Salomonem non eſſe Auctorem libri.*

353 *Eius Auctor non eſt Philo Hebræus, nec alius Senior,& n.*354.355.356.357.

358 *Eius Auctor non eſt eius filius Sirach.*

356 *Nec eſt eius Auctor unus ex Septuagint.*

360 *Eius Auctor Salomon,& n.*361.362 363.

364 *Refellitur Reſponſio adverſariorum & n.*365. 366.

367 *Solvuntur argumenta contraria,& n.*368.

369 *Argumentum libri, & de acceptione Sapientiæ.*

350. DE fide certum eſt, quòd hic liber ſit Canonicus.Ita definivit Gelaſius Primus in Concil. Roman. *Carthag.*3. Florentin. ac Tridentino.Et maximè confirmatur hæc veritas, quia Apoſtoli, ac eorum Magiſter Chriſtus Dominus ſæpè de hoc libro ſumunt teſtimonia,ut de aliis ſacris. *Matth.*13.*num.*43.ex hoc *lib.cap.*3.*num.*7.mutuantur illa verba *fulgebunt iuſti.* ſic & Paulus *Roman* 11. *num.*34. *ex hoc libro cap.* 9. *num.* 13. *Quis hominum poteſt ſcire conſilium?* Sic *ad Epheſios* 3.*n.*6.& multis aliis in locis.

Conc.Rom Carthag. Florent. Trident. Matth.35. Rom.11. Epheſ.3.

351. Contra hanc Catholicam veritatem ſe opponunt Hæretici non ſolùm antiqui, ut qui reliquiæ Pelagianorum dicebantur, ut teſtatur Sixtus Senenſis *lib.* 8. *hæreſ.* 9. Sed etiam Hæretici moderni, ut Calvinus, qui impudicè dicebat ſe inveniſſe mendacium in hoc libro: nam *cap.*14.*n.*15. dicitur, quòd Auctor idololatriæ fuerit pater lugens filium immatura ſibi morte ereptum; quod falſum eſſe inde probat, quia,ait ipſe,longè antiquior eſt idolorum origo. Nam Rachel *Geneſ.*31.*n.*19. furata eſt idola patris ſui, quæ multo tempore præceſſit illum patrem filium lugentem. Sed omnino fallitur Hæreticus: nam Syrophanes erexit idolum pro filio iuxta Salianum anno mundi 239.*n.*301.Rachel furata eſt idola patris ſui juxta Salianum anno mundi 505. *n.*3. Ac proinde ille pater idololatra filij præceſſit ante *Rachel* 266.

Senenſis. Calvinus. Sap.14. Geneſ 31. Salianus.

Auctor huius Libri.

352. Valdè intricata eſt hæc quæſtio, & multis difficultatibus plena eſt.Prima ſententia tenet Salomonem non eſſe Auctorem huius libri. Ita Lyran. Hugo, Dionyſ. Ianſenius,Abulenſ. A Caſtro, Canus, Medina, Curiel, Palatius, & alij,quos citat,ac ſequitur Cornelius à Lap. Arg.*in lib. Sap.* §. *Quarto.* Et fundantur primò, quia hic liber non eſt Hebraicè, ſed Græcè, Scriptus, & nunquam Hebraico idiomate viſus eſt; ſi autem eſſet Scriptus à Salomone, eſſet in ſua lingua Hebræa, & non in alia. Secundò, quia hic liber alludit ad multas fabulas Poëtarum, qui omnes Salomone fuerunt poſteriores Tertiò. Ponunt fundamentum ex auctoritate D. Auguſtini *lib* 2. *de Doctrina Chriſtiana* & D Hieron.*de viris Illuſtribus,*ubi numerans Salomonis opera,nullam facit mentionem de libro Sapientiæ. Similiter & Euſebius *lib.*2.*de Eccleſiaſtica hiſtoria, cap.*18.

Lyran. Hugo. Dionyſ. Ianſen. Abulenſ. A Caſtro. Canus. Medina. Curiel. Cornelius. D. Auguſt. D.Hieron. Euſebius.

353. Maximè tamen hi Doctores laborant in aſſignando Auctorem hujus libri; unde in varias ſententias abierunt, nam Lyranus, Dionyſius,Galatin. *lib.*1.*de Arcan. fidei, cap.*4. Ludovicus Vives *in cap.* 29. *lib.* 18. dicunt Philum Hebræum, qui ad Caium Caligulam Miſſus eſt legatus, fuiſſe Auctorem huius libri, quem ille ſcripſit ad conſolationem Iudæorum.

Lyran. Dionyſ. Galatin. Vives.

354. Hæc ſententia non poteſt conſiſtere, nam iſte Philo fuit poſt tempora Chriſti,& infidelis & in Iudaiſmo pertinax permanſit, & mortuus eſt. Quis credat hominem infidelem alienum à Chriſto, fuiſſe tam ſublimè illuminatum à Spiritu ſancto, ut librum Canonicum,& fidelem ſcriberet? Secundò. Liber Sapientiæ à tota Eccleſia,ac omnibus Patribus numeratur inter libros veteris Teſtamenti; Philo autem vixit poſt Chriſtum,ergo ſi Philo eſt illius Auctor numerandus erat liber in novo Teſtamento.Tertiò,hic liber Sapientiæ citatur à Chriſto Domino, ac Apoſtolis, ut jam notavi; Philo autem extitit poſt Chriſtum, & Apoſtolos;ergo non fuit Auctor huius libri.

355. Secunda ſententia tenet librum fuiſſe conſcriptum à Philone, non illo, qui vixit poſt Chriſtum, ſed ab alio Seniore;qui vixit 160. anten Chriſtum ſub Onia Pōtifice.Ita cenſent Curiel *controverſ.* 2. Michael Medina *lib.* 6.*de Recta in Deum fide, cap.*12. Driedo *lib.*1.*de Eccleſiaſticis Dogmat. cap.*4.*ad* 5. *difficult.* Canus *lib.*2 *de locis cap.*11.*ad* 5.

Curiel. Medina. Driedo. Canus.

356 Hæc ſententia non poteſt ſubſiſtere. nam talis Philonis Senioris nulla eſt mentio apud Auctores antiquos, nec apud Ioſephum, nec Euſebium,ac alios, ſed ſolùm refertur quidam Philo Byblius ex Byblo civitate Phœniciæ, homoGentilis,& idololatra,& non Hebræus: Sic ideo ſcribit Euſebius *lib.* 1. *Præparati. Evangel.cap.*6. *& lib.*8. ait, quòd ipſe ſcripſe-

257. Eugubin.

rit

rit historiam Chaldæorum, Syrorum, ac Phœnicum; quòd autem homo Gentilis & Idololatra scripserit librum Canonicum, tam sublimis, & altæ doctrinæ non est credibile.

358. D. August. Tertia sententia, quæ fuit S. August. *lib.* 2. de Doctrina Christiana. *cap.* 8. *& lib.* 17. *de Civit. cap.* 20. tenet Auctorem libri Sapientiæ, ac etiam Ecclesiastici fuisse eundem Iesum filium Sirach; & in hac sententia videntur esse D. Isidorus, Theodoret. apud Lippoman. *in cap.* 16. *Exod.* & hanc sententiam, cùm nullum pro se habeat fundamentum, retractat ipse Magnus Augustinus *lib.* 2. *retract. cap.* 4. sic ait: *De auctore libri, quem plures vocant Sapientiam Salomonis, quod etiam ipsum, sicut Ecclesiasticum Iesus filius Sirach scripserit, non ita constare, sicut à me dictum est, postea dedici, & omnino probabilius comperi, non esse ejus libri Auctorem.*

D. Isidor. Theodoret. Lippom.

359. Quarta sententia est Cornelij à Lapide argumento in Sapiētia §. *videtur ergo*, & aliorum asserentium hunc librum sapientiæ scriptum fuisse ab uno ex Septuaginta interpretibus, & nullum aliud assignatur fundamentum, nisi quædam coniectura valde frivola, quia Septuaginta fuerunt viri docti in lingua Hebraïca, & Græca. Tamen Auctores antiqui, ut Iosephus, Eusebius, D. Hieron. & etiam magis Moderni Augustin. Instinianus Opusculo de Septuaginta Interpr. Baron. *tom.* 12. *Annal. anno Christi* 231. Salmeir. *tract.* 1. *Commentar. Prolog.* 1. Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *&* 6. Sixtus *lib.* 8. *Bibliot. hæresi* 13. Salian. *anno Mundi* 3775. *à num.* 5. Isti omnes, qui ex professo tractant de Septuaginta, solùm eos cognoscunt Interpretes, & nullum ex eis auctorem alicujus libri; ergo frivolum est, & sine fundamento dicete, aliquem ex eis fuisse auctorem libri Sapientiæ.

Iosephus. Eusebius. D. Hieron. Iustin. Bellarm. Baron. Salmeir. Senens. Salian.

Verior Sententia.

360. In re valde dubia, & ardua probabilior videtur sententia, quæ affirmat Salomonem esse Auctorem huius libri. Hæc est communis sanctorum Patrum, valde conformis cum ipso Textu, & maximè cum Græco, & cum his, quæ Ecclesia Catholica canit. Est valde communis Patrum, Tertullian. *de præscript. cap.* 7. D. Cyprian. *lib.* 3. *Testim. cap.* 15. *&* 52. D. Ambros. *lib. de Parad. cap.* 7. D. Hilar. *in Psal.* 127. D. Damascen. *lib.* 4. *de fide, cap.* 18. D. Epiphan. *hæres.* 76. D. Basil. *lib.* 5. *contra Eunom. cap. penult.* D. Athanas. *in synopsi sacræ Scripturæ*, D. Nazianz. *orat.* 49. Origen. Concil. Carthag. 111. Innocentius primus. Evaristus *in sua Epistola*, Felix Papa primus, & alij multi Patres, quos citant, ac sequuntur Moderniores Driedo *lib.* 1. *de Eccles. Dogmatibus in solut.* 5. *differ.* Canus *lib* 2. *de locis, cap.* 11. *in solut.* 5. *arg.* Sixtus Senēns. *lib.* 1. *Bibl. cap. de Sapientia Salom.* & clariùs *lib.* 8. *hæres.* 9. Lahay *in Prolog. Bibl. Max. sect.* 15. *cap.* 16. & Lyran. in Glossa, & malè citatus pro contraria sententia.

Tertullian. D. Cyprian D. Ambros D. Hilar. D. Damasc. D. Epiph. D. Basil. D. Athan. Carthag. Driedo. Canus, Lahay

361. Nec sufficienter respondent adversarij ad tot, & tantos Patres, quia ex eo eum dicunt librum Salomonis, quia in eo sunt multæ sententiæ prolatæ à Salomone. At sancti Patres cùm dicunt sapientiam esse Salomonis, absolutè intelligunt totum librum esse à Salomone Auctore, aliàs dicetur etiam, hunc librum esse compositum à Davide, vel Isaia, quia in eo multa referuntur loca ex Psalmis, ac Isaia. Deinde ut refert Eusebius *lib.* 4. *Histor. cap.* 22. inquiens: *Egesippus, & Irenæus, & omnium antiquorum chorus, librum, qui adinitulatur Sapientia, Salomonis esse dixerunt, sicut & Proverbia* Atque iuxta omnes Salomon est Auctor Proverbiorum; ergo ita etiam, juxta omnem antiquorum chorum, Salomon est Auctor sapientiæ.

Eusebius

362. Probatur secundò; quia Textus Græcus est magnæ auctoritatis, Titulus huius libri in Textu Græco ita habet: *Sapientia Salomonis.* Deinde Ecclesia in solemnissimo Officio hebdomadæ sanctæ in Paraseeve ad matutinum, utitur lectionibus D. Aug. *ex tract in Psal.* 73. de iniquis loquens ait: *Verbum ipsorum agnoscimus in Sapientia Salomonis, &c.* ergo hæc sententia est D. Augustini, licèt malè citetur pro contraria sententia, & nostram resolutionem videtur Ecclesia approbare, dum talia decantat.

Græcus. D. August. Eccles.

363. Probatur tertiò, & fortiter ex ipso Textu; ex hoc libro Sapientiæ 9. *num.* 7. sic ait Salomon de se ipso. *Tu autem Domine elegisti me Regem populo tuo, & judicem filiorum tuorum, & filiarum, & dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in civitate habitationis tuæ altare ad similitudinem tabernaculi tui, quòd præparasti ab initio.* Quæ verba nec possunt convenire Syrach, nec cuilibet Philoni, nec alicui ex interpretibus, sed tantùm Salomoni; nam ipse fuit constitutus à Deo Rex in Ierusalem, cui Deus dedit multam sapientiam ad judicandum, ac ut ædificaret ipsi Deo magnificum templum, altare, & tabernaculum, *lib.* 3. *Reg. cap.* 3.

Sap. 9.

3. Reg. 3.

364. Respondent adversarij, quòd sæpè in actione aliqua persona valde eminens in aliqua facultate introducitur loquens tanquam in propria persona, quamvis non sit ipsamet persona, ut sæpe sæpius facit Plato in suis dialogis; sic & ipse Salomon hîc introducitur loquens, quamvis non sit ipsemet Auctor libri.

Plato.

365. Sed contra hanc responsionem primò. Verba scripturæ debent accipi in proprio sensu, ac genuino, si aliunde non sequitur aliquod absurdum, aut aliquid contra veram, & sanam doctrinam, aliàs si verba non accipienda sunt in proprio, sed in sensu improprio nulla est veritas certa in Scriptura; atqui quòd in præsenti Salomon propriè in sua persona propria intelligatur loquens, nullum inde sequitur absurdum contra veritatem, aut fidem; ergo ita est tenendum. Secundò, sæpè in hoc libro sapientiæ introducuntur loquentes, impij, & justi, & non in prima persona, sed in tertia, tanquam quòd Auctor huius libri, eorum dicta, ac sententias referat, cap. 2. n. 1. *Dixerunt impii cogitantes apud se non rectè*; & iterum num. 21. *Hæc cogitaverunt, & erraverunt*, & cap. 3. num. 10. *Impij autem secundùm quæ cogitaverunt*, & cap. 4. num. 17. *Videbunt finem sapientis*; sic & de justis, cap 4. num. 11. *Raptus est ne malitia*; & n. 13. *Consummatus in brevi explevit tempora multa.* Cum ergo in hac actione de his non loquitur in prima persona, sed in tertia, tanquam eorum dicta, ac facta referens, & solùm de Salomone agitur in prima

Sap. 2. Sap. 3. Sap. 4.

perſona. Quænam huius diſcriminis ratio? Quia Salomon loquitur de ſe in propria perſona, ut Auctor libri, & rem ſcribens.

Ad Argumenta.

366. Ad primum argumentum dicimus, quòd hîc liber ſcriptus eſt à Salomone Hebraïco idiomate, & licèt modo non habeatur Hebraïco idiomate, nec à multis Patribus fuerit habitus, tamen D.Iſidorus vir magnus ſapientia, & virtute, *lib. 1. de Officiis Eccleſiaſticis, cap. 12.* teſtatur Hebraicè ſcriptum à ſe viſum fuiſſe? quod etiam fatetur Cornelius contrariæ ſententiæ ſuprà citatus, §. *verùm longè*. Secundò dicimus, quòd ipſe Codex Hebraicus iniuria temporis periit, ſicut perierunt vigin libri ſacræ Scripturæ, ut retuli ſuprà, *reſol. 1. quæſt. 4. num. 46.* Deinde ſunt graves Auctores, qui dicunt, quòd Hebræi non antiqui, ſed moderni, hunc librum Sapientiæ ſuppreſſerunt, quia in eo maximè arguitur, & condemnatur Iudæorum nequitia, ac malitia, qua conſpiraverunt contra Chriſtum Dominum, ut patet *ex cap. 2. num. 17.* & multis aliis locis.

D.Iſidor. Cornel.

397. Argumentum ſecundum deſumitur ex auctoritate D. Hieronymi. *Epiſt. ad Chromantium*, ubi ait *Stylus libri ſapientiæ, qui Salomonis inſcribitur, Græcam redolet eloquentiam.* Idem videtur dicere D. Auguſt. *lib. 2. de Doctrina, cap. 8. & lib. 17. de Civit. cap. 20.* & confirmat D.Hieron. *lib. de viris Illuſtribus*; facit Catalogum de operibus Salomonis, intra quæ nullam facit mentionem de libro Sapientiæ; ergo juxta D.Hieron. ſapientia non eſt opus Salomonis, quod idem videtur tenere Euſeb. *lib. de Hiſtor. Eccleſ. cap. 18.*

D.Hieron. D.Auguſt. Euſebius.

368. Reſpondetur, quòd ille Codex Sapientiæ, quem D. Hieronymus habuit præ manibus, erat Codex Græcus, ut ipſemet ſanctus Doctor fatetur, qui Codex ex Hebræo traductus fuit ab aliquo viro Græco multa eloquentia in idiomate Græco, inde rectè ait D. Hieronymus, quod redolet Græcam eloquentiam. Similiter dicendum eſt ad Auguſtin. Ad confirmationem dic, quòd D.Hieronym inter opera Salomonis non computat librum Sapientiæ; tùm quia liber non erat Canonicus, & quia Hebraicè non reperiebatur. His rationibus adductus magnus ſanctus Doctor non eſt auſus in hac re aliquid affirmare, vel negare. Cur autem Hebraicè non reperiebatur iam modò in primo argumento ſupra dixi. Ad id autem quod dicitur de fabulis Poëtarum nullius momenti eſt, nam multi Poëtæ Græci, ut Homerus, & alij fuerunt ante Salomonem, ad quorum carmina, & dicta potuit ipſe alludere.

D. Hieron.

Operis argumentum.

369. Ipſum nomen Sapientiæ, in titulo libri appoſitum argumentum operis optimè declarat; nam, ut ait D. Iſidorus *lib. 3. etymolog. ſapientia eſt ſapidæ ſcientia*, hoc eſt magna, & præclara ſcientia, & ſapientia tripliciter conſiderari poteſt, ut advertit Lorinus. Primò latè, prout unuſquique in ſua arte peritus, ac bene inſtructus dicitur ſapiens. Secundò, expreſsè pro dono Spiritus ſancti. Tertiò, ut in præſenti, pro recto, & compoſito, cum vera cognitione, ac timore Dei, ac reverentia eius maieſtatis, à quo ſecundùm opera, unuſquiſque recipit retributionem ſecundùm ſua merita, vel demerita, ut dicitur infra in hoc libro Sapientiæ, *cap. 6. numer 18.* & Eccleſiaſt. 11. Proverb. 11. & Deuteron. 4. & 5. & latè diſſerit Lactant. *lib. 3. de vera ſapient. cap. 11. & lib. 4. cap. 3.*

D.Iſidor. Sap 6. Eccleſ. 11. Proverb. 11 Lactantius.

QUÆSTIO XX.

Quis ſit Auctor libri Eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

370 *De nomine libri, eiuſque auctoritate Canonica.*
371 *Prologus an ſit Canonicus, & n. 372.*
373 *Multi dixerunt librum eſſe compoſitum à Salomone.*
374 *Compoſitus eſt à Ieſu Sirach, & n. 375.*
376 *Non obſtat quòd à multis Patribus dicatur compoſitus à Salomone.*
377 *Compoſitus eſt liber lingua Hebraica.*
378 *Explicatur quis eſſet iſte Ieſus Siracides Auctor libri.*

HIc liber dicitur Eccleſiaſticus iuxta Iſidorum Clarum, quia utiliſſimus eſt univerſæ Eccleſiæ Dei. Contra auctoritatem huius libri oblatrant Heretici, Lutherus *tom. 2. colloquiorum de libris veteris teſtamenti.* Calvin. *in antidoto.* Relicta Hæreticorum impietate certum de fide eſt librum Eccleſiaſtici, eſſe Canonicum, ut definitum eſt in Concilio Trident, *ſeſſ. 4.* in Florent. *in inſtruct. Armenorum*, in Chartag. 3. *can. 43.* & Gelaſius Papa in Concilio Romano, anno Chriſti 494. & inter libros Canonicos illum ponit, ac annumerat, illúmque ut Canonicum patres tam Græci, quam Latini, maximè venerantur, & citant, quos larga manu citat, ac refert Cornel. à Lapide in Prologo huius libri cap. 1.

370. Calvin. Trident. Florent. Carthag. Gelaſius.

Tota controverſia in hac materia eſt, an Prologus hujus libri, qui incipit? *Multorum nobis, &c.* ſit etiam ſcriptura Canonica: In qua re maximè decipitur Abulenſ. *Præfat. in 1. Paralip. cap. 17.* qui aſſerit eundem eſſe Auctorem Prologi, & libri Eccleſiaſtici, ſcilicet Ieſum iuniorem, & contrarium expreſsè conſtat ex ipſomet Prologo, in quo hîc iunior teſtatur, quòd à ſuo avo acceperit.

371. Abulenſ.

An iſte Prologus ſit Canonicus? eſt quæſtio. Dubitant Ianſenius apud Serarium citandum, & Pina in Eccleſia, itaut nihil audeant affirmare. Tamen affirmant Gretſerus *tom. 1. defenſ* Bellarm. *cap.* Bonartius, Tirinus *in Eccleſiaſtic.* Bonfrerius *in Prolog. cap. 4. ſect. 14.* Serarius *in Prolog. cap. 8. quæſt. 17.* Fr. Anton. à Matre Dei *citat. num. 199. §. ſed Canon.* Altera ſententia, quæ probabilior videtur, negat eſſe Canonicum. Ita Scalante *lib. 4. Clypei. cap. 43.* & Cornelius *in Prolog.* Et ratio eſt, quia Jeſus iunior, qui compoſuit prologum, non fuit Auctor, ſed interpres libri, ut ipſemet explicat in prologo, & interpres non cõdit ſcripturam, ſed interpretatur. Deinde Eccleſia approbat ipſum librum Eccleſiaſtici, prologus autẽ eſt

372. Ianſen. Pina. Gretſerus. Bonart. Tyrin. Fr. Anton. Scalante. Cornel.

extra

extra corpus libri, maximè quando eſt ab alio Auctore diverſo. Nec obſtat, quòd Prologus ſit in ipſa Biblia, ad quod reſpondendum *quæſt. ſequenti.*

Auctor libri.

373. Hugo. Circa auctorem huius libri multa olim varietas opinionum, Cardinalis Hugo *in Præfatione huius libri*, ait incertum eſſe Auctorem. Tamen graviſſimi Patres tenuerunt hunc librum fuiſſe ſcriptum à Salamone. Ita Anacletus Pontifex *epiſt.* 2. D. Baſilius *in Regulis diſp. reſp.* 17. D. Chryſoſt. *in Pſalm* 134. S. Maxim. *homil.* 2. *de Paſch.* D. Leo *ſerm.* 1. *de Quadrageſ. cap.* 3. D. Gregor. *homil.* 1. *in Ezechielem*, Caſſiodorus *in Pſalm.* 55.

Anaclet. D. Baſil. D. Chryſ. D. Max. D. Leo. D. Gregor. Caſſiodor.

374. Tamen certiſſima, & vera ſententia abſque ullo dubio eſt Auctorem huius libri Eccleſiaſtici non eſſe Salomonem, ſed Ieſum Sirach Ieroſolymitanum. Sic tenet univerſa Eccleſia, & ſic apertè dicitur non ſolùm in Prologo huius libri, ſed etiam *cap.* 50. *num.* 29. dicitur *Doctrinam ſapientiæ, & diſciplinæ ſcripſit in Codice iſto Ieſus filius Sirach Ieroſolymita*, Eccleſ. 50. Sicut ergo contenta in hoc libro Eccleſiaſtico ſunt Canonica, & de fide credenda, utpote dicta ab Spiritu ſancto, ſic de fide credenda, quæ in hoc *cap.* 50. continentur, ac proinde, quòd Ieſus filius Sirach in Codice iſto ſcripſit hæc. Confirmatur, quia in ultimo ſuorum Canonum articulo jubent adoleſcentes Chriſtianos addiſcere Sirach ſapientiam. Ita ſancti Patres, D. Auguſt. *lib.* 2. *de Doctrina Chriſtiana, cap.* 8. D. Hieron. *in cap.* 9. *Danielis.* ſequuntur Euſebius *lib.* 8. *de præparat, cap.* 2. D. Athanaſ. *in ſynopſ. de Eccleſiaſtico*, Procopius Gazæus *Præfatione in Geneſi*, D. Epiphan. *lib.* 2. *hæreſ* 8.

Eccleſ. 50. D. Auguſt. D. Hieron. Euſebius. D. Athan. Procop. D. Epiphan.

375. Et quamvis tot, & præclariſſima teſtimonia deeſſent, ipſa veritas luce meridiana clarior appareret; nã Auctor huius libri Salomonis facit mentionem, & aliorum Regum, qui poſt Salomonem floruerunt, nempe Roboam, Ezechiæ, Ioſiæ; tum etiam meminit Prophetarum, qui multo tempore elapſo poſt Salomonem reſplenduerunt, ut Patentis Eliæ, & Eliſæi, ac Simonis filij Oniæ.

376. Nec contra hoc militat, quia multi Patres, ut ſuperiùs vidimus, appellant hunc librum Salomonis, quod ex multiplici cauſa factum eſt, ut ait D. Athanaſius citatus, quia Eccleſiaſticus habet multas morales ſententias, in quibus videtur imitari Salomonem. Secundò ut tradunt Driedus *lib.* 1. *de ſcriptura Eccleſiaſt. cap.* 3. & poſt eum Bellarm. *lib.* 1. *de verbo Dei, cap.* 14. & prior omnium noſter inſignis Vualdenſ. *lib.* 1. *Doctrinalis fidei, art.* 2. *cap.* 20. quia ideò dicitur hic liber Salomonis, quia hic liber depromptus eſt ex Salomone, partim ex his, quæ erant edita ab eo, partim ex his, quæ ut Salomonis per omnia ora verſabantur; nam Salomon multa, dixit, ac dictavit, quæ non ſunt ſcripta 3. Reg. 6. *n.* 32. Tunc Siracides illa Salomonis ſparſa aliquibus abditis hunc librum compoſuit Tertiò Paulus de Palacio ait, quod Ieſus filius Sirach ob ſuam eximiam ſapientiam vulgariter appellatus eſt Salomon, & inde liber ſcriptus vulgariter liber Salomonis appellabatur.

Driedus. Bellarm. Vualden. 3. Reg 4.

Quæres; in qua lingua hic liber ſcriptus ſit 377. Reſpondeo Hebraico idiomate; utpote lingua patria, & quia ſuis compatriotis naturalibus Siracides hunc librum ſcribebat; ergo in eorum lingua ut ab eis intelligeretur, D. Epiphan. *lib. de Ponderibus*, ſic ait; *Ieſus, qui ſapientiam illam ſcripſit Hebraicè, ita ut nepos eius eam ſit interpretatus Græcè.* Quòd etiam Docet D. Hieron. *in Præfatione ad hunc librum* à D. tamen Hieronymo non eſt in latinum redditus, ſed ab alio antiquiore, nam eadem verba, quæ in noſtra vulgata Latinè habentur, citantur à Patribus D. Hieronymo, antiquioribus, ut ſunt Clemens I. *epiſt.* 5. Evariſtus *epiſt.* 1. adducens verba illa Eccleſiaſt. 14. *Gyrum cœli circuivi ſola, &c.* Alexand. I. *epiſt.* 3. Calliſtus I, *epiſt.* 1.

D. Epiphan. D. Hieron. D Hieron. Clemens Evariſt. Alexand. Clemens.

378. Quæres tamen, quis ſit iſte Ieſus filius Sirach? Reſpondeo, quòd Sirach extiti t civis Ieroſolymita, ut conſtat *ex cap.* 50. *n* 29. Eius proſapia eſt in hunc modum. Syrach valde antiquus, & veluti caput totius generationis genuit Jeſum, qui dicitur ſenior, & hic eſt, qui compoſuit hunc librum Eccleſiaſticum. Hic Ieſus ſenior genuit Sirach iuniorem, cui pater moriens Eccleſiaſticum à ſe compoſitum reliquit Iſte Sirach genuit Ieſum iuniorem, qui Eccleſiaſticum, ab avo ſcriptum, ut ipſemet teſtatur in Prologo, ex Hebræo in Græcum idioma traduxit.

Eccleſ. 50. Prolog.

379. Iſte Ieſus ſenior, Auctor Eccleſiaſtici, fuit vir valde præclarus ſapientia, & maximè prædoctus in ſcriptura, ut patet ex ipſo Prologo, & *ex cap.* 51. *n.* 18. Vnde à multis vocabatur Salomon, ut iam dixi. Fuit valde magnus, & princeps habitus, ut ipſemet teſtatur cap. 51. num. 13. *Exaltaſti ſuper terram habitationem meam.* Fuit etiam Propheta. Siceum appellant S. Anaclet. *epiſt.* 2. S. Evariſt. *epiſt.* 1. S. Chryſoſtom. *in cap.* 6. *Geneſ.* Optatus Milevit. *lib.* 4. *contra Donatiſt.* Cæſarius Arelatenſis *homil.* 15. & communiter alij Patres, ut patet *ex cap.* 44 *num.* 16. & *cap.* 48. *n* 10. ubi vaticinatur adventum Eliæ, & Enoch in fine mundi, & Chriſti Domini deſcenſum ad inferos *cap.* 24. *num.* 45. Per varias regiones peregrinavit, & deſcendit in Ægyptum, ut patet ex Prologo, ubi Eccleſiaſticum compoſuit, tempore Ptolomæi Philadelphi, qui Septuaginta duos interpretes congregavit, ex quibus unum hunc Ieſum ſeniorem fuiſſe tradunt Genebrard. *in Chronolog. lib.* 2. Arieſtas in Hiſtoria 72.

Eccleſ. 51. S. Anaclet. S. Evariſt. S. Chryſoſt. Optatus Eccleſ 44. Eccleſ. 24. Genebrard Arieſtas.

QUÆSTIO XXI.

De Threnis Ieremiæ, ac ejus præfatiuncula an ſit Canonica Scriptura.

SUMMARIUM.

380 *Threni Ieremiæ ſunt Canonici.*
381 *Quod Præfaciuncula ſit Canonica affirmat prima ſententia cum ſuis fundamentis, & num.* 382.
383 *Secunda, & vera ſententia negat, n.* 384. 385.
386 *Reſpondetur ad primum, ſecundum, & tertium argumeneum, & n.* 387. 388.

389 *Miro*

389 *Miro artificio per literas alphabeticas diſpoſuit Propheta.*

390 *Cur quadruplici alphabeto per quatuor capita diſponuntur Threni.*

391 *Vna ſententia affirmat, quòd Ieremias compoſuit lamentationes tempore Regis Ioachim.*

392 *Vera ſententia in morte Regis Ioſiæ.*

Deplorat mortem Ioſiæ Regis, excidium Ieruſalem, ſublimius, & altiùs Chriſti mortem.

380. THrenus ex ſua ſignificatione iuxta radicē nominis Hebraïci & Græci, idē eſt ac fletus, ſeu lamentatio, & cùm totus Textus Ieremiæ, ſeu eius libri Prophetiæ cum Threnis ſit Canonicus, & deſide ut certum eſt apud omnes, quod etiam hæretici fatentur, maximè tamen dubitatur, an præfatiuncula, quæ affigitur ante ipſum primum caput, & incipit: *Factum eſt autem, &c.* ſit Canonica.

181. Bonart. Gretſerus. Delrius. A Coſta. Tirinus. Prima ſententia in hac re affirmat eſſe Canonicam, ita tenet Bonartius *in Eccleſiaſtic. cap.* 49. *num.* 2. Gretſerus *lib.* 1. *defenſori Bell. cap.* 14. §. *eaſdem ob cauſas*, Delrius, à Coſta, Tirinus *ſuper Trenos. probant.* Primò, quia in Bibliis correctis ex mandato Sixti V. Clemētis VIII. in præfatione ad Lectorem, ex mente, & voluntate Pontificis dicitur: *In hac editione, nihil nō Canonicum, nihil adſcriptitium, nihil erroneum apponere viſum eſt.* Et hac de cauſa à cōrpore Bibliæ excluditur tertius, & quartus libri Eſdræ, oratio Manaſſes; in copore autem Bibliæ hæc præfatiuncula ponitur; ergo eſt Canonica, ut cætera contenta in Biblia.

282. D. Hieron. Secundò, quia Tituli, & Præfationes Divi Hieronymi, in hac nova editione, extra ordinem ſacrorum librorum ponuntur, quia non ſunt Canonica: ergo cum hæc præfatiuncula, de qua loquimur, remaneat in ipſo corpore Bibliæ, pro Canonica reputanda eſt. Tertiò, quia quæ ſunt in corpore Bibliæ, ut Canonica habentur ab omnibus, & ideò hac de cauſa ut Canonica recipiuntur *Prologus Eccleſiaſtici* Præfatio Ieremiæ Epiſtolæ, quæ eſt, *in cap.* 6. Baruch, & præfationes D. Lucæ, tam quæ habetur in capite primo ipſius Evangelij quam quæ habetur in exordio capitis primi actuum Apoſtolorum.

Baruch. 1.

383. D Bonav. Lyran. Franc. Luc. Carthuſ. Agellus. Sanchez. Corneliut. Senenſis. Salian. Bonfrerius. Lorca. Fr. Anton. Oppoſita ſententia eſt communior, & verior, quòd nempe talis præfatiuncula non ſit Canonica. Et pro hac ſtant multi, & graviſſimi Auctores, D. Bonavent. Lyran. Franciſcus Lucas, Carthuſian. Agellus, Sanchez, Chriſtophorus à Caſtro, Cornel. à Lapide Sixtus Senenſis *lib.* 1. *Biblioth.* §. *de ſcripturis apocryphis*, Salian. *anno mundi* 3447. *num.* 43 Bonfrerius *in proloquiis, c.* 5. *ſect.* 7. Lorca *lib.* 1. *de locis*, Galarza *lib.* 4. *Inſtit. cap.* 8. ex noſtris Joannes à Jeſu Maria *Canone* 2. *ad lamentationum intellectum*; Fr. Anton. à Matre Dei *in Iſagoge ſcript. Prælud.* 1. *dub.* 8. *diſgreſſ.* 3. *ſectione* 3. *num.* 1.

384. Hebræus. Syrus. Chaldæus. Arabicus. D. Hieron. Theodot. Euſebius. Paſchaſ. Rabban. Rupert. Probatur, primò. Quoniam hæc præfatiuncula in Hebræo, Syro, Chaldæo, & in Arabico Textu non habetur, nec illius mentionem faciunt antiquioris ſæculi Patres, ut D. Hieron. Theodoret. imò Euſebius eam expreſſe reiicit, ut teſtatur Agellus, nec medij ſæculi Patres, ut Paſchaſius, Rabbans, Rupertus, Hugo de ſancto Victore; ſed tantùm in verſione apud Septuaginta extat. Unde ab illis videtur addita; illi autem interpretes dumtaxat fuerunt, non ſcriptores Canonici.

385. Hebræus. Probatur ſecundò. Quia Hebræi communiter libros nominant à prima eorum voce, ut ſuprà dixi *quæſt.* 4. *num.* 229. Atqui Trenorum liber ab ipſis vocatur *Echa*, id eſt *quomodo*, quæ eſt prima vox primi capitis; ergo præfaciuncula, quæ eſt ante illud primum caput, non eſt pars illus libri Canonici; & ideò Eccleſia feria quarta maioris hebdomadæ, cum Threnos legit ſic ait, *Incipit lamentatio Ieremiæ Prophetæ. Aleph. Quomodo ſedet.* Cum ergo Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 4. præcipiat libros Canonicos recipi, prout in Eccleſia legi conſueverunt; hæc autem præfatiuncula nunquam in Eccleſia lecta eſt; ergo Canonica non eſt. Confirmatur; quia in ipſa præfatiuncula dicitur: *Factum eſt poſtquam in captivitatem reductus eſt Iſraël, & Ieruſalem deſerta eſt.* Atqui has lamentationes compoſuit Ieremias ante captivitatem populi, & deſtructionem Ieruſalem, juxta communem ſententiam, ut dicam in hac.

Eccleſia. Trident.

386. Reſpondetur ad primum; quòd ſi in præfatione Bibliæ dicitur: *In hac editione nihil non Canonicum, apponere viſum eſt*, dicimus, quòd illud *ibi* ſic ſcriptum habetur, factum eſt ab aliquo Doctore, vel Doctoribus, qui tali emendationi præfuerunt, ut advertit Serarius *in Prologo, cap.* 19. *quæſt.* 16. Inde infert, quòd falſum eſt dicere illud factum fuiſſe ex mente ac voluntate Pontificis. Ne inde inferas, quod ſaltem ex mente illorum Doctorum illa Præfatiuncula erit Canonica; non inferas hoc, quia illud *In hac editione nihil non Canonicum apponere viſum eſt*, reſtringendum ad ipſam literam Textus; nam in Biblia eſt diviſio Capitulorum verbi gratia hoc eſt caput primum, hoc eſt caput ſecundum, & tamen ut bene notat noſter Fr. Anton. à Matre Dei *citatus num.* 197. ait, quòd ſine controverſia illa diviſio Capitulorum non eſt Canonica, & quòd ſi detur liber ſine tali diviſione erit Canonicus, ſicut Geneſis dicitur in Biblia, quod Hebraïcè dicitur *Bereſith.* & tamen ſi detur Biblia ſine tali tranſlatione verbi gratia Liber Genenſis, Liber Exodi, talis liber erit canonicus, ac proinde cum dicitur, *nihil non Canonicum apponere viſum eſt*, hoc eſt in ipſo corpore Textus.

Serarius. Fr. Anton. Geneſis.

387. Ad ſecundum reſpondetur, quod Præfationes D. Hieronymi in hac emendata editione excluſæ, quia erant novæ, ac recentes, & extraneæ, & non valdè antiquæ, & ab antiquo tempore in ipſa Biblia, ut iſta Præfatiuncula, quæ antiquiſſima eſt, utpote à Septuagiuta facta, quæ iam tot ſæculorum tempore præceſſit, & ab auctoritate ſeptuaginta, quæ valde magna eſt, tanquam appendicula poſita eſt in ſcriprura.

388. Ad tertium dicimus, quòd Prologus Eccleſiaſti, de quo dixi ſuperiori quæſtione, *num.* 371. iuxta multos non eſt Canonicus, & eſto quod admittatur iuxta alios, in illo Prologo loquitur Siracides in propria perſona, indicans rationem, quomodo illum librum acceperit ab Avo ſuo, quod multum conducit ad auctoritatem ejus, at in hac Præfatiuncula loquitur de Ieremia per tertiam perſonam

perſonam *ſedit Ieremias, & planxit.* In quo oſtenditur, Præfatiunculam eſſe ab alio ſcriptam, & non ab ipſo Propheta. Ad id autem, quod *dicitur de Præfat. Epiſtol. Ieremiæ, in Cap.* 6. Baruch, & de Præfatione apud D. Lucam tam in Evangelio, quam in actis eſt multum diſpar ratio; nam iſtæ præfationes ſunt in corpore Textus, poſt ipſum Caput, verdi gratia apud Lucam in Evangel. dicitur *cap. primum*; tunc dicitur. *Quoniam quidem multi conati ſunt.* Et ſic in actis Apoſtolorum, & ſic apud Baruch, poſtquam dicitur caput ſextum, ponitur illa Præfatiuncula; At verò hic epigraphe præfigitur ante primum caput Threnorum, utpote extra illud.

Baruch. 6.

Luc. 1. Actor. 1.

Artificium.

389. Miro artificio procedit Propheta in his lamentationibus per literas alphabeticas ſuo ordine, *Aleph, Beth, Gimel*, & unaquæque in principio cuiuſlibet verſus affigitur. Quæres tamen, quænam ratio fuit Propheræ, ut tali methodo ſcriberet? S. Thomas, Rupertus, Hugo, dicunt aliquid myſterij in hoc contineri, quod nos latet. Lyranus, Vatablus dicunt, quod in his literis Hebraicis nullum aliud myſterium latet, niſi in ipſiſmet literis, ac ſi eorum etyma velis interpretari, quibus accedere videtur D. Hieronymus Epiſtol. 15. ad Paul. Vrbicam. Rupertus ait quod nos, ac Iudæi tanquam pueri voluit Propheta, ut inſtrueremur ad cordis compunctionem, vitæ emendationem. Dicendum exiſtimo, quod ut res magnæ in memoria retineantur, aliqua exteriora ſigna dantur, ut recordemur: Sic & Chriſtus D. dedit Petro in ſignum ſuæ futuræ negationis galli cantum, ut audita voce *Matth.* 26. de Chriſti prædictione recordaretur; cùm ergo quæ in his Threnis aguntur, maximè expediant, & neceſſaria ſint, ut nunquam è memoria excidant, per notas alphabet cas diſpoſuit Propheta, ut illis viſis ad illorum memoriam inducerentur homines, ut nunquam in oblivionem abirent.

D. Thom. Rupertus. Hugo. Lyranus. Vatablus.

D. Hieron.

Matth. 26.

390. Maximè notandum, quòd Propheta quadruplici alphabeto iuxta quatuor capita ordinat Threnos. Et cur tot alphabetica ponit Ieremias in his ſuis lamentationibus: Sunt qui dicant cum Cornelio, ut denotetur quòd Ieremias non ſolùm hîc deplorabat peccata Iudæorum, ſed etiam quatuor plagas orbis, ac totius mundi. Dicam etiam, quòd quadruplici alphabeto deplorat propheta cauſam ruinæ Iudæorum, ac omnium regnorum mundi, quæ naſcitur ex defectu quatuor Cardinalium virtutum, quia nempe in Iudæis non erat fortitudo, ac conſtantia, ut perſeverarent in obſequio veri Dei, ſed *abierunt poſt Deos alienos.* Quia in eis non erat juſtitia, & hæc eſt cauſa deſolationis omnium Regnorum; Iuſtitia *habitavit in ea*; Alij *dormivit in ea.* Et quia non erat in eis temperantia, ſed tanquam *equi effræni unuſquiſque abiret poſt voluntatem carnis.* Et quia in eis non erat prudentia ad rectè agendium, ac operandum, *Fugit ab eis mens, & conſilium.* Hunc quadruplicem virtutum defectum, omnium Regnorum ruinam quadruplici alphabeto deplorat Ieremias.

Cornelius.

Tempus, quo Ieremias has lamentationes compoſuit.

391. Multæ, & variæ ſunt ſententiæ de hac re, ut videre eſt apud Leonem Caſtrenſem. Quas probabiliores referam. Prima affirmat, quod decem, & octo annis, nempe quarto anno Regni Ioachim, antequam Jeroſolyma eſſet à Chaldæis devaſtata, Ieremias ſpiritu prophetico prævidens talem deſolationem, eam his lamentationibus deplorat hoc libro, quem librum dicunt Commentatores à Ioachim rege fuiſſe combuſtum. *Ierem.* 36. *num.* 13. & ſtatim iuſſu Dei ab eodem Propheta reparatum eſſe. *Ierem. ibidem.* 32. Ita multi Rabbini, quos ex Catholicis ſequuntur Salmeir. *Prolog. 9 Can* 4. Petrus Figueiro apud Acoſtam, Scholia Vatabli. Falſitatem huius ſententiæ ex multis intendit colligere Sanchez *ex cap.* 36. *Ieremiæ.*

Caſtro.

Ierem. 36.

Rabbani. Salmeir. Vatablus.

Sanchez.

392. Communis, ac vera ſententia eſt, hos Threnos compoſitos fuiſſe à Ieremia in morte Rehis Ioſiæ, ut patet ex Divo Hieronymo ſuper *cap.* 12. *Zachariæ num.* 11. & ſic ait: *Ioſias Rex juſtus à Pharaone cognomento Nechao vulneratus eſt, ſuper quo lamentationes ſcripſit Ieremias, quæ leguntur in Eccleſia, & ſcripſiſſe eum Paralipomenon*, dicitur *lib.* 2. *cap.* 35. Ioſephus *lib.* 10. *Antiquit. cap.* 6. *de Ioſia*, ſic inquit, *Sed & Ieremias Propheta pro morte eius carmen lamentabili modulatione compoſuit, quod hactenus noſcitur permanere.* Sequuntur hanc ſententiam antiqui Hebræi, Paraphraſtes Chaldæus: ex Patribus D. Hieronym. D. Thom. D. Bonav. Hugo Rabbanus, Carthuſianus *in Threnos*, & ibi Recentiores Malveda, Mariana, Maldonat. Abulenſ. *Præfat. in lib. Reg. q.* 14. & *in* 4. *Reg.* 23. *quæſt.* 2. & probant ex *Paral.* 2. *cap.* 35. *num.* 24. ubi de Joſia ſic dicitur. *Sepultus in Mauſoleo Patrum ſuorum, & univerſus Iuda & Ieruſalem planxerunt eum, Ieremias maximè, cuius omnes cantores, atque Cantatrices, uſque in præſentem diem lamentationes ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſraël, ecce ſcriptum eſt in lamentationibus*, illis ſcilicet, quas Ieremias compoſuit. Ecce quantum deviatur à veritate, dum contra communem ferè omnium ſententiam, dicitur in Præfatiuncula, quòd Ieremias compoſuit has lamentationes, *Poſtquam in captivitatem ductus eſt Iſraël.*

D. Hieron.

Chaldæus. D. Hieron. D. Thom. D. Bonav. Hugo. Rabbanus. Carthuſ. Abulenſ. 1. Par. 35.

393. Dicendum eſt ergo Ieremiam compoſuiſſe hos Threnos in morte Regis Ioſiæ, *viginti duobus annis*, ante Ieroſolymæ deſolationem, ac populi captivitatem in Babyloniam, quam ſpiritu prophetico prævidit Ieremias, & inde maximè eam deplorat, & ſublimiùs, & altiùs elevavit Propheta mentem ſuam ad Chriſti mortem, quam ſuper omnia magno lachrymarum imbre, ac intimo dolore deplorat, ac deflet, ut nunquam deficiant lachrymæ ab oculis eius.

QUÆSTIO XXII.

De quatuor Prophetis maioribus cum Baruch.

SUMMARIUM.

394 *Quatuor Prophetæ maiores Canonici ſunt*
395 *Iſaias Propheta Evangelicus Martyr occubuit.*
396 *Scripſit ſuum librum; Canticum, autem eſt Ezechiæ Regis.*
397 *Ieremias moritur lapidatus.*
398 *Auctor ſui libri, & aliorum, qui non extant.*
399 *Ezechiel non eſt Pythagoras, ſed vir Sanctus, & Martyr.*
400 *Scripſit ſuum librum, & alterum, quem non habemus.*
401 *Daniel vir Sanctus, & Martyr habitus.*
402 *Scriptor ſui libri, & hiſtoriæ Draconis, & n.*403.
404 *Baruch Auctor Canonicus, & num.* 405. 406. & 407.
408 *Auctor ſui libri Baruch, & n.* 409.

394. QUatuor ſunt Prophetæ Majores, ſcilicet Iſaias Ieremias, Ezechiel, & Daniel, quorum libros eſſe Canonicos definitum eſt in multis Conciliis, Carthaginenſi, Tridentino, Florentino; quod etiam Hæretici fatentur, & multi, ut Lutherus, Calvinus, & alij commentantur ut Iſaiam, Ieremiam, & alios

Trident. Florent.

Iſaias.

395. Cum Iſaias valdè ſublimè, & altè, ac ad vivum explicat omnia Chriſti myſteria, dictus eſt Propheta Evangelicus; unde ait D. Hieronymus in Prologo, *Qui Iſaiam legerit, verſari ſe putet in Evangelio* Floruit circa annum Mundi 3137. ante Chriſtum natum pene 813. ſub Manaſſe Rege; ſerra diſſectus eſt à Capite, ut tradunt D. Dorotheus, D. Epiphanius, D. Iſidorus in vita Iſaiæ. D. Hieronymus lib. 15. in Iſaiam. D. Chryſoſtom. epiſtol. ad Cyriacum, & de eo ſic habet Martyrolog. Romanum. 6. die Iulij: *In Iudæa ſancti Iſaiæ prophetæ, qui ſub Manaſſe Rege ſectus in duas partes occubuit.* & D. Iuſtinus in Dialog. contra Tryphonem, & Tertullian. lib. 3. contra Marcion. Serram fuiſſe ligneam, ut tormentum eſſet prolixius, & crudelius, dicunt.

D. Hieron. Salianus. D. Doroth. D. Epiphan. D. Iſidor. D. Hieron. D. Chryſ. Martyrol. Romanum. D. Iuſtin. Tertullian.

396. Auctor eſt ſui libri ſeu Prophetiæ, ut initium ipſius libri demonſtrat, dicens: *viſio Iſaiæ Prophetæ filij Amos*, & Maximè dubitatur an Canticum illud, quod habetur cap. 38. *Ego dixi in dimidio dierum meorum*, decantatum pro ſanitate Regis Ezechiæ, cum convaluiſſet: An pronuntiatum fuerit ab ipſomet Rege, velut aliqui volunt, an ab ipſo Iſaia, in perſonna tamen Regis? Primum mihi videtur probabilius, tum ex ſtylo, tum Titulo in ipſo *cap.* 38. *n.* 9. ubi dicitur, *Scriptura Ezechiæ Regis cum ægrotaſſet, & convaluiſſet ab infirmitate ſua*; & inde Arias Montanus arbitratur, iuſſu Ezechiæ huius Cantici varia exemplaria miſſa fuiſſe per varias regiones, ut notitia, ac memoria tanti beneficij ad omnes perveniſſet: Cumque Iſaias Regis mortem, ac ſalutem denunciaſſet, inde Propheta narrans hanc hiſtoriam, ejus Canticum inter ſua ſcripta apponit.

Iſai. 38. Titulus Cantici. Arias.

Ieremias.

397. Præclariſſimus Propheta, in utero materno ſanctificatus, de quo ait D. Hieronym. in Prologo, *Virginitate ſua Evangelicum virum Chriſti Eccleſiæ dedicans.* Cùm in Ægyptum eſſet delatus, & prædixiſſet Regem Ægypti Pharaonem, qui dictus eſt *Ephree*, vel *Vaphre*, à ſuis lapidatus, ut communiter teſtantur Sancti Patres, D. Hieronymus, Tertullianus, Dorothæus, D. Epiphanius, & alij: & teſtatur Martyrol. Roman. 1. die Maij: *In Ægypto Sancti Ieremiæ Prophetæ, qui à populo lapidibus obrutus apud Taphnas occubuit.* Quod contigit anno mundi 3448. ante Chriſtum natum 605. apud Salianum *ibi n.* 15.

Ieremi. 32. D. Hieron. Tertull. Doroth. D. Epiphan. Mart. Rom. Salian.

398. Ieremias ſcripſit librum ſuæ Prophetiæ, ut patet ex eius exordio, *Verba Ieremiæ filij Helciæ, &c.* Quem librum ipſo Ieremia dictante ſcripſit Baruch eius Amanuenſis, ut patet *ex cap.* 32. *num.* 4 Aliud volumen ſcripſit Ieremias, quem per Sariam miſit in Babyloniam, dicens ei, ut librum legeret in Babylonia. *Cumque compleveris legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidem, & proiicies illum in medium Euphratem, & dices: ſic ſubmergetur Babylon, & non conſurget*, cap. 51. num. 63. Et ut notat Sanchez, *ibi*, quamvis non habeamus expreſsè ea, quæ in illo libro continebantur, tamen erat de ruina, ac devaſtatione Babylonis, quæ habentur *cap.* 51. & 52. Fecit etiam libros de emptione cujuſdam agri, ad quo iuxta multos alludit D. Matth. 27. *n.* 9. & præcepit Baruch: *Sume libros iſtos, & pones eos in vaſe fictili, ut permanere poſſint diebus multis*, Ierem. cap. 32. n. 14. Et quamvis ſciamus materiam libri, quæ erat de emptione, ſtylum, & formam ignoramus. Compoſuit ſuper mortem Ioſiæ multas lamentiones, 2. Paral. 35. *n.* 25. quas Threnos eſſe diximus ſuprà. Tertium aliud volumen Ieremiæ, de abſcondito igne, tabernaculo, & arca, & præceptis, quæ dedit tranſmigrantibus in Babylonem, tantum habemus notitiam ex his, quæ ſcripta ſunt, 2. Machab. *cap.* 2. *num.* 1.

Ierem. 32. Ierem. 51. Sanchez. Matth. 27. Ierem. 32. 2 par. 35. 2. Macha. 2

Ezechiel.

399. Fuit vir præclariſſimus, & relicta fabella eorum, qui dixerunt Ezechielem fuiſſe Pythagoram, ut refert Clemens Alexandr. *lib.* 1 *ſtromatum*, quòd eſt pluſquàm falſum. Nam Ezechiel erat ex Iudæis Iſraëlita? Pythagoras ex Samo Inſula prodit, & Græcus erat; Deinde docuit tranſmigrationem animarum de uno corpore in aliud, non ſolùm hominis, ſed etiã beſtiarum, quòd expreſsè repugnat cum his, quæ Ezechiel ex divino oraculo clamat de anima ad ſua oſſa ad carnem redeunte, *cap.* 37 Ezechiel fuit vir ſanctiſſimus, ac glorioſus Martyr, de eo ait Martyrolog. Romanum die 10. Aprilis: *Ezechielis Prophetæ, qui à iudice populi Iſraël, quod eum de cultu idolorum argueret,*

Clemens. Ezech. 37. Martyrol. Roman.

argueret, apud Babyloniam interfectus eſt. Quod contigit ad annum mundi 3462 ante Chriſtum natum 695.

400. Auctor fuit libri, qui ſub eius nomine fertur. Unde id, quod aliqui dixerunt, inter quos
D. Iſidor. eſt D. Iſidorus *lib. 1. etymolog. cap. 6. & 1. de officiis*, partem huius libri ſcripſiſſe viros doctos ex Synagoga, nullum habet, nec ad hoc aſſignatur fundamentum, præter hunc librum, quem præ manibus habemus. De alio illius
Tertull. libro teſtatur Tertullianus *lib. de carne Chriſti, cap. 33.* contra Valentianos, *Legimus*, inquit, *apud Ezechielem, de vacca illa, quæ peperit, & non peperit.* Quod ſi talis liber verus eſt,
D. Epiph. & de B. Virgine loquitur, iuxta D. Epiphanium *lib. 1. contra hæreſim Ebionitarum*, ac Clementem Alexandrinum *lib. 7. Stromatum. Peperit* verum filium Chriſtum Ieſum noſtrum Salvatorem: *non Peperit* ut aliæ mulieres, ex virili ſemine, ac cum dolore.

Daniel.

410. Vir magnus, & præclarus, quem communiter Expoſitores Pinto, Benedictus Pereira,
Pinto. Pereira. Martyrem dicunt, & appellant, qui ob cultum, & Dei venerationem bis miſſus eſt vivus, integro, ac genereſo animo in lacum leonum, ut ab ipſis devoraretur, *cap. 6. n. 16.* & *cap. 14. num. 30.* & tamen divina virtute liber evaſit; ſicut Ioannes Evangeliſta Romæ miſſus eſt in ferventis olei dolium, à quo Dei gratia illæſus exivit, & tamen ut verus Martyr ab Eccleſia veneratur, quia ſi Martyrium defuit, voluntas non defuit, quod eodem modo poſſumus dicere de Daniele. Ipſe floruit anno mundi 3472. ante Chriſtum natum 581-
Salianus. iuxta Salianum *n. 17.*

402. Conveniunt omnes Catholici, quòd Daniel Propheta ſit Auctor ſui libri, ut ex-
Cap. 8. preſsè patet ex multis locis *cap. 8. numero 1.* ait *anno tertio Regis Balthaſar, viſio apparuit mihi.* Et rurſus cap. 9. numero 2. *Anno*
Cap. 91. *uno Regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum.* Nec obſtat id, quod
Porphyr. obiicit Porphyrius, qui poſt Anabaptiſtas, negat hunc librum eſſe à Daniele Propheta Sancto, ſed ab alio eius nominis: nam
Ezech. 14. Ezechiel. 14. numero 14. *Quod ſi fuerint tres viri iſti, Noë, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, filios autem, & filias ſuas non liberabunt.* Atqui Daniel Propheta fuit Virgo, & Eunuchus, & non habuit filios; ergo alius eſt diverſus ab iſto. Facilè reſpondetur: *Non liberabunt filios; & filias*, eſto eos habuiſſent.

403. Difficultas tamen eſt de hiſtoria Belis *c. 14.*
Euſeb. Apollinar. Nam Euſebius, & Apollinarius iunior volunt eſſe partem cujuſdam hiſtoriæ, ſeu Prophetiæ, quam de alio quodam Sacerdote filio Abda, Abacuc filius Iuda, de Tribu Levi deſumpſerat. Quod confirmatur ex ti-
Septuag. tulo in hiſtoria Belis apud Septuaginta, qui ita habet, *Prophetia Abacchum filij Iuda, & de Tribu Levi.* Et poſt libri titulum hiſtoria ſic incipit: *Homo quidam fuit Sacerdos, nomine Daniel, filius Abda, conviva Regis Babylonis.* Atqui Daniel Propheta, nec fuit filius Abda, nec Sacerdos; ergo Auctor, ſeu Scriptor illius hiſtoriæ eſt alius.

Reſpondetur. Primò, quòd ille titulus in noſtris Bibliis non habetur, & licet admittantur 404.
verba Septuaginta, optimè congruunt omnia Danieli: nam dicere poſſumus Patrem Danielis duo nomina habuiſſe pro more multorum Hebræorum. Deinde non obſtat, quod Daniel dicatur Sacerdos, quia ipſe princeps fuit in aula Regis, & invenimus multories in Scriptura, aulicos, & principes Sacerdotes vocari. 2. Re- 2. Reg. 8.
gum 8. n. 18. *Filij David Sacerdotes erant*, cum tamen eſſent ex Tribu Iuda; dicebantur tamen Sacerdotes, non quia ſacra cõficerent, ſed quia principes, ac præcipui in aula erant *2. Reg. 20.* 2. Reg 20.
n. 26. dicitur: *Ira autem Iairites erat Sacerdos David.* Chaldæus vertit erat princeps.

Baruch.

De Baruch, eius librum cum epiſtola Ie- 405.
remiæ *cap. 6.* negant eſſe Canonicum Calvi- Calvinus.
nus, Kemnitius, & alij novatores, & etiam Catholici, Driedo *lib. 1. de ſcriptur. cap. vltimo*, videntur in hanc ſententiam inclinare Driedo.
Lyranus, & Carthuſianus. Probant primò, Lyran.
quia D. Hieron. *in Prologo Galeato.* D. Gregor. Carthag.
Nazianz. *in Carm.* D. Damaſcen. *lib. 4. de fi-* D. Hieron.
de, cap. 18. Recenſentes libros Canonicos. Ba- Damaſcen.
ruch omittunt. Secundò, quia non habetur in Canone Hebræorum. Tertiò, Hebraicè non invenitur ſcriptus, ut teſtatur D. Hiero- D. Hieron.
nym. phraſis ipſa Græca eſt. Quartò, quia
cap. 6. num. 2. dicitur: *Eritis ibi ſeptem gene-* Baruch. 6.
rationes, hoc eſt, ut communiter locus interpretatur Septuaginta annis iuxta vaticinium Ieremiæ *cap. 25. num. 11.* valdè alienum Ierem. 25.
eſt à phraſi Hebræa, ut generationis nomen pro decem annis ſummatur.

Dicendum eſt librum Baruch, & epiſto- 406.
lam Ieremiæ, quæ huius eſt libri pars, eſſe Canonicum. Et talis à Conciliis, ac ſanctis Patribus recipitur, ac veneratur: à Laodiceno Concilio *Canon. 60.* iuxta tranſlationem Trident.
Herveti, & à Florentino, Tridentino *ſeſſ. 4.* Herver.
Patres communiter, D. Cyprian. U. Hilar. D. Cyprian
D. Cyrill. Alexandr. Gregor. Nazianz. & D. Hilar.
Nyſſenus, D. Ambroſ. & alij multi, quos ci- D. Cyrill.
tat, & maximè laudat Bellam. *lib. 1. de Ver-* D. Nazian.
bo Dei, cap. 8. D. Athanaſ. diſertis verbis Bellarm
Baruch inter Canonicos reponendum probat D. Aanſlaſ.
Grethſerus *lib. 1. defenſ. cap. 8. §. quarto reſpon-* Gretſerus.
deo, Videndus eſt Coccius *tom. 2. Theſauri Ca-* Coccius.
tholici, lib. 6. art. 11.

Nec argumenta oppoſita vim aliquam ha- 407.
bent. Patres recenſentes libros Canonicos, Baruch omittunt, quia eum ſub nomine Ieremiæ comprehendunt; & ſæpè Patres referentes teſtimonia ex Baruch, ea Ieremiæ nomine allegant, ut videre eſt in multis locis adductis, ac allegatis à Cano *lib. 2.* Cano.
de locis cap. 11 ad primum. Ad ſecundum argumentum dicimus, multos libros eſſe in Canone Chriſtianorum, qui non fuerunt in Canone Hebræorum, ut ſunt libri *Ma-* Hebraicus.
chabæorum, Tobiæ, Iudith, Eccleſiaſtici, Sa-
pientiæ. Baruch autem, ut teſtatur D. Hie- D. Hieron.
ronymus in *Prologo in Ieremiam*, liber autem Baruch Hebraicè ſcriptus, licet originale interciderit, & eius phraſis methodum, ac modum loquendi Hebraicè redolet. Ad tertium dicimus, quòd ſi aliquid probat, probat etiam, quòd liber nec Græcè fuerit ſcri-

ptus, quia tam apud Hebræos, quàm Græcos, generatio non ſumitur pro ſpatio decem annorum ; dicimus , quòd generationis nomine intelligitur longum temporis ſpatium , ut ex multis probant Villalpandus *tom. 3. in 1. de urbe lib. 3. cap. 1.* Fr. Anton. à Matre Dei *in Iſagoge Præludio 1. dub. 12. n. 254.*

Villalpand. Fr. Anton.

408. Ioſeph. Ierem. 32. Baruch fuit vir nobilis , ac nobiliſſimæ familiæ , ut taſtatur Joſephus *lib. 10. Antiq. cap. 11.* Fuit ſocius , ac Amanuenſis Jeremiæ , ut patet ex *Ierem. 32. num. 12. & 13.* ex quo omnes Patres colligunt Sapientiam , virtutem, patientiam , ac probitatem Baruch. Fuit etiam Propheta , utpote Auctor ſui libri , ut ſtatim dicam. Floruit ad annum mundi 3430. ante Chriſtum natum 623.

409. Baruch. Graves Patres tenent Baruch non eſſe Auctorem libri , ſed tantùm Scriptorem , qui ſcripſit ea , quæ Jeremias dictavit. Et probant , quia alij Prophetæ incipiunt *viſio Iſaiæ* , aut alio modo , *verba Ieremiæ.* At aliter Baruch , *Et hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch*, ergo ipſe non eſt Auctor libri , ſed tantùm Scriptor. Tamen quòd ipſe ſit Auctor libri docent Divus Athanaſius *quæſt. 36. ad Antioch.* & etiam in Concilio Epheſino , D. Hieronym. D. Cyrillus Alexandrinus , & alij plures , & hoc indicat Titulus appoſitus in Biblia , *Liber Baruch* : quo nomine inter libros Canonicos recenſetur à Concilio Tridentino , & Florentino , quòd autem ita inceperit , *Hæc verba , quæ ſcripſit Baruch* , Optimè Euſebius Nieremberg hoc refert ad humilitatem Baruch , qui noluit dicere ſibi viſionem factam ; & ideò non ait , à quo illa ſcripta acceperit , ſicut exprimit de epiſtola Miſſa à Jeremia , quæ refertur toto *cap. 6.* unde omnia ibi contenta ſunt ex Ieremia.

D. Athan. D. Hieron. D. Cyrill. Trident. Nierember. Baruch 6.

Quæstio XXIII.

Quiſnam Auctor Prophetarum minorum ſit ?

SUMMARIUM.

410 *Magna auctoritas Prophetarum minorum.*

411 *Dicuntur minores in brevitate ſcribendi , cùm ſint æquales in magnitudine revelationum.*

412 *Omnes ab antiquis repoſiti ſunt in uno volumine.*

413 *Catalogus duodecim Prophetarum Minorum , notatis aliquibus circa unumquemque in particulari.*

414 *An hi prophetæ Minores aliquid amplius ſcripſerint , præter ſuas prophetias.*

415 *De tempore, ac ordine, quo ſcripſerunt.*

410. Circa præclaram auctoritatem Prophetarum Minorum duo maximè notanda ſunt. Tanta eſt eorum auctoritas , ut nullum viderim , aut legerim Scriptorem , etiam ex Hæreticis , qui eorum Canonicam auctoritatem deneget , vel etiam qui eorum libros aliis Auctoribus adſcribat, niſi tantum ipſiſmet Prophetis , prout ſua præfixa nomina habentur in Biblia.

411. Dicuntur Minores duodecim Prophetæ, minores per reſpectum ad quatuor ; & hi dicuntur minores ob ſermonis brevitatem , & quia pauciora , ac ſtrictiùs ſcripſerunt ; non tamen minores in gravitate ſententiarum , excellentia myſteriorum , ac magnitudine revelationum ; ut notarunt D. Auguſtinus *lib. 18. de Civitate Dei , cap. 19.* Ruſſinus *Præfatione in Oſeam.* D. Cyrillus Alexandrinus , Theodoretus , Rupertus *in Prafatione ad ipſos* : ex quo ait D. Hieronymus *Proœmio in epiſtol. ad Philem. Si brevitas habetur contemptui : contemnatur Abdias, Nahum , Sophonias , & aliij duodecim Prophetæ , in quibus tam mira , & grandia ſunt, quæ feruntur , ut neſcias utrùm brevitatem ſermonum in illis demirari debeas , an magnitudinem ſenſuum.*

D. Auguſt. Ruffin. D Cyrill. Theodoret Rupert. D. Hieron.

412. Et quamvis unuſquiſque ex his duodecim Prophetis ſingillatim , ac ſeparatim ſua vaticinia ſcripſerint ; tamen antiqui Hebræi Auctore Eſdra ſub Artaxerxe Longimano , ut refert Genebrardus *in ſua Chronologia initio ſuæ ætatis* , duodecim Prophetarum vaticinia in uno volumine comprehenderunt , quos ſequutus eſt Jeſus Syracides *Eccleſ. 49. num. 12.* dum omnes duodecim Prophetas ſub uno commendat elogio dicens : *Duodecim Prophetarum oſſa pullulant de loco ſuo.* Quamvis mortui , ut explicant Janſenius , & alij Commentatores , eorum oſſa , ſeu oſſicula pullulant,& clamant adventum Chriſti Jeſu veri Meſſiæ,ac filij Dei,clamant , & prædicant eorum eximiam virtutem , ac ſanctitatem,qua meruerunt à Deo,tot,& tantis revelationibus illuſtrari , ut ait D. Dorothæus in vita Prophetarum.

Genebrard. Eccleſ. 49. Ianſen.

413. Primus *Oſeas* , Iſaiæ coævus , cuius illa magna eſt laus , quòd ipſe ante Iſaiam , ac alios Prophetas , vaticinatus eſt , ſuaque vaticinia ſcriptis dedit.Sic ipſe ait cap.1. num.2. *Principium loquendi Domino in Oſee* ; id eſt , Dominus primo ante alios Prophetas,locutus eſt ipſi Oſee. Ita explicant D.Hieron. Rupert. Haymo,Vatabl.Albert.Magn. Cardinalis Hugo, D. Baſilius,& Ruffin,*in cap. 1. Iſaiæ.* Oſeas ex radice Hebræa,ut notant Interpretes,idem eſt,ac *Salvator.* Ipſum inter Sanctos adſcribit Martyrol Rom.die 4.Iulij.Floruit anno mundi 3227.ante Chriſtum natum 826.

Oſee.1. D.Hieron. Rupert. Aymon. Vatabl. Albert. Martyrol.

Secundus *Ioël* , qui prophetavit tempore Oſee,& ex radice Hebraïca,ut notat Sanchez, Idem eſt, ac *latitudo Dei*,ſeu *Deus aperiens*,quia *cap. 3.* prophetat ſecundum Chriſti in Valle Joſaphat adventum in ultima die judicij proferens ſententiam damnationis in reprobos , & electionis ad gloriam in bonos; & eum inter Sanctos numerat Martyrol.Roman. die 13. Julij.Floruit cum Oſea anno mundi 3227.ante Chriſtum 826.

Sanchez. Martyrol.

Tertius *Amos* , id eſt oneratus , de cuius Martyrio facit mentionem Martyrol. Rom. die 31. Martij , de quo teſtantur D. Iſidorus *lib. de vita, & obitu Sanctorum, cap. 43.* D. Epiphanius *lib. de vita , & interitu Prophetarum , cap. 12.* Divus Dorothæus *in Synopſi , cap. 2.* & Divus Cyrillus *in Præfatione* ſub Amaſia Rege contritos eſſe Prophetæ dentes,*argueret*,

Roman. D. Iſidor. D. Epiph. D. Doroth. D. Cyril.

apud

tes, & tam edentulus Dei laudes prædicabat Cœpit vaticinare anno mundi 3248. ante Chriſtum 805.

Quartus *Abdias*, quem Divus Dorothæus, D. Epiphan. citati dicunt fuiſſe diſcipulum Eliæ. Uno tantum capite ſuum vaticinium comprehendit, quocirca de eo ait Divus

D. Iſidor. Iſidorus libro Allegoric. ſacræ Scripturæ *Abdias, id eſt ſervus Domini, inter omnes prophetas brevior numero verborum, ſed gratia myſteriorum æqualis.* De eo facit mentionem

Martyrol. Martyrol. Romanum die 14. Iunij, & 19. Novembris. Floruit anno mundi 3255. ante Chriſtum 798.

Quintus *Ionas*, cuius hæc eſt præclara excellentia, quòd inter omnes Prophetas ipſe ſingulariter fuerit figura, ac umbra Chriſti Domini ex ore eius dicentis: *Sicut fuit Ionas in ventre Ceti, tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus*, Matth. 12.

Matth. 12. D. Auguſt. num. 40. unde ait Divus Auguſtinus lib. 18. de Civitate Dei, cap. 30. *Ionas non tantùm ſermone, quàm ſua quædam paſſione prophetavit, profectò apertiùs, quàm ſi eius mortem, & reſurrectionem voce clamaret.* De quo multa dixi *tom. 3. cap. 24. quæſtione* 12. 13. 14. *Inter* Sanctos inſcribitur à Martyrologio Romano die 13. Iulij. Eius hiſtoria, ac prædicatio refertur ad annum 3212. ante Chriſtum 841.

Martyrol. Sextus *Michæas*, cuius Martyrium teſtatur Martyrolog. Roman. die 15. Ianuarij, in quo ita legitur: *In Iudæa Sanctorum Habacuc, & Michæa prophetarum, quorum corpora ſub Theodoſio ſeniore divina revelatione inventa.* Quod etiam habet Menologium Græcorum; de qua revelatione faciunt mentionem

D. Epiphan. Sozomenus Caſſiodorus, & alij relati à Baronio in notis ad Martyrolog. Divus Epiphanius *de vita Prophetarum*, quòd cùm Michæas argueret Regem Achab de ſua idololatria à filio eius Ioram ex alto loco præcipitatus, occubuit. Theophilus inquit, quòd gladio occiſus, anno mundi 3290. ante Chriſtum 767. Salian. *n. 2.*

Septimus *Nahum*, cuius nomen, teſte

D. Epiph. Divo Hieronymo interpretatur *Conſolator*, dat conſolationem populo de captivitate in

Martyrol. Aſſyriis. De eo ſcribit Martyrol. Roman. 1. die Decembris: *Nahum Propheta in Begabar quieſcentis*, quæ reputatur patria ſua. De

Ioſeph. D. Epiph. D. Doroth. eo multa ſcribunt Joſeph. *de Antiquitate lib. 9. cap. 11.* D. Epiphanius *de vita Prophet. cap. 17.* D. Hieronym. *Proœmio in Nahum.* D. Doroth. *in Synopſi*, circa annum mundi 3315. ante Chriſtum 738. Salian. *n. 19. & 20.*

Octavus eſt *Habacuc*, cuius nomen ex radice Hebraica, idem eſt ac *luctator*, ſeu *amplexator*; de quo pro magna eius laude

D. Hieron. ait Divus Hieronymus in Prologo Galeato. *Habacuc luctator fortis, & rigidus, ſuper cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem ſuam, ut Chriſtum in cruce contempletur: operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra: Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius; ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Et quamvis aliqui dicant, quòd eſt ille, qui detulit panes ad Danialem in lacum, alius tamen eſt diverſus ab eo, licèt eiuſdem nominis, ut tenent Genebrardus in *Chronolog.* Ribeira, San-

Genebrard. Ribeira. Sanchez, Cornelius. Martyrol. chez, Cornelius *in Proœmio in Habacuc*; de eius glorioſa morte facit mentionem Martyrolog. Roman. ſimul cum Michæa Propheta die 15. Ianuarij, ut dixi ſuprà Menolog. Græcorum eos dividit. Habacuc celebrat die 2. Novembris; Michæam die 24. Ianuarij. Floruit anno mundi 3327. ante Chriſtum 727.

Nonus *Sophonias*, de quo ait Divus Hie- D. Hieron.

ronymus in Prologo. *Nomen Sophoniæ alij ſpeculum, alij arcanum Domini tranſtulerunt. Sive ſpecula igitur, ſive abſconditum Domini interpretetur, utrumque Prophetæ convenit*, Ipſe ergo Propheta, qui erat in ſpecula, & in ſublimibus conſtitutus non erat Domini myſteria. De eo multa ſcribunt D. Epipha- D Epiph.

nius D. Dorothæus, Divus Iſidorus *in vita Sophoniæ.* Prophetavit tempore Hieremiæ; de- D. Doroth. D. Iſidor.

ſtruxit excelſa, & idola; Ieruſalem reduxit ad adorationem, & cultum veri Dei, eumque Sanctorum Catalogo aſcribit Mar-

Martyrol. tyrolog. Roman. die 3. Decembris, & eodem die habetur in Menologio Græcorum anno mundi 3395. ante Chriſtum 659. Salianus *num. 4.*

Decimus eſt *Aggæus*, de quo ſic ſcribit Divus Hieronymus ad Paulinum. *Aggæus feſtivus, & lætus, qui ſeminavit in lacrymis, ut in gaudio meteret, deſtructum templum ædificat, Deum Patrem inducit loquentem, adhuc modicum, & commovebo cœlum, & terram, mare, & aridam, & movebo omnes, & veniet deſideratus cunctis gentibus*; nempe Chriſtus Ieſus verus Meſſias natus ex Maria Virgine, qui ſuo ſacratiſſimo adventu, magnum diem feſtivum dedit, ac intulit univerſo mundo. Inde Angelus Paſtoribus decantavit: *Annuntio vobis gaudium magnum,* Luc. 2.

quia natus eſt vobis Salvator. Aggæum Prophetam annumerat Martyrologium Ro-

Martyrol. manum inter Sanctos die 4. Iulij. Prophetavit anno mundi 3431. ante Chriſtum natum 519.

Vndecimus eſt *Zacharias*, & iuxta Divum D. Hieron. Hieronymum, Epiphanium, Dorothæum, Iſi- D. Epiph.

dorum rectè docetur, quòd Zacharias optimo D. Doroth. D. Iſidor. iure memoria Domini dicitur, quia omnia mirabilia, quæ Deus per Prophetas ſparſim prædixerat, in hoc uno utpote penultimo Prophetarum, tanquam memoriam ſibi fecit, ac recapitulavit, ut notum fiat omnibus, quòd Deus ſibi ipſi memoria eſt ſuorum mirabilium. An verò iſte ſit Zacharias, de

Matth. 23. quo Chriſtus loquitur *in Evangel. 23. Matth. num. 35.* ex multis rationibus pars negativa eſt probabilior, utpote communior apud Sanctos Patres, ut dixi *tom. 4. cap 4. d. 9. per totum.*

Martyrol. De eo facit mentionem Martyrologium Romanum die 6. Septembris. Aggæus & Zacharias cœperunt prophetare anno mundi 3431. ante Chriſti nativitatem 519.

Duodecimus *Malachias*, & quiſnam eſſet? longa quæſtio. Origenes exiſtimat eſſe Angelum corpore humano, quod apertè refutat Divus Hieronymus. Alij dixerunt eſſe Eſdram, quod ex computatione temporum clare rejiciunt Commentatores. Fuit ergo quædam perſona humana, & ultimus Prophetarum,

rum De eo ſic ſcribit Divus Epiphanius
D.Epiphan. libro de vita Prophetarum : *Malachias ab ineunte ætate, dúmque iuvenis eſſet, vitam inculpabilem egiſſe fertur, cúmque populus univerſus eum ut virum, non minore Sanctimonia, quam manſuetudine præditum coleret, indiderunt illi nomen*, Malachi, id eſt Angelus : *Erat quippe forma oppido quam præſtanti.* Et ita iuxta ſuum nomen, quod eſt Angelus, frequenter cum Angelis, & de Angelis loquitur *cap.2.num.7.* Sacerdotem vocat Angelum. Et *cap.* 3. Chriſtum, & Baptiſtam Angelos dicit : *Ecce ego mitto Angelum meum* : ſcilicet Baptiſtam ; *Et ſtatim veniet ad templum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti*, ſcilicet novi, qui eſt Chriſtus Dominus. De Malachia Propheta legitur in Martyrologio Romano die 14. Januarij. Floruit circa annum mundi 3573. ſeptimo anno Artaxerxis ante Chriſtum 489.

414. Inquires tamen, an hi Prophetæ, præter ſuas Prophetias, quas habemus in Biblia, aliquid ampliùs prophetaverint ? nam in multis Pſalmis legimus præfixos hos titu-
Pſalm.137. Pſalm.145. los, Aggæi, & Zachariæ, ut in Pſalmo 137. 145. 147. & 148. & in Pſalm. 145. inſcriptum legitur *Alleluia Aggæi, & Zachariæ.* Ad hanc difficultatem jam reſpondi ſuprà *quæſt. 15. num. 425.* quòd nempe David illos Pſalmos compoſuit, prævidens ſpiritu prophetico, quod illi Pſalmi ab illis Prophetis pro reditu à captivitate erant decantandi, ut dixi citato loco.

415. Quæres ſecundò. Quo tempore, & ordinec ſcripſerunt ? Maximè à me veneratur ordo appoſitus in Biblia. Quod etiam patet ex
Salian. eorum annis prænotatis juxta computum Saliani, quem ſecutus ſum. Solùm Jonas præcedit tempore Abdiam ferè quadraginta annis ; quia in principio omnium Prophetarum ponitur Oſeas ; incipit enim ipſe *principium loquendi Domino in Oſee.* Et Joël, Abdiaſve fuerunt contenporanei cum ipſo Oſea, ut
D.Hieron. teſtatur D. Hieronymus *in cap. 1. Oſee.* Et ideo fortè, quia contemporanei ſimul appoſiti ſunt Septuaginta in Codice Vatica-
Septuag. no. 1. Oſeas. 2. Amos. 3. Michæas. 4. Joël. 5. Abdias. 6. Jonas. 7. Nahun. 8. Abacuc. 9. Sophonias. 10. Aggæus. 11. Zacharias. 12. Malachias.

Quæstio XXIV.

Quis eſt Auctor librorum Machabæorum.

SUMMARIUM

416 *Iſti libri duo, contra Hæreticos, tenendum eſt eſſe Canonicos.*
417 *Horum librorum octo Auctores aſſignantur.*
418 *Vera ſententia de Auctore primi libri.*
419 *Secundus liber eſt epitome ex libris Iaſonis Cyrinæi.*
420 *Valdè difficile cognoſcere eius collectorem.*
421 *Videtur quod fuerit Iudas Eſſenus.*
422 *Hebraicè ſcripti ſunt libri.*
423 *De tempore hujus hiſtoriæ, ac nomine Machabæorum.*

HOs libros non eſſe Canonicos tenent 416.
Hæretici, Lutherus, Anabaptiſtæ, prout familiare eſt, illis libris quibus ſua dognata convelluntur divinam auctoritatem denegare. Tamen certum de fide eſt hos duos libros eſſe Canonicos. Ita definitum eſt in 3. Concil. Carthag. *Can.* 4. Trident. *ſeſſ.* 4. Innocent. I. *epiſt.* 3. *ad Exuperium.* Gelaſius I *in Decreto de libris Canonicis.* Et quamvis hi duo libri non fuerint in Antiquo Hebræorum Canone compoſito ab Eſdra; cum hæc hiſtoria Machabæorũ poſt ipſum Eſdram contigerit, poſiti ſunt in alio Canone Hæbræorum, ut colligitur ex Joſeph in calce libri, quem de Machabæis ſcripſit, & tenent Genebrardus *lib. 2. Chronologiæ ad annum 3860 num. 10.* videndus eſt Bellarm. *lib. de Verbo Dei, cap. 5.* Sixtus Senenſ. *lib. 8. Biblioth.* Serarius *hic in Machab.*

Catthag. Trident. Innocent. Ioſephus Genebrard. Bellarm. Sixtus. Serarius.

Quis Auctor librorum ?

Quæſtio longa, & ſatis difficilis; itaut à di- 417.
verſis Auctoribus octo Scriptores horum librorum referantur, ſcilicet Joſephus Flavius, Philo Alex. Joannes Hircanus, Judas Eſſenus, Simon Machabæus ; Jaſon Cyrenenſis, Judas Machabæus, Senatus Jeroſolymitanus: & conveniunt ferè omnes, quòd non utriuſque libri idem eſt Auctor : nam primus liber ſcriptus eſt per modum hiſtoriæ, ſecundus per modum epiſtolæ ad fratres, qui erant diſperſi per Ægyptum.

In tanta rerum varietate probabilius vide- 418.
tur, quòd primus liber Machabæorum fuerit ſcriptus à Joanne Hircano, Simonis filio, quia Sacerdos, & Pontifex, & etiam Propheta, ut ſtatim dicam : nam ut iam dixi, & in confeſſo eſt apud omnes teſte Joſepho *lib. 1. contra Appionem*, Pontificibus, ac Sacerdotibus cura de- Ioſephus
mandata eſt, gentis ſuæ hiſtorias conſcribere, ac pertexere; in quo officio, ac munere Joannes Hircanus nonpoterat deficere. Quare diligẽter poſt brevem introductionem; quædam deſcribit capita perſecutionum à geſtis Mathathiæ avi, & accuratè Judæ, & Jonathæ, ac parẽtis ſui geſta proſequitur, & in parentis ſui morte terminat hiſtoriã, quia nihil ſibi amplius propoſuerat agere. Hoc autẽ præter ſui officij curã, quæ ei eminebat, optimè potuit præſtare ipſe Joannes Hircanus, quia ipſe majori, quam Pater, & patrus abundavit otio, ut Auctor eſt Ioſephus.
Joſephus *lib. 3. c. 18. in fine* 31 annis cum poteſtate præfuit, & inſuper prophetiæ dono illuſtratus eſt, ut habet ipſemet Joſephus citato *lib. 13. cap. 20.* qui ait, *Hircanus moritur anno Imperij 31. tribus maximis à Deo habitus dignus honoribus, principatu gentis Iudæorum, & Pontificatu, & Prophetia.*

Secundus liber Machabæorum, certum eſt, 419.
quòd totus hic liber deſumptus eſt ex ſcriptis magni, ac præclariſſimi viri Jaſonis Cyrinæi ; ut Auctor, ſeu collector iſtius libri, teſtatur 2. *Machab. cap. 2. num. 24.* ubi ait : *Itaque à Iaſone Cyræo quinque libris comprehenſa, tentavimus nos, uno volumine breviare.* Et poſtea ſubdit num. 27. *Et nobis quidam ipſis, qui hoc opus breviandi cauſa ſuſcepimus, non facilem* 2.Macha: 2

facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & ſudoris aſſumpſimus.

420. Honor. Rabban. Summa omnium difficultas eſt, quiſnam horum fuerit collector? Honorius Auguſtod. dicit Philonem Rabbanus, & Sixtus Senenſis, Senatum Ieroſolymitanum: in quam ſententiam inclinant Sanchez, & Cornelius *in Prologo huius libri* Tamen, ut rectè dicunt Rabbanus *lib. 5. de univerſo, cap.* 4. Divus Iſidorus *lib.* 1. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, qui dicunt Auctores, ſeu Scriptores horum librorum Machabæorum nobis ignotos, ſoli Deo cognitos.

Sanchez. Cornelius. D. Iſidor.

421. Proinde tamen quantum coniecturari poſſimus, dicendum eſt, quòd Auctor huius epiſtolæ; ac conſequenter totius libri ſecũdi Machabæorum, fuit Iudas Eſſenus cum Senatu Iudæorum, Ita Rupert. *lib.* 10 *de victor. verbi; c.*15. Serarius, Salianus, Mariana, Ioannes de Lahay *Prologo in Bibliam Max ſect.*15. *c.* 22. Nam *lib.* 2. *c.*1. *n.*10. dicitur *Anno centeſimo octogeſimo octavo populus, qui eſt Ieroſolymis, & in Iudæa, Senatuſque, & Iudas Ariſtobulo magiſtro ſalutem, & ſanitatem.* Ex quo meo videri clarè patet, quòd ipſe fuit Auctor epiſtolæ, ac totius libri ſecundi. Deinde iſte Iudas Eſſenus, ut ait Ioſeph. *lib.* 13, *c.*19. illo tempore ob donum prophetiæ, magnæ apud omnes æſtimationis, ac auctoritatis erat, & poſt annos viginti Antigono Ioannis Hircani filio mortem prædixit, quæ paulo poſt ſecuta eſt. Additque Ioſephus eius prædictiones nunquam fefelliſſe, ſed re ipſa ſemper eveniſſe.

Rupertus. Serarius. Salianus. Marian. Lahay. Lib. 2. Machab. 1. Ioſephus.

De idiomate, ac aliis.

422. De lingua, qua hi libri ſcripti ſunt, quæres. Primus liber ſcriptus eſt Hebraicè, ut teſtatur D. Hieron. D. Hier. *in Prologo Galeato.* De poſteriori, non negat Sanctus Doctor Hebraïcè conſcriptum; ſed tantùm dicit Græcè reperiri, ſed ſecundum librum Hebraïcè fuiſſe conſcriptum, inſinuat Euſeb. *in Chron. ad annum mundi* 4800 ubi ai *Machabæorum hiſtoria Hebræa hic Græcorum ſuppetat regnum: Verùm hi libri inter divinas Scripturas non reperiuntur.* Intellige inter Hebræos. Tamen ratio hoc apertè ſuadet, quomodo eſt credibile, quòd ab Hebræis ad Hebræos Græci ſermonis ignaros, ſcriberetur in lingua ipſis ignota, & non potiùs in lingua materna illis valdè nota. Si autem hic liber Hebraïcè conſcriptus non invenitur, hoc factum eſt injuria temporum, ut multi libri perierunt. Illud tamen adverte Græcum Text. quem nunc habemus, non eſſe ex Septuaginta quia iſti Interpretes, longè Machabæorum hiſtoriam præceſſerunt, ferè ad ſpatium centum Septuaginta annorum. Nam Septuaginta floruerunt circa annum mundi 3775. Ut Reſolutione ſequenti dicam de Machabæis ſtatim quoad Tempus.

D. Hieron.

423. Quæres tamen quo tempore contigit hæc hiſtoria Machabæorum? Videns Mathathias exterminium, quod fiebat in Ieruſalem, Sancta profanabantur, leges conculcabantur; & magna hominum, ac Virginum cædes fiebat, itaut adimpleretur illud, quod dicitur in Pſalmo: *Effuderunt ſanguinem Sanctorum tuorum per circuitum in Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret.* Fugit Mathatias cum filiis ſuis anno à creatione mundi iuxta Salianum, ac Tornie-

Salian.

lium 388. ante Chriſtum 166. Et ipſa hiſtoria Machabæorum in ſecundo libro terminatur cum apparitione Ieremiæ anno mundi 3893. ante Chriſtum 162. apud Salianum eodem anno *num.* 58.

Torniel.

Circa nomen Machahæi multæ derivationes, ac ſignificationes circunferuntur, ut videre eſt in Euſebio *lib.* 3. *Hiſtor. cap.* 10. Prima ex radice Hebraica, quod idem valet, ac percutere, & occidere, proindéque Machabæus idem eſt ac percuſſor, ac occiſor. Alij aliter derivant, ut idem valeat, *ac quis fortis ſicut ille?* quod maximè convenit Iudæ Machabæo ob ſuam ſingularem generoſitatem, ac fortitudinem, ob quam comparatur, tanquam Leo in Sylva.

424. Euſeb.

RESOLUTIO IV.

De variis verſionibus, ac lectionibus ſacræ Scripturæ, ac earum Auctoribus.

QUÆSTIO PRIMA.

De Editione, ſeu tranſlatione ſeptuaginta duorum interpretum.

SUMMARIUM.

425 *Quomodo hæc hiſtoria accidit, & vocati ſunt à Ptolomæo, & n.* 426.

427 *An fuerint in cellulis ſeparatis, & n.* 428. 429. & 430.

431 *Agitur de auctoritate D. Hieronymi, & Epiphanij, & n.*432. 433. & 434.

435 *Quos libros tranſtulerint ſeptuaginta; omnes nempe qui ſuo tempore erant in Canone Hebræorum, & n.*436. 437. 438. 439.

440 *An in hac tranſlatione adeſſet aſſiſtentia Spiritus ſancti, & n.*441. 442.

443 *In hac tranſlatione aliquid dixerunt addendo, vel diminuendo ex dictamine Spiritus ſancti, & n.* 444.

445 *Reſpondetur ad D. Hieron.*

456 *Tempore antiquo hæc tranſlatio fuit authentica.*

447 *Variæ tranſlationes factæ ſunt; & numero* 448. 449.

450 *Hæc modo ex Vaticano eſt authentica, & num.*451. 452. 453.

Hiſtoria rei geſtæ.

425. Salianus. ANNO à mundo condito 3775. ante Chriſtum 278. iuxta Salianum, ut omittamus aliorum computationes. Ptolomæus (non ille Lagi filius, ut D. Iren. *l.* 3, *c.*25. & Clem. Alex. *lib.* 1. *Stromat. opinati ſunt*) ſed Ptolomæas Philadelphus, eius ſucceſſor, ut affirmant Ariſtæas *tom.* 2. *Biblioth. veter. patrum.* Joſeph. *lib.* 12. *Antiq. cap.* 2. Philo *lib.* 2. *de vita Moyſis*, D. Epiphan. *lib.* 2. *de ponderibus & menſuris, n.* 12. Tertullian. *cap.* 18. *in Apologia, cap.* 18. D. Auguſt. *lib.* 18. *de Civit. cap.* 4. D. Athan. *in Synopſi.* Cum ergo ipſe regnaret in

D. Iren. Clem. Alex. Ariſtæas. Ioſeph. philo. D. Epiph. Tertull. D. Auguſt. D. Athan.

Ægypto, & Alexandriæ ampliſſimam Bibliothecam conſtituiſſet ex magna librorum copia, quos undique congregavit; & cum à Demetrio accepiſſet, quod Judæorum libri in magnum eſſent ſuæ Bibliothecæ ornamentum; tunc Rex illorum deſiderio, miſſis legatis cum ſuis literis ad Eleazarum Pontificem, magno cum beneficio, conceſſa nempe libertate centum viginti millia Iudæorum, qui captivi in Ægypto tenebantur, multis aliis magnificis donariis, poſtulavit Rex ut ex unaquaque Tribu ſex electos viros ſeniores, ac maximè peritos in lingua Græca, ac Hebraica, ei mitterent, ut fideliſſimè ex Hebræo in Græcum libros ſacros tranſcriberent, ac interpretarentur eorum nomina particularia. Refert Ariſtæus *ubi ſuprà.*

Annuit Eleazarus Regis votis, & electos
426. ſeptuaginta duos viros doctiſſimos, ſex ex qualibet Tribu, cum & præſtantiſſimis libris ſacræ Scripturæ, eos remiſit in Alexandriam Ægypti Metropolim, ubi Rex eos valdè benignè, ac honorificè excepit; & in Inſula Pharo ſtatuit hoc eſt in arce Alexandrina ſeptem diſtante ſtadiis, ubi ſeptuaginta duorum dierum ſpatio, totam tranſtulerunt Scripturam, Græcis characteribus ſcriptam.

An Cellulæ ſeparatim.

Quæſtio præſens eſt, an omnes ſeptuaginta
427. duo in una aula congregati ſcripſerint, an in Cellulis ſeparatis, unuſquiſque in ſua? Tales cellulas ſeparatas negat D. Hieronymus, itaut
D.Hieron. fabulam dicat hoc, & ita habet Præfatione in Pentateuch. *Neſcio quis primus Auctor Septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diviſi eadem ſcripſerint.* Idem habet *Epiſtol.* 104. & *epiſtol.* 107. Ipſum ſequuntur aliqui Recentiores Maſius *Præfat. in Joſuë.* Titelman. *in Prologo Apologetico.* Bellarm. *lib.* 2. *De verbe Dei, cap.* 6. Eorum fundamentum unicum eſt, quia nec Ariſtæas, nec Ioſephus de talibus cellulis faciunt mentionem.

428. Tamen oppoſita ſententia affirmat Septuaginta Interpretes in ſingulis cellulis ſeparatim ſuam verſionem abſque mutua collatione, ac collocutione feciſſe, abſolviſſe. Ita teſtatur D. Iuſtinus, qui floruit circa annum Domini 150. Cellas aſſeverat, & earum veſtigia ſe propriis oculis vidiſſe, non longè ab Alexandria, ſeque certiſſimè didiciſſe ab incolis illius loci, ſeque traditione à maioribus ita accepiſſe Verba Sancti Juſtini appono: *Rex pari cum Interpretibus numero domunculas extrui præcepit, ut ſigillatim pro ſe quiſque interpretationem perficeret: illa cura quoque iis, qui operam eis dare juſſi fuerant, ut omnibus quidem modis ipſis inſervirent, à congreſſu autem mutuo illos prohiberent, quo exquiſita interpretibus veritas ex ipſorum etiam conſenſu cognoſci poſſit.* Et ſubdit maximè notandum: *Hæc vobis viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam hiſtoriam renuntiamus, ſed ut qui ipſi Alexandriæ fuerimus, & veſtigia domunculorum apud Pharum, adhuc reliqua viderimus, & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus.* Quid, maius, ac efficacius, quàm tam apertum teſtimonium à tam gravi ſſimo, antiquiſſimo Patre, tam ex viſu, quam ex auditu à patritiis, qui per manus res acceperant à ſuis maioribus.

Eandem ſententiam communi ferè conſenſu docent alij Sancti Patres. Irenæus in eadem ferè ætate *lib.* 3. *cap.* 15. idem affirmat, *Ptolomæus metuens, ne fortè conſentientes, eam veritatem, quæ eſſet in Scripturis abſconderent per interpretationem, ſeparans eos ab invicem, juſſit omnes eandem interpretari Scripturam.* D. Cyrillus Hieroſolymitanus *Cathec.* 4. qui floruit anno 400. ſic ait, *Ne mutuo conſpirarent proſpiciens, in Inſula Pharo ſingulis Interpretibus ſingulas domos diſtribuit, & unicuique ſeparatim omnem Scripturam interpretarentur, mandavit.* Idem ſecuti D. Iuſtin. tenent D. Auguſtinus *lib.* 2. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 15. D. Hilar. *in Pſalm.* 2. Philatrius *hæreſ.* 4. & ex hoc miraculo cohærentis traditionis, eius auctoritatem colebant Clemens Alexandrin. *lib.* 1. *de Stromat.* D. Iſidor. *lib.* 7. *de Divin. Officiis, cap.* 12. & communiter Sancti Patres, ac omnes ferè Auctores Catholici. Ex Iudæis multi. Ioſephus Gorionides *c.* 16. *ſui operis,* Philo *lib.* 2. *de vita Moyſis*, & alij multi, quos Ioannes Morinus in ſuis exercitationibus refert.

429. D.Irenæus. D.Cyrill. D.Auguſt. D.Hilar. Phylaſtr. Clem.Alex. Ioſephus. Philo.

Singularis in hac re eſt D. Epiphanius *lib. de Menſuris*, & ex ipſo Iuſtinian. *Novellis conſtit. Authen.* 49. *collat.* 10. qui binos Interpretes in ſingulis cellulis ponit, ac proinde triginta ſex cellulas conſtituit. Hæc diſcordia tamen in concordiam facilè revocatur, quia ex ipſo Sancto Doctore Epiphanio facilè colligitur, quòd quælibet cellula erat pariete diviſa in duas, & ita in qualibet huiuſmodi domuncula, erat unuſquiſque: nam addit Sanctus Pater id factum eſſe, ne poſſent congredi, ac combinari inter ſe, ergo quilibet erat in ſua domuncula. 430.

Ad auctoritatem D. Hieronymi, magnam eſſe fatemur, tamen maximè præponderare auctoritatem omnium ferè Patrum, ac teſtimonium oculatum Sancti Iuſtini: D. autem Hieronymus, forſitan illud accepit ex relatione aliquorum; cùm autem tunc res non eſſet bene explorata. Deinde totum fundamentum Divi Hieronymi fundatur in auctoritate negativa, quia Ariſtæas de tali ſeparatione non facit mentionem; argumentum autem ab auctoritate negativa eſt valdè frivolum: nam multa fuerunt in antiquitate magna celebratione retenta, ac valdè communia, de quibus nec in ſacra Scriptura, nec in aliquibus Auctoribus antiquis fit mentio, ut multis exemplis monſtravi *Opuſculo* 1. *Reſol.* 3. *q.* 14. *n.* 122. 431.

Dices Autographum, quod Regi miſit Eleazarus, ut teſtatur Ariſtæas, qui creditus fuit unus ex Septuaginta, in quo Divina lex, aureis literis, Hebraico idiomate conſcripta erat. Ex quo benè infertur, non potuiſſe omnes ſeparatim vertere textum, nam unus tantùm Codex, etſi omnibus iunctis poterat inſervire, non tamen ſi eſſent ab invicem ſeparati. 432.

Reſpondetur, quòd ut tradit Ariſtæas, prædictum autographum tenuiſſimis membranis facili, ac ſolubili vinculo colligabatur, ac proinde facilè ipſum diviſum Septuaginta duabus partibus, & inde unicuique pars ſua 433.

unaqua

unaquaque die data; & ita ſinguli partes ſuas vertebant, ut indicat D. Epiphanius, proindéque Septuaginta duobus diebus, Septuaginta duorum tranſlationes abſolutæ ſunt, quæ cum coram Rege, aſtantibus multis ſapientiſſimis Ægyptiis, ac Iudæis, valde peritis linguæ Græcæ, & Hebraicæ, qui tunc Alexandriæ morabantur, legerentur; ac publicarentur, ſummo omnium applauſu, ut fideliſſimæ cum ſuo originali, ac miraculoſo modò confectæ, cùm quælibet tranſlatio ab altera, nec in uno verbo, ac apice diſcreparet, ab omnibus ſummopere veneratæ ſunt. Dicam etiam, Septuaginta benè ſciebant, quòd mittebantur in Ægyptum, ut ſacrum Codicem verterent ex Hebræo in Græcum, proindeque valde veriſimile, quòd unuſquiſque ſuum Codicem aſportavit, ex quo quilibet ſuam tranſlationem confecit.

Quot libros Suptuaginta verterint;

435. Prima ſententia tenet Septuaginta ſolùm Pentateuchum tranſtuliſſe. Ita videtur colligi ex Ioſepho *Præfat. ad libros de Antiq. & ex lib. 12. cap. 2.* & ex Ariſtæa, & Philone *lib. 2. de vita Moyſis*, dicunt enim, Septuaginta ſolos libros legis interpretatos fuiſſe.

Ioſeph. Ariſtæas. Philo.

436. Vera ſententia eſt Septuaginta vertiſſe omnes libros, qui ſuo tempore erant in Canone Antiquo Hebræorum. Ita D. Irenæus *lib. 3. c. 15.* Juſtinus *in Dialogo cum Tryphone*, Clemens Alexandr. *lib. 1. ſtromat.* Euſebius *de Præparat. lib 8. cap. 1.* Chryſoſtom. *homil. 4. in Geneſ.* & alij aſſerentes ab Eleazaro non ſolùm miſſos fuiſſe libros Moyſis, ſed etiam univerſa volumina veteris teſtamenti; imò in multis ferè totam lectionem Septuaginta paucis exceptis retinuit D. Hieronymus, ut infrà dicam, *q. 10. num. 21.* & in Biblia Fortunati lectionem Septuaginta invenies in libris Tobiæ, & Iudith, quia in ſexta Synodo Hebræorum in Canone repoſita ſunt, ut teſtatur Genebrard. *anno 386. num. 10.* ut ſuprà dixi.

D. Irinæus. D. Iuſtin. Clem. Alex Euſebius. Chryſoſt.

437. Probatur hæc ſententia; primò Ptolomæus librorum affectiſſimus, Bibliothecam ſuam ditare voluit, omnibus Codicibus, quos alicubi cognòverat haberi, & inde à Iudæis poſtulavit, ut non ſolùm Pentateuchum ad ſe mitterent, ſed etiam omnes libros; ſacros, aliàs non fuiſſet ſatisfactum Regis deſiderio, ac poſtulationi, ſi ſciret omnes libros ad ſe non mitti; ergo dicendum, quòd omnes libri fuerunt miſſi, & omnes tranſlati à Septuaginta. Secundò, quoniam Chriſtus Dominus, & Apoſtoli in citandis Prophetarum verbis, ſæpe utuntur Græca verſione, ipſorum autem tempore, non erat alia Græca verſio præter Septuaginta.

Apoſtoli.

438. Tertiò, quia Rex vehementiſſimè affectabat ex omnibus mundi partibus omnes libros ad ſe adducere ad amplificandam magnitudinem ſuæ Bibliothecæ, in qua jam ultra viginti librorum erant myriades, id eſt ducenta millia; & præcipuè cum Demetrius hujus Bibliothecæ Præpoſitus, eo tempore, ut Ariſtæas inquit, intenderet, ut librorum numerus quinquaginta myriades, id eſt quingentena millia librorum adimpleret; ergo ſine dubio omnes miſſi ſunt, & tranſlati.

Quartò probatur, quia hæc tranſlatio facta à Septuaginta, ut miraculoſa habetur, & veneratur ab omnibus, non ſolùm in ſumma eorum cohærentia, ac uniformitate, cùm nec in uno verbo unus ab altero diſcreparet, ut notant citati Patres, & Auctores, Ariſtæas, D. Iuſtin. Irenæus, Cyrill. Ieroſolym. Auguſt. Philo Hebræus, Ioſephus, & alij; ſed etiam in hoc maximè miraculoſa, quòd in Septuaginta duorum dierum ſpatio ſuam tranſlationem abſolverint, quod non erat mirum, ſi ſolùm quinque libros Moyſis tranſtuliſſent, ac vertiſſent. 439.

Ariſtæus. D. Iuſtin. D. Irenæ. D Cyrill. D. Auguſt. Philo.

An in hac Septuaginta tranſlatione adfuiſſet Spiritus ſancti aſſiſtentia?

Certum eſt hanc verſionem factam fuiſſe à Septuaginta per peculiarem aſſiſtentiam Spiritus ſancti influente ſuo magno, ac ſingulariſſimo dono, quod dicitur interpretatio ſermonis, quod eſt Prophetiæ donum ut docet D. Thomas *2.2. quæſt. 17. art. 2. ad 4.* Et inde Septuaginta Prophetæ dicuntur, & eos prophetaſſe dicit D. Auguſtinus *lib. 4 de Doctrina Chriſtiana c. 7.* ait: *Septuaginta interpretes divino Spiritu interpretati ſunt, & lib. 18 de Civit. c. 43.* ait: *Spiritus, qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipſe erat in Septuaginta viris, quando illa interpretati ſunt.* Quòd etiam jam antea dixerat Philo Hebræus *lib. 1. de vita Moyſi*, & ait: *Tanquam numine correpti prophetabant.* Unde infert non tam interpretes, ſed potius Prophetas vocandos: & in hoc conveniunt omnes Patres, D. Iuſtin. Irenæus, Chryſoſt. *locis citatis.* 440.

D. Thom. D. Thom. D. Auguſt. Philo. D. Iuſtin. D. Irenæus. D. Chryſ.

Hoc autem donum interpretationis conſtitit in ſingulari quodam auxilio Spiritus ſancti ad transferendum ad unguem ex una lingua in aliam; ita ut Interpres à dictantis mente non recedat, ſed id verbis ſuis exprimat, quod auctor intendebat, ut docet Suar. *3. part. quæſt. 7. art. 8. ſect. 2. §. hoc conſtat*: & quia verba Hebræa, & maximè ſacræ ſcripturæ ſub eadem voce multiplices ſenſus continent, in hoc maximè virtus Spiritus ſancti reſplenduit ut illum ſenſum ſeptuaginta deſignarent, qui principaliter erat à Deo intentus. 441.

Suar.

Probatur. Quia tanta cohærentia, ac uniformitas in ſeptuaginta duobus hominibus, cùm exiſterent in cellulis ſeparatis, abſque ullo commercio locutionis inter ſe, fieri non potuit, niſi peculiari manu Dei: & eſto concedamus, quòd omnes in componenda verſione, ſimul eſſent, tamen quòd tot homines ſapientia, doctrina, ac eruditione pleni, mutuo conſenſu, in unam ſententiam, in unum loquendi modum, in unam verborum ſeriem, abſque ulla diſcrepantia in minimo conſpiraverint, id ſine ſpeciali Dei directione moraliter fieri non poterat; nam ubi eſt multitudo maximè ſapientum, ibi eſt multa varietas ſententiarum, tam quoad ſubſtantiam, quam quoad modum, ac diſpoſitionem rerum, multumque tempus diſputationibus, ac altercationibus conteritur; proindeque tam breviſſimo tempore, Septuaginta duorum dierum ſpatio, quo tot librorum verſionem perfecerunt, non poterant eam abſolvere ſine Dei aſſiſtente auxilio. 442.

An tranſtulerint aliquid addendo vel ſubtrahendo;

445. Dicendum eſt Interpretes ſeptuaginta, quamvis optimo modo ſacros codices Hebræos Græcè verterint, non tamen eos reddiderunt de verbo ad verbum, ſed aliqua addiderunt, mutaverunt, abſtulerunt, prout Spiritus ſanctus eos dirigebat. Prima pars patet; quia ab auctoris mente nunquam receſſerunt, ut patet ex ſumma eorum Conformitate, ex qua manifeſte colligitur perpetua in eis ſpiritus ſancti aſſiſtentia, ut eſt dictum. Quod autem de verbo ad verbum non reddiderint, patet ex his, quæ docet D. Hieron. *Præfat. in Chronic.* Euſeb. *Difficile eſt*, ait, *alienas linguas inſequentem non alicubi excedere, ut quæ in aliena lingua bene dicta ſunt, eundem decorem in tranſlatione ſervent.* Et parùm pòſt idem confirmat Et non ſolùm ratione, ſed etiam experientia hoc deprehenditur, ut notant D. Ambroſius *lib. 3. Hexamer. cap. 2.* Philaſt. *Part. 3. hereſ. 87.*

D. Hieron. D. Ambroſ. Philaſt.

444. Quòd verò aliqua addiderint, vel ſubtraxerint, docet expreſsè D. Hieron. *Epiſtol. ad Domnionem, & Rogatianum.* Quòd etiam ex multis tradunt D. Auguſt. citandus, Salmeiron, *Prolog. 3.* quòd ex alto dictamine Spiritus ſancti factum eſt, ut patet ex mutua cohærentia, ut addendo aliquid magis explicarent, & ſubtrahendo magna myſteria abſconderent Ethnicis, qui ſine lumine fidei illa aſportare non poterant. Rem ſapientiſſimè de ſuo more explicat D. Auguſtin. *lib. 18. de Civit. Dei, cap. 43.* & ait: *Sicut oportet nihil aliud intueamur in ſcripturis, niſi quòd per homines dixerit Dei ſpiritus, quod quid eſt Hebraicis Codicibus, & non eſt apud Septuaginta interpretes, noluit hoc per ipſos, ſed per illos prophetas Dei ſpiritus dicere. Quidquid verò eſt apud Septuaginta, in Hebræis autem Codicibus non eſt, per iſtos maluit, quàm per illos idem ſpiritus Dei dicere, ſic oſtendimus utroſque fuiſſe prophetas; iſto enim modo iſta per Iſaiam, illa per Ieremiam, alia, atque alia per alium, atque alium prophetam, vel aliter per hunc, ac per alium dixit, ut voluit. Quidquid porrò apud utroſque dicere voluit, unus atque idem ſpiritus, ſed itaut illi præcederent prophetando, illi ſequerentur prophetice illos interpretando; quia ſicut in illis vera concordia dicentibus, unus pacis ſpiritus fuit, ſic in iſtis non ſecum conferentibus, & tamen tanquam uno ore cuncta interpretantibus idem ſpiritus unus apparuit.*

D. Hieron. Auguſt.

445. Dices contra hanc ſententiam tot ſanctorum Patrum, quòd D. Hieron. *Præfat. in Pentat.* negat Sptuaginta Vates fuiſſe, ſed eos dumtaxat dicit interpretes. Et priori præfatione in Iob, eos in pleriſque erraſſe indicat; & variis in locis eorum verſiones reprehendit.

D. Hieron.

446. Reſpondeo quòd D. Hieronymus illa dixit, cùm apud ſe non haberet legitimam, & correctam verſionem, ſed laceratos Codices, at verò poſtquàm expurgatam à vitiis Græcorum, ac Latinorum vidit, eam magnopere veneratur, & ſententiam priſtinam retractavit, ut patet *Præfat. 2. in Paralip. ubi talia vitia notans*, ait: *Nec Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni, ea, quæ vera fuerunt, tranſtulerant. Sed ſcriptorum culpæ adſcribendum, dum de emendatis inemendata ſcripſerunt, & ſæpè tria nomina ſubſtractis è medio ſyllabis in unum vocabulum cogunt, vel è regione unum nomen propter nimiam latitudinem ſuam in duo, vel tria vocabula, &c.* Et idem ſanctus Doctor ferè ſimilia habet *in Præfatione in Eſdram*; ſic ait: *Si Septuaginta interpretum pura, ut ab ipſis in Græcum verſa eſt, editio permaneret, ſuperfluè me impelleres, ut Hebraica volumina latiore ſermone transferrem.*

D. Hieron.

Quæ fides, & autoritas huic Tranſlationi deferenda ſit?

Certum eſt, quòd tempore illo antiquo, ſcilicet uſque ad tempora Apoſtolorum, & deinceps quo ad uſque ſuam puritatem retinuit Tranſlatio Septuaginta Canonica, & authentica fuit, ſive ex tacito, ſive expreſſo conſenſu Eccleſiæ, nam Apoſtoli, & Evangeliſtæ adducente teſtimonia veteris Teſtamenti, ea adducunt ac allegant juxta lectionem ſeptuaginta; ergo ſacri Apoſtoli, ac Evangeliſtæ eam ut Canonicam, ac legitimam approbant. Et ita ait D. Auguſtinus lib. 18. de Civit. Dei, cap. 44. *Ego pro modulo meo veſtigia ſequens Apoſtolorum, quia ipſi ex utriſque, ideſt ex Hebræis, & ex ſeptuaginta teſtimonia prophetica poſuerunt: utraque auctoritate utendum putavi, quoniam utraque una, & divina eſt.* Nota ultima verba, *utraque una, & divina eſt*, ergo utraque authentica. Idem docent Euſebius *lib. 6. Hiſtoriæ. cap. 23.* & D. Hieronymus allegatus ſuperiori, *num. 446.*

447. D. Auguſt. Euſebius. D. Hieron.

Poſt tempus verò illud primitivum; circa Septuaginta tranſlationem, tempore Origenis, non una ſimplex fuit tranſlatio, ſed triplex, & inde non una ſimplex circumferebatur; nam quidam legebant eam, quam Lucianus Martyr anno Chriſti. 174. edidit. Alij eam, quam Origenes anno 226. correxit; & inter hos Heſichius maximè laboravit, anno. 360. ut hanc tranſlationem ad ſuam primævam integritatem reduceret, de his facit mentionem D. Hieron. *præfat. in lib. 16. Iſaiæ, & Epiſt. 107.* ubi ait: *Alexandria & Ægyptus in Septuaginta ſuis Heſychium laudat Auctorem: Conſtantinopolis uſque ad Antiochiam, Luciani Martyris exemplaria probat, media inter has provinciæ Paleſtinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Euſebius, & Phamphilius vulgarunt, totuſque Orbis hac inter ſe trifaria varietate compugnat.*

448. D. Hieron. Origenes. Euſebius.

Poſteà verò anno 1510. Doctores Complutenſes cum ſtudio, ac labore ſuadente Eminentiſſimo Cardinali Franciſco Ximene Archiepiſcopo Toletano, nec non poſteà Lovanienſes, conquiſitis variis exèmplaribus vetuſtis Græcis, plura menda ademerunt, & quæ deerant reſtituerunt, & eo modo, quo potuerunt, opus perfecerunt; & quia aliqua videbantur adhuc emendatione indigere.

449. Franc. Xim.

Inde factum eſt, quód anno Domini 1585. ex antiquiſſimo Bibliothecæ Vaticanæ Codice manu ſcripto expreſſa eſt alia verſio ſeptuaginta Interpretum, ſtudio, & labore Eminentiſſimi Cardinalis Antonij Carrafæ Bibliothecarij Apoſtolici (cui ait Baronius *anno 131. num. 50*

450. Cnr. Aaraff Baron.

num. 50. Eccleſia Catholica plurimum debet) in quo negotio per novem annos, à multis viris doctiſſimis, ac peritiſſimis inſudatum eſt,
Greg. XIII. & hæc tranſlatio incepta fuit mandato Gregorij XIII. & perfecta eſt ſub initium Pontificatus Sixti V.
Sixtus V.

450. Hæc tranſlatio facta fuit, ut iam dixi, anno 1585. Codex autem ille Vaticanus, ante mille, & ducentos annos literis, quas vocant uncialibus exaratus erat, ut ſic Hieronymi tempora excedebat, qui anno Domini 422. obiit. Auguſt. etiam obiit 45. Si ergo uſque ad tempora D. Hieronymi, ac D. Auguſtini, ut authentica habebatur hæc verſio, ſanè etiam hic Codex, qui præcedit Hieronymum, & Auguſtinum ſua antiquitate, ab omnibus iudicatur correctior, & purior, & ab omnibus cenſeri debet authenticus, & inde divina Providentia in Vaticano per tot ſæcula annorum eſt ſervatus ut legitimus, & verus. Ita hanc
Morinus. Bonfrer. Lahay. ſententiam tenent Morinus Bonfreretus, Ioannes de Lahay *Prolog. in Bibl. Max. ſect.* 18. *c.* 8.
Deſperius. § *Affirmativa*; & Deſperius apud ipſum.

451. Probatur; primò, quia Sixtus V. Summus
Sixtus V. Pontifex in ſuo diplomate præfixo verſioni Septuaginta ex Vaticano, ſic inquit: *Volumus, & ſantimus ad Dei gloriam, & Eccleſiæ vtilitatem, ut vetus teſtamentum iuxta Septuaginta recognitum, & expoſitum, ab omnibus recipiatur, ac teneatur, non autem quomodocumque, ſed ut authentica verſio.* Et proſequitur Summus Pontifex: *Prohibentes ne quis de hac nova Græca editione audeat in poſterum, vel addendo; vel demendo quidquam immutare.*

452. Probatur ratione. Eccleſia non ſolet impobare lectionem, ſeu verſionem, quam aliquando approbavit, ut authenticam, ac veram, & ſinceram, ſed olim, ut vidimus tempore D. Hieronymi, & Auguſtini habebatur ut authentica; & hæc auctoritas in lectione Septuaginta non fuit immutata aliquo Eccleſiæ decreto, & ut authentica eſt ſervata ab Eccleſia in ſua Bibliotheca; ergo adhuc manet authentica. Confirmatur, quia ut argumentatur Morinus, ſi loca adducta, ac allegata ex Septuaginta inventa apud Origenem, & ſanctos Patres, conferas cum hæc editione Vaticana, invenies ſummam uniformitatem, ac cohærentiam, ut ovum ovo, lac lacti ſimilius non ſit. Nota tamen quòd hæc lectio Vaticana, quamvis authentica, non eſt Canonica, quia ab Eccleſia non eſt poſita in Catalogo librorum Canonicorum. Vide quæ dixi ſuprà.

453. Dices; Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 4. mandat ex omnibus editionibus Latinis, quod ſolùm noſtra vulgata habeatur ut authentica; ergo auctoritas aliarum editionum videtur abrogata. Reſpondetur quòd non ita eſt; nam Concilium clarè loquitur de editionibus Latinis; non verò loquitur de verſionibus, quæ fiunt ex Hebræo, vel Græco, ut Septuaginta: Deinde loquitur de editione authentica Canonica; hæc autem verſio licet ſit authentica, non eſt Canonica.

QUÆSTIO II.

An Textus Hebraicus etiam nunc poſt D. Hieronymum ſit authenticus;

SVMMARIVM.

454 *Quid ſit Authenticum.*
455 *Textus Hebraicus uſque ad Chriſti tempora erat Authenticus.*
456 *Textus Hebraicus uſque ad tempora Divi Hieronymi erat authenticus.*
457 *Prima ſententia affirmat, quòd nullus datur Textus Hebraicus purus, & incorruptus.*
458 *Fundamenta huius ſententiæ.*
45 *Oppoſita ſententia communis, & vera.*
460 *Per viros ſanctiſſimos in primitiva Eccleſia diverſi Codices ſunt aſportati.*
461 *Dei iudicio ipſi Iudæi ſacros Codices ſecum aſportarunt.*
462 *Probatur concluſio: & refellitur adverſariorum reſponſio, & n.* 463.
464 *Secundum fundamentum, & refellitur adverſariorum ſolutio, & n.* 465.
466 *Solvuntur argumenta contraria.*
467 *Ad inſtantiam oſtenditur omnia cohærere cum Textu Hebræo, & n* 468.
469 *Magna utilitas ex Textu Hebræo.*

PRimò notandum, quid ſit authenticum, 454.
quòd deducitur à verbo Græco, quod ſignificat authoritatem, ac proinde Authenticum idem eſt, ac illud quod habet auctoritatem; unde ait Iulianus Iuriſconſultus, *tract. de fide inſtrument.* inde dicta ſunt inſtrumenta Iulian.
authentica, & ſcripta, quæ certam, & iuſtam habent auctoritatem, & Andradius de Andrad.
Payva *in defenſ. Concil. Trid. ſeſſ.* 4. dicit, quòd illud appellatur Authenticum, quod fidem certam, & publicam facit in iudicio.

Secundò notandum, ut certiſſimum, quòd 455.
uſque ad tempora Chriſti D. ſacri Codices Hebræorum, erant legitimi, authentici, & Canonici. Hoc optima ratione probat D. Origen.
Hieroninus, *in cap.* 6. *Iſaiæ ex Origene*; quia ſi Phariſæi corrumperent ſcripturas, ait D. Hieronymus, *nunquam Dominus, & Apoſtoli, qui cætera arguebant crimina in ſcribis, & phariſæis, de hoc crimine, quod erat maximum reticuiſſent*, ſed hoc eis exprobraſſent, & redarguiſſent, ut latè proſequitur ſanctus Doctor; quod etiam docet Tertullianus *in Apolog. cap.* 18. *&* 19. D. Auguſtinus *Epiſt.* 19. *ad Hieron.* Et ſic communiter ſancti, quia tunc ille codex erat vetus, & legitimus, inde Chriſtus Dominus Scribas, & Phariſæos ad lectionem ſacræ Scripturæ adhortabatur, Ioan. 5. num. 39. *Scrutamini Scripturas, quia illæ teſtimonium perhibent de me.* Et hoc etiam conſtat ex multis aliis locis.

Hieron. Tertull. D. Auguſt. Ioan. 5.

Tertiò certiſſimum eſt, quòd ille Textus 456.
Hebraicus, quo uſus eſt, D. Hieron. *in ſua verſione fuerit verus, & authenticus.* In hoc conveniunt omnes Doctores: Et ratio eſt evidens quia verſio vulgata, quam recepit, & approbat Eccleſia Catholica, ut authenticam, & D. Hieron.

Canon

Canonicam ; eſt D. Hieron. ſecundum illius maiorem partem , qui Textum Hæbraicum Latinè interpretatus eſt ; unde ſequitur etiam ipſum fuiſſe authenticum , nec enim maior poteſt eſſe auctoritas verſionis , quàm exemplaris , ad quod efformata eſt ; & ita hoc eſt verum , ut nullus debitet.

An poſt tempus D. Hieronymi ?

457. Controverſia eſt , an poſt tempus D. Hieronymi detur Textus Hebraicus , purus, integer , & incorruptus? Prima ſententia affirmat nullum dari hodie Textum Hebraicum , purum, ſincerum,& incorruptum. Ita Cano *lib.* 2. *de locis, cap.* 13. Iacobus de Valentia *Præfat. in Pſalte* , Procetus de Victoria contra Judæos *part.* 1. *cap.* 15. Lidanus *lib. de optimo genere interpretandi, cap.* 11. Leo Caſtrenſis *in Apologetico ad Comment. Iſaiæ , cap.* 17. Salmeiron. *Prolog.* 4. Ribeira *ad cap.* 12. *Oſeæ, Marin. Præfatione in ſuum Theſaurum.* Fr. Anton. à Matre Dei, *Prælud.* 2. *dub.* 6. *num.* 50. Titelm. *collat. ſuper Epiſtolam ad Rom.*

458. Probant ſuam ſententiam. Primò', quia aliqua loca dantur in dicto Textu Hebraico. quæ non ſolùm differunt , ſed etiam opponuntur noſtræ vulgatæ, quam Trident. *ſeſſ.* 4. jubet, ut nemo quovis prætextu audeat , vel præſumat eam reiicere , ac contradicere; ergo ille Textus Hebraicus non eſt legitimus. Et confirmatur , quia talia loca ex multiplici capite corrupta fuerunt , quia humana infirmitas ſæpè in libris exſcribendis in multos errores prolabitur , dum unam literam ponit pro alia , aut unam vocem pro alia ſubſtituit, aut literas tranſmutando , qui errores facilè à primis exſcribentibus ad ſequẽtes tranſeunt; & hoc maximè viſitur in characteribus Hebraicis ; nam poſito uno puncto in dextro, vel ſiniſtro cornu , totum ſignificatum diverſificat, ut notant Hebraizantes Xanctis Pagnin. Eugubin. Genebrard. cum Malveda *in Pſal.* 21. Galatinus *lib.* 8. *in princip.* Marinus *in verb. caract.*

Xantis Pag
Eugubinus
Malveda.
Galatin.
Marin.

459. Oppoſita ſententia communis , & vera eſt, quæ affirmat, quòd apud nos Catholicos Textus Hebraicus incorruptus, purus, ac ſinceras habetur & perſeverat ; ita D. Thom. *in Epiſt. ad Roman.* cap. 9. num. 12. *Quia maior ſerviet minori*, Burg. 2. *part. ſcrutini. ſcript. diſc.* 6. *c.* 1. Eugubinus *in Pentateuc.* Driedo *de Eccleſiaſt. Dogmatibus , cap.* 1. Veiga *in Conc. Trid. cap.* 8. Sixtus Senenſis *lib.* 8. *in conſut. hæreſ.* 2. *per totum , & hæreſ.* 13. *in finem.* Caiet. quem citat. Hieron. Rua. 1. *part. controv. contr.* 2. *poſitiva* , Ioſephus à Coſta *de Chriſto revelato cap.* 19. cuius eſt Titulus Latina editio , poſt Concil. Trident, Ludovic. de Tena *Iſagoge lib.* 1. *diff.* 3. *ſect.* 3. Ioannes Deſpieres *lib de Auditore, ſcript. tract.* 1. *de Text. Hebraico, diſp.* 3. *dub.* 2. & ante hos Lyran. peritiſſimus in lingua Hebraica : hoc multis in locis docet præcipuè *in cap. ult. Numer. & in cap.* 10. *Iudicum.* Dixi in concluſione apud nos Catholicos: nam nunc perfidi Iudæi ipſum Textum Hebraicum multis perverſitatibus , erroribus , ac falſitatibus, pro ſua nequitia, ac malitia corruperunt.

D. Thom.
Burgenſ.
Eugubinus.
Driedo.
Viega.
Sixt. Senen.
Caietan.
Rua.
Ioſeph. à Coſta.
Deſpieres.
Lyran.

460. Ante probationem Concluſionis ſuppono id , quod mihi eſt plus quàm certiſſimum , quòd ſacri Apoſtoli , ac Evangeliſtæ , diſcipulique Domini Ieſu-Chriſti , ac Diſcipuli Apoſtolorum ; multique alij viri ſanctiſſimi, qui ex Ieruſalem , ſeu Iudæa ad varias orbis partes venerunt , & Codices Hebraicos ſacræ Scripturæ ſecum aſportaverunt, qui pro tunc erant incorrupti , & authentici , ex quibus multi conſervantur, & retinentur in Vaticano per tot mille annos , ac in aliis Bibliothecis, & quamquam perfidia Iudaica , ut inquiunt citati Auctores , invidia, & malevolentia ſtimulata ac conata ſit tantum bonum divinæ ſcripturæ nobis eripere; ipſumque fontem ſermonum Dei veneno ſuæ perverſitatis inficere, nunquam tamen potuerunt , nam ſemper in Eccleſia Dei fuerunt viri ſancti , ac doctiſſimi , quorum opera , ac ſtudio Codices Hebraici ſunt cuſtoditi , ac conſervati , ex quibus tuto , ac firmiter poteſt Catholicus Doctor ſacros ,& veros ſenſus elicere , & Chriſtianæ Eccleſiæ dogmata confirmare , Iudæoſque ipſos de ſua falſitate redarguere , ac devincere , Eccleſiæque Catholicæ judicium, ac ſententiam defendere.

461. Imò ut bene notat Ludovicus de Tena citatus , divina Providentia eſt factum , ut ex illo horrendo excidio Ieroſolymitano , quod accidit anno 72. multi Iudæi , qui captivi ducti ſunt , vel fugerunt in aliquas partes , vel in ipſa Iudæa permanſerunt , ſecum aſportarunt , vel tenuerunt ipſos codices Hebraicos , qui tunc erant incorrupti , utpote tot ſæcula ante D. Hieronymum , tum ut Chriſti vaticinia non viderentur à nobis compoſita, ſed in manibus inimicorum habita ; tum ut etiam ipſi Iudæi ſecum aſportarent teſtimonia ſuæ perfidiæ , nequitiæ , ac malitiæ , cum tam apertis,& evidentibus vaticiniis nollent Chriſtum recipere , recognoſcere , ac adorare , ut verum Meſſiam , ac Filium Dei.

Tena.

462. Probatur. Primò noſtra Reſolutio . Textus Hebraicus olim, hoc eſt tempore D. Hieronymi , erat incorruptus , & authenticus , ut patet ex ſupra dictis in hac quæſtione; ergo etiã nunc eſt authenticus. Conſequentia patet ex his , quæ diximus de libris Canon. quia ſcriptura aliqua , quæ olim fuit authentica , ſemper manet authentica , nec Eccleſia poteſt reprobare id , quod aliquando approbavit, hoc enim eſſet Eccleſiam Eccleſiæ contrariare , & evertere illam ſcripturam , tanquam fidelem judicare , quæ iam erat approbata ; ergo ſi tempore Hieronymi Textus Hebraicus erat authenticus , & in Vaticano , & aliis Bibliothecis dantur Textus Hebraici à tempore D. Hieronymi, imò & antiquiores ; ergo habendi ſunt authentici.

463. Reſpondent adverſarii , quòd Textus Hebraicus olim fuit purus , & ſincerus, nunc autem Iudæorum malitia eſt corruptus , & depravatus ; hoc prævidens Auguſtinus *lib.* 15. *De Civit. Dei, cap.* 13. ait : *Nullus prudens debet credere Iudæos tam longè , latéque diſperſos conveniſſe , & conſpiraſſe in ſacrorum voluminum corruptione.* Deinde nos fatemur , quòd perfidia, malitia, ac nequitia Iudæorum multi ſacri Codices ſunt corrupti , ad depravati; ſed loquimur de illis codicibus , ac textibus , qui ſemper fuerunt cuſtoditi, ac conſervati à ſanctis Patribus , ac Romanis Pontificibus , eorumque

D. Auguſt.

rumque exemplaribus: de quō ait Arias Montan. in Biblia Reg. Præfat. in Pentat. *In illo thesauro, quem Masoreth appellant, tanquam in sacra & fida quadam, custodia, summa dilegentia, & maximo studio custodita, antiquæ lectionis, reliquiæ monumenta, indicia, vestigia, exemplaque omnia continentur.*

Arias.

464. Secundò probatur nostra sententia. In Ecclesia usque in hodiernum conservantur vetustissima Hebræorum volumina, in quibus significativa verba cohærent, & sunt uniformia cum nostra vulgata quoad sensum, ut videtur denotare citatus Arias Montanus linguarum peritissimus Deinde testimonia, quæ apud Patres reperiuntur scripta, ita habentur in hoc Codice Hebraico.

Arias.

465. Origenes. Eusebius. D. Athan. D. Chrys. Dices. Frequenter Patres conqueruntur, ut Origenes, Eusebius, Divus Athanasius *lib. Adversf. Iudæos*, D. Chrysostomus *ad Philip. cap. 3. homil. 11.* quòd Iudæi sacrum Textum multis falsitatibus, ac erroribus corrumpunt, quod apertè fatemur; nam sicut apud Iudæos omnia sunt falsa, depravata, ac iniqua, sic & Codices apud eos omni nequitia abundant: sicut etiam hæretici faciunt, qui non solum sacrum Textum, sed etiam sanctos Patres detrahentes, quæ faciunt contra suos errores, & alia in eorum favorem supponentes: Et de istis hæreticis loquitur D. Chrysostom. *citatus*, ut legenti patebit. Tamen semper suprema Dei proivdentia, in Ecclesia sua Deus conservavit, custodivit, ac retinuit vetustissima exemplaria tam Textus Hebraici, quàm Patrum in sua puritate, ac sinceritate, ad augmentum Christianæ puritatis, & destructionem oppositæ iniquitatis.

D. Chrys.

466. Bellarm. Ad primum argumentum contrariorum respondemus nostram vulgatam esse omnino conformem cum Textu Hebraico; hinc ait Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei*, cap. 3. *Quòd vulgata editio sit ex Hebræo translata, ipsa quodammodo clamat, dum penè ubique concordat cum Hebræo.* Et idem penè habet Bañez 1. *p. quæst. 1.* Ad confirmationem dicimus, quòd licèt in libris exscribendis sæpè multi errores contingant, tamen alta Dei providentia, multo studio, multa vigilantia adhibita, semper in sua puritate, ac sinceritate conservati sunt, & habiti in Ecclesia.

Bañez.

467. Gen. 6. Instant adversarij, quia Textus Hebraicus in multis videtur corruptus, quia habet verba, quæ in sua significatione multum distant à nostra vulgata, nam ubi nos habemus in nostra vulgata, Gen. 6. num. 3. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Valdè diversimodè legunt ex Hebræo Arias, Oleaster: *Non contendet, non litigabit.* Caietanus; *Non iudicabit*, Vatabl. *Non disceptabit.* Pagnin. *Non erit in vagina.* Atqui hæc verba in suo sensu maximè distant à nostra vulgata, quæ pura, & sincera est; ergo ille Textus Hebraicus corruptus; & impurus.

Arias. Oleastet. Caietan. Vatabl. Pagnin.

468. Respondetur, quòd omnia optimè cohærent cum nostra vulgata, & eundem faciunt sensum. *Non permanebit spiritus meus in homine*, idem est non litigabit, non contendet, non iudicabit amplius spiritus meus ad inferendam, ac retinendam pœnam, sed eam infligam educens gladium meum de vagina, & interficiet eos manus mea, quia caro est, quæ corruperat omnem viam suam.

Vtilitas Textus Hebraici.

469. Bonfret. Quamvis lectio nostræ vulgatæ semper sit omnibus præferenda, tamen ut optimè notat Bonfrer. *c. 12. Prolog. sect. 3.* Textus Hebraicus magnæ utilitatis est, sive ad emendanda, quæ in Latinam versionem Typographorum incuria irrepserint corrigenda, sive ad vocem, sententiamque in Latino Codice, Græcoque ambiguam enodandam: sive ad singulorum verborum, totiusque sententiæ vim meliùs percipiendam, sive ad literales sensus eruendos, qui sub eisdem apicibus Hebræis, ob linguæ fœcunditatem, latere possunt; quos una sua versione Latinum Græcumvè idioma exprimere non potest, sive ad novos aliquos sensus mysteriáque arcana detegenda, atque ut ipso puro fonte scripturæ Iudæi, ac hæretici confundantur, & convincantur.

Quæstio III.

Referuntur Versiones ex Textu Hebræo in Græcum.

SUMMARIUM.

470 *Multæ translationes referuntur.*
471 *Translatio Aquilæ & quisnam ille fuit.*
472 *Translatio facta à Symmacho, & quis ille fuerit.*
473 *Editio Theodotionis, & quis ille fuit.*
474 *Differentia inter tres editiones.*
475 *Quare in his non servatur ordo temporum.*
476 *Altera editio Hierichunte in doliis inventa.*
477 *Nicopolitana editio sub Alexandro Mamea.*
478 *Olim libri servabantur in vasis fictilibus.*
479 *Altera editio Origeniana ab Origene.*
480 *Altera editio à Luciano Martyre.*
481 *Altera editio edita ab Hesichio, & quis esset.*
482 *Exceptâ editione Septuaginta, solum de aliis extant fragmenta.*

470. D. Athan. Bellarm. Genebrar. Bellarm. Baron. POst Septuaginta editionem ex Textu Hebræo in Græcum, D. Athanasius *in synopsi* septem affirmat. Aliqui ut Baron. *citand. novem.* Bellarm. *lib. 2 de Verbo Dei, cap. 3.* Vndecim proponit, & *cap. 10.* unam adiecit; & tandem aliqui tredecim. Et omissa illa, quæ dicitur facta ex mandato Alexandri Magni, quam licèt admittant Genebrardus *in Chronolog.* & Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei, cap. 5.* eam ut confictam, ac fictitiam dicit, & probat Baron. *ann. 231. num. 11.* Prima, & omnium celeberrima est Septuaginta, de qua dixi *quæst. 1.* Alias verò versiones, seu editiones, quæ sunt celebriores, breviter appono.

Aquila.

471. D Epiph. Secunda editio, quæ ab antiquis dicta est, teste Epiphanio *lib. de ponderibus*, facta est ab Aquila, qui natus est in Vrbe Ponti, cui cum esset Gentilis, videns, quòd discipuli discipulorum Apostoli multa miracula, ac mirabilia ederen

ederent Ieroſolymæ baptizatus eſt,& in Chriſtum credidit, ſed cum Aſtrologiæ iudiciariæ nimis deditus eſſet, & ob id à ſanctis Patribus increpatus, noluit deſiſtere, ſed potiùs contumelioſis verbis in eos inſurrexit, & ad Iudæos ſe contulit, & inde circumciditur, & anno Adriani Imperij 15. à nativitate Chriſti 137. Bibliam ex Hebræo in Græcum convertit, ſed quia iam tunc à Chriſto erat Apoſtata, non ſatis bona fide, ſed malo animo, ac multa depravitate eam convertit.

Symmachus.

472. Tertia editio facta eſt à Symmacho natione Samaritano, & de numero ſapientum Samariæ, qui cùm ambitum apud ſuos principatum obtinere non poſſet, indignatus ad
D.Epiph. Iudæos tranſit, ut notat D. Epiphanius *lib. de Ponderibus*, atque inter eos Proſelytus factus, iterum ſecunda circunciſione circunciſus, ſed cùm tunc apud Iudæos inglorioſus viveret, Chriſtianis ſe adjunxit. Tamen Ebionitarum hæreſim amplexus eſt, & tunc Severi Imperatoris anno à nativitate Chriſti 203. ſacros Codices, ut Samaritanos ſubverteret,ex Hebræo vertit in Græcum, & ut Iudæis placeret, ea quæ ad Chriſtum pertinebant ſubdola in-
D.Hieron. terpretatione celavit, ut teſtatur D. Hieronymus *Præfat.in Iob.* Idemque affirmat de Aquilæ, & Theodotionis tranſlationibus. Sciendum tamen eſt Aquilam : & Symmachum duas ex Hebræo feciſſe tranſlationes, unumquemque ſuam, ut patet ex dictis & notat
D.Hieron. D. Hieronym. *in cap.* 5.8. 16. 20. & 40. *Ezechielis, & ad cap.* 32. *Ieremiæ*, & aliis locis.

Theodotion.

Quarta editio fuit Theodotionis, ex Epheſo, qui etſi ex hæretico Marcioniſta ad Iu-
473. dæos tranſierit,Iudæorumq; Proſelytus factus
D.Epiph. ſit, maiori tamen fide, ac veritate, D. Epiphanio teſte *lib. de Ponderibus, & menſur.* quam cæteri eius ſimiles, ſacros Codices eſt interpretatus; & ideo D. Hieronym. *Præfat.*
D.Hieron. *in Daniel*, ait eius tranſlationem in eundem Prophetam ab Eccleſia olim potiùs uſitatam, quàm eam, quæ Septuaginta dicebatur ; & *præfat. in Pſalter.* ait : *Theodotio ſimplicitate ſermonis, à Septuaginta Interpretibus non diſcordat* ; fuit autem hæc tranſlatio facta ab eo ſub Commodo Imperatore : anno à Chriſto nato 183.

Inter has tres verſiones notandum eſt,hanc
474. eſſe inter illas differentiam, quòd Aquila verbum à verbo expreſſit, Symmachus ſenſum è ſenſu, Theodotion media quadam via inter utrumque incedit, partim ſenſum, partim verba ſequitur, ut notat D. Hieronym. *Epi-*
D Hieron. *ſtol.*125.*ad Damaſc. & Præfat.in quatuor Evangel.* ait, *Inter novos, & veteres medius incedit Theodotion.*

475. Dices, verſionem Symmachi debere eſſe quartam, Theodotionis tertiam,ſiquidem iſte vertit tempore Commodi, & Symmachus Severi, qui poſt Commodum imperavit, ut patet ex proximè prænotatis temporibus. Reſpondetur ; quod licét verſio Theodotionis prior ſit confecta, tamen Symmachus priùs in lucem dedit ſuam, ac proinde, cum hæc verſio Symmachi, priùs evulgata ſit, ut patet ex Præfatione Latina Romana Se- Præfat. Lat.
ptuaginta, & ideò ipſe priùs in numero ponitur. Vel dic quòd Auctores ſequuntur ordinem verſionum, quem Origenes conſtituit Origenes.
in ſuis hexaplis, non attenta temporis ratione, & ideò verſio Symmachi prius eſt poſita, quàm Theodotionis, non attenta temporum ratione.

Hierichuntina.

Quinta editio dicitur Hierichuntina, quia 476.
Hierichunte in doliis quibuſdam inventa dicitur anno ſeptimo Antonini Caracallæ Imperatoris anno Chriſti 229. ut apud D. Epi- D.Epiph.
phanium *de ponderibus, & menſuris*, D. Atha- D. Athan.
naſius *lib. Aduerſ. Iudæos.* Pithis inventum fuiſſe vult, ſed Hierichunte confectam.

Nicopolitana.

Sexta editio ex Hebræo in Græcum dicitur 477.
Nicopolitana ſub Alexandro Mamea in doliis inventa eſt Nicopoli anno 230. cum autem Nicopolis ſit duplex,hîc de ea intelligitur,quæ ad Actium mare eſt: Tamen utriuſque verſionis tam quintæ, quàm ſextæ,incerti ſunt Au- D.Auguſt.
ctores, ut teſtatur D. Auguſt. *lib.* 18. *de Civitate Dei, cap.*43. Dixi ſine nomine interpretis dictas, quia eorum auctoritas non apparet, D. verò Hieron. *in fin.* 2. *Apologiæ*, Iudai- D. Hieron.
cos vocat Auctores.

Ex eo quòd hæ editiones Hierichuntina, 478.
& Nicopolitana inventæ fuerunt in doliis, fortè colligere poſſumus, quòd antiquus fuerit uſus ſervandi libros in doliis, quòd non ſolùm confirmat id, quod vulgo dicitur de armario ſenticano, vulgo *Archivo*, ſed etiam *ex cap.*31. *Iſaiæ num.* 14. & Ieremiæ 32.*n.*14. Iſai.31.
Vbi libri in vaſe fictili poni iubentur, ut *ibi* Ierem 32.
permanere poſſint diebus multis.

Origeniana.

Septima editio Græca fuit Origenis, & 479.
inde dicitur Origeniana,non quia denuò Scripturam in Græcum tranſtulerit, ſed quia verſionem Septuaginta ita correxit,& emendavit (quibuſdam additis, quæ in Septuaginta non erant,& inveniebantur in Hebræo,aliis etiam è contra notatis, quæ licèt in Septuaginta eſſent, in Hebræo non reperiebantur) ut tanquam nova editio haberetur, & prodiit circa annum 233. plus minuſvé.Ut autem lector facilé deprehenderet, quæ in illa verſione vel ſuperfluerent, vel denuo addita eſſent, appoſuit notas,quas appellavit *Obelos.*& Aſtericos. *Obelus* erat veluti lancea,vel iacens virga pymidalis, & denotabat talem ſententiam non eſſe in Hebræo. Ubi autem *Aſteriſcus*, id eſt radians ſtella, denotabatur id eſſe in verſione Septuaginta, cùm tamen eſſet in Hebræo, & additum fuiſſet ex verſione Theodotionis,de quo agit D. Hieron. *Epiſt.*29.& 104. D.Hieron.
Baronius ad annum 231. *n.*5. Defendit Origenem à culumnia Galeſinij, qui dixit Origenem non tam correxiſſe, quàm corrupiſſe Septuaginta interpretum tranſlationem. Baron.

Luciana

Luciana.

480. Octava tranſlatio in Græcum eſt S. Luciani Martyris, & Presbyteri Antiocheni, qui in perſecutione Diocletiani ad annum 285. gloriosè paſſus eſt; is enim cum videret multas editiones in Græcum jam prodiiſſe, in quibus multa vitia deprehenderat, novam ex Hebræo originali tranſlationem fecit; & quia eam ob tyrannorum perſecutionem evulgare in publicum non poterat, illam manu propria conſcriptam in pariete cujuſdam turris calce illito Nicomediæ abſconditam reliquit. In quo loco tempore Conſtantini Magni ad annum
D. Athan. 310. repertam eſſe refert D. Athanaſius *in Synopſi*. Cum autem hæc tranſlatio maximè cohæreret cum editione Septuaginta, à quibuſdam appellata fuit Septuaginta, ab aliis verò Luciana; apud Græcos fuit communis, & tanquam vulgata appellata, de quo agit
D. Hieron. Rua. D. Hieron. *epiſt.* 135. *ad Suniam*, & latiùs Rua *controverſ.* 2. *poſit. dub.* 4.

Heſichina.

481. Nona editio eſt Heſichij Epiſcopi Ægypti, ut multi aſtruunt, tempore autem Diocletiani martyrio coronatus eſt; alij tamen hanc verſionem Heſichio Jeroſolymitano Presbytero tribuunt; alij Heſichium Monachum volunt Auctorem, & in Palæſtina multorum Monachorum Patrem, in lingua Græca verſatiſſimum, & peritiſſimum in ſacrarum literarum intelligentia. Hic ut Auctor eſt Sixtus
Senenſis. Senenſis *lib.* 4. *Biblioth* novam tranſlationem totius Scripturæ confecit, partim à ſe de Septuaginta Interpretibus emendatam in veteri Teſtamento, partim etiam ex proprio ſtudio, ac induſtria in Teſtamento novo ad antiquam
D. Heron. fidem & ſinceritatem reſtitutam. De Luciani, & Heſichij tranſlationibus loquens D. Hieron. jam ſupra datus *epiſt* 107. *ad Chromantium*, quæ eſt *præfat. ad libros Paralip.* ait: *Alexandria, & Ægyptus in Septuaginta ſuis Heſichium laudat Auctorem: Conſtantinopolis uſque ad Antiochiam, Luciani Martyris exempla probat.* Claruit hic Heſichius anno 360.

482. Maximè tamen notandum, quòd in præſenti ex tranſlationibus ſupradictis, excepta ea, quæ eſt ex Septuaginta Interpretum, nunc
Sextus V. ſolum extant fragmenta quædam, quæ in Bibliis Græcis juſſu Sixti V. juxta verſionem Septuaginta editis anno 1587. poſt ſingula capita reperiuntur, & ſæpè in veterum Patrum ſcriptis laudantur.

QUÆSTIO IV.

Quæ fides, & auctoritas ſupradictis tranſlationibus, ac editionibus adhibenda ſit?

SUMMARIUM.

483 *Tribus prioribus tranſlationibus ad fidei myſteria nulla eſt fides danda, in aliis poſſunt inſervire, & num.* 484. 485.

486 *Dúa ſequentes Catholicos habent Auctores, & à Sanctis Patribus apprpoantur.*

487 *Septima, octava, & nona potiùs ſunt emendationes, quàm verſiones.*

De primis tribus.

QUantum ad verſiones Aquilæ, Theodotionis, & Symmachi, quæ in illis reperiuntur, prout ſpectant ad Chriſtum Dominum, ac fidei myſteria, nulla fides eſt eis danda, quia ut advertit D. Hieron. *Præfatione in Iob.* Interpretati ſunt odio in Chriſtianam Religionem, multa in ſuis tranſlationibus corruperunt, ac perverſa, & doloſa iniquitate celarunt. 484. D. Hieron

In aliis verò inquiunt Origenes, & D. Hieronymus. Nam hic Sanctus Doctor *in Exechiel.* 5. 8. 16. 20. de illis, ſæpè uſus eſt in ſuis exemplaribus, & Eccleſiæ conſecravit; ille verò, Origen. nempe, fatetur, quòd ex illis verum ſenſum Scripturæ, ac Prophetarum deprehendit in multis; & ſemper citati Patres dicunt, quod editio Theodotionis aliis eſt præferenda, ex qua multa in Septuaginta interpretibus emendata ſunt, ubi mutila erant; valdè tamen utiles ſunt hujuſmodi verſiones à tempore tam antiquiſſimo ad cognoſcendum verum ſenſum Scripturæ ex *ipſo Textu Hebræo*, quem Judæi, ac Hæretici multis malignis perverſitatibus corrumpere intendunt. 485. Origenes. D. Hieron.

De Hierichuntina, & Nicopolitana.

Has duas editiones, de quibus ſuperiori quæſtione egi, Catholicos Auctores inde habuiſſe oſtenditur, quia eas vidimus à Sanctis Patribus recipi, & approbari ut bonas, ac veras, ut teſtatur D. Hieron. *datus ſuprà num.* 581. & inde à nobis retinendæ, ac habendæ ſunt, tanquam ſuam auctoritatem habentes, cum illam habeant apud ſanctos Patres. 486. D. Hieron.

De editione ſeptima, octava, & nona.

De quibus ſuperiori quæſtione dictum eſt, ſunt Origenis, Luciani, & Heſichij, ut ibi jam diximus, non ſunt tam dicendæ verſiones, quàm emendationes tranſlationum Septuaginta Interpretum; omnes tamen eſſe ab Eccleſia receptas, patet ex Divo Hieronymo D. Hieron.
Epiſtol. 107. *num.* 88. ubi aperte ait, *Alexandriam, & Ægyptum Heſichij emendationem; Conſtantinopolim uſque ad Antiochiam, Luciani Martyris exempla probaſſe, & medias inter has Provincias Codices ab Origene emendatos legiſſe, ac approbatos haberi.* 487.

QUÆSTIO V.

De Samaritana Lectione.

SUMMARIUM.

488 *Samaritani unde dicti, eorum character antiquus, & diſtinctus ab eo, quo Judæi utebantur, & num.* 489.

489 *Character diverſus, & magnum diſſidium, inter characteres Iudaïcos & Samaritanos.*

490 *Auctor huius tranſlationis Ioannes Morinus.*

488. Ioſephus. SAmaritani à Samaria Regni Metropoli dicti ſunt, ut teſtatur Joſephus *lib. 9. Antiquit. cap. 1.* In quo novas colonias introduxit Salmanaſar Rex; character verò Samaritanus, idem eſt cum antiquo Hebræo, quo primò à Moyſe lex tradita eſt, & decalogus ſcriptus eſt, qui character apud Judæos erat in uſu, donec poſt reditum à captivitate Babylonica, Eſdras qui legem, & Prophetas, cùm viris magnæ Synagogæ priſtino nitori reſtituit, charactere Aſſyriaco, qui tunc Judæis exulibus magis notus erat ſacra volumina inſcripſit, veterem characterem Samaritanis relinquens.

489. Proindéque character Judæorum, ac Samaritanorum pro tunc erat valdè diverſus; & hæc eſt ſatis communis omnium ſententia Divi Hieronymi, Theodoreti, Vilalpandi apud Morinum; inter Samaritanos, ac Judæos magnum erat odium, & diſſidium: nam Samaritani ſolùm Pentateuchum, id eſt, quinque libros Moyſis recipiebant, non verò libros hiſtoricos, & Propheticos. De eis ſic ſcribunt Joſephus *lib. 9. & lib. 12. cap. 2.* Divus Epiphanius hæreſ. 9. *Samaritanos, licèt cùm primùm legem receperunt, etiam idola, & cultus idololatricos retinuerint, poſteà tamen, cum templum habuerunt, in monte Garizim, Deum verum diligenter coluiſſe, & hoc unum ſtuduiſſe, ut idolorum repudiata ſuperſtitione, verum Deum agnoſcerent.*

D. Hieron. Theodor. Bellarm. Villalpand. Morin.

Ioſephus. D. Epiph.

Auctor hujus verſionis

490. D. Hieron. Exemplaria Samaritana Pentateuchi, ab Divi Hieronymi tempore Chriſtianis ferè ignota, ac in tenebris quaſi ſepulta jacuerunt; multa tamen diligentia in hac noſtra ætate, Sapientiſſimus, ac Doctiſſimus Vir Joannes Morinus, Congregationis Oratorij Jeſu, cui multum ob labores in multis libris eruditiſſimis edendis inſumptos, & etiam maximè ob Samaritanum Pentateuchum in Latinum vertendum, omnes Docti multum debent. Quatuor exemplaria habuit, quibus uſus eſt in editione Pariſienſi, unum quidem integrum, reliqua verò manca, & trunca, de quibus, ut de duobus Codicibus verſionis Samaritanæ ipſe in Præfatione ad Biblia, & in exercitatione in Pentateuchum Samaritanum, & in Præfatione ad Biblia Græca editionis Pariſienſis.

Ioan. Morinus.

QUÆSTIO VI.

De verſione Chaldaïca, quæ dicitur Targum, ac de ejus origine.

SUMMARIUM.

491 *Quia Iudæi ducti ſunt in varias nationes, inde variæ ſunt Bibliæ tranſlationes.*

492 *Varij ſunt Auctores tranſlationis in Chaldæum.*

493 *Cur Paraphraſis Chaldaïca dicitur Thargum, & quid ſit verſio, quid Paraphraſis.*

494 *Paraphraſis Chaldaïca, etſi aliquando utilis, cautè legenda.*

EX originali Hebræo tanquam ex fonte ad diverſos rivos, variæ tranſlationes emanarunt, ut Chaldaïca, ac Syriaca, cujus rei ea fuit cauſa, ut notat Martinus Martines Cantapret. Doctor Salmantic. *lib. 1. Hypotypoſeon, cap. 4.* Duæ fuerunt diſperſiones Judæorum præcipuæ: una apud Chaldæos, altera apud Græcos, in quibus ipſi Iſraëlitæ cùm aſſueviſſent linguis populorum, apud quos habitabant, inde apud eos paulatim Hebraïca lingua in oblivionem abiit; cùm igitur non intelligerent, quæ in Synagogis legebantur, & inde nulla audientium fiebat ædificatio; ergo ad utilitatem eorum proviſum fuit, ut Biblia ſacra in illis linguis verteretur, quæ in uſu erat apud Judæos, qui diſperſi fuerant, ſcilicet ut in Chaldaïcum, & Syriacum ſermonem: Nunc de verſione Chaldaica agimus, quæ habetur in Biblia Regia, & Pariſienſi, in qua fuerunt tranſlati omnes libri, qui erant in Canone Hebræorum, exceptis libris Paralip. Eſdræ, & Danielis. 491. Martin.

492. Origo autem fuit Targumim, ſeu Paraphraſes Chaldaïcorum, quarum prima facta eſt à Rabbi *Onchelos*, quem multi dicunt, eſſe Aquilam, de quo dixi ſuperiori *quæſtione num. 571.* Hic ſolum tranſtulit Pentateuchum, cujus Paraphraſis ad Textum Hebaïcum maximè accedit. Secundò Rabbi *Ionathas*, tranſtulit libros, quos Prophetales appellant, id eſt Joſuë, Judicum, Samuëlis, Regum, Iſaïæ, Jeremiæ, & duodecim Prophetas minores, & hunc Rabbinum Jonathan multi exiſtimant fuiſſe Theodotionem, & de hoc ſcribit Galatinus *lib. de articul. Chath. verb. & lib. 1. cap. 3.* quòd oracula, & vaticinia quæcunque de Meſſia dubia, & obſcura videbantur, in certiſſima, ac clariſſima in Chriſto adimpleta, reddidit, adeo ut ejus editio, non tam interpretatio, quàm Gloſſa eſſe videatur. Circa autem tranſlationes aliorum librorum in Chaldæum, ſcilicet Eſther, Job, Pſalm. Ruth, Salomonis, Threnorum, Auctor certò non cognoſcitur ex Hebræorum hiſtoriis, ut teſtatur Joannes de Lahay *Prolog. in Bibliam Maxim. ſect. 17. cap. 2. §. Inde*; à multis tamen creditur fuiſſe Joſephum cæcum, ut tenet Lucas Burg. *in tractatu de Paraphraſi Chaldaïca.*

Galatinus. Lahay. Luc. Burg.

Meritò tamen quæres, cur verſio Chaldaïca Thargum *Thargem* dicatur. Pro quo adverte, quòd Thargum in illo idiomate idem valet, ac interpretatio: ac Paraphraſis, ut conſtat ex proprio libro, qui has voces explicat; & ideo hæc dicitur *Thargum*, ſeu potiùs Paraphraſis, quàm verſio; & in hoc diſtinguuntur, quia verſio verba auctoris, in aliam linguam transfert; Paraphraſis verò, ſive in eadem lingua, ſive in alia, aliqua tamen verba addit, detrahit, ac mutat

ex

ex autographo, ut clarior, & manifeſtior reddatur ſenſus, & id fortè, quod in proprio Auctoris originali videbatur obſcurum, fiat planum, & magis facilè ad intelligendum.

494. Luc. Burg. Ex his meritò Luc. Burgenſ. *in epiſt. ad Candidum Lectorem*, meritò arguit, & improbat quendam Doctorem, qui Chaldaïcæ Paraphraſi detrahit, eámque inutilem dicit, cum ſit valdè utiliſſima, & proficua, ut ea, quæ ſive Græcè, ſive Latinè, obſcura, & difficilia apparent ex ipſo Hebræo fonte, magis explicentur, ac intelligibilia reddantur: & libros Danielis, Judith non ex Hebræo, ſed ex originali Chaldaïco tranſtulit D. Hieronymus.

D. Hieron.

495. Quamvis hæc ita ſint; tamen Paraphraſi Chaldaïcæ non ubique eadem fides danda eſt. In Pentateucho purior, ac ſincerior eſt, non ſic verò in aliis libris ipſius Scripturæ: nam multis erroribus, nugis, & fabulis Thalmudis referta eſt, maximè in Pſalmis, Cantico Canticorum, Jobo, Threnis, *Iſaiæ cap.* 53. & ideo in Biblia Complutenſi, ac Fortunati Fanenſis, ut notatur in eorum præfatione, in quibus ſolùm ponitur in Pentateucho; & ideo præ oculis habenda eſt cautio poſita in expurgatorio Hiſpanico, ubi inter alia dicitur: *Ex Paraphraſi Chaldaïca, neque firmum argumentam deduci, neque magnifaciendum, ſed cautè, & cum judicio ubique legi oportere.* Idem habet expurgatorium Luſitanum: & ideo ut teſtatur Fr. Anton. à Matre Dei *Prælud.* 2. *dub.* 11. *n.* 96. §. *videantur*, Viri docti conqueſti ſunt; quod Arias Montanus, ac aliqui Doctores Lovanienſes hanc verſionem poſuiſſent in Biblia Regia.

bibl. comp.

Expurgati.

Fr. Anton.

QUÆSTIO VII.

De editione Syriaca, ac Arabica.

SUMMARIUM.

496 *Syriaca lingua myſtica ex Hebraïca, & Chaldaïca.*
497 *Vetus Teſtamentum Syriaca lingua in multa veneratione.*
498 *Quis Auctor huius tranſlationis.*
499 *Lingua Arabica multum communis.*
500 *Auctores huius tranſlationis, & n.* 501.
502 *Alia tranſlatio in Lauretana Bibliotheca.*

Syriaca.

496. LIngua Sytiaca veluti quædam proles eſt linguæ Hebraïcæ, ac Cheldaïcæ: Hebræi ſiquidem uſque ad captivitatem Babylonicam, Hebraïcè ſolùm nempe lingua ſua nativa utebantur; cùm autem abducti eſſent in Babyloniam, materna lingua cœperunt oblivíſci, & aliena, nempe Chaldaïca uti, & quia expeditè eam pronuntiare non valebant, & ſemper ex Hebræo aliquid permiſcebant, factum eſt, ut quædam lingua tertia naſceretur compoſita ex Chaldaïca, & Hebraïca; & hæc eſt quam deinceps Hebræi pro materna, ac communi habuerunt, quæ quidem Syriaca dicta eſt, ubi maximè inceperat, ac ejus uſus vigebat.

Et primò inquirimus, utrùm Teſtamentum vetus Syriacè ſcriptum ſit? Negat Cardinalis Bellarm. *lib.* 2. *de Verbo Dei, capit.* 4. ubi apertè affirmat nullum librum veteris Teſtamenti ſcriptum fuiſſe tali idiomate, niſi forraſsè liber primus Machabæorum, vel Eccleſiaſticus. Serarius è contra *cap.* 15. *Prolog.* 1. ait, vetus Teſtamentum, Syriaca lingua ſumma in veneratione apud Orientales haberi, & publicè in omnibus eorum Eccleſiis antiquiſſimis conſtitutis in Syria, Meſopotemia, Chaldæa, Ægypto, & denique in univerſi Orientis partibus diſperſis, ac diſſeminatis lectum hactenus, & legi ex aliorum auctoritate teſtatur citatus Auctor.

497.

Bellarm.

Serarius.

Auctor Tranſlationis.

Moyſes Barcepha Syrus, *lib. de Parad. parte prima*, ſciendum eſt, ait, vetus Teſtamentum pluribus tranſlationibus ex Hebræa lingua in Græcam eſſe tranſpoſitum, Syriacè verò redditum eſſe, una quidem interpretatione ex ipſo Hebræo, altera verò ex Græco. Abſque dubio tenendum eſt, teſte Doctiſſimo Guidone Fabricio Sapientiſſimo in linguis Orientalibus, Syriacam tranſlationem in utrumque Teſtamentum, integram reperiri, ſed nondum ſuis temporibus data erat in lucem; noſtra verò hac ætate, eam impreſſam Romæ habemms, & Pariſiis ſimul cum Arabica. In Bibliis clariſſimi Domini Lahay. Hanc cum Arabica tranſtulit præclarus vir inſignis Theologiæ Doctor, nec non Regius linguarum Orientalium Profeſſor Dominus Gabriel Sinoita in Latinum idioma.

498.

Barceph.

Guidon.

Lahay.

De Arabica Tranſlatione.

Lingua Arabica valdè perantiqua, & in uſu eſt apud plures nationes, tamen quoad noſtrum inſtitutum tranſlationes Arabicæ, quæ in Biblia Pariſienſi habentur partim à Judæis, partim à Chriſtianis factæ ſunt, ut ibidem in Præfatione notatur.

499.

R. Saadias, qui ob ſuam multam eruditionem *Gaon* appellabantur, tam Pentateuchum, quàm reliquos veteris Teſtamenti libros in Arabicum per Imperium Sarracenicum tranſtulit; tamen ſolum tranſlatio in Pentateuchum uſque in præſenti, in lucem eſt data. Lahay in ſua Biblia Pariſienſi videtur denotare in præfatione verſionem Arabicam in Peutateuchum eſſe ſuam, cum tamen ex collatione facta, manifeſtum appareat, illam verſionem, quam dicit ſuam eſſe ferè eandem cum illa, quæ data eſt à R. Saadia, paucis mutatis.

500.

Saadias.

Lahay.

Reliqui verò veteris Teſtamenti libri à Chriſtianis verſi ſunt, ut & etiam novum Teſtamentum, ut ſuo loco dicam; & licet hæc tranſlatio Arabica ſatis antiquo tempore, & cum magna elegantia, facta, ut aſſeritur in Biblia Pariſienſi, tamen à quibus Auctoribus, & quo tempore facta ſit, ibi non exprimitur, nec declaratur, ſed aliorum indagini reliquerunt Sapientiſſimi compoſitores prædictæ Bibliæ Pariſienſis.

501.

Pariſienſ.

Etiam refertur, quòd datur alia Pentateuchi Tranſlatio Arabica in Bibliotheca Lauretana

502.

ab Harit. Ibna Sina, quæ ex magna parte reſpondet editioni Græcæ, ubi autem ab ea recedit, Syriacam, vel Caldaïcam ſequitur, ex Arabico in Latinum convertit Doctiſſimus Sionita. Gabriel Sionita Orientalium linguarum exactiſſimus Profeſſor.

Sionita.

QUÆSTIO VIII.

De Tranſlatione Perſica, & Æthiopica.

SUMMARIUM.

503 *Olim dabatur Biblia in Perſica lingua.*
504 *Quis Auctor hujus Tranſlationis.*
505 *Quis eam fecit typis mandare.*
506 *Æthiopes duplici charactere utebantur, hodie uno.*
507 *Ab antiquiſſimo tempore in eorum linguam Sacra Scriptura eſt tranſlata.*
508 *Libri in eorum lingua typographorum incuria multa emendatione indigent.*

Perſica.

503. EX Sanctis Patribus D. Chryſ. Theodoret. D. Hieron. & alii, qui floruerunt circa annum 400. teſtantur Sacram Scripturam in Perſica lingua dari in illis temporibus; at verò poſtquam in eis eſt extincta lex Evangelica, & introducta Muhamedana, antiqui illi Codices perierunt; an verò aliquæ eorum reliquiæ ſuperſint, non conſtat, quantum ſciam.

D. Chryſ. Theodoret D. Hieron.

504. Et quantum ad Tranſlationes Perſicas hoc habemus. Pentateuchum Perſicum tranſtulit Jacobus Thauvaſius, vel Tuſius (ab urbe Tus) propter Academiam celebrem denominatus, & in uſu Judæorum in Perſica degentium, & typis mandata eſt Conſtantinopoli anno 1551. una cum Textu Hebraïco, & ſimul cum Arabicis, & Chaldaïcis verſionibus: voces verò obſcuras, & difficiles Perſicè non reddit; ut nempe multa beſtiarum, & avium peregrina nomina præſertim *Levit.* 11. quorum genuina, & expreſſiva ſignificatio, tam Judæos, quam Chriſtianos latet.

Thauvaſ.

505. Hanc verſionem ex Hebræo in Perſicos characteres tranſcriptam cum Latina interpretatione Jonathani, etiam quæ dicitur Paraphraſis appendicis loco poſt Pentateuchum, & ex multis manuſcriptis collatis; una cum verſione Latina in publicum dari fecit Joannes de Lahay, ut ipſe teſtatur. *Prolog. in Biliam Maxim. ſect.* 17. *cap.* 5. §. *Pentateuchum.*

Æthiopica.

506. Refert Kircherus ex relatione quorundam Sacerdotum Abyſſinorum duplices apud Æthiopes fuiſſe characteres, quorum unus tantum inſerviebat ad libros ſacros, quo ſoli Sacerdotes utebantur; alius erat omnibus communis, ac vulgaris; hodie verò omnes promiſcuè eodem charactere utuntur. An verò eorum character à Chaldaïco diſtinguatur, multi dubitant, & multis placet teſte Baronio, quòd lingua Æthiopica Chaldaïca vocetur, ſed quidquid ſit de hac quæſtione ad noſtrum ſcopum.

Kircher.

Baron.

507. Ab antiquiſſimo tempore, ſeu ut potiùs dicam à tempore Apoſtolorum, habent Æthiopes verſionem totius Scripturæ in ſuum idioma, imò ut videtur ſatis probabile diſpoſitione, ac ordinatione Apoſtolorum, fuerunt enim Æthiopes ex primis nationibus totius orbis, qui fidem Chriſti ſuſceperunt, ut teſtatur Alveres *in Hiſtoria Æthiopica c.* 159. qui multis annis apud Æthiopes vixit, & affirmat ipſos Scripturam legere lingua Tegiana, quæ Abyſſianorum eſt; eſt enim Tegis pars Habaſſiæ, quæ primo fidem Chriſti recepit, in quam linguam tam vetus, quàm novum Teſtamentum tranſlatum fuiſſe ex Chaldaïca, vel Syriaca lingua affirmat Sabellicus *in ſupplemento Hiſtoriarum, lib.* 8. Liturgiam celebrant lingua propria, licet Chaldaïca inter ipſos pro Doctorum lingua habeatur, ut teſtatur citatus Alveres.

Alveres.

Sabellicus.

508. Libri Æthiopici, qui in præſenti ſunt impreſſi tum Romæ, tum Coloniæ, ſunt Pſalmi Davidis, Canticum Canticorum. Adverte tamen Teſtamentum novum in lingua Æthiopica defectu Typographorum, nonnullis emendationibus indigere.

QUÆSTIO IX.

De aliquibus verſionibus Latinis modernis ex Hebræo, & Græco.

SUMMARIUM.

509 *Tempore antiquo multæ circumferebantur verſiones.*
510 *Qualis verſio Pagnini.*
511 *Qualis Brixiani, ſeu Iſidori Clari.*
512 *Vatabli verſio falſo ejus nomine circumfertur.*
513 *Verſio Tygurina unde dicta.*
514 *Quid dicendum de Scholiis Vatabli.*
515 *Quid dicendum de Biblia Complutenſi.*
516 *Valdè magnifica Biblia Regia.*
517 *Valdè illuſtris Biblia Pariſienſis.*
518 *Biblia Fortunati.*
519 *Biblia Commelitana.*

509. DE ſuo tempore dicebat D. Auguſt. *lib.* 2. *de doctrina Chriſtian. c.* 11. quòd unuſquiſque, qui utriuſque linguæ aliquam facultatem, ſeu ſcientiam habebat, ſuam tranſlationem ex Hebræo, vel Græco in Latinum idioma faciebat, & inde multiplex erat, earum varietas, quæ tamen celebriores apud nos ſunt breviter apponam.

D. Auguſt.

Pagninus.

510. Prima eſt Xanctis Pagnini Lucenſis, qui fuit vir ſanè Catholica inſignis Religione, & doctrina ex Sacra familia Prædicatorum. Teſtamentum vetus ex Hebræo, novum verò ex Græco trãſtulit adhortante Leone X. Opus verò perfecit ſub Clemente VII. ipſique Pontifici illud dedicavit anno 1527, moritur Lugduni anno 1541. ut teſtatur Sixtus Senenſis. Hæc verſio, ſeu lectio maximè commendatur à Genebrardo, *Præfatione in Orig.* §. *ſuo enim*, ſic loquitur. *Xanctis Pagnini omnium* (excepta vulgata)

Leo X. Clem. VII.

Genebrard.

Salmat. vulgata) *Optima, sed ut liberè dicam, minus diligens, nimis ambitiosa, nimis curiosa, nimis grammatica* Theologi Salmantini in Præfatione præfixa Bibliis Tygurinis ex Salmanticensi anno 1584. editione sic fantur, *Xantis Pagnini versionem sicut omnium doctissimam confitentur, qui iudicio sunt in hoc genere excellentiori; sic paulò obscuriorem esse quæruntur, quòd verbum verbo reddere studuerit, & textum dicunt esse ad normam Rabbinorum.*

Isidorus Clarus Brixianus.

511. Ex Monacho Cassinate creatur Episcopus Fulginatensis, ex Hebræo Bibliam in Latinum vertit, ut refert Tyrinus *in Catalogo Auctorum.* Sixtus testatur totum Bibliorum corpus ab illo iterum translatum; ejus autem versionem non probat Cano *lib. 2. de locis cap. 13.* Obiit autem Clarus anno 1555. die 28. Maij.

Tirinus. Sixtus. Cano.

Vatablus.

512. Tertia editio circumfertur nomine Vatabli, quamvis ipsius Auctor Vatablus non sit, ut diligenter advertunt Genebrardus ad annum 1534. in Præfatione ad Origenem, & Elias à S. Theresia in Catalogo, Auctor Gretserus, *in tract. de novis Translat. cap. 1.* Gordonus ad annum 1546. Galterus sæculo 16. ad annum 1600. folio mihi 737. Tyrinus *in Indice Auctor.* Bonfrerius *in Proloquiis, cap. 18. sect. 21.* Peneda *Præfat. in Ecclesiasten, cap. 13. num. 9.* & *ad cap. 9. Ecclesiastes*, & Frater Antonius à Matre Dei *in Isagog. Scripturæ, Prælud. 2. dub. 8. §. 7. num. 76.* dicúntque quòd illius Auctor fuerit Leo Judas Recutitus Zuinglianus, qui Bibliam cœpit Latinè vertere, sed ad suum Zuinglium evocatus absolvere non potuit, absolvit verò ex ipsius commissione Zuinglianus alter Judæus, de quo latiùs citati Auctores.

Genebrard Elias. Gretserus. Gordon. Galter. Tirin. Bonfrer. Peneda.

Tygurina.

513. Hæc versio Vatabli vocatur etiam *Tygurina*, eo quod *Tyguri* edita sit; Prodiit autem Parisiis anno 1545. sub nomine Francisci Vatabli, fraude Roberti Stephani Calviniani, & Typographi Parisiensis, qui ab ipso Vatablo Viro doctissimo, & piissimo falsi criminis postulatus, ut ait *Elias à Sancta Theresia*, citatus, Genevam profugit, posteáque Lutetiæ in statua combustus est. Emacularunt, ac emendarunt hanc Tygurinam versionem Vatabli quondam putatam, Salmantini Theologi, & prodiit Salmanticæ anno 1584. expensis Gasparis à Prothonotariis, qui & emendationem, ac facultatem impressionis à Sanctæ Inquisitionis Senatu impetrarunt, cùm prius esset prohibita in Indice Librorum expurgatorum.

Elias. Salmant.

514. Simul cum hac Biblia circumferuntur quædam Scholia impositio nomine ipsius Vatabli, cum ipsius Vatabli non sint, ut tenent Tyrinus supra citatus, Genebrardus *Præfat. in Origenem*, Gretserus *lib. Defensorij, cap. 12. col. 608.* Delrius *in Pharo sacræ Sap. cap. 3. Proloquiorum*, qui dicunt esse quorundam Discipulorum ipsius Vatabli, qui nomen sui Magistri usurpantes, quæ ab ipso audierunt, non fideliter typis mandarunt, sed suas inter illas novitates novitatum cupidis voluerunt instillare, & ideo sæpè Scholia hæc Sanctæ Inquisitionis Tribunal expurgavit, & tali expurgatione facta permisit.

Tirinus. Genebrard. Gretserus. Delrius.

Biblia Complutensis.

515. Quarta est illa quæ in Bibliis Complutensibus invenitur de verbo ad verbum, Chaldaïcæ correspondens à viris magnis ejus linguæ satis peritis maximè elaborata, quæ facta est magnis sumptibus, ac expensis interveniente Illustrissimo Domino D. Fr. Francisco Ximenes à Cisneros Ordinis S. Francisci Archiepiscopo Toletano Sanct. Romanæ Ecclesiæ Cardinali, & hæc Biblia exiit in publicum sub Leone X.

Ximenes.

Biblia Regia.

516. Quinta est, quæ dicitur Biblia Regia facta magnis expensis ex mandato Serenissimi, ac Sapientissimi Philippi Secundi Catholici Regis Hispaniarum, studio & opere Ariæ Montani Hispalensis, convocatis undique Codicibus Hebraïcis, Græcis, Chaldaïcis, & Syriacis, quæ etiam à multis erroribus fuerunt emendata, adhibitis etiam aliis Viris doctissimis, ut dicitur in Præfatione. Prodiit totum opus octo Tomis Antuerpiæ distinctum sub Gregorio XIII. anno 1571. & 1573. multa characterum uniuscujusque linguæ pulchritudine, ac elegantia, & etiam cum quadam translatione ipsius Ariæ Montani.

Arias.

Biblia Regia Parisiensis.

517. Hac nostra ætate modo prodiit Biblia Regia Parisiensis magnis sumptibus, ac expensis factis à Serenissimo, ac valdè magnifico Christianissimo Ludovico XIV. Galliarum Rege, cum perfectissimis characteribus uniuscujusque linguæ Hebraïcæ, Græcæ, Chaldaïcæ Syriacæ, & Arabicæ, conquisitis multis exemplaribus, ac adhibitis linguarum Sapientissimis Viris, ut in sua Præfatione præfixa in dicta Biblia testatur D. Lejay. Totum magnum opus exivit in lucem sub Urbano VIII. ad ann. 1641.

Biblia Parisiensis.

Biblia Fortunati Fanensis.

518. Fortunatus Fanensis Ordinis Eremitarum S. Augustini, edidit Bibliam ex quadruplici versione Latina quatuor columnis: posuit vulgatam nostram editionem, cum Translatione Pagnini ex Hebræo, ex Translatione Romana Septuaginta, & etiam cum Paraphrasi Chaldaïca solùm in Pentateucho cujus rationem dedi *supr. q. 6.* & quia talem translationem in aliis libris ponere non habuit facultatem. In aliis verò libris Sapientiæ, Ecclesiastici, Tobiæ, Judith, Machabæorum, ac etiam novi Testamenti non posuit Fanensis, quia Translatio Pagnini ex Græco parum distat à nostra vulgata. Posuit tamen in novo Testamento nostram vulgatam Translationem cum Translatione Latina ex Syriaco Guidonis Fabricij, de

Pagnin. Guidon.

de quo dicam Reſolutione ſequenti, cum de tranſlationibus novi Teſtamenti fuerit ſermo. Hæc Biblia Fortunati fuit typis data Venetiis anno 1505.

Biblia Commelitana.

519. Anno de 1599. ex Officina Commelitana prodiit Biblia triplici lingua Hebraïca, Græca, & Latina conſcripta cum annotationibus Franciſci Vatabli, quæ multum diſtant ab Scholiis, quæ nomine ipſius ſunt ſimul cum Tygurina, & vulgata noſtra editione Salmanticæ anno 1584. & ideo cum emendatione Sanctæ Inquiſitionis legenda, ut dixi *ſuprà in hac quæſtione n.* 513.

QUÆSTIO X.

De Illuſtriſſima Tranſlatione Latina ex Sacra Scriptura.

SUMMARIUM.

520 *Tempore antiquo multæ verſiones, una tamen communis, & vulgaris-*

521 *Ex mandato Damaſi Papæ D. Hieronymus vertit Bibliam in Latinum.*

522 *Hæc Tranſlatio primo diſplicuit; poſteà paulatim habuit magnam auctoritatem, & n.* 523.

524 *Omnes ferè libri Scripturæ ſunt tranſlati à D. Hieronymo.*

525 *Aliquos libros non tranſtulit, nec omnes ex Hebræo, & n.* 526.

527 *D. Hieronymus in aliquibus mutavit ſententiam, & n.* 528.

529 *Eccleſia in omnibus præter Pſalterium utitur Tranſlatione D. Hieronymi.*

530 *Cur non utitur Pſalterio D. Hieronymi.*

531 *An D. Hieronymus in Tranſlatione Scripturæ habuiſſet aſſiſtentiam Spiritus ſancti, una ſententia negat, altera affirmat, & n.* 532.

533 *Habuit aſſiſtentiam in maioribus, non verò in levioribus.*

Antiqua Tranſlatio.

520. TEmpore illo antiquo quoad vetus Teſtamentum ex Hebræo fonte, in Septuaginta ex Græco, & quoad novum Teſtamentum ex Græco originali deductæ innumeræ circumferebantur Tranſlationes tempore Divi
D Hieron. Hieronymi, ac D. Auguſtini, ut ipſi teſtatur hic
D. Auguſt. *lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap.* 11. ille verò Præfatione in Joſuë. Ex his verò una tunc erat communior, & magis in uſu; & hæc editio dicebaur vetus, & vulgata, ut affirmant D.
D. Hieron. Hieron. *in cap.* 14. & 49. *Iſaiæ*, & D. Gregor. *in epiſtola ad Leandrum, cap.* 5. & in libris Moralium ſtatim in fronte præfigitur; & de hac verſione, quæ Itala dicebatur, loquitur D. Auguſt.
D Auguſt. citato *lib. 2. cap.* 14. & ait: *Itala cæteris præfertur: eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſermonis.* Et hæc verſio antiqua Itala communiter creditur, quòd eſſet Luciani Martyris, de qua dixi *ſuprà q.* 3 *n.* 580.

D. Hieronymus.

Cum D. Hieronymus tanquam fulgentiſſimus Sol reſplenduiſſet in orbe, peritiſſimus non ſolùm linguæ Hebraïcæ, Græcæ, Chaldaïcæ, ac Latinæ, in talibus Tranſlationibus Latinis, quæ circumferebantur, multos defectus reperit, quos cum bene agnoſceret Sanctus Pontifex Damaſus, mandavit Sancto Damaſ. Hieronymo, ut Sacrum Textum ex ſuo originali, ſive Hebraïco, ſive Græco, ſeu Chaldaïco transferret in Latinum; quod negotium Sanctus Hieronymus multo ſtudio, ac diligentia D. Hieron. perfecit conſulens viros doctos, ac linguarum peritiſſimos, eorúmque cenſuram flagitans, prout ipſe teſtatur in epiſtola ſcribens ad Dominianum, & Rogatianum, dicens: *Fateor mi Dominiane, & Rogatiane chariſſime, nunquam me in divinis voluminibus propriis viribus credidiſſe, nec habuiſſe opinionem meam, ſed etiam ea, de quibus ſcire me arbitrabar interrogare me ſolitum, quanto magis de ipſis, in quibus eram anceps.* 521.

Facta verò hæc Tranſlatio D. Hieronymi, 522.
non ſolùm malevolos animos commovit in calumnias attrociſſimas, ſed etam amicorum amicos multùm conturbavit. D. enim Auguſtinus vetuit, ne nova illa per Diœceſim ſuam, quaſi ſibi ſuſpecta, in Eccleſiis legeretur, & etiam quidam Epiſcopus ut teſtatur ipſe D. D. Auguſt. Auguſt. *epiſt.* 19. quæ eſt ad Hieron. omiſſa verſione antiqua Septuaginta, ut novam lectionem D. Heron. legendam curaret, magnam contentionem paſſus eſt in populo, unde coactus eſt homo ab illa deſiſtere, *nolens poſt magnum periculum remanere ſine plebe.*

Quia tamen veritas ſemper firma perſiſtit, 523.
verſionem Hieronymi viri eruditiſſimi, ac linguarum valdè periti curioſiùs inſpicientes cum Textu Hebræo diligenter contulerunt, doctoſque Hebræos conſuluerunt, ac tandem re ad amuſſim, ut ita dicam examinata, tam Hebræorum, quàm Græcorum conſenſu habetur lectio D. Hieronymus, ut vera, ſincera, & ſuo fonti omnino conformis, & ita paulatim ipſo Hieronymo defuncto cœpit eſſe magnæ, & maximæ auctoritatis apud omnes, & ita D. Gregor. tempore D. Gregor. ad annum ſexcenteſimum, cœpit iſta Tranſlatio D. Hieron. in Templis, Officiis divinis, ac ſacris lectionibus uſurpari, ut ipſe S. Gregor. teſtatur *in fine epiſtolæ ad Leandrum*, & præfigitur in libris Moral. Ut etiam ipſe S. Doctor indicat *lib. 20. Moral. cap.* 23. Deinde hoc Eccleſiæ præcepto mandatum eſt, ut indicat, qui ab annis hinc quingentis vixit Hugo de S. Victore *lib. de Script.* Hugo. *cap.* 9. ex eo quòd hæc Tranſlatio Hebræo fonti, ex quo derivata eſt, puriùs, fideliúſque reſponderet. Unde etiam D. Auguſt. cui hujuſmodi verſio diſplicuerat, poſteà cœpit illam comprobare, & approbare *lib.* 18. *de Civitate Dei, cap.* 4. ſic ait: *Quamvis non defuerit iſtis temporibus Preshyter Hieronymus homo doctiſſimus, & omnium linguarum peritus, qui non ex Græco, ſed ex Hebræo in Latinum eloquium eaſdem ſcripturas converterit.*

Quinam

Quinam libri ſunt tranſlati à D. Hieronymo ex Hebræo in Latinum?

524. D. Hieronimus tranſtulit ex Hebræo omnes ferè libros Teſtamenti veteris; nam de novo Teſtamento dicemus Reſolutione ſequenti, proindéque vertit Sanctus Doctor in Latinum, *Pentateucum, libros Ioſuë, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Eſdræ, Eſter*, præter appendiculos in fine libri; *Iob, Pſalterium, Proverbia Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, majores & minores Prophetas*: Exceptis paucis, ut Daniele, Baruch cum Jeremia adjuncta Epiſtola. Quod autem omnes hi libri à ſancto Doctore fuerint tranſlati, conſtat ex
D. Heron. Præfatione præfixa, quam ipſe ſanctus Hieronymus appoſuit in exordio uniſcujuſque libri, & etiam ipſemet teſtatur in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in fine, dicens: *Novum Teſtamentum Græcæ fidei reddidi, vetus juxta Hebraïcum tranſtuli.*

525. Dixi in concluſione, *omnes fere*, quia D. Hieronymus non tranſtulit libros Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & Machabæorum, & etiam appendices libri Eſther, & Baruch, cum Epiſtola Jeremiæ, hæc non ex Hieron. verſione habemus, ſed ex antiqua; quoniam ex nullis Hieronymi verbis, aut præfationibus (quas ipſe ſolet præfigere in exordio librorum) poteſt colligi ex Hebræo, vel Græco hos libros vertiſſe, aut emendaſſe, & valde veriſimile hos libros tanquam non poſitos in Canone Hebræorum omiſiſſe; imò de libro Baruch
D. Hieron. teſtatur ipſe ſanctus Doctor *Epiſt.* 118. *quæ eſt Præfatio Ieremiæ*, ait: *Librum Baruch, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermiſimus.* Confirmatur, quia ex prædictis li-
D. Cyprian. bris Sapientiæ, &c. à D. Cypriano præſertim *lib. de exhortatione Martyrij*, & ab aliis Patribus D. Hieronymo antiquioribus citantur multa loca, quæ eodem modo, ac tenore verborum habentur in noſtra vulgata; ergo benè infertur illos libros eſſe ex veteri illa editione, quæ antiquiſſimo tempore ante Hieronymum, erat communis, & vulgaris.

526. Dixi etiam *omnia ferè*, ex Hebræo propter libros Danielis, Judith, & Tobiæ; nam Judith non ex Hebræo, ſed ex originali Chal-
D. Hieron. daïco D. Hieronymus tranſtulit, ut de Judith ipſemet ſanctus Doctor teſtatur *Epiſt.* 111. ut dixi ſuprà *Reſolut.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 391. Partes verò Danielis, quæ in Hebræo non reperiebantur, ex verſione Theodotionis deſumpſit ſanctus Doctor, ut ipſe teſtatur Præfatione in Danielem; librum verò Tobiæ ex Chaldaico idiomate in Hebræum tranſtulit, & ex He-
D. Hieron. bræo in Latinum, ut ipſemet D. Hieronymus teſtatur *Epiſtol.* 100. *ad Chromatium, & Heliodorum*, ut ſuprà dixi *Reſol.* 3. *q.* 11. *num.* 382. advocatis viris peritiſſimis utriuſque linguæ Hebraïcæ, & Chaldaïcæ.

527. Dices: multa nunc extant in noſtra vulgata, quæ D. Hieronimus ſentit aliter eſſe vertenda: Deinde quia multa ſunt in noſtra vulgata, quæ ab Hebræo fonte maximè diſcrepant; ergo non omnia conformia, ac cohærentia ſunt.

528. Reſpondeo, quòd licèt D. Hieronymus ſenſerit in ſuis Commentariis aliqua aliter eſſe legenda; vel poſteà ſententiam mutavit, ſic in libro de viris Illuſtribus, qui habetur *tom.* 1. dixit de ſuis Commentariis in epiſtola ad Galatas eſſe emendandos, tamen poſteà re melius inſpecta judicavit emendatione non indigere. Vel etiam dic, quòd Eccleſia, quæ Spiritu ſancto regitur, adhibitis viris doctiſſimis judicavit talem emendationem non eſſe neceſſariam. Ad confirmationem dicimus illam differentiam inter noſtram vulgatam, & Textum Hebræum poſſe oriri ex duplici cauſa; & prima, quia Textus Hebræus modo in ea ſinceritate, ac puritate non habetur, ut in tempore D. Hieron. Vel quia noſtra tranſlatio non eſt etiam in aliquibus minimis omnino conformis cum verſione Hieronymi, vitio nempe, ac incuria librariorum, & amanuenſium, de quo maximè ipſe D. Hieronymus conqueritur in ſuis præfationibus.

An Eccleſia utatur in omnibus lectione, ac verſione D. Hieronymi?

529. Reſpondetur affirmativè, excepto Pſalterio, D. Heronymus tranſtulit Pſalterium ex Hebræo, vel Græco in Latinum, ut habetur in ejus operibus, tamen Eccleſia tali verſione non utitur, ſed illa antiqua, quæ erat ante D. Hieronym. verbi gratia, Pſalm. 103, habet noſtra vulgata: *Petra refugium herinaciis*, D. D. Hieron. Pſalm. 103. Hieron. ex Septuaginta legit: *Refugium leporibus*; ſic ait Bellarm. *lib.* 2. *de Verbo Dei, cap.* 9. Bellarm. Pſalterium vulgatæ editionis latinæ non eſt illud, quod D. Hieron. tranſtulit, ex verſione Græca Septuaginta interpretum, ſed illud, quod ipſe emendavit, tranſlatum ab antiquo interprete, ex editione S. Luciani Martyris; D. Luc. ſiquidem B. Hieron. circa Pſalterium quater Mart. laboravit; tranſtulit illud ex Hebræo in Latinum, ut patet ex Epiſtola ejus ad Sophronium. Item convertit ex Græco in Latinum ex pura editione Septuaginta, ut habetur in Origenes. hexaplis Origenis, ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Januarium, & Fretellam. Denique bis emendavit antiquam lectionem, quæ tranſlata erat ex Græco communi, & vulgari, ut patet ex Præfatione Pſalterij ad Paulam, & Euſtochium.

530. Quæres tamen; ſi D. Hieronymus tranſtulit Pſalmos, tum ex Hebræo, tum ex Græco, cur non Eccleſia hujuſmodi tranſlationem, ſed vulgatam veterem retinuit? Reſpondetur tamen quòd Pſalmi in Eccleſia quotidie ex illa antiqua editione communi uſu canebantur, & plerique ex memoria Pſalmos recitabant, & frequenter orando in ore habebant, & valde arduum, ac violentum eſſet novam tranſlationem inducere; nam ut rectè ait D. Hieronym. Præfat. in Danielem: *Difficilè ſanè ſenis linguam mutare, & caneſcentem jam mundum ad initia retrahere parvulorum.* Accedit etiam, quod Hieronymi verſio in principio multis diſplicuit, ut ſuprà dixi *num.* 522. & pedetentim ex ipſo uſu, ac tacita Doctorum approbatione, cœpit evulgari, ac haberi in pretio; at verò hæc æſtimatio nunquam ſenſim fuit in Pſalmis, nunquam ex tranſlatione Hieronymi cœperunt cani, ac in ſacris uſurpari, ac introduci, ſed ſemper in illa antiqua tranſlatione perſtiterunt; ſicut ſub Urba-

no VIII. anno 1631. multa emendatio facta eſt in Breviario, & maximè quoad Hymnos ad menſuram poëticam, & quia illos è memoria recitari aſſuetum erat, ideo hodie etiam multæ Religiones, ac Eccleſiaſtici juxta morem antiquum recitant, & canunt; & licèt emendatio in Hymnis juxta regulas artis optima ſit, tamen ipſa conſuetudine adſtipulante, antiqua recitatio jucundior ſono videtur.

An D. Hieronymus in vertenda Biblia habuiſſet peculiarem aſſiſtentiam Spiritus ſancti?

531. Adrian. Veiga. Legion. Seb. Perez. Bañez. Driedo. Bellarm. Seratius.

Prima ſententia negat talem aſſiſtentiam. Ita Adrianus *lib. 4. fol. 256.* Veiga *lib. 18. in Trident. cap. 9.* Uterque Legionenſis, unus *diſp. de vulgata, quæſt. 20. col. 7.* Alter, *quæſt. 4. expoſit. cap. 9.* Sebaſtianus Perez *Epiſcop. Oxonenſis, in Regulis Sacræ Scripturæ regula 4.* Bañez *1. part. quæſt. 1. artic. 8. dub. 4.* Driedo *lib. 2. propoſit. 3. & 4. in ſolut. argum. 1. 3. & 4. & in concluſ. 3. fol. 42.* Bellarm. *lib. 2. de Verbo Dei, cap. 11. ad argument. 2.* Et utramque partem problematicè defendit Serarius *in Prolog. cap. 19. quæſt. 3.* dicunt prædicti Doctores, quòd non derogant aliquid auctoritati vulgatæ, quod interpres tantùm ſtudium ac laborem potuit adhibere, ut in nullo erraverit, licèt potuerit errare.

532. Salmeir. Titelm. Canus. Prado. Rua. Tena. Serlog. Ramos.

Secunda ſententia affirmat peculiarem aſſiſtentiam Spiritus ſancti in D. Hieronymo in hoc negotio, ſicut communiter aſſeritur in verſione Septuaginta. Ita Salmeiron. *Prolog. 3. obſerv. 5.* Titelman. *in Apologia pro veteri interprete,* Canus *lib. 2. de locis, cap. 14 ad argum. 6.* Prado *in Ezechielis Iſagoge, cap. 3.* Rua *controverſ. 2. dub. 11. concluſ. 2.* Tena *lib. 1. Iſagoge Sacræ Scripturæ* Serlog. *anteloq. 7. in Cant. num. 7.* Nicolaus Ramos *in defenſione vulgatæ.* Dividuntur tamen hi Auctores: nam aliqui hanc aſſiſtentiam quoad ſingula verba concedunt; Alij ſolùm quoad ſententias, ne aliquid falſum, vel pernicioſum poneretur.

533. Lahay.

Tertia ſententia quæ mihi probabilior videtur affirmat in his, quæ ad fidem, mores, & cætera gravioris ponderis pertinent, quòd D. Hieronymus habuiſſet aſſiſtentiam Spiritus ſancti ad perficiendam ſuam tranſlationem, cum omni ſinceritate, ac integritate; at verò in rebus minoris momenti relictum eſſe ſuæ humanæ ſcientiæ; ita Lahay *in Prolog. ad Bibliam Max ſect. 19. cap. 5.*

534.

Prima pars probatur, quia Spiritus ſanctus maximè aſſiſtit regimini, ac gubernationi Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ; atqui veritas, & puritas ſacræ Scripturæ maximè pertinet ad regimen, & gubernationem Eccleſiæ; ergo peculiaris maximè fuit ei aſſiſtentia Spiritus ſancti in hoc negotio. Major, & minor patent; conſequentia probatur, quia ſi verſio Septuaginta in Græcum facta eſt Spiritu ſancto aſſiſtente; ergo etiam eodem ſpiritu aſſiſtente verſio in latinum facta eſt, cum maximè eſſet neceſſaria ad totius Eccleſiæ regimen, quia omnia fidei myſteria, totúmque regimen Eccleſiæ ab ipſa Sacra Scriptura, tanquam à fonte deducitur; ergo maximè neceſſarium fuit, quòd Deus talem dediſſet interpretem, qui cœleſti nutu duceretur, ut non erraret. Confirmatur, quia Spiritus ſanctus dividit dona ſua in Eccleſia ſingulis ſingula prout vult, ut dicitur 1. *Corinth. 12. num. 10.* Alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum; at ſi alicui in Eccleſia data eſt interpretatio ſermonum, fuit Beatus Hieronymus, ut erat convenientiſſimum, tanquam totius ſcripturæ Interpres. 1. Cor. 12.

535.

Secunda pars concluſionis probatur ex proximè dictis, quia Spiritus ſanctus ſua chariſmata ſingulis ſingula dividit prout vult, quando, & quomodo vult, ac proinde non debemus ei præſcribere modum, ex eo quòd præſens ei adfuerit in his, quæ ad fidem moréſque, & cætera, quæ ſunt gravioris momenti, non inde ſequitur quòd etiam ei Divinus ſpiritus adeſſet in his, quæ ſunt minoris conſiderationis, & Spiritus ſanctus potuit adeſſe in his, quæ ſunt majoris momenti, in minoribus verò potuit eum relinquere ſuæ eruditioni, itaut poſſet errare, ut ſe hominem agnoſceret, & ita ejus tranſlatio in multis diſcrepat à noſtra vulgata, & eſt emendata; nam Iſaiæ 19. num. 17. legit noſtra vulgata: *Et erit terra Iuda Ægypto in pavorem*, D. Hieronym. legit: *Et erit terra Iuda Ægypto in feſtivitatem.* Ac proinde quamvis Spiritus ſanctus ei fuerit aſſiſtens in rebus graviſſimis, in minoribus relictus eſt ſuæ eruditioni, & ideo D. Hieronymus aliquando aliqua dixit emendanda quæ poſtea judicavit non eſſe emendanda, ut dixi ſuprà, *num. 528.* Iſai. 19. D. Hieron.

QUÆSTIO XI.

Quanta ſit auctoritas noſtræ vulgatæ poſt Concilium Tridentinum, ac Decreta Summorum Pontificum?

SUMMARIUM.

536 *Decretum Concilij Tridentini, ut fundamentum totius quæſtionis, ponitur, & num. 537.*
538 *Quid per authenticum intelligit Concilium.*
539 *Pro emendatione Bibliæ multi curarunt Summi Pontifices; perfecit Clemens VIII.*
540 *Difficultas quæſtionis.*
541 *Quid in hac affirmet prima ſententia.*
542 *Quid dicat ſecunda ſententia, & n. 543.*
544 *Tertia, & vera ſententia explicat mentem Concilii, quod nullus propria auctoritate audeat aliquid immutare.*
545 *Cautela Bañez in hac re.*

536.

TAnquam fundamentum totius quæſtionis, quæ multas difficultates involvit, & Doctores in varia placita fecit abire, proponendum eſt Decretum Concilij Tridentini, ut ab ipſo tanquam à fonte vera intelligentia accipiatur, ſic *ſeſſione 4.* Sancta Synodus loquitur. Concil. Trident.

537.

Si quis libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro ſacris, & Canonicis non ſuſceperit, anathe

anathema ſit. Et paucis interjectis adjungit: *Inſuper eadem Sacra Synodus non parum utilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur Sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit, innoteſcat; ſtatuit, & declarat, ut hæc ipſa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum uſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus, pro authentica habeatur, ut nemo eam rejicere, quovis prætextu, audeat, vel præſumat.*

538. Suar. Cum Concilium dicat, *ut authentica habeatur*, explicat Suar. *tom. de fide, diſp. 5. ſect. 3. num. 10.* & ait: *Particula, ut authentica habeatur, habet hanc vim, ut habeat infallibilem auctoritatem, & ſit certa regula fidei, in omnibus quæ continet.* Ad quod adducit quandam declarationem Cardinalium die 17. Januarij anni 1576. quam etiam refert Marzilla *ad ſeſſ. 4. Concilij*, dum ait: *Nec ſolam periodum, ſolam clauſulam, vel ſolam dictionem, aut Syllabam, iotavè unum admitti poſſe, quod repugnet huic vulgatæ editioni.* Sacr. Congregat.

Difficultas quæſtionis.

539. Pius IV. Pius V. Sixtus V. Poſt Decretum Concilij Tridentini animadvertentes Romani Pontifices, Pius IV. & Pius V. Sixtus V. quod aliqua in Biblia erant emendanda, ductis in Urbem antiquiſſimis exemplaribus, convocatis viris doctiſſimis in Hebræo, Græco, Chaldaïco, & tandem à multis Biblia eſt purificata, & correcta, & cùm jam eſſet excuſa, ut in lucem mitteretur anno 1592. ſub Sixto V. ſummo Pontifice, animadvertens iterum idem Summus Pontifex non pauca in Sacra Biblia præli vitio irrepſiſſe, quæ iterata diligentia indigere viderentur, totum opus ſub incudem, revocandum cenſuit, atque ita decrevit; morte verò præveniente id præſtare non potuit. Tamen cum electus eſſet ad Pontificatum Clemens VIII. Deo benè juvante, totum opus perfectum, & abſolutum eſt; & hæc editionis veteris, & vulgatæ recognitio dicta eſt correctio Sixtina, eo quod Sixtus V. eam intenderat, ac inceperat, quamvis ſub Clemente VIII. perfecta fuiſſet. Totum hoc quod diximus, conſtat ex præfatione, quæ in fronte ipſius Bibliæ ponitur, & incipit. *In multis, magniſque.* Clemens VIII.

540. Difficultas ergo eſt, quomodo Sacrum Concilium Tridentinum determinat, quòd illa Biblia antiquæ editionis, *habeatur ab omnibus ut authentica*, & Illuſtriſſima ſacra Congregatio diſponit, quòd in ea nec una ſyllaba, vel iota immutetur, cum prædicti ſummi Pontifices multa purificanda duxerunt.

541. Ramos. Pineda. Prima ſententia affirmat Concilium definiiſſe editionem hanc à nullo etiam minimo vero deviaſſe, interpretis ignorantia, aut malitia, quamvis incuria tranſcribentium aliquos nævos habuerit, ac proinde in omnibus ſuis partibus eſſe Canonicam, ipſique eandem fidem in omnibus deberi, ac ſi eſſet Originalis ſcriptura. Ita Ramos in defenſione vulgatæ, *fol. 2.* Pineda *de rebus Salomonis, lib 4. cap. 9. num. 3.*

542. Secunda ſententia exiſtimat vulgatæ editionis interpretem in aliquibus, quæ neque ad fidem, neque ad mores pertinent, hallucinari potuiſſe, ſive Græcarum voce ignorantia, ſive Hebraïcarum æquivocatione, ac proinde ſolum Concilium diffiniiſſe *pro authentica habenda*, in illis, quæ pertinent ad fidem, & mores. Ita Andreas de Viega (qui Concilio interfuit) *in ejuſdem Concilij Commentariis, lib. 15. cap. 9.* Bellarm. *lib. 2. cap. 11.* & ejus propugnator ibi *cap. 10. pag. 537. & 541.* Didacus Payva in *defenſione Tridentinæ fidei, lib. 4.* qui & ſi fortiter pro vulgata pugnet, aliquos tamen errores in ea contineri non negat, Serarius alios referens *in Prolog. cap. 19. quæſt. 11.* Pindanus, *lib. 2. optimo genere interpretandi, cap. 12. & lib. 3. cap. 10. & ſequentibus*, ubi aliqua loca noſtræ vulgatæ adducens emendat, differunt autem hi auctores inter ſe, quia quidam adducunt plura loca, alij pauciora, in quibus aſſerunt vulgatum Interpretem aliquantulum erraſſe, vel lectionem noſtram corruptam eſſe. Viega. Bellarm. Payva. Serarius. Pindanus.

543. Senenſis. Et hanc ſententiam fortiter defendit Sixtus Senenſis *lib. 8. Biblioth, circa finem*, tria aſſignat: Primum quia ex levibus erratis, nullum periculum in fide, & moribus imminet; Secundum, quia ne nimiæ & exactæ correctiones novitate fidelium aures offeenderent. Tertium, ut vetuſtam illam editionem, quæ naſcentis Eccleſiæ fidem educaverat, & ſanctam ſimplicitatem, ac venerandam antiqui interpretis venerenrur.

Reſolutio quæſtionis?

544. Rua. Tenas. Fr. Antonin. Tertia, & vera ſententia media, quam veram eſſe puto, & altiùs explicandam duxi. Eam tenet Rua *controverſ. 2. poſit. lib. 12.* Tenas *lib. 1. Iſagog. diffic 6. ſect. 3.* Fr. Anton. à Matre Dei *Iſagog. ſcript. Prælud. 2. dub. 12. §. 3. num. 104.* Aſſerit hæc noſtra ſententia interim Concilij Tridentini fuiſſe hæreticorum audaciam, ad alias verſiones, ac lectiones recurrentium reprimere, & etiam aliquorum Catholicorum nimiam corrigendi, licentiam cohibere, & inde quantum ad primum Concilium definit, nihil contra fidem, aut bonos mores in hac noſtra vulgata editione contineri, omnibuſque latinis editionibus deberet anteponi, ut ſecunda ſententia aſſerit. Deinde licèt quoad ſecundum non definierit eſſe authenticam, quoad quædam tenuiſſima, ac valde levia, prohibet tamen particularibus, ne in hac vulgata editione audeant aliquid vertere, immutare, addendo, vel ſubtrahendo: hoc enim pertinet ad Romanum Pontificem ut univerſale caput totius Eccleſiæ, ſumma vera ſolertia, ac diligenti indagine, ut omnia, & maximè libros ſacros in ſua primæva, ac originaria, puritate, ſinceritate, ac veritate magno examine adhibito conſerventur; & ſi aliqua etiam minutiſſima notanda irrepſerint, univerſa ad priſtinum ſtatum reſtituere, emendare, ac corrigere; non ad particulares, ſed ad caput totius Eccleſiæ pertinet, ut in hac re maximè laborarunt graviſſimi Romani Pontifices Pius IV. Pius V. Sextus V. Clemens VIII. ut ſuprà notavi in hac quæſt. *num. 539.* & maximè cum incuria Typographorum multi errores labantur. Et ideò de hac re magnam commendationem Pius IV. Pius V. Sixtus V. Clem. VIII.

Trident. mendationem facit ſacrum Concilium Tridentinum, jubet enim ſeſſ.4. *Vt hæc ipſa vetus & vulgata editio, quàm emendatiſſimè imprimatur.* Et breviter dico, quod Concilium id tantùm intendere videtur, ut nullus propria auctoritate aliquid quantumvis minimum audeat contra vulgatam admittere, vel ponere.

545. Bañez. *Sed in re tam gravi* (verbis Sapientiſſimi Mag. Bañez dicam 1. *part. quæſt.* 1. *art.*8. *dub.*3. *concluſ.* 6. dubium hoc verſans, ſic concludit) *expectanda eſt Eccleſiæ Catholicæ cenſura, unde neque audeo, neque debeo Eccleſiæ judicium meæ ſententiæ prævenire. Scio ſanè, ſi ab Eccleſia interrogarer, quid viva voce reſponderem, interim tamen pio, & juſto ſilentio mecontineo.* Ita Bañez, & ego, & inſuper addo, quòd omnia libentiſſimè ſubjicio judicio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Quæstio XII.

An expediens, & licita ſit Bibliorum tranſlatio in quacunque lingua vulgari, & materna?

SUMMARIUM.

546 *Refertur ſententia Hæreticorum.*
547 *Catholica, & vera ſententia tres habet partes.*
548 *Prima pars, non eſt intrinſecè malum Biblia in lingua vulgari tranſferri, & n.* 549.
550 *Nullo modo convenit ut Biblia ſit in lingua vulgari.*
551 *Meritò Eccleſia prohibet talem Bibliam in lingua vulgari.*
552 *Probatur etiam hæc pars ex multis inconvenientibus, & n.* 553.
554 *Meritò Eccleſia talem Bibliam in lingua vulgari prohibet.*
555 *Miſſa non poteſt dici in lingua vulgari.*
556 *Proponuntur, & ſolvuntur hæreticorum fundamenta, uſque ad num.*565.

546. Calvinus. Lutherus. CAlvinus, Brentius, Lutherus, & alij hujus farinæ noſtri temporis hæretici conſtanter aſſeverant ſacras Scripturas in omnium Chriſtianorum linguas transferendas, ut ab omnibus legi valeant, nulluſque etiam imperitus ab hac lectione removeatur, & omnes ad eas legendas excitant, & pueros in ſchola per ſacram Bibliam in materna lingua converſam legere docent. Argumenta poſtea ponam.

Catholica, & vera doctrina.

547. Dicendum eſt Scripturas ſacras in propria, ac vernacula lingua habere ac legere, non eſt intrinſecé malum, tamen nullo modo convenit, ac expedit; & ideo meritò ab Eccleſia ſancta eſt prohibitum. Ita Sixtus Senenſ. Senenſis. *lib.*4. *Bibliot.* Marius Victorius Scholaſtes. Marius. D. Hieronym. *in Epiſt. ad Sophron.* 134. Caſſianus *collat.*2. 3. & 4. Joannes de Lahay *Prolog. in Bibl. Max. ſect.*11. *cap.*1 §. *dicimus ratione*, Fr. Anton à Matre Dei *in Iſagog. Scriptur. Prælud.* 2. *dub.*5. §. 2 *num.*42. Concluſio tres habet partes. Caſſian. Lahay. Anton.

548. Prima pars concluſionis probatur, quòd non ſit intrinſecè malum Scripturas ſacras in propria, ac vernacula lingua habere, ac legere; quia nulla lege naturali hoc poteſt probari prohibitum. Deinde in quibuſdam locis, ac populis fuerunt aliquando Biblia in vernacula, ac materna lingua; nam initio apud Hebræos, cùm Hebraïcè adhuc omnes loquerentur, alia non dabantur Biblia, niſi tantùm Hebraïca, apud Græcos Græca, apud Latinos Latina; ſicque tali idiomate ipſe Deus tradidit legem; & Eccleſia illa antiqua eam ſic recepit, & approbavit.

549. Deinde Patres habentes ſermonem ad populum laicum, maximè ipſum adhortabantur ad legendas ſacras Scripturas. D. Chryſoſtom. *homil.*10. *In Ioan. Homil.* 3. *de Lazaro*, & aliis locis. Origenes *homil.* 12. *in Exod. homil.* 9. *in Leviticum.* D. Auguſt. *in Expoſit. Pſalm.* 33. *Conſil.*2, ubi ait: *Legite Scripturas, ideo voluit Deus, ut ſcriberentur, ut nos conſolaremur.* Similiter D. Hieronym. ad hanc lectionem fœminas adhortatur, ut patet ex ejus epiſtola ad Paulam, & Euſtochium; & etiam ex alia ejus epiſtola ad Celanciam. Ad hanc etiam adhortatur D. Gregorius *lib.* 4. *Dialeg. cap.* 14. Origenes. D. Auguſt. D. Heron. D. Gregor.

550. Secunda pars concluſionis, quòd nullo modo convenit, ac expedit, quod ſacræ Scripturæ habeantur, ac legantur lingua vulgari. Hanc veritatem nobis docuit Chriſtus Dominus, Math.7.n.6. dicens: *Nolite dare ſanctum Canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos; ne forte conculcent eas pedibus.* Id eſt, ut dixi juxta expoſitionem ſanctorum Patrum, *tom.*2. *in Evang. cap.*18. *q.*6.7. & 8. Nolite dare doctrinam ſacræ Scripturæ, Evangelij, ac fidei, quæ continetur in ipſa ſcriptura tanquam margarita concluſa in conchis, nolite, inquit, dare canibus, & porcis, hoc eſt malignis, perverſis, ut canibus, & etiam brutis, ac ignorantibus, ut porcis, quæ ſunt valdè inſipientia animalia. Secundò. Pòſtquam Chriſtus explicavit parabolam de ſeminatore; interrogaverunt eum diſcipuli ejus, quid ſignificaret. Quibus ipſe reſpondet: *Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.* Luc.8. num.10. *Vobis* nempe diſcipulis meis, qui eſtis educati in mea doctrina, ac in illa inſtructi, *datum eſt noſſe myſterium Regni Dei*, ſacram nempe ſcripturam, explicat Abulenſ. & alij. *Cæteris*, nempe vulgaribus, ac communibus hominibus, ſeu ut habet D. Marc cap.4. *Qui foris ſunt*, extra nempe Eccleſiam; *in parabolis* ac ſymbolis, *ut videntes non videant, audientes non intelligant*, tot, & tanta myſteria, imò & ipſis Apoſtolis ait Chriſtus D. Joan.16. num.12. *Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò.* Sed adveniente Spiritu ſancto, ejus nempe lumine agnoſcetis; & pro magno beneficio Chriſtus Dominus ſuis diſcipulis aperuit ſenſum, ut intelligerent ſcripturas. *Luc.*24. *n.*45. Matth.7. Luc.8. Abulenſ. Marc.4. Ioan.16. Luc.24.

551. Probatur etiam hæc pars noſtræ concluſionis ratione, quia Biblia in lingua vulgari, ac materna non poteſt eſſe utilis, ſed valde inutilis, & nociva, quia ſic Biblia ex eo daretur in lingua vulgari, ut omnes eam intelligerent; At eſto ſit in lingua materna, nec populus, nec homines communes, ac imperiti poſſunt

poſſunt intelligere Pſalmos, Prophetas, Cantica, & myſteria, quæ in aliis libris continentur; nam etiam viri valde periti linguæ Latinæ, Græcæ, ac Hebraicæ, illa non intelligunt, niſi multo ſtudio, diligentia, ac labore legant expoſitores, eorumque interpretationem diſcutiant, & ruminent; quomodo ergo imperiti eam poſſent capere, ac penetrare, cum ſcriptura ſit valde obſcura juxta communem expoſitionem; de ea loquens Regius Vates ait: *Tenebroſa aqua in nubibus aëris.*

Pſalm. 17.

552. Quòd verò talis Biblia in lingua materna eſſet valde inutilis & nociva, probatur, quia omnes errores, ac hæreſes naſcuntur ex Biblia malè intellecta, ut oſtendit D. Hilarius in extremo *libro de Synodis*, & Caſſianus *Collat. 2. 3. & 4.* & Sylvius *lib. de Origine Bohemorum*, referunt innumeros errores ex ſcripturæ imperitia natos; & maximè cùm in populo dentur multi homines imperiti, qui cùm nihil ſciant, omnia ſe ſcire arbitrantur, de quorum peſtifera præſumptione multùm conqueritur D. Hieronymus *Epiſt. ad Paul. & cap. 11. in Daniel ad finem*, quid facerent ex hujuſmodi ſacræ ſcripturæ lectione.

D. Hilar. Caſſianus. Silvius. D. Hieron.

553. Dic mihi, ſi populus rudis audiat, & legat, lingua ſua vulgari verba Cantic. 1. num. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui; læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Et illud Oſeæ 1. num. 2. *vade, & fac tibi filios fornicationum*, & quod Lot dormivit cum filiabus ſuis, Geneſ. 19. *num.* 31. & quod Moyſes videns Ægyptium percutientem Hebræum interfecit eum. *Exod. 2. num. 11.* & quod Amnon dormiens violaverit ſororem ſuam Thamar, 2. *Reg. 13. n. 27.* & quod Judith pompoſo ornatu, ac nimia pulchritudine compoſita exierit in Caſtra Holofernis *cap. 10.* & quod Sara, Lia, & Rachel dederint ancillas viris ſuis in Concubinas, & alia ſimilia, quæ alto motivo commemorantur in ſcriptura. Populus rudis, & inſipiens hæc non intelligens, vel excitaretur ad ſimilia perpetranda, vel illa contemneret; & ideo quadringentis annis, & amplius poſt Chriſtum nulla in lingua vulgari tranſlatio viſa eſt Bibliæ.

Cant. 2. Oſeæ 1. Geneſ. 19. Exod. 2. 2. Reg. 13. Judith.

554. Et ideo optimè proviſum eſt ab Eccleſia Catholica, quæ eſt tertia pars concluſionis, quòd talis Biblia in lingua vulgari non permittatur, ut decrevit Pius IV. & confirmavit Clemens VIII. & habetur Regula 4. quod in hac re ſtandum eſt judicio Epiſcopi, aut Inquiſitoris, cum conſilio Parochi, vel Confeſſoris, ut concedatur talis facultas. Has licentias & facultates datas ab omnibus ſummis Pontificibus retinendi, ac legendi hujuſmodi libros revocavit Vrbanus VIII. in ſua Conſtitutione 116. *Apoſtolatus officium*; & tantùm reſervavit Romano Pontifici has licentias concedere; & ita Expurgatorium Hiſpanum *regulæ* 5. editum anno 1664. prohibet hujuſmodi Bibliam in lingua vulgari in hæc verba: *Como la experiencia aia enſeñado, que de permitir la ſagrada Biblia en lengua vulgar ſe ſegue (por la temeridad, ignorancia, o malicia de los hombres) mas daño, que provecho, ſe prohibe la Biblia, con todas ſus partes impreſſas, y de mano, en lengua vulgar, y aſſi miſmo los ſummarios, y compendios, aunque ſean hiſtoriales de la miſma Biblia.* Et declarat inſuper prædictum Expurgatorium, per linguas vulgares non eſſe Hebræam, Græcam, Latinam, Chaldaicam, Syriacam, Æthyopicam, Perſicam, & Arabicam intelligendam.

Pius IV. Clem. VIII. Vrb. VIII. Expurgat.

Sacrificium Miſſæ.

555. Quòd non ſit celebrandum lingua vulgari determinat, ac præcipit Concilium Tridentinum, *ſeſſ. 22. cap. 8. de Sacrificio Miſſæ*; de quo latè Petrus Scoto *lect. 15. de caremon. Miſſæ*, Cardinalis Bellarm. *tom. 1. lib. 1. de Verbo Dei, cap. 2. §. Propoſitio.* Barthol. ab Angelis, *Dialog. 5. de Miſſa*, §. 461. Azor. *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 26. quæſito 6. §. veram*, Bonac. *de Sacram. diſp. 4. quæſt. ultim. punct. 9. n. 36.* Valle de encantat. *opuſc. 1. ſect. 2. cap. 6 num. 34.*

Trident. Petr. Scoto Bellarm. Barthol. Azor. Bonac. Valle.

Ponuntur, ac ſolvuntur fundamenta Hæreticorum.

556. Primò ex auctoritate D. Chryſoſtomi, ac aliorum Patrum, qui, ut vidimus ſuprà *n. 549.* hortabantur ad lectionem ſacræ ſcripturæ; ergo videntur ſupponere ſacram ſcripturam in propria lingua haberi. Confirmatur primò, quia ſacri Evangeliſtæ ſcripſerunt tanquam in lingua vulgari ad quos ſcripſerunt; D. Matthæus ſcribens ad Hebræos in Hebræo, D. Marchus ad Latinos in Latino, D. Lucas, & Joannes ad Græcos in Græco.

D. Chry. Evangel.

557. Ad argumentum reſpondetur, quòd verba Sanctorum Patrum accipienda ſunt juxta eorum mentem, ac juxta occaſionem, qua ad ea dicenda adducebantur. Videbat D. Chryſoſtomus homines ſuo tempore deditos eſſe ludis & ſpectaculis obſcænis, ſed ſacros libros non legebant, ſed contemnebant, ut eos ab his averteret, inde ad lectionem ſacrorum librorum, eos exhortabatur, & non omnes, ſed eos qui cum fructu hoc poſſent præſtare; nam tunc eo tempore Chryſoſtomi, Origen. D. Auguſtinus ſcilicet quadringentis annis poſt Chriſtum natum, & ampliùs nulla tranſlatio in lingua vulgari viſa eſt, ut dixi ex communi ſententia; & eſto daretur, eo tempore tot inconvenientia non ſunt experta, ut modò.

558. Ad confirmationem reſpondetur, quòd divina providentia factum eſt ut Evangelium Hebraicè, Græcè, ac Latinè ſcriberetur, triplici idiomate, quo titulus Crucis ſcriptus; & opportunè non dabatur alia lingua, in qua Evangelium ſcriberetur. Deinde ſacri Evangeliſtæ ſcripſerunt ſuum Evangelium in illa primitiva Eccleſia, ſuis fratribus, ac diſcipulis, ut dixi *tom. 1. in Evangelia in Prologomio, & dicam Reſolut. ſequenti*, in quibus erat ſumma puritas, ac ſinceritas & omnes erant pleni gratia Spiritus ſancti, ac uniti in charitate, ut de eis dicatur, *In eis erat cor unum, & anima una.* Actor. 4. num. 32. At verò modò abundat malitia, refrigeſcit charitas, perverſa iniquitas undique graſſatur, & ideo magna cautela adhibenda, ne ſacra myſteria evulgentur.

Actor. 4.

559. Ex Apoſtolo 1. Corinth. 14. num. 8. ubi videtur docere publicas Eccleſiæ lectiones, & preces debere fieri lingua vulgari, ait enim, *etenim ſi incertam vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum*, ergo ſermo debet fieri per ſermonem

1. Cor. 14.

monem intelligibilem, ut ſciatur, & intelligatur ab omnibus, alias erit in aëra loqui.

D. Hieron. Confirmatur, quia D. Hieronymus vertit ſacras Scripturas in linguam Sclavonicam, aut Dalmaticam, ut in lingua ſua eas homines intelligerent.

560. Reſpondetur, quòd Apoſtolus ibi non agit de tranſlatione librorum ſacrorum, ſed de concione, ac prædicatione quam Antiſtes ſolebat facere, qua finita Auditores de divinis myſteriis miſcebant ſermonem, & quia aliquando multi tumultuantes loquebantur, & nihil diſtincte percipiebatur, ſed erat multa confuſio, ideo ut Apoſtolus eos inſtruat, exhortatur ad claram, & diſtinctam colloquutionem, ut unus, vel alter loquatur, & poſtea alij, ita ut omnes capiant quæ dicuntur.

561. Ad confirmationem, negatur talem verſionem factam fuiſſe, quamvis illam teneat Sixtus Senenſis *lib.4. Biblioth.* nec ex Epiſtola D. Hieron. ad Sophronium, quæ eſt 134. tale poteſt colligi, ut legenti patebit; ſed tantùm Sanctus Doctor ait tranſlationem Septuaginta diligentiſſime emendatam, olim ſuæ gentis hominibus dediſſe; & eſto demus, quod in Dalmatica lingua ſcripturas dedit, hoc fuit privatim, non verò publice, ex nulla hiſtoria conſtat, quod ſcriptura in lingua vulgari legeretur publice in Eccleſia.

562. Tertiò arguunt. Quoniam in *cap. quoniam in pleriſque de Officio judicis Ordinarij*, Innocentius III. præcipit, ac ordinat, ut quando in aliqua civitate, populi diverſarum linguarum reperiantur, Epiſcopus provideat, de idoneis miniſtris, qui in diverſis linguis populos doceant, & inſtituant, ergo videtur ſentire expediens eſſe ſcripturas in propria lingua habere.

Innoc. III.

563. Reſpondetur, in Concilio Lateranenſi optime proviſum fuiſſe, ut una civitas, aut diœceſis, non duos Epiſcopos, ſed unum tantùm habeat, qui in civitatibus, & maxime maritimis, ubi ſunt diverſæ, & variæ nationes, quæ habent diverſas linguas, diverſóſque ritus, verbi gratia, Græci, & Latini, ut provideat miniſtros idoneos, qui unicuique valeant miniſtrare Sacramenta, juxta ſuum ritum, & linguam, ut verbi gratia, bene confeſſarij, & pœnitentes intelligantur, non inde ſequitur, quod talia ſacramenta ſint adminiſtranda in lingua vulgari; aliàs cum hoc Decretum promulgatum fuiſſet in Italia, ſacramenta, & officia divina fierent, non Latine, ſed Italice, quod nunquam eſt factum, de quo videndus eſt Barboſa ad dictum caput *quoniam*, Ludovicus Gomez in Regulas Cancellariæ de idiomate, Camillus Borel. de Regis Catholici præſtantia, *cap.* 51.

Barboſa Gomez. Camillus.

564. Quartò; Apoſtoli in die Pentecoſtes: *Loquebantur variis linguis magnalia Dei.* Actor. 2. Variiſque linguis prædicabant, juxta unamquamque nationem; ergo & licet Scripturam vernacula lingua haberi; nam ſi verbum Dei non inquinatur, dum vulgari lingua prædicatur, nec etiam dum vulgari lingua ſcribitur. Negatur conſequentia; nam verbum Dei, dum prædicatur, ſecum involvit explicationem, quam omnes capiunt; at cùm ſcribitur, nudum ſcribitur, & inde ab omnibus non capitur, verbi gratia; matres dant infantibus panem diſſectum in particulas ad manducandum, poterunt dare etiam panem integrum, & ſolidum, ſed non erit aptum, ut ab infante manducetur; ſic non licet argumentari: Verbum Dei datur populis explicatum à concionatore; ergo etiam debet dari in lingua vulgari ſine explicatione; inepta, & invalida eſt conſequentia.

Actor. 2.

Quintò. Valdè indecens eſt, ut populus labiis ſolum Deum honoret; cor autem longè ſit ab illo, quia quod legit, aut orat, non intelligit. Quòd graviter reprehendit Dominus, Matth. 15. num. 8. Iſai. 29. num. 13. ideò Paulus 1. Corinth. 14. num. 14. *Si orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem ſine fructu eſt*; ac ſi dicat ex oratione non intellecta, nullam utilitatem orans conſequitur; ergo conveniens eſt, ut ſcriptura detur in lingua vulgari, ut orans fructum capiat. 565.

Matth. 15. Iſai. 29. 1. Cor. 14.

Reſpondetur, quòd non ſequitur illatum, quia qui non intelligit, mens longè ſit ab eo, quia quamvis non intelligat, orat intentione, totam ſuam mentem in Deum dirigendo. Ad locum Pauli, orans licet non intelligat, & privetur fructu intelligentiæ, tamen ut ait ibi D. Thomas, habet fructum impetrationis, meriti, ac ſpiritualis conſolationis; vel *mens ſine fructu* ſi diſtrahatur in plura, & ideo non ſufficit tantùm orare, ſed ſpiritu, & mente; & ideo Apoſtolus, n. 15. *Quid ergo orabo ſpiritu, orabo & mente.* Vel tertiò dic, ſufficit quòd Deus; ad quem dirigitur, eam intelligat, etiamſi vocum ſignificationem orans ignoret, ſufficit quòd oret in fide; quod explicat Origenes *homilia 20. in Ioſue*, exemplo medici, qui in cibo, & potu dat aliquid infirmo, quod illi prodeſt, etiam ſi cùm illud edit, aut bibit, non ſentiat ſalutem. Sic ait Origenes: *Scriptura ſancta utilis eſt, & animæ prodeſt, etiamſi ſenſus noſter ad præſens intelligentiam non capiat.* Eodem modò D. Auguſtinus *lib. 6. de de Baptiſmo, cap. 25.*

D. Thom.

Origen.

D. Auguſt

RESOLUTIO V.

De præſtantia, ac excellentia legis Gratiæ, ac ejus Canonicis Scriptoribus.

DE excellentia Evangelij, ac quid, & quotuplex ſit, ac de ſacris Evangeliſtis in particulari Matthæo, Marco, Luca, ac Joanne, jam tractavi *tom. 1. in Evangelia in Proœmio*; & quamvis *ibi*, dicta ſint, quæ ſufficiunt, tamen hic altiùs examinanda, & multa ex dictis repetenda.

QUÆSTIO PRIMA.

Quanta ſit celſitudo, ac præeminentia legis Gratiæ ſuper veterem?

SUMMARIUM.

566 *De ſide lex Gratiæ perfectior lege vetere.*

567 *Prima*

567 *Prima excellentia, lex gratiæ, habet media ad iuſtificationem, quibus carebat lex vetus.*

568 *Secunda excellentia, lex gratiæ ratione ſui ſtatus habet media ad gratiam, ac ſatisfactionem.*

569 *Tertia excellentia, in lege veteri dabatur gratia ex pretio perſolvendo in lege nova ex pretio perſoluto.*

570 *Quarta excellentia, lex nova maximè ſuperat veterem in Legiſlatore.*

971 *Quinta excellentia, ex parte objectorum credibilium.*

572 *Sexta excellentia, lex vetus fuit in umbris, & figuris, lex gratiæ in apertis, & manifeſtis.*

573 *Septima excellentia, ex parte ſacrificii quod non eſt ex ſanguine hircorum, aut taurorum, ſed ex corpore, & ſanguine Ieſu Chriſti.*

574 *Octava excellentia, lex gratiæ finis legis veteris.*

575 *Nona excellentia ex parte formæ, quia lex ſcripta fuit in tabulis lapideis, lex gratiæ in corde, ac viſceribus.*

576 *Voluit tamen Chriſtus, ut poſt ejus mortem darentur Scriptores Evangelici.*

577 *Decima excellentia, Teſtamentum vetus ſervorum, novum filiorum.*

578 *Vndecima excellentia, Teſtamentum vetus timoris, novum amoris.*

579 *Duodecima excellentia, Teſtamentum vetus jugum grave, novum ſuave, & leve, & num.* 580.

581 *Tertiadecima excellentia, Teſtamentum vetus temporalia promittebat, novum ſpiritualia, & æterna pollicetur.*

582 *Quartadecima excellentia, Teſtamentum vetus imperfectum novum undequaque perfectum, & num.* 583.

584 *Quintadecima excellentia, Teſtamentum vetus uni tantùm populo datum eſt; novum vero univerſo orbi.*

585 *Decimaſexta excellentia, Teſtamentum vetus temporale, quod ceſſavit, novum æternum, & num.* 586.

587 *Decimaſeptima excellentia de potentia ordinaria non poteſt dari perfectior lex.*

566. DE fide certum, legem novam, ſeu gratiæ, eſſe perfectiorem, & excellentiorem lege veteri, ut expreſsè docet Apoſtolus ad Hebræos 7. 8. & 9. de quo latè agunt multi Theologi, Divus Thomas 1. 2. *tota quæſt.* 107. Ibi ejus Commentatores, Soto *in* 4. *diſtin.* 2. *quæſt.* 1. *articul.* 4. Salmeiron *tem.* 5. *in Evangel. tract.* 1. *ſuper epiſtol. ad Roman. diſp.* 29. Bellarm. *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 18. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 183. *cap.* 3. Suarez *lib.* 10. *de legibus, cap.* 8. *per totum*, quod breviter probatur oſtenſis multis excellentiis legis gratiæ.

D. Thom. Soto. Salmeir. Bellarm. Vaſquez. Suarez.

567. *Prima excellentia.* Quia ſumma hominis viatoris perfectio, eſt illius juſtificatio, ac ſanctificatio; atqui lex vetus ex ſe nullum importabat medium ad juſtificationem, ac ſanctitatem, at lex gratiæ multa adhibet media ad ſanctificationem; ergo multo perfectior eſt lex gratiæ. Major eſt evidens, minor probatur quoad primam partem, quia lex vetus ſolùm ex ſe includebat ſacrificia, oblationes, ritus, & cæremonias, quæ non ſanctificabant: nam remedium legis naturæ datum fuit Adamo. Circumciſio Abrahamo *Geneſ* 17. ut notant Angles; Faventin. & alij in quo ſenſu explicant Concilium Florentinum, ut dixi *Opuſculo primo, Reſolut.* 3. *quæſtione* 12. *num.* 103. & ideo ait Paulus Hebreor. 7. numer. 19. *Nihil ad perfectum adduxit lex.* Et in lege naturali erat illud tantùm remedium naturæ pro parvulis ex generali Dei providentia, ac communi neceſſitate; pro adultis nullum tamen erat Sacramentum. At in lege gratiæ ſeptem ſunt Sacramenta, quæ conferunt gratiam, non ex opere operantis tantùm, ſed etiam ex opere operato, unum pro parvulis, & ſex pro adultis, de quibus loquens Iſaias 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Divus Hieronymus ex Hebræo vertit *de fontibus Ieſus*, quibus aquis ſalutiferis anima lavatur, mundatur, ac purificatur in omni juſtitia, ac ſanctitate, ut ad ſummam perfectionem veniat. Et inde dicebat Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis: *Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt.* Matth. 5. num. 41.

Geneſ. 17. Angles. Florent. Hebr. 7. Iſai. 12. D. Hieron. Matth 5.

568. *Secunda excellentia*, legis gratiæ, quia ex vi ſui ſtatus, ac ex vi ſui Legiſlatoris habet vim ad dandam gratiam ad bene operandum, ac etiam habet vim ad ſatisfaciendum, quod non habebat lex vetus, nec ratione ſui, nec ratione ſui ſtatus. Probatur, quia lex gratiæ includit formaliter merita Chriſti Domini, ut præſentia, & realia, quæ habent vim ad juſtificandum, ac ſatisfaciendum. Quia ut ait Petrus Actorum 4. num. 12. *Neque enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat ſalvos fieri, niſi tantùm in nomine Ieſu.* At lex vetus: idem eſt de lege naturæ, non includebat merita Chriſti ut præſentia, ſed tantùm ipſa reſpiciebat, ut futura, & ſic ratione ſui non dabat gratiam, ſed benignitate Dei ipſam largiebatur, propter merita Chriſti prævisa; per anticipatam ſolutionem ad ipſa Chriſti merita; at lex gratiæ includit ipſa merita Chriſti ut realiter præſentia, & ut jam exhibita; ergo ratione ſui ſtatus habet dare gratiam, & ideo lex nova meritò dicitur lex gratiæ, & in ea non datur gratia ex benignitate, ſed ex juſtitia, quia quamvis per reſpectum ad nos, qui ipſam gratiam accipimus, ſit mera gratia, tamen per reſpectum ad Chriſtum caput noſtrum, qui ipſam meruit, fuit opus juſtitiæ, imo & toto rigore juſtitiæ, ut communiter dicunt Theologi in materia de Incarnatione.

Actor. 4.

569. *Tertia excellentia*, in lege veteri dabatur gratia ex pretio perſolvendo; at in lege gratiæ ex pretio jam perſoluto, qui eſt excellentior, & nobilior modus habendi, ſicut illuſtrius, & excellentius eſt accipere rem data pecunia in manu, quam eam accipere ex gratia creditoris ex pecunia in futurum danda, veluti *defiado*, ut ulgo dicitur.

570. *Quarta excellentia*; quia licet utraque lex vetus, & nova data ſit à Deo; tamen in Auctore promulgatore, ac miniſtro proximo, & immediato,

diato, per quem Spiritus ſanctus loquitur, longiſſimè novum Teſtamentum præſtat veteri. Ait Joan. 1. num. 27. *Lex per Moyſem data eſt, gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Lex vetus fuit data per Moyſem tanquam per miniſtrum; at lex gratiæ, ſeu gratia, & veritas data eſt per Jeſum Chriſtum, non tanquam miniſtrum, ſed tanquam factorem, Auctorem ipſius gratiæ, & veritatis; *Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*; ut latè explicavi *tom. 6. in Evangel. ad cap. 1. Ioan. quæſtione 2.* Deinde Deus legem antiquam dedit, promulgavit per Moyſem, & Prophetas, nunc verò in lege nova per unigenitum filium ſuum Jeſum Chriſtum, ut ait Paulus Hebræor. 1. num. 1. *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis; noviſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio*, qui in immenſum, ac infinitum, Moyſem, & Prophetas excellit. Deinde miniſtri legis veteris fuerunt Prophetæ; miniſtri verò legis Evangelicæ Apoſtoli, qui maximè excellunt Prophetas. Ideo Paulus primum locum dat Apoſtolis, ſecundum Prophetis. 1. *Corinth.* 12. *num.* 28. *ad Epheſ.* 4. *num.* 1. & Prophetæ fuerunt miniſtri in uno populo, parvo, ac limitato, Apoſtoli conſtituti ſunt Principes ſuper omnem terram, *& in omnem terram exivit ſonus eorum.*

Hebr. 1. — 1. Cor. 12. — Epheſ 4.

571. *Quinta excellentia* ex parte materiæ, ac objectorum credibilium; lex vetus unum Deum colendum, ac adorandum proponebat; Trinitatiſque myſterium, ac Chriſti conceptionem ex Spiritu ſancto valde in umbra cognoſcebat; at lex nova, Deum unum in eſſintia, & Trinum in perſonis prædicat, ſicut & Chriſtum Jeſum ex Spiritu conceptum profitetur, ejúſque vitæ Sanctiſſima myſteria mortis, Paſſionis, Reſurrectionis, Miſſionémq; Spiritus ſancti, converſionem, ac vocationem omnium gentium, quæ valdè obſcurè, ac tenuiter ratiocinabantur Prophetæ. Quæ omnia clarè & apertè nos docuit, ac declaravit Chriſtus Jeſus Joan. 1. num. 18. *Deum nemo vidit unquam, unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit.* Ideo enim unigenitus Dei filius è ſinu Patris in ſinum Matris factus homo deſcendit, ut arcana Patris ipſi ſoli cognita nobis enuntiaret; inde Apoſtolus Paulus ait 1. Timoth. 3. num. 16. *Magnum pietatis Sacramentum manifeſtum eſt in carne, juſtificatum eſt in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt Gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.*

Ioan. 1. — 1. Tim. 3.

572 *Sexta excellentia.* Quia lex vetus fuit quid adumbratum, ac figuris tectum; at lex gratiæ quid apertum, clarum, ac manifeſtum: quantum autem vivi, & perfecti colores excedunt primas lineas, tantum claritate, ac perſpicuitate, legi veteri præcellit nova; inde Moyſes velata facie erat *Exod. 34. num. 32.* Hinc Sanctum Sanctorum velo obtegebatur. *Exod. 30. n. 6.* Hinc etiam omnia vaſa ad miniſterium templi conſtructa, tecta, velatáque erant, ut habes ex Lactantio *lib. 4. cap. 20.* Ait D. Paulus Hebr. 9. n. 16. *Vbi enim teſtamentum eſt mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.* In veteri illa lege ceremoniæ, ſacrificia, & obſcura Prophetarum oracula, erant clauſa, & ſigillo obſignata, ſub multis umbris, & figuris, *Omnia in figuris contingebant illis*, ait Apoſtolus 1. Cor. 10. n. 11. At Chriſti morte omnia aperta, manifeſtata, ac reſerata ſunt: *Hinc ſciſſum eſt velum templi.* Matth. 27. n. 51. & librum ſignatum ſigillis ſeptem, quem nemo poterat aperire, nec reſpicere illum, *Agnus tanquàm occiſus inventus eſt dignus aperire librum, & ſolvere ſignacula eius* Apoc. 5. n. 6. & Chriſtus aperuit ſuis Diſcipulis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. Luc. 24. n. 45. & Chriſto præſente *viſum eſt cœlum apertum*, quod nunquam antea legitur factum. *Matth. 3. n. 16. & Ioan. 1. n. 51.*

Exod. 34 — Exod. 30 — Lactant. — Hebr. 2. — 1. Cor. 10. — Matth. 27. — Apoc. 5. — Luc. 24. — Matth. 3. — Ioan. 1.

573. *Septima excellentia*, ex parte ſacrificij. In unaquaque lege, ſive vera, ſive falſa fuit aliquod ſacrificium tanquam ſignum proteſtativum excellentiæ illius Dei, quem adorabat, ut docet D. Auguſt. *lib. 1. contra Adverſarium legis, & Prophetarum, cap. 18. & epiſt. 49.* ut latè expendi *tom. 3. in Evangelia, cap. 35. q. 32. n. 222.* Ex quo rectè D. Paulus ex ſacrificio legis veteris extincto probat ipſam legem veterem, ejuſque Sacerdotium omnino extinctum, & abolitum, ait ad Hebr. 7. n. 12. *Tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt, ut & legis tranſlatio fiat.* Nota conſequentiam neceſſariam *Neceſſe eſt*, quia ut notant ibi Chryſoſt. Theodoretus, Theophylact. intrinſecum, & connaturale eſt unicuique legi ſum ſacrificium, ac Sacerdotium: nam Sacerdotium ad ſacrificium ordinatur; lex vero, & Sacerdotium ad ſacrificium tanquam ad ſuum principalem actum, quem reſpicit, tradendo ritus, & cæremonias ad illud perperagendum, ac proinde eſt quid primum, & principale totius legis, à quo tota eius nobilitas deſumitur. Sacrificium autem legis veteris conſtabat *ex ſanguine hircorum, aut vitulorum.* Hebr. 9. num. 12. At ſacrificium legis gratiæ conſtat ex pretioſiſſimo corpore, ac ſanguine Chriſti Domini de quo loquens Apoſtolus Hebr. 9. n. 14. ait: *Quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum, ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundavit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis.* Et ſicut in immenſum ſanguis Chriſti ſuperat ſanguinem hircorum, & taurorum, ſic lex gratiæ in immenſum ſuperat veterem.

D. Auguſt. — Hebr. 7. — Hebr. 9.

574 *Octava excellentia.* Finis perfectior, ac nobilior eſt, quam ea, quæ ad finem ſunt; atqui totum teſtamentum vetus ad novum ordinabatur, tanquam ſuum finem, & ideo rectè ait Paulus Rom. 10. n. 4. *Finis legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti.* Syriacus legit: *Scopus legis Chriſtus*: quia tota lex ad Chriſtum ut ad finē, terminum, ac ſcopum referebatur, quia ut explicant Divus Auguſtinus *lib. 2. contra Adverſarium legis cap. 7.* Divus Gregorius *homil. 16. in Ezechielem.* Omnes umbræ, figuræ legis, in Chriſto ſunt adimpletæ, in ipſo tanquam in ſuo termino ceſſarunt, etiam in hoc ſenſu idem Apoſtolus 1. *Corinth.* 10. *num.* 11. Poſtquam numeravit aliquas figuras legis veteris ſubdit, *In quos fines ſæculorum devenerunt*: fines ſæculorum dicit tempus Adventus Chriſti. Tale tempus appellant Prophetæ fines ſæculorum, ut notant Benedictus Juſtinianus, & Cornelius à Lapide: nam Adventus Chriſti fuit finis ſæculorum illius antiquæ legis: nam tota ipſa in Adventu Chriſti

Rom 10. — Syriacus.

ceſſavit

cessavit, finivit, ac terminata est, & ad hunc intentum adducunt citati Auctores illud ex
1.Ioan.2. epistol.1. Joan.cap.2. num.18. *Filioli novissima hora est.*

575. *Nona excellentia* ex parte formæ, quia lex vetus scripta fuit in tabulis lapideis, & lex gratiæ in corde & anima, quod probat, &
D.August. confirmat D. Augustinus *lib.de spiritu,& litera cap.*19. ex verbis Jeremiæ 31. num.32. *Ecce*
Ierem.31. *dies veniunt, & consummabo super domum Israël, & super domum Iuda, Testamentum novum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut adducerem eos de manu Ægypti, quia ipsi non perseveraverunt in testamento meo, & ego neglexi eos. Post illos dies, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum.* Ubi Propheta constituit discrimen inter legem, quam Deus dedit patribus in tabulis
Exod.34. lapideis, *Exod.*34. *num.*4. & legem, quam de præsenti in novo Testamento *scriptam in visceribus eorum, ac in corde eorum.* Moyses ut minister dedit tantum legem scriptam in tabulis, secluso omni Spiritus, & gratiæ dono, quod ipse præstare non poterat; at in novo testamento Christus Jesus ejus Legislator, Auctor, & conditor gratiæ, *Et eam per Spiritum sanctum diffundit in cordibus nostris.*
Rom.5 Roman. 5. num.5. quo quasi digito Dei lex nova fidelium inscribitur mentibus; unde meritò Ioannes Baptista ait jam supra datus, *Lex per Moysem data est: Gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Ubi apertè indicatur, quod Moyses dedit tantum legem ut literam mortuam; Christus utpote verus Deus dat gratiam, & veritatem promissorum cœlestis beatitudinis, ac æternæ patriæ. Et ad
2.Cor.3. hunc sensum ait Apostolus 2. Corinth.3.n.6. *Litera occidit, spiritus vivificat.* Quem locum explicat Divus Augustinus *lib. de spiritu,*
D.August. *& litera cap.*4. Quia Moyses dedit legem tanquam literam mortuam, quia gratiam dare non poterat, sine qua lex non poterat observari; at Christus Dominus simul cum lege dedit spiritum gratiæ, & sanctitatis, qui vi-
Rom.2. vificat. Ideo Paulus Roman. 2. num.15. appellat legem Evangelicam *Scriptam in cordi-*
Rom.3. *bus nostris.* Et cap.3. num.27. *Legem fidei.* Et
Rom.7. cap.7.num.12.*Legem dicit sanctam.* Et num.14. eam dicit: *Legem spiritualem,* & num.25.*Legem Dei appellat*; veterem legem passim solum
Rom.2. legem dicit, Rom.2.n.26. & sæpè scriptam in
2.Cor.3. tabulis 2. Corinth. 3.n.3. Aliquando literam. Ibidem n.6.

576. Et quamvis Christus Dominus suam legem non scripserit,disposuit tamen,ut post mortem ejus, ejus lex, vita, & doctrina scriberetur à Sanctis Evangelistis, ad firmitatem fidei, stabilimentum Ecclesiæ contra Hæreticos, ac perennem omnium notitiam, ut statim dicam *quæstione sequenti.*

577. *Decima excellentia.* Testamentum vetus servorum erat; Testamentum novum filiorum,
D.August. quod docuit Divus Augustinus *lib. contra adversarium legis cap.*16. & ait: *In veteri Testamento erant onera servorum; in novo gloriâ li-*
Rom.8. *berorum.* Quod probatur ex Paulo Roman.8. num.15. suis discipulis scribens, ait: *Non enim accepistis spiritum servitutis in timore, sed ac-*

cepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba Pater. Ubi Apostolus apponit legem veterem novo; veterem dicit spiritum servitutis,quia Iudæos tanquam servos pœnis, à minacibus suppliciis abducebat *oculum pro* D.Chrys. *oculo, dentem pro dente,* ut notant D.Chrysost. Theodor. Theodoret. Theophylactus, D. Ansel. legem Theophyl. vero novam dicit *spiritum filiorum,* quia suaviter, ac leniter præmiis nos allicit Christus, S.Anselm. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum,* &c. Matth. 5. num.2. Quod Matth.5. optimè confirmatur ex ipso Apostolo ad Ga- Galat.4. latas 4. num. 22. *Veteris Testamenti umbram fuisse Agar ancillam Abrahæ: & novi Testamenti, & Ecclesiæ Saram liberam.* Et quemadmodum ancilla generat filios servos,sic Testamentum vetus, præfiguratum in ancilla servilis conditionis populum procreabat.Testamentum vero novum,id est Ecclesia, in Sara libera adumbrata, filios in summa gignit libertate; & inde prosequitur Apostolus: *Nam illa,*
quæ sursum est Ierusalem, id est Ecclesia: *Libera* D.Anselm. *est,quæ est mater nostra.* D. Anselm.ibi: *In utroque Testamento genuit Deus filios; qui sibi servirent, in veteri Iudæos servos, qui timore pœnæ, & promissionibus temporalium, & serviliter obedirent: In gratia vero novi Testamenti liberos, qui ex dilectione servirent.*

578. *Vndecima excellentia.* Vetus testamentum D.August. fuit timoris,novum vero amoris. D. August. *tom. 1. lib.1. de moribus Ecclesiæ, cap.*28. ait: *Hæc est brevissima, & apissima differentia duorum Testamentorum, timor, & amor;* & cap.16. ait: *Deus veteri homini fugienti, tanquam Dominus, apposuit, quod timeret; & novo redeunti, tanquam Pater aperuit, quid amaret.* Cum Deus olim daret legem, totus Mons Sina terribilis fumabat, densissima caligine circumdabatur, sonitus buccinæ perstrepebat, fulgura coruscabant, tonitrua audiebantur, *Exod. 19. num.* 18. *Hebr.* 12. Exod.19. *num.*21. undique omnia erant terrifica,ac ter- Hebr.12. ribilia. At in novo Testamento, tanquam foliis charissimis omnia sunt plena amoris, ac benignitatis. De Iesu dicitur, *Qui pertransit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à dia-*
bolo Actor. 10.num.38. quod optimè confirmat Actor.10. Apostolus *Hebræor.*12.*num.*18 & ait: *Non ac-* Hebr.12. *cessistis ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt excusaverunt se, ne eis fieret verbum; sed accessistis ad Sion Montem, & Ciuitatem Dei viventis, Hierusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam.* Opponit Apostolus Christianos Iudæis, & Montem Sina, in quo lex antiqua est data,Monti Sion,in quo erat templum, & in eo Christus prædicavit,ac suam Evangelicam legem promulgavit, in ipsoque Monte Apostoli Spiritum sanctum acceperunt. Inde Sina significat Synagogam, ac legem veterem: Sion Ecclesiam Christi, ac ejus legem. In Sina, seu in lege veteri omnia terribilia. ac terrifica,in Sion, seu in lege gratiæ,omnia suavia,præjucunda,ac festiva: *Multorum millium Angelorum frequentiam,*pro frequentia legit Græcus *festivam solemnitatem* In Græc. Ecclesia Christi Angelorum myriadibus dies festi cum multo gaudio, felicitate, triumpho, ac jubilo aguntur.

579. *Duodecima excellentia.* Iugum Teſtamenti veteris valdè grave,ac ponderoſum;novi vero leve , & ſuave. Dicente Chriſto Domino Matth. 11.n.29.*Venite ad me omnes,qui laboratis,* Matth.11. *& onerati eſtis, & ego reficiam vos.Tollite iugum meum ſuper vos,iugum enim meum ſuave eſt , & onus meum leve.*E contra vero jugum antiquũ, valdè grave,& ponderoſum:cum in Primitiva Eccleſia aliqui arbitrarentur legem Moyſis à Chriſtianis eſſe ſervandam,cum de hac re Hieroſolymis eſſet contentio ſurgens Petrus ait : *Quid tentatis Deum,imponere iugum ſuper cervices Diſcipulorum , quod nec Patres noſtri,nec nos* Auctor.15. *portare potuimus?*Actor.15.n.10.& ideo D.Aug. D.Auguſt. *ſerm.9.de verbis Domini* , legem antiquam appellat *ſarcinam innumerabilium obſervationum.* Numerantur enim in illa lege antiqua ſexcenta tredecim præcepta. Affirmativa , ducenta quadraginta; negativa , trecenta ſexaginta quinque.

580. At lex Evangelica valde ſuavis, ac levis eſt paucitate mandatorum , quæ magnam habent facilitatem : nam præter Decalogum legis naturæ addidit Sacramenta facillima , ut D.Auguſt. ait Divus Auguſtinus epiſtol.118. cap. 1. *Levi iugo nos ſubdit , & ſarcinæ levi , unde Sacramentis numero pauciſſimis , obſervatione facillimis , ſignificatione præſtantiſſimis , ſocietatem novi populi colligavit.* Et inde lex nova dicitur verbum breviatum , ut dicitur Rom.9. ab Apoſtolo Roman. 9.num. 28. *Verbum breviatum fecit Dominus ſuper terram.* Cum legem ſuam promulgavit , quæ valdè breviata eſt paucitate præceptorum , ita interpretatur D. Auguſtinus , Origenes , D. Anſelm. D.Anguſt. Origenes. D.Anſelm. Oecumenius. Oecumenius.

581. *Tertiadecima excellentia.* Teſtamentum vetus temporalia promittebat ſuis obſervatoribus ; novum verò æterna,& ſpiritualia,ut eiſdem verbis docet D.Auguſtinus lib.18. de Ci- D.Auguſt. vitate Dei , cap. 11. *Prius in veteri temporalia bona , deinde in novo , æterna , & ſpiritualia promittuntur.* Nam in lege veteri dabantur promiſſiones vini,olei, frumenti , terræ fluentis lac , & mel. In novo æterna,& ſpiritualia: *Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cœ-* Matth.25. *lorum.* Matth. 25. *Venite benedicti patris mei* Ioan.7. *poſſidete regnum.* Ioan.7. num.38. ait Chriſtus Dominus : *Qui credit in me , flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ, hoc autem dixit de ſpiritu , quem accepturi erant credentes.* Et ideo Apoſto- Hebr.7. lus Hebræor.7.num.19. appellat legem gratiæ *Introductionem melioris ſpei , per quam accedi-* Hebr.8. *mus ad Deum* Et Hebr. 8. num 6. agens de Chriſto Domino ait : *Quanto & melioris teſtamenti mediator eſt , quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt* ; nempe pollicitationibus per Chriſtum factis æternæ cœleſtis beatitudinis , ac gratiæ ſanctificantis.

528. *Quartadecima excellentia.* Vetus teſtamentum fuit imperfectum , novum undequaque perfectiſſimum , ſive quoad fidem,mores,ritus & cæremonias. Iudæi ſub lege fuerunt , tanquam pueri alphabetarij ; Chriſtiani vero in novo Teſtamento , ut perfectiſſimi Theologi. Ait Apoſtolus ad Galat. 4 num.4. *Cum eſ-* Galat.4. *ſemus parvuli ſub elememis mundi eramus ſervientes , at ubi venit plenitudo temporis , miſit Deus filium ſuum , factum ex muliere , factum ſub lege , ut eos , qui ſub lege erant redimeret , ut adoptionem filiorum reciperemus.* Quem locum expendens noſter D. Cyrillus D.Cyrill. Alexandrinus *lib. 9. in Ioan.* ait : *Oportebat per Moyſen tanquam puerum erudiri Iſraëlem , quì puerilis adhuc , & rudioris mentis erat , at per Chriſtum , in quo omnes ſunt theſauri ſapientiæ , & ſcientiæ reconditi , deſcriptam veram , & conſummatam nobis afferri ſcientiam.* In veteri Teſtamento erant Iudæi , ut pueri ſub literis alphabeticis ſervientes ; at in novo *recipimus adoptionem filiorum* , at ut filij participamus de bonis paternis Chriſti , in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ . & ſcientiæ Dei.

Quod confirmatur ex Paulo Hebræor. 7. 583. num 18. *Reprobatio quidem fit præcedentis man-* Hebr.7. *dati , propter infirmitatem eius , & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex* , id eſt abrogatio fit prioris legis , & huius rei cauſam aſſignat Apoſtolus , legis nempe infirmitas , & inutilitas , *Quia lex nihil ad perfectum adduxit* : quia non poterat homines ſalvare , ac iuſtificare : nam ſumma hominis perfectio eſt illius iuſtificatio, ac ſanctificatio. At verò novum Teſtamentum, potentiſſimum, ac efficaciſſimum eſt ad ſalutem. Ait Apoſto- lus Rom. 1.num.16. *Non erubeſco Evangelium,* Rom.1. *virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti.* Ait Doctor Gentium , *Non erubeſco Evangelium* ; quamvis eius vita ſit in humilitate , ac paupertate. De quo agit D. Ambroſ. *lib.1.* D.Ambroſ. *Officio cap. 3.* & ſubdit rationem *Dei virtus.* Græcus legis , *Dei potentia eſt, ad ſalutem om-* Græcus. *ni credenti* ; hoc eſt potentiſſimum eſt ad dandam ſalutem , & remiſſionem peccatorum , *Verbum crucis iis, qui ſalvi fiunt , Dei virtus eſt.*1.Corinth.1.n. 18. Dei virtus , Syriacus 1.Cot.1. legit *Dei potentia.* Ipſa virtus Evangelica cru- Syriacus. cis efficax Dei potentia eſt ad ſalutem , ac vitam æternam.

Decimaquinta excellentia. Teſtamentum ve- 584. tus uni tantum populo nempe Iudaïco , Teſtamentum vero novum univerſo orbi datum eſt.De Teſtamento veteri probatur Pſal.75.n.1 Pſalm.75. *Notus in Iudæa Deus , in Iſraël magnum nomen eius.* At lex Evangelica data eſt pro toto univerſo. Sic Chriſtus Dominus mittens ſuos Apoſtolos ait illis : *Euntes docete omnes gentes , baptizantes eos in nomine patris* , &c. Matth.28. Matth. 18.num.19.Iterum : *Euntes in mundum, univerſum prædicate Evangelium omni creatu-* Marc.16. *ræ.* Marc. 6. num.15. quod vaticinatum eſt ab Iſai.2. Iſaia 2. num.2. *Et erit in noviſſimis diebus præparatus mons Domus Domini in vertice montium , & elevabitur ſuper colles , & fluent ad eum omnes gentes.* Et ſtatim ſubdit n. 3. *Quia de Sion exibit lex , & Verbum Domini de Ieruſalem , & iudicabit gentes.* Malach.1. num.11. Malach.1. *Quia ab ortu Solis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus.* Et de ſacris Apoſtolis clamat Regius vates : *In omnem terram exivit ſonus eorum.* Pſam. 18. & paſſim Pſalm.18. omnes Prophetæ.

Decimaſexta excellentia. Teſtamentum ve- 585. tus temporale , quod oſtendit Paulus ad Ga- Galat.3. latas 3. num. 19. *Lex propter tranſgreſſiones poſita eſt , donec veniret ſemen , cui promiſerat , ordinata per Angelos in manu mediatoris.* Id eſt , lex Moyſis promulgata eſt , ut peccatores,& peccata refrænaret,nec Chriſtus

ſemen

ſemen Abrahæ veniret, *Ordinata per Angelos in manu mediatoris*; id eſt in poteſtate Chriſti mediatoris ad abrogandam ipſam legem veterem. Ita locum explicant Gloſſa Ordinaria, Gloſſ. Ord. D.Anſelm. Theoph. quod etiam magis confirmatur ex eodem Apoſtolo citato *cap.3.num.23.* ubi ait: *Priuſquam veniret fides, ſub lege cuſtodiebantur, concluſi in eandem fidem quæ revelanda erat*, id eſt, antequam fides Chriſti, & nova lex reſplendeſceret in orbe, quaſi ſervi in cuſtodia, ac carcere oneroſæ legis concluſi tenebamur, quouſque ipſa fides Chriſti in mundo revelaretur; & iterum corroboratur ex eodem Apoſtolo citata epiſtola ad Galatas cap. 2. num. 19. *Per legem legi mortuus ſum, ut Deo vivam.* Id eſt per legem novam legi veteri mortuus, & crucifixus ſum, ut vivam Deo, & pro hac veritate confirmanda, multa alia loca valdè expreſſa poteram adducere.

586. Teſtamentum autem novum æternum eſt, juxta illud Chriſti Domini: *Hic eſt Calix ſanguinis mei, novi, & æterni teſtamenti.* Et illud Pauli Hebr. 13. num. 20. *Deus eduxit de mortuis paſtorem magnum ovium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Et illud Apocalyp. 14. num. 6. *Vidi alterum Angelum volantem per medium cœli habentem Evangelium æternum.* Dicitur autem Teſtamentum novum æternum; ut ciato loco explicavi, quia nullo unquam tempore antiquabitur, nullum aliud teſtamentum illi ſuccedet. Theodoret. ad citatum locum Apoſtoli: *Æternum teſtamentum vocat Paulus, utpote quod aliud non ſit poſt hoc futurum.* D. Anſel. ad Hebr. 15. *Novum Teſtamentum dicitur æternum, quia aliud ei non ſuccedet, ſicut idem ſucceſſit veteri.* Sed perdurabit uſque in finem mundi. Hinc Chriſtus ait Matth. 28. numero 20. *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* Et hac de cauſa lex gratiæ vocatur in Scriptura ultimum tempus. 1. Ioan. 2. num. 18. *Noviſſima hora eſt.* Iſai. 2. num. 2. Mich. 4. numero 1. Actorum 2. n. 16. Quia tempus eſt ultimæ, ac noviſſimæ legis quæ duratura eſt donec tranſeamus omnes ad ſtatum gloriæ.

587. *Decima ſeptima excellentia*, & valdè præclariſſima, quia pro ſtatu viatoris de lege ordinaria non poteſt perfectior lex conſiderari. Ita D. Thomas 1.2. *quæſt.* 106. *art.* 4. Suarez *lib.* 10. *de legibus, cap.* 7. *n.* 5. quia nulla lex poteſt eſſe perfectior in ratione legiſlatoris, ac mediatoris, quia nullus poteſt perfectior eſſe; quam Chriſtus Jeſus unigenitus filius Dei; nec poteſt eſſe perfectior in ratione ſacrificij: nam noſtrum ſacrificium non eſt ex carne, ac ſanguine taurorum, & hircorum, ſed ex propria carne, ac ſanguine unigeniti filij Dei Jeſu Chriſti, nec poteſt eſſe perfectior in ratione cæremoniarum: nam noſtræ cæremoniæ ſunt ſeptem Sacramenta, quæ conferunt gratiam ex opere operato, nec ulla lex poteſt perfectius conjungere hominem viatorem cum Deo, quam per fidem, gratiam, & charitatem, ac religioſum cultum, per ſacrificium, ac Sacramenta ſeptem, ut lex noſtra Evangelica, quæ etiam reali, ac ſubſtantiali præſentia corporis Chriſti maximè extollitur, ac nobilitatur, nulláque hominis viatoris poteſt eſſe perfectior in ratione mercedis, ac præmij, noſtrum enim eſt ipſum regnum cœlorum, viſióque beatifica ipſius præſentiæ Dei: *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem ad faciem.* 1. Cor. 13. num. 12. quo nihil nobilius ac excellentius excogitari poteſt.

Quæstio II.

Quid, & quotuplex ſit Evangelium, & quanta ejus excellentia?

SUMMARIUM.

588 *Quid ſignificet Evangelium.*
589 *Quamvis omnes libri Teſtamenti novi poſſint dici Evangelia, peculiariter quatuor Evangeliſtæ.*
590 *Inter omnes libros Canonicos Evangelium habet magnam excellentiam.*
591 *Quanta ſit excellentia Evangelij ex cæremoniis, quibus decantatur, demonſtratur, & n. 592. 593.*
594 *Evangelium in ſe unum.*
595 *Quatuor ſunt Evangeliſtæ, alta ordinatione ſic diſpoſitum, & n. 596.*

DE his jam egi *tom.1.in Evangelia in proœmio, cap.1. & 2.* quæ iterum non ſunt repetenda, ſed breviter perhibenda; Evangelij vox eſt Græca, & ſignificat lætum, & feſtivum nuntium, quem valdè præjucundum nobis declarant quatuor ſacri Scriptores Canonici, ſeu Evangeliſtæ, dum nobis proponunt Chriſti Domini adventum, ſacratiſſimam ejus præſentiam, vitam, doctrinam, ſuprema, & alta myſteria mortis, paſſionis, ac reſurrectionis ejus, per quam omnem ſanctitatem, gratiam juſtificantem, redemptionem à noſtris peccatis, libertatem à ſervitute, ac jugo dæmonis, adoptionem filiorum habemus. 588.

Et quanquam omnes libri Canonici novi Teſtamenti, ut epiſtolæ D. Pauli, Petri, ac Jacobi, latè poſſint dici Evangelia, ut ibi notavi, tamen propriiſſimè ex communi acceptione dicuntur Codices quatuor Evangeliſtarum, quia plenius, ac latius narrant omnia Chriſti myſteria, opera, ac miracula. 589.

Evangelij excellentia.

Quam præclara, & ſublimis ſit Evangelij majeſtas, eam maximè nobis declarat D.Aug. *lib.1.de conſenſu Evangeliſt. cap.* 1. & ait: *Inter divinas auctoritates, quæ ſacris litteris commemorantur, Evangelium merito excellit. Quod enim lex, & Prophetæ futurum prænuntiarunt, hoc redditum, & completum in Evangelio demonſtratur.* Origenes *Præfatione in Ioan.* ait: *Totius Scripturæ primitiæ, eſt Evangelium.* Divus Baſilius *homil.* 16. ait: *Omnis Evangeliorum vox reliquis omnibus Spiritus ſancti præceptis eminentior eſſe dignoſcitur.* Tanta eſt dignitas Evangelij, ut dicat Divus Auguſtinus citatus: *Prophetia eſt Evangelium velatum, Evangelium vero eſt Prophetia revelata.* 590. D Auguſt. Origenes. D.Baſil. D. Auguſt.

Hæc ſublimitas, & dignitas maximè dignoſcitur 591.

citur ex cærimoniis, quibus Eccleſia utitur in lectione ipſius Evangelij. In primis accenduntur lumina, accenſiſque luminibus legitur Evangelium, ut notat D. Hieron. *lib. contra Vigilantium.* Luminaria ergo accenduntur, quia Evangelium illuminat univerſum orbem; & etiam luminaribus accenſis, (quæ ſunt ſigna lætitiæ) indicatur gaudium, quod per Evangelium diffuſum eſt in toto mundo. Secundò. Recitatur etiam in loco eminentiori, quia ut D. Paſchaſius *lib. 1. in Matth.* ait, *In omni doctrina ſacra Evangelica cæteris ſublimior.* Tertiò. Dum Evangelium legitur circunſtantes aſſurgunt, & ſtantes, ac detecto capite audiunt, ad denotandam animorum noſtrorum præparationem, qua prompti, & parati ſumus ad ea, quæ in Evangelio continentur, adimplere. Deinde ut docent D. Clemens, *lib. 2. conſtit. Apoſtolic. cap. 61.* Divus Auguſtinus *tract. 30. in Ioan.* Quemadmodum dum Princeps ſervos ſuos alloquitur, detecto capite ſurgunt, & pedibus aſtant, ſic cum Evangelium legitur Chriſtus Dominus nobis in eo loquitur, ac proinde tanquam ſervi debemus detecti capite aſtare, ob reverentiam tanti Domini alloquentis, & hanc conſuetudinem ſurgendi ſervandam eſſe ab Epiſcopis, præcipit Canon Apoſtolicus *de conſecrat diſt. 1.* & probat Gelaſius *lib. 1. epiſt. 13.*

D. Hieron. D. Paſchaſ. D. Clemens D. Auguſt. Canon Apoſtolicus. Gelaſius.

592. Quartò. Miniſter thurificat verſus Evangelium, dum illud cantat, ob magnam reverentiam Evangelio deferendam, & ad hanc indicandam Sacerdos Chriſti imaginem thurificat, quia in ipſa repræſentatur Chriſtus; ſic & thurificat Evangelium, quia in ipſo exprimuntur omnia Chriſti myſteria, verba, & opera. Octava, Synodus Oecumenica. *Act. 10. Can. 3.* ubi dicitur: *Sacram imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnium Salvatoris, æquo honore, cum libro Sanctorum Evangeliorum adorari decernimus.* Evangeliis æqualem honorem, ac Chriſti imagini deferendum decrevit, quia ipſum Evangelium eſt quædam expreſſiſſima imago ac repræſentatio omnium Chriſti operum, ac etiam ejus Sacratiſſimæ vitæ.

Octava Synodus.

593. Quintò. Ubi lectum eſt Evangelium, de more Sacerdos illud oſculatur, & oſculandum Epiſcopo, vel Principi, ſi adſit, offertur. Oſculum eſt ſignum amoris, benevolentiæ, reconciliationis, ac pacis, ut docent D. Ambroſ. Titus Boſtrenſis, dum expendunt, quomodo Magdalena Chriſti pedes oſculabatur. *Luc. 7. num. 38.* ut ſuo loco *tom. 3. expend.* Hinc lectum Evangelium Sacerdos illud oſculatur, & oſculandum dat Epiſcopo, vel Principi, in ſignum amoris, & benevolentiæ, & etiam qua ratione ſui muneris, pacem, & reconciliationem habemus cum Evangelio, dum ejus præcepta obſervamus; ſic ait D. Ambroſ. ad cap. 24. Luc. *Si mandata Domini cuſtodias, pax tibi cum Chriſto erit, ut animam tuam ſalves.*

D. Ambroſ. Titus. Luc. 7. D. Ambroſ.

Evangelium unum in ſe.

594. Quatuor Evangelia unum eſt, & unum à quatuor Scriptoribus, ſeu Evangeliſtis eſt ſcriptum. Ita Zacharias Epiſcopus, D. Hieron. D. Auguſt. D. Chryſoſt. D. Ambroſ. Beda, quos citavi *tom. 1. in Evangel. in proœmio cap. 2. num. 1.* cum D. Remigio, cujus verba iterum repeto. Sic ait Sanct. Pater in Matth. *Sicut una eſt fides, unum baptiſma, ita & unum Evangelium, quia una eſt doctrina, & quod unum ſit ipſe Dominus manifeſtat, cum dicit; Ite, prædicate Evangelium omni creaturæ: & nos quotieſcunque plurali numero dicimus Evangelia, nec doctrinam dividimus, ſed libros diſtinguimus.*

Zach. Epiſc. D. Hieron. D. Auguſt. D. Chryſ. D. Ambroſ. Beda. D. Remig.

595. Quamvis enim quatuor ſint Scriptores, tamen res ſcripta eſt una, hiſtoria narrata una, miro ordine, mira conſonantia, ac cohærentia, itaut in nullo diſcordia, ac diſcrepantia, ſed ſumma unitas, ac uniformitas inveniatur. Deſcribens *Ezechieli 6. numer. 6.* Suum admirabilem currum, qui à quatuor animalibus ferebatur, ait: Quatuor facies uni ſcilicet hominis, Leonis, Bovis, & Aquilæ, quæ quatuor animalia denotabant quatuor Evangeliſtas, ut tenent D. Irenæus, D. Athanaſius, D. Auguſtinus, D. Hieronymus, D. Ambroſius, D. Gregorius, & alij Patres à me ſæpè citati, qui etiam docent, quod hæc animalia ſunt illa, quæ vidit Iſaias ſub ſpecie Seraphim, cap. 6. num. 3. *Et clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Et ſubdit Propheta, num. 4. *Commota ſunt luminaria Cardinum à voce clamantis.* Ecce plures facies unum corpus. *Quatuor facies uni.* Ecce plures Clamantes, *Clamantes alter ad alterum.* Etſi plures, una tamen vox erat, *à voce clamantis.* Meritò Sancti Patres in his quatuor animalibus, ſacros Evangeliſtas intelligunt, quamvis in eis appareant diverſæ facies, hominis, Leonis, &c. tamen in eis unum eſt corpus hiſtoriæ ſcriptæ, ac narratæ; & quamvis plures videantur, una tantum in eis eſt vox, lingua, ac clamor, *à voce clamantis*; cum ab uno, ac eodem ſpiritu dirigantur, ac gubernentur.

Ezech. 1. Iſai. 6.

596. Quatuor ſunt Evangeliſtæ Matthæus, Marcus, Lucas, D. Joannes, ut eſt definitum in multis Conciliis, & conſtat ex perenni traditione Eccleſiæ, ut dixi *tom. 1. in Evangelia in proœmio, cap. 2. num. 5.* & ibi *num. 6.* dedi aliquas rationes, cur nec plures, nec pauciores ſint ex ordinatione divinæ Providentiæ.

597. Dices. Si Evangelium in ſe eſt unum, ut diximus modo, ad quid quatuor Evangeliſtæ, cum unus ſufficeret. Reſpondetur valdè conveniens fuiſſe, ut plures eſſent Scriptores, ac Evangeliſtæ propter magis completam, & ampliorem fidem, ut idem ſcriberetur à pluribus, quam ab uno ſolo, ideo non erat conveniens unum ſolum Evangelium, ut ita adimpleretur, quod dicit Scriptura: *Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum.* Deuteron. 19. n. 15. Matth. 18. num. 16. Joan. 8. num. 17. 2. Cor. 13. n. 1. Sicque Chriſti Domini adventum, ejuſq; ſacratiſſimæ vitæ myſteria, non per unum Prophetam, ſed per plures voluit Deus vaticinari, declarari, ac manifeſtari mundo; ſicque currus *Ezechielis 1. num. 4.* bene poterat ab uno animali aſportari, tamen ad majorem decentiam, & majeſtatem voluit à quatuor aſportari, tanquam per quatuor Cherubinos, utpote primates cœleſtis curiæ; ſic & currus operum, ac geſtorum Chriſti per quatuor Evangeliſtas, quaſi Principes, & Cherubinos Chriſti, voluit per quatuor orbis partes aſportari.

Ezech. 1. Deuter. 9. Matth. 18. Ioan. 8. 2. Cor. 13.

Deinde

598. Deinde per quatuor Scriptores ſcribitur Evangelium, ut magis ejus veritas clareſceret, quia cum ſcripſiſſent in variis, & remotiſſimis partibus, Matthæus in Judæa, Marcus in Roma, Lucas, in Achaïa, Joannes Epheſi, uno, & conſono ore ſcripſerunt; ſi maximè celebrantur virtutes Spiritus ſancti in Septuaginta interpretibus, qui cùm eſſent diverſis in cellulis conſono ore ſcripſerunt; quanto magis admiranda divina virtus in ſacris Evangeliſtis, qui tam diverſis in partibus tam uniformiter, ac cohærenter facta Chriſti narrant.

QUÆSTIO III.

Quare Chriſtus Dominus ad majorem utilitatem fidelium noluit per ſeipſum ſcribere Evangelium.

SUMMARIUM.

599 *Ratio dubitationis.*
600 *Non fuit conveniens, ut Chriſtus Dominus ſua propria magnalia ſcriberet.*
601 *Majeſtas Principis poſtulat, ut non agat per ſe, ſed per miniſtros.*
602 *Ponitur, & ſolvitur argumentum de tabulis ſcriptis digito Dei.*
603 *Ponitur, & ſolvitur argumentum de Moyſe, & aliis, qui ſua facta ſcripſerunt.*

599. HAnc quæſtionem jam attigi ſuprà *Reſolut. 3. quæſt. 2. num. 216.* quod certum eſt Chriſtum Dominum ſcripſiſſe in cauſa mulieris adulteræ, Joan. 8. *num. 6. & 8.* & iterum reſpondens ſua Epiſtola ad Abagarum Regem, ut tenent D. Auguſt. D. Ephrem, Theodoretus, & multi alij, quos adduxi *citato loco, num. 217.* Tota dubitatio eſt, cur Chriſtus Dominus totius ſapientiæ fons non ſcripſit aliquod Evangelium, ſeu rationem ſuorum operum? Et hæc quæſtio eſt valdè perantiqua, ut docet D. Auguſtinus *lib. 1. de conſenſu Evangeliſt.* Et quamvis de hac quæſtione jam aliqua dixiſſem citata *q. 2. Reſolut.* nunc hic altius eſt examinanda, D. Auguſt. ut ibi, dixi *lib. 1. de conſenſu Evangeliſt. cap. 35.* ait, quod Chriſtus Dominus ſcripſit per membra ſua, nempe per ſacros Evangeliſtas, qui erant partes corporis ſui. Hæc tamen ratio eſt valdè myſtica.

600. Dicendum eſt, maximè conveniens fuiſſe, quod Chriſtus Dominus nihil per ſe ipſum ſcripſerit; ita D. Thom. *3. part. quæſt. 42. art. 4. ibi eius commentatores.* Valdè enim decentius fuit, quod quidquid ſcriberetur de Chriſto, per alios ſcriberetur, & non per ſe ipſum, omnia quæ ſcribenda erant, ad laudem, & commendationem Chriſti pertinebant, omnia enim, quæ in Evangeliis habentur, ſunt opera, miracula, & verba illius, quæ infinitam Chriſti bonitatem, ac excellentiam maximè exprimunt, & declarat inde maximè decens fuiſſe, ut hæc per alios ſcriberentur, ut aliena eſſent omnino ab omni ſuſpicione; nam magnalium commendatio in ore proprio valdè ſuſpecta videtur. Inde Judæi Chriſto objecerunt: *Tu teſtimonium perhibes de te ipſo, & teſtimonium tuum non eſt verum*, Joannes num. 13. & ipſe Chriſtus Dominus de ſemetipſo dixit: *Si ego teſtimonium perhibebo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum: alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me*, Joan. 5. num. 31. & Apoſtolus Paulus coactus ſuat laudes recenſere, ut ſuum Apoſtolatum tueretur; ait: *Factus ſum inſipiens, vos me coëgiſtis: ego enim à vobis debui commendari*, 2. Corinth. 12. num. 11. Unde ait Salomon, Proverb. 27. num. 2. *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.*

601. Ad ſupremam majeſtatem, ac principum celſitudinem pertinet, non per ſe agere, ſed per miniſtros, præcipuè quando res benè, ac commodè poteſt per illos agi, ſed narratio geſtorum Chriſti perfectè, & optimè poterat per alios ſcriptis mandari; ergo maximè erat conſonum dignitati Chriſti, ut ipſe nihil ſcriberet, ſed hoc tantùm ſuis miniſtris delegaret. Confirmatur: eſto demus, quod Chriſtus aliquem librum ſcriberet; eſſet in magna auctoritate, & veneratione; tamen ut ex communi ſententia dixi ſuprà *in hoc opuſculo Reſolut. 1. quæſt. 2. num. 12.* quod ut aliquid ſit Canonicum in actu, non ſolùm requiritur, quod ſit dictatũ à Deo, ſed inſuper requiritur, quod ab Eccleſia proponatur, ut inſpiratum à Deo, juxta illud celebre dictum Auguſtini lib. 13. contra Fauſtum, cap. 4. & lib. 18. cap. 7. *Ego Evangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ commoveret auctoritas.* Quod præclare dixit D. Cyprianus de ſimplicitate clericorum: *Habere non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Ergo ille liber ſcriptus à Chriſto ut in actu ſecundo eſſet Canonicus, proponendus erat ab Eccleſia, ſed etiam ipſa Eccleſia libros Evangeliſtarum, ut veriſſime Canonicos nobis proponit; ergo nil amplius requiritur.

602. Contra dices; Primò, Moyſes accepit legem, ſeu Decalogum ſcriptum digito Dei in duabus tabulis lapideis, *Exod. 32. n. 15.* Ergo etiam conveniens videtur fuiſſe, quod noſter legiſlator Chriſtus ſuo digito ſcriberet legem, quam nobis dedit. Reſpondetur primò, juxta ſatis probabilem ſententiam, de qua dixi ſuprà *Reſol. 3. quæſt. 1. num. 197.* legem illam fuiſſe ſcriptam miniſterio Angelorum, ut dixit B. Stephan. Actor. 7. num. 53. *Legem accepiſtis in diſpoſitione Angelorum.* De more Scripturæ, Deo ipſi tribuitur, quod Angelorum miniſterio exhibetur nomine Dei, Angelus enim erat, qui Domini perſonam repræſentans dicebat: *Ego ſum Dominus, qui eduxi te de terra Ægypti.* Et eſto admittamus cum probabiliori ſententia, quod lex fuit ſcripta digito Dei, de quo eadem *quæſt. num. 199.* eſt diſpar ratio, quia lex illa fuit data populo Judaïco incredulo, & rebelli, ut dixit Moyſes: *Audite rebelles, & increduli.* Numer. 20. n. 10. & D. Stephan. Actor. 7. num. 51. populo ergo tam duro, & obſtinato, ac rebelli, ut adduceretur ad legem Dei obſervandam ſuprema auctoritate Dei compellendus fuit; At lex gratiæ data eſt tanquam filiis obedientibus: *Vt adoptionem filiorum reciperemus, in quo clamamus, Abba Pater*, Rom. 8. num. 15. Quibus ſufficiens levis Patris inſinuatio, quanto magis quando res eſt ſcripta per præclariſſimos miniſtros, ac ſcriptores.

603. Dices; ſecundò. Moyſes ſeriem omnium progenitorum, ac hiſtoriam omnium à ſe geſtorum, ac verborum, totumque denique vitæ ſuæ curſum uſque ad mortem, per ſe ipſum in libris Pentatheuci narravit, ergo etiam bene poterat noſter ſacratiſſimus Legiſlator, ſua geſta literis conſignare. Reſpondetur. Primò, latum eſſe diſcrimen inter Dominum, & ſervum; Dominus nec agit, nec ſcribit per ſe, ſed per miniſtros ſuos; at ſervus per ſe ipſum agit, ac ſcribit. Secundò, Moyſes, & alij ſua opera ſcriptis referunt, non ut ſua facta commemorent, ſed ut Dei mirabilia narrent; & quia forte in populo obſtinato, & rebelli, non erat qui fideliter illa ſcriberet. Deinde, quia ea quæ geſta ſunt in Deſerto Madiam, quando Dominus ei apparuit in rubo, & quæ fuerunt dicta ei in monte Sina per quadraginta dies, nullus poterat dicere, ac ſcribere, niſi ipſe Moyſes; At geſta Chriſti ſunt ſcripta per fideliſſimos miniſtros, qui & ipſi viderunt, vel ſunt narrata ab his, qui à principio ipſi viderunt, ut narrat D. Lucas in proœmio ſui Evangelij.

Quæstio IV.

De ſancto Matthæo Apoſtolo, ac Evangeliſta.

SUMMARIUM.

604 *Variis in locis agitur de D. Matthæo.*
605 *Cauſa ſcribendi Evangelium.*
606 *Magna eſt auctoritas Evangelij Matth.*
607 *Evangelium Matthæi converſum eſt in Latinum ex Græco.*
608 *Spiritus ſanctus ſe contemperavit ingenio Matthæi in ſcribendo Evangelio.*
609 *Quo ſermone, & anno ſcripſit.*
610 *Titulum eſſe poſitum ab Eccleſia dicunt aliqui.*
611 *Eſſe ab ipſo D. Matthæo, & probatur, & num.* 612. 613.
614 *Solvuntur argumenta contraria.*
615 *Cur dicitur Evangelium ſecundum Matthæum.*

604. DE excellentiis, ac laudibus D. Matthæi modo non ago, de illis jam tractavi *to.* 3. *in Evangel.* cum de ejus converſione ſermonem habui *cap.* 27. & de ejus excellentiis, ac elogiis, *tom.* 1. *in Apocal. cap.* 4. *quæſt.* 29. *&* to. 2. *cap.* 21. *quæſt.* 30. & quantum ad ejus Evangelium de illo diſſerui *tom.* 1. *in Evangel. in Proœmio, quæſt.* 3.

605. Scripſit ſuum Evangelium in Judæa antequam abiret ad gentes ad prædicandum, ut docent D. Hieron. Theophylact. Euthym. D. Remig. D. Thomas, quod bene explicat Imperfectus Proœmio in Matth. & ſic ait: *Matthæum ſcribere Evangelium cauſa talis fuit, cum facta fuiſſet in Paleſtina perſecutio gravis, ut periclitarentur diſpergi omnes, ut carentes forte Doctoribus fidei, non carerent doctrina, rogarunt Matthæum, ut omnium verborum, & operum Chriſti conſcriberet eis hiſtoriam, ut ubicunque eſſent futuri totius ſecum haberent fidei ſtatum.* S. Bartholomæus Apoſtolus ad Indos profecturus Evangelium Sancti Matthæi ſua manu deſcriptum detulit teſte Euſebio *lib.* 4. *hiſtoriæ, cap.* 10. & D. Hieron. *de ſcript. Eccleſiaſt. in Partemia*, & Barnabas Apoſtolus Evangelium Matthæi ſua manu exaratum aſportavit in Cyprum.

D. Hieron. Theophyl. Euthym. D. Remig. D. Thom. Imperfect. S. Barthol. Euſeb. Barnab.

606. Magna fuit auctoritas Evangelij Matthæi apud omnes; nam D. Matthæus illud conſcripſit Hebraïco idiomate, & cum ſecreti Apoſtoli profecturi eſſent ad prædicandum Evangelium in toto mundo, in quo valde communis, ac vulgaris lingua Græca, prædictum Evangelium converſum eſt in Græcum ab ipſo Divo Matthæo, vel à ſancto Joanne Evangeliſta, vel à ſancto Jacobo, vel alio ſimili Apoſtolo. D. Athanaſ. in ſynopſi ſic ſcribit: *Matthæi Evangelium Hebraica dialecto conſcriptum eſt à Matthæo editum Hieroſolymis, & interpretante Sanct. Iacobo fratre Domini expoſitum.* Theopyl. *Præfat. in Matth.* inquit, *Ioannes hoc Evangelium ex Hebraïca lingua in Gracam, ut ferunt, interpretatus eſt.* Sixtus Senenſ. in ſua Bibliotheca opinatur Barnabam Apoſtolum hoc Evangelium ex Hebræo in Græcum tranſtuliſſe, & D. Anaſtaſius Sinaita *lib.* 8. *Hexamer.* dicit, Apoſtolum Paulum, & Lucam Matthæi Evangelium in Græcum reddidiſſe, ex quo liceat conſiderare quanta ſit celſitudo, ac nobilitas Evangelij Matthæi, qui tam præclariſſimos habuit interpretes.

D. Athanaſ. Theophyl. Sixtus. D. Sinaita.

607. Ex his deducitur, quod Textus Syriacus Evangelicus non ex Hebræo, ſed ex Græco traductus eſt, ut patebit utrumque conferenti. Hinc S. Hieron. juſſu S. Damaſi corrigens quatuor Evangelia, ac inter illa Evangelium S. Matthæi, illa correxit juxta Textum Græcum, non Hebræum, atque illum integritati, ac fidei Græcæ reddidit, ut ipſe teſtatur Præfatione in Evangelia ad Damaſum, ubi ait D. Hieron. juſſu Damaſi ſe vertiſſe Teſtamentum Vetus ex Hebræo in Latinum; novum verò non vertiſſe, ſed correxiſſe ad Græcum autographum, quare novi Teſtamenti non fuit interpres, ſed alius antiquior & fortè non multum Latinus, ex quo fit, quod Textus Latinus Evangelij D. Matth. ac Marci in vulgata editione, non ex Hebræo, ſed ex Græco traductus videtur, ut aperte obſervant Bellarm. *de ſcript. Eccleſiaſticis*, in Matthæo Franciſcus Lucas Burg. *Præfatione in Marc.* & id clarè patebit conferenti Textum Græcum cum Latino.

D. Hieron. Bellarm. Franc. Lac.

608. In ſcribendo Evangelio Spiritus ſanctus maximè ingenio naturæ D. Matthæi ſe attemperavit, ejus mentem excitabat, ac dirigebat Spiritus ſanctus, ut ea, quæ partim ipſe viderat, partimque à ſacratiſſima Virgine, ac ab aliis Apoſtolis audierat, partimque Deus illi revelaverat, ille ſcriberet methodo, ordine, ſententia, conceptu, phraſi, quæ ſancti Matthæi ingenio congruebat; non enim erat opus revelatione in his, quæ D. Matthæus bene ſciebat, ac viderat, aut audierat ab aliis Apoſtolis maximè fide dignis, ſed tantum aſſiſtentia, ac directione Spiritus ſancti, ne oblivione, aut mentis lapſu, aut humana fragilitate in minimo puncto à veritate deflecteret, aut aberraret, ſed ut omnia ſumma, & integra veritate ſcriberet.

Relictis

609. Relictis variis ſententiis, D. Matth. cum ſcripſiſſet ſuum Evangelium in Judæa rogantibus fratribus, qui ex Judaïſmo erant converſi, quod ſcripſerit Hebraïco ſermone, ut probavi, *tom. 1. in Evangel. in proœmio, cap. 3. n. 7.* ex graviſſimis Auctoribus probavi, quod ſcripſit anno octavo poſt Chriſti Aſcenſionem Caligulæ Imperatoris, anno tertio, ibi dicta videnda.

Titulus Evangelij.
Sacroſanctum Ieſu Chriſti Evangelium ſecundum Matthæum.

610. Magna difficultas, à quonam ſint poſita hæc verba in titulo. Magna diverſitas eſt Auctorum in aſſignando Auctore hujus tituli. Maldon. Gavat. Cornel. Prima ſententia eſt Maldonati, & Hieronymi de Gavara, Cornelij, à Lapide, Monachij, & aliorum aſſerentium hunc titulum poſitum fuiſſe ab Eccleſia. Pro hac ſententia citatur D. Chryſoſt. nam *in cap. 1.* Epiſtolæ ad Romanos, ait quod Paulus in Epiſtolis, quas ſcripſit, titulum præfixit, Moyſes verò, & qui poſt illum ſecuti ſunt, nullum titulum appoſuerunt; ergo nec D. Matthæus. Deinde quia idem titulus eſt apud alios Evangeliſtas Marcum, Lucam, Joannem, ſolo nomine mutato; ergo ab eodem Auctore hic titulus eſt appoſitus, & datus, ab Eccleſia nempe. D. Chryſ.

611. Oppoſita ſententia aſſirmat D. Matthæum hunc titulum poſuiſſe, eſſéque illius Auctorem. Ita Euthym. Caietan. Ianſenius. Et Caietanus ſupponit ut communem, & ideò illam non probat. Et hæc ſententia mihi videtur probabilior, & pro illa citatur Tertullianus *lib. 4. contra Marcion.* Probatur, quia D. Matthæus ſcripſit ſuum Evangelium, ut apud eos, qui erant in Iudæa, & apud Gentes, ad quas erat aſportandum, magnam, & plenam fidem haberet; At liber ſine Auctoris nomine, nullam fidem, ac credulitatem habet apud legentes; ergo debuit D. Matth. apponere ſuum nomen. Maior, & conſequentia patent; Minor probatur; nam liber ex Auctoris nomine multam reconciliat auctoritatem, & ut ait Caſſiodorus *lib. 6. variar. cap. 7.* Græca ſunt omnino quæ actiones deſignant. Et confirmatur, quia liber eſt veluti quædam Epiſtola, ex iure autem Epiſtola ſine nomine nullam habet fidem, nec credulitatem, nam ubi nomen non legitur, ſtat lector dubius, & ambiguus, & ſecum rem conſulit, ac recogitat, quid de illo libro judicandum ſit. Euthym. Caietan. Ianſen. Tertull. Caſſiodor.

612. Probatur ſecundò. Salomon in omnibus ſuis libris ſtatim in fronte apponit ſuum nomen, ſic etiam omnes Prophetæ tam Maiores, quam Minores. Sic & Apoſtolus Paulus affixit ſuum nomen in omnibus ſuis Epiſtolis, excepta illa, *quæ eſt ad Hebræos*, de quo ſuo loco reddam rationem; ſic etiam ſtatim in limine ſuum ſcribunt nomen in Epiſtolis ſuis D. Petrus, D. Iacobus, D. Iudas, & Ioannes Apoſtolus in ſua Apocalypſi, & in ſuis Epiſtolis ſub nomine ſenioris ſeipſum intelligit, & quia ſcribebat filiis ſuis chariſſimis, qui benè ex methodo, & modo loquendi ipſum agnoverant; ergo etiam D. Matthæus in ſuo Evangelio appoſuit ſuum nomen. Salomon. Prophetæ. D Paulus. D. Petrus. D. Iacobus. D. Thadæ. D. Ioannes.

Hic maximè quæritur, cur Moyſes in ſuis libris proprium ſuum nomen occultaverit, cum Apoſtolus Paulus illud in ſuis Epiſtolis proponat, & aperiat. Reſpondetur, quod Moyſes ſecum habebat eos, ad quos ſcribebat & Moyſes ex ſuis manibus, libros tradebat, ac proinde non neceſſarium fuit ſuum nomen declarare, ut eum Auctorem cognoſcerent; At Apoſtolus ſcribebat ad gentes remotas, & diſtantes, quas ſæpè non viderat, & ut ab eis fidem exigeret, neceſſarium fuit ſuum nomen exprimere, ut eum cognoſcerent Auctorem; hanc rationem tradit D. Chryſoſt. *homil. 1. in Matth.* & ait: *Moyſes libris quinque à ſe ſcriptis nunquam nomen addidit, neque quæ poſt illum ſcripta ſunt, ſcripſere. At Beatus Paulus ubique Epiſtolis ſuis nomen ſuum proponit: quid ita? Quod illi quidem præſentibus ſcribebant, ac ſupervacanea illis præſentia ſua declaratio; hic autem è longinquo literas mittebat, ideoque neceſſaria erat nominis additio*; ait D. Anſelmus in Epiſtola ad Rom. *Apoſtolus nomen ſuum celebre, & omnibus notum proponit in hac Epiſtola, ut Romani audito nomine tanti viri attendant, quid eis velit perſuadere, ut ad audiendum ſolliciti, & ad obediendum exiſtant parati.* 613. D. Chryſ. D. Anſel.

Ad argumenta in contrarium facilè reſpondetur, quod licèt D. Chryſoſtomus fuerit dubius *cap. 1. in Epiſtola ad Rom.* tamen *homil. 1. in Matth.* mutavit ſententiam, ut vidimus. Ad confirmationem dicimus, quod argumentum poterat habere aliquam vim, ſi omnes quatuor Evangeliſtæ ſimul eodem tempore ſcripſiſſent, at omnium primus ſcripſit D. Matthæus. Deinde Marcus, Lucas, & Ioannes, qui tres cum vidiſſent titulum, quem D. Matthæus in fronte ſui operis poſuit, ſapienter concordi animo uſi ſunt, ut ita ſuis ſcriptis majorem auctoritatem reconciliarent, & fideles videntes ſcriptorum ſimilitudinem maximè ad fidem, ac veritatem hiſtoriæ conſpirarent. 614. D. Chryſ.

Inquires tamen, Cur dicitur *Evangelium ſecundum Matthæum*, & non potius Evangelium Matthæi, vel Ioannis. Dicimus, quod ſi diceretur Evangelium Matthæi, eſſet ab ipſo Matthæo ut auctore dictante, & componente. At cum dicimus *ſecundum Matthæum*, id eſt ſecundum quod ſcriptum eſt à Matthæo, ſeu ſecundum revelationem factam à Deo ſcriptum per Matthæum. 615.

QUÆSTIO V.

De ſancto Marco Evangeliſta, ac eius Evangelio.

SUMMARIUM.

616 *De excellentiis D. Marci.*
617 *Quis, & qualis D. Marcus.*
618 *D. Marcus Petri comes, prædicat in Alexandria, ubi martyrio coronatur, corpus transfertur ad Venetias.*
619 *Scripſit Romæ, & Latino ſermone.*
620 *Alij dicunt ſcripſiſſe ſermone Græco.*
621 *In utroque idiomate ſcripſit.*
622 *Non ſervat ordinem ut audierat à Petro.*
623 *Cur dicitur abbreviator, & quo anno.*

624 *Evan*

624 *Evangelium Marci magnum fructum protulit.*

616. DE magnaliis, ac excellentiis D. Marci egi *tom.1. in Apocal.cap. 4. quæſt* 30. De eius Evangelio iam etiam egi, *tom.1.in Evangelia in Proœmio, cap.* 4. ibi dicta, & etiam alia ſubiiciam, quæ breviter prælibabo.

617 D. Marcus fuit natione Hebræus, ex Tribu levi, in quo omnes Hiſtoriographici cõveniunt. Addunt Beda, & Commentator in Marcum apud D. Hieron. fuiſſe Sacerdotem. Aaronicum, Origenes *lib. de Recta in Deum fide*, S. Epiphanius *hæreſi* 52. Dorotheus *in ſynopſi*, exiſtimant Marcum fuiſſe unum ex 72. Chriſti diſcipulis. Contraria tamen ſententia probabilior eſt, quod nempe poſt Chriſti mortem à D. Petro converſus & baptizatus eſt ? & inde D. Petrus cum vocat filium ſuum ſpiritualem, nempe, 1. Petr. 5. num. 13. dicens: *Salutat vos Eccleſia. quæ eſt in Babylonia* (hoc eſt Roma) *collecta, & Marcus filius meus.* Ita habent S. Hieron. Euſebius *lib.* 7. *Hiſtor. cap.* 14. S. Epiphan. *hæreſi* 51. Theodoret. *in Hiſtor. S. Petri*, Irinæus *lib.*3. *cap.*1. & alij multi, qui tradunt D. Marcum fuiſſe diſcipulum, & comitem D. Petri.

Beda. Comment. D. Hieron. Origenes. D. Epiph. Doroth. 1. Petr. 5. S. Hieron. Euſebius. Epiphan. Theodoret Irinæus.

Inde ipſe B. Marcus Comes, & Diſcipulus
618. Petri, cum apud Antiochiam Eccleſiam Chriſti fundaſſent; Romam ire iuſſus eſt Petrus, & ſecum Marcum aſportavit. Deinde cum Petrus videret Marcum maximè conſtantem in fide, ut notat Theophylactus, eum ad fidem deſeminandam in gentibus deſtinavit, Albertus Magnus Marcum exiſtimat ad Aquileiam Urbem Venetiæ civitatem miſſum fuiſſe, ac proinde etiam quod Aquileienſis Epiſcopus creatus fuiſſet; deinde ad Alexandriam directus eſt, ubi Eccleſiam per decem, & nouem annos ſanctiſſimè gubernavit, in eaque habuit diſcipulos virtute præclariſſimos, ut infra dicam, ibi martyrio, coronatur. Martyrolog. Romanum die 25. Aprilis, ſic habet: *Alexandriæ Natalis ſancti Marci Evangeliſtæ, qui pro fide Chriſti detentus, & funibus vinctus, &c.* Et Gelaſius Papa in Concilio Romano *de libr. authent. & Apocryph.* ait: *Marcus. Evangeliſta à B. Petro in Ægyptum directus fidem veritatis prædicavit, &c.* Sic Procopius, Nicephorus, Metaphraſt. & alij; eius corpus ab Alexandria, à mercatoribus ad Venetias eſt tranſlatum anno Domini 827. ubi ſumma veneratione colitur, & Senatus habet pro ſtemmate inſignia ſancti Marci, puta Leonem, & Commendatri ferunt Leonem cum gladio in manu, ut videbis apud Caramuelem *tom.*1. *Theolog. Moralis in fronte poſt primum folium.*

Theophyl. Aib. Mag. Martyrol. Roman. Gelaſ. Pap. Procopius. Nicephor. Metaphraſt.

619. Cum D. Marcus eſſet Romæ rogantibus fratribus ſcripſit Evangelium prout ex ore Petri audierat, ac proinde cum ſcriberet Romanis latino ſermone ſcripſit; ad quid quæſo Romanis Græco ſermone, in lingua nempe, quæ ipſis ignota erat? Deinde Titulus Crucis ſcriptus eſt literis *Hebraicis, Græcis, ac Latinis*? unde conveniens fuit, ut Evangelium ſcriberetur Hebraïcè à D. Matthæo, Græcè à D. Luca, & Ioanne, utpotè lingua maximè vulgari, & à D. Marco Latinè, & quod Romæ ſcripſiſſet aſſerunt D. Hieronymus, Euſebius, Clemens, D. Epiphanius, & Auctor Commentariorum in Marcum; & Syrus ſic terminat Evangelium Marci. *Finit Evangelium ſanctum, Evangelium Marci, quod locutus eſt, & evangelizavit Romæ Romanè.* Idem habet D. Gregorius Nazianz. *in Carm. de Catalog. ſacræ Scripturæ.*

D. Hieron. Euſebius. Clem. Alex. D. Epiph. Auctor in Marcum. D. Gregor. Nazianz.

Alij è contra exiſtimant D. Marcum ſcripſiſſe Græco idiomate; pro qua ſententia apertè ſtat D. Hieron. *Præfat. in Evangelio* ubi ait: *De novo loquor teſtamento, quod Græcum eſſe non eſt dubium, excepto Apoſtolo Matthæo, qui primus in Iudæa, Evangelium Chriſti literis Hebraicis edidit.* Et conſequenter; Evangelium Marci, quod bona pars eſt novi Teſtamenti, idem habet D. Auguſtinus *lib.* 1. *de conſenſu Evangeliſtarum, cap.* 1. ait: *Matthæus Hebræo ſcripſiſſe perhibetur eloquio; cæteri Græco* Idem habet Genebrar. *in Chron.* ad annum Chriſti 44 Deinde D. Marcus maxime commoratus eſt Alexandriæ, ubi ſermo Græcus communis, & valdè vulgaris erat, & D. Marcus ſcripſit Evangelium Romæ non hominibus plebeis, ſed nobilibus, qui maximè verſati erant lingua Græca. Deinde ut fertur in Theſauro Venetiarum, obſervatur autographum D. Marci, ut dicitur manu ejus conſcriptum literis valdè corroſis, quæ minimè poſſunt legi, tamen quantum coniecturari licet literæ erant Græcæ.

620. D. Hieron. D. Auguſt. Genebrard.

Tertia ſententia tanquam utramque in
621. concordiam reducens, & ſequutus ſum primo tomo citato loco, affirmat D. Marcum in utraque lingua Evangelium ſcripſiſſe, & maxime cohæret cum eximia charitate D. Marci, qua omnes lucrifacere curabat, & ideo Romæ Latinè, Alexandriæ Græcè ſcripſit, nulli parcens labori, ut omnibus ſe accommodaret. Petrus de Natali, Aquileienſis Epiſcop. *in Catalog. ſanct. lib.* 4. *cap.*86, ait: *Petrus Marcum Aquileiam Prothoepiſcopum deſtinavit, ibi Evangelium ſuum, quod altas Romæ latinis literis ſcripſerat, iterum eloquio Græco exaravit, quod uſque hodie in Aquileienſi Eccleſia cum ſede eburnea, in qua ſedens illud ſcripſerat, demonſtratur.* Hanc ſententiam tenent Adrian. Finus *lib.* 6. *Flagelli Iudæ cap.* 8. Bellarmin. *lib. De Verbo Dei, cap.*7. Barrardius *tom.*1. *lib.*1. *cap.* 19. Poſſevinus *Bibliothec. in Marco.*

P. de Nat. Adrian. Bellarm. Barrad. Poſſevin.

D. Marcus in ſcribendo Evangelio non
622. ſervat ordinem temporis, ſed ut audiebat à ſuo Magiſtro D. Petro ſic ſcribebat, & cum D. Petrus Dictaret hoc Evangelium, omnia, quæ ad eius conducebat laudem, ſubticet, nam cum Chriſtus interrogaret, quænam opinio de filio hominis ferebatur, ut narrat D. Matth. 16. *num.* 17. ait Petrus, *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* & Dominus ad illum. *Beatus es, quia Caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus.* Eandem hiſtoriam ſcribens D. Marcus *cap.* 8. *n.* 29. Sic refert. *Reſpondens Petrus ait ei. Tu es Chriſtus, & comminatus eſt eis ne cui dicerent de illo.* Quæ ſui laudis erant ex tanta revelatione accepta ſilentio involvit, & paulo poſt cum Petrus ex multo amore erga Chriſtum, ei diſſuadebat ne ſe crucifigi permitteret ſcribit Marcus *citato. cap.* 8. *n.* 31. Dixit ei Ieſus; *vade retro ſatana quod non ſapis ea, quæ Dei ſunt; ſed quæ hominum.* Quæ Petrum extollebat, tacentur, quæ deprimebant, proſe

Matth. 16. Marc. 7. Marc. 8.

proferuntur, ſic & multis aliis. Cum comprehenderetur Jeſus, ſcribit Joan. 18. num. 10. *Simon Petrus habens gaudium percuſſit Pontificis*
Ioan. 18. *ſervum.* D. Marc. verò *cap. 24. n. 47.* Scribit: *unus*
Marc. 14. *autem de Circunſtantibus, educens gladium percuſſit ſervum ſummi Pontificis.* Omnes quatuor Evangeliſtæ Petri negationem ſcribunt, & quod ipſe eam obſirmaſſet, majoribus, ac durioribus verbis, ac magnis execrationibus ſolus Marcus cap. 14. n. 71. *Cœpit anathematizare,*
Marc. 14. *& jurare, quia neſcio hominem, quem dicis.* Solus Marcus ſcribit, *quod ipſe anathematizare cœperit:* Cum ex or Petri hæc acciperet Evangeliſta, Magnus Petrus omnium virtutum exemplar per ſuam eximiam humilitatem, quæ ipſum commendabant, præterit, quæ aliquantulum poterant deprimere, hæc profert, manifeſtat, ac declarat.

623. Circa annum, quo ſuum Evangelium literis commendavit; relictis variis opinionibus, qua retuli, *tom. 1. in Evangel. in Proœmio, cap. 4. num. 13.* dum Romæ commoraretur, extitit annus quadrageſimus quintus, duodecimus poſt Paſſionem Chriſti, Claudij Imperatoris tertius. Ita Baronius anno Chriſti quadrageſimo quinto. Euſebius *in Chronico.* Ubi inſinuat, ſcripſiſſe anno quarto, vel quinto poſt adventum Petri in urbem, & ipſo anno, vel ſequenti miſſus eſt ab Apoſtolo in Alexandriam cum ſuo Evangelio, quòd Romæ compoſuerat, & iterum in Alexandria in Græcum vertit.

624. D. Auguſtinus *lib. 1. de conſenſu Evangeliſt.*
D. Auguſt Matth 5. *cap. 2.* appellat D. Marcum breviatorem Matthæi, non tanquam quod ipſum in epitome rdegerit, ut aliqui dixerunt, ſed ea quæ D. Matthæus largius deſcribit, brevius narrat D. Marcus: & in referendis hiſtoriis Chriſti ſæpè diffuſus eſt D. Marcus, ut in ficulnea arefacta, ut de ambulatione ſuper mare, in arboribus ambulantibus tanquam hominibus, in negatione Petri, in hiſtoria Reſurrectionis, ac Aſcenſionis Chriſti, Matthæus largus eſt in doctrinis referendis.

625. Evangelium D. Marci, miræ virtutis, ac efficaciæ, & plures animas convertit D. Marcus ſuo abbreviato Evangelio, quam Matthæus ſuo ampliſſimo; Matthæus ſcripſit pro Hebræis, ex quibus paucos lucratus eſt; Marcus verò pro gentibus, ex quibus ampliſſimos fructuum manipulos colligit. Magno cum myſterio D. Matthæus, qui longum ſcripſit Evangelium, parvo puero inſignitur; Marcus verò, etſi brevis in ſcribendo, magno comparatur leoni. Quid parvitas cum magnitudine? Quid magnitudo cum parvitate? Tamen ſi collationem facies Hebræorum, quibus ſuum dedit Evangelium Matthæus, cum reductione gentium, pro quibus ſuum dedit Marcus, facilè deprehendes facto reſpondere inſignia, parvum fecit fructum unus apud Hebræos, apud gentes verò alter uultum profecit; proindéque apud Matthæum puer parvus in colligendo apparet; qui maximè adauctus, leo magnus apud Marcum abbreviatorem cernitur; fuit ergo D. Marcus Magnus, ac præclarus Evangeliſta, Patriarcha, & Apoſtolus; unde
Arabicus. Arabicus in ejus Evangelio hunc titulum proponit: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Dei unius, Evangelium Patris, Patriarchæ, Apoſtoli, ſancti Marci Evangeliſtæ.*

Eccleſia Alexandrina ſub D. Marco maximè floruit, & eam tanta virtute, & ſanctitate fundavit, ut diſcipulos habuerit maximè religioſos, qui ob ſuam eximiam virtutem, ac ſanctitatem, dicebantur *Eſſæi*, id eſt, *Sancti*, quos mirificè laudant Joſephus, & Philo, *lib. de* Ioſeph. Philo.
Terapeutis, ex quo prodierunt præclariſſima agmina Monachorum, & Anachoretarum, qui in terris vitam Angelicam degebant ut patet ex D. Hieron. vitis Patrum, Eugari, Caſſianor, Palladio. Eccleſia Alexandrina uberes fructus maximè dedit ſub commodo Imperatore anno Domini 180. cui præfuit Panteneus, cui ſucceſſit Clemens Alexandrinus, Clementi Origenes, cujus diſcipuli fuerunt ſanctus Gregor. Taumaturgus, Athenagoras, & poſtea S. Anaſtaſ. S. Baſil. S. Nazianzen. Hi omnes ſancti Marci fuerunt ſequaces, ac diſcipuli.

626. D. Hieron. Fugar. Caſſian. Pallad.

QUÆSTIO III.

De ſancti Lucæ Evangelio.

SUMMARIUM.

627 *De Lucæ nominis etymologia*
628 *Quis, & qualis Div. Lucas, & quantæ virtutis.*
629 *An fuerit Chriſti Domini Diſcipulus, & num. 630.*
631 *Dicitur etiam à Patribus Apoſtolus.*
632 *Ex multis vitulus adſcribitur D. Lucæ, & propriiſſimè.*
633 *Valde mirabiliser Lucas deſcribit Evangelium aſcendendo.*
634 *Lucas medicus de miſericordia, ac beneficentia agit.*
635 *Lucas Pictor, & pictura valdè utilis.*
636 *Quo loco, tempore, ac idiomate ſcripſit Evangelium.*

627. LVcas, ſi Hebræum conſulas, idem eſt, *ac doctor, ſeu qui ſcientiam docet*, ut Cornelius, Cornel.
& alij volunt in acta Apoſtolorum; ſeu ut contendit Pagninus de nominibus Hebraïcis, Pagnin.
idem eſt ac *Reſurrectio.* Anaſtaſius Sinaita, ac Anaſtaſ.
conſurgens ſeu elevans. Pagninus citatus ait, Pagnin.
quod idem valet, ac lavo; Origenes in Epiſtolam ad Rom. Garr. Prol. in Lucam, ſic dicitur *à lucendo*, & divina Providentia, tali nomine inſignitur noſter Evangeliſta; nam ſuo Evangelio tanquam ingens ſplendor fulget in orbe, & ut inſignis Doctor nos docet viam ſalutis, & à noſtris peccatis nos conſurgere facit, ab eorum maculis lavat, & mundat. Origen. Garr. Prol.
Prædicare ait D. Auguſtinus lib. de Geneſ. ad D. Auguſt.
literam, cap. 6. *Nomen appellatur quaſi notamen, quod rem notat*, ſecundum ejus, opera facta, & qualitates.

628. D. Lucas fuit natione Syrus, genere verò ſeu patria, & nativitate Antiochenus, arte, & profeſſione medicus, eique multa privilegia conceſſa ſunt à Deo: viginti quinquè numerat Joannes de Lahay ex ſocietate, in Lahay. D. Hieron.
apparatu Evang. *cap. 68.* & inter alia ex D. Hieronymo, Beda, Addone tradit S. Lucam pec- Beda. Addon.
catum mortale nunquam commiſiſſe, & etiam auſteram

auſteram in mortificatione continua egiſſe vitam & ſanctam Lucam perpetuo virginitatem conſervaſſe, ideoque B. Virgini fuiſſe dilectum præ cæteris.

629. Epiphan. D.Gregor. D.Doroth. Euthym. Marian. An fuerit Chriſti Domini Diſcipulus maximè dubitatur. AffirmantDivus Epiphanius *hæreſ.* 11. Sanctus Gregorius *Præfation. in Iob, cap.* 1. Dorotheus *in vita S. Lucæ*, & in eadem ſententia ex Origene ſunt Euthymius, Mariana, & alij in Lucam, hanc ſententiam ſecutus ſum *tom.*1. *in Evang. in Proœmio.cap.*5. *num.* 16.

630. D.Irenæus. Tertuli. D.Hieron. Theodor. Alij è contra tenent eum non fuiſſe Chriſti Diſcipulum ex eo, quia ipſe in exordio ſui Evangelij ait ſe ſcribere, non ex viſu, ſed ex auditu, *ut narraverunt nobis, qui à principio ipſi viderant*, & dicunt eum fuiſſe Diſcipulum non Chriſti, ſed Pauli. Ita D. Irenæus *lib.*1. *cap.* 20. Tertullian. *lib.* 4. *contra Marc. cap.* 2. S. Hieron. *in cap.* 63. *Iſai.* Theodoret. *in vita ſanct. Patrum*; Ad prædictum fundamentum facile reſpondetur, D. Lucam non omnia Chriſti acta vidiſſe, ſed quædam audiſſe, quædam vidiſſe: tamen per ſui humilitatem, ait

2.Cor.12. quod audierit ſicut Apoſtolus Paulus. 2. Cor. 12. num. 4. *Raptus in Paradiſum audivit arcana verba.* Et tamen communiter omnes ſancti

D.Dyoniſ. D.Gregor. Đ.Ghryſ. Theophyl. D.Thomas Patres, D. Dyoniſius de cæleſti Hierarchia. D. Gregor. *Homil.* 4. *in Ezechielem*, hic D. Chryſoſtom. Theophylact. D. Thomas hic, & 1. *part. quæſt.* 12. *art.* 12. tenent, quod ipſe viderit multa de Divinis attributis, de Divina Majeſtate oculis interioribus, Ordines Angelorum, eorũ gloriam, & gratiam, & inſuper ſublimem gloriam Chriſti, ſanctorum pulchritudinem, choreas & gaudia; & tamen Apoſtolus pro ſui humilitate ait quod audierit, quod minus eſt, quam quod viderit; ſic & Beatus Lucas præ humilitate, non audet dicere de ſe, quod tot, & tanta myſteria viderit, ſed quod audierit ab his, qui viderunt à

D.Gregor. principio D. Gregorius loco citato; exiſtimat D. Lucam fuiſſe comitem Cleophæ, & utrique Chriſtum ſe revelaſſe in Emaus per fra-

Luc. 24. ctionem panis. *Luc.* 24. *n.* 13. de quo egi 5. *tom. in Evangelia ſuo loco.*

631. Metaphraſ. Damian. Hypolit. Dicitur etiam D. Lucas à Patribus Apoſtolus, ut à Metaphraſte citando, Petro Damiano *ſerm.* 49. & ab Hypolito Marracio in libro, qui dicitur Apoſtoli Mariani *cap.* 16. quia Apoſtolatus Pauli laborum, & periculorum fuit comes, & cooperator, idque ex ſuffragio, &

2. Cor. 8. electione Eccleſiarum ſic ait Apoſtolus. 2. Corinth. 8. num. 19. *Miſimus etiam cum illo fratrem, cujus Laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias; non ſolum autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis comes peregrinationis noſtræ.* Ordinatus,

Græcus. Græcus habet conſecratus eſt ab Eccleſiis, quæ Spiritu ſancto regebantur; unde patet plus cæteris Spiritu ſancto plenum fuiſſe, venitque

Oecumen. cum Apoſtolo Paulo Romam, ait, Oecumen. Proœmio in Lucam; deinde in Orientem eſt reverſus, Lybiam petiit, & Thebanos Chri-

D.Epiph. ſtiana Religione, & ut ait. D.Epiphanius *hæreſ.* 61. prædicavit primum in Dalmatia, Galatia, Italia, Macedonia, multoſque labores, perſecutiones, ac ærumnas in hoc ſuo Apoſtolatu pro Chriſto perpeſſus eſt, uſque ad annum

D.Hieron. 84. ut teſtatur D. Hieron. & inde merito Eccleſia eum hoc elogio inſignivit, *Qui cruci, mortificationem, jugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portavit.*

632. Apocal.4. Inter quatuor animalia deſcripta in Apocalypſi *cap.* 4. Vitulo deſignatur; nam D.Lucas dat exordium ſuo Evangelio à Chriſti ſacerdotio, & ſicut D. Matthæus regiam ejus dignitatem adumbrat in Leone, ſic Lucas ejus ſacerdotale officium in vitulo. In prima fronte ſui Evangelij deſcribit ſacerdotium: *Fuit in*

Luc.1. *diebus Herodis Regis Iuda, ſacerdos quidam nomine Zacharias*: eumque ad adolendum ſacrificium ante altare ſtatuit. Rectè vitulus ſacerdotem depingit, eſt enim præcipua victima, quæ à ſacerdote offerebatur; & ſicut vitulus onera portat, ſic ſacerdos ſuis humeris, debet portare onera populi, ut eum ad ſalutem perducat. Tertiò maximè in D. Luca, vitulus vomere præſcindit terram, ut jacto ſemine fructum producat; ſic D. Lucas vomere ſui ſacratiſſimi Evangelij noſtri cordis arva proſulcat, ut uberes gratiæ fructus germinet. Quarto. Vitulus, ſeu ut habet Arabicus, Taurus, *ſecundum animal ſimile tauro.* Taurus cornibus fortiter ſe ab Adverſariis defendit; ſic Divus Lucas duobus ſuis voluminibus Evangelij, ac Actuum Apoſtolorum Eccleſiæ eſt propugnaculum, contra omnes hoſtes, ac falſos dogmatiſtas. Hanc cogitationem nobis præbet Cardinalis Damian. Serm. 73. & ait. Damian. *Idcirco Beatus Lucas vituli prætendit imaginem, quia dum Evangelicam, atque Apoſtolicam deſcribit hiſtoriam, hoſtes Chriſti, atque adverſarios veræ fidei, tanquam duobus cornibus ventilat, eoſque expugnat.*

633. In ſcribendo ſuum Evangelium, mirum habet artificium D. Lucas. Ait Joannes in Apocalypſi *Primum animal ſimile Leoni; ſecundum ſimile vitulo.* Cur Leo conjungitur cum vitulo, & non potius cum Aquila, quæ connexio Leonis cum vitulo. Quid Matthæus cum Luca? Uterque ſuſcepit ſeriem narrandi Chriſti generationem. D. Matthæus deſcendendo uſque ad Chriſtum; Lucas verò ſublimiori, & altiori ſtylo aſcendendo de Chriſti baptiſmo ad Deum Patrem, ut per fidem Chriſti ad ipſum Patrem luminum deducant nos. Damian. Citatus Damian. ſerm. 73. ſic ait: *Quia redemptionis materiam uterque Evangeliſta ſic invicem dividunt, ut Matthæus per generationum lineam deſcendendo, Chriſtum ad nos peccatores de cælis adveniſſe, perhibeat Lucas autem à Sacramento Baptiſmatis ad Patrem uſque conſcendens, traxiſſe nos ſecum ad Cæleſtem gloriam peccatorum ſordibus ablutis oſtendat.*

634. Fuit D. Lucas; ut dictum eſt, Illuſtriſſimus Evangeliſta, cujus Evangelium probatum eſt à D. Paulo, inde de eo ait, *cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias.* Fuit etiam medicus, & pictor, ut de eo teſtatur Nicephorus Nicephor. *lib.* 2. *cap.* 43. ait: *Lucas Antiochiæ, quæ eſt in Cæleſiria ortus, medicus ſimul, & pictor egregius.* Divus Anſelmus *ad cap.* 4. *ad Coloſſ.* ait: D. Anſelm. *Lucas primo fuit medicus corporum, deinde converſus ad Chriſtum, factus eſt medicus animarum. Inde eſt quod pluſquam alij Evangeliſtæ loquatur de miſericordiis Redemptoris, per quas langores peccatorum ab animabus pelluntur.* Qui Matth.4. medicus erat corporum, converſus ad Chriſtum fit medicus animarum, ſicut & Apoſtoli Petrus, & Andræas, qui erant piſcato-

res

res piſcium in mari, per Chriſtum fiunt piſcatores hominum in terra. Ait D. Anſelmus, *Pluſquam alii Evangeliſtæ loquatur de miſericordiis Redemptoris*; quam maximè prædicabat, & omnibus omni affectu procurabat. Nicephorus citatus refert de eo. *A divini verbi contemptoribus ex fructiferæ oleæ arbore ſuſpenſus, quod aridi ligni, unde crux fieret, copia non eſſet Deo ſpiritum commendavit.* Quod
Glytas. etiam de ejus morte in oliva teſtatur Glycas *lib. 3. Annalium.* Oliva ſymbolum miſericordiæ; in ea animam exhalat D. Lucas, ut miſericordiam, quam vivus pro ſuis deprecabatur, etiam moriens pro ſuis interfectoribus impetraret, charitas quæ in ejus pectore, cum viveret, ardebat, etiam ipſo mortuo non eſt mortua, ſed viget. Vide quæ dixi *Opuſcul. 1. q. 1. n. 13. & 14.*

935. Nicephorus citatus, & ex eo Baron. ad annum Chriſti 61. *n. 9.* referunt. *Quod ad eius monumentum fiunt multa ſalutis miracula, ſicut ex ſacris imaginibus Chriſti, ac Sanctiſſimæ Matris eius, necnon Petri, & Pauli ab eo coloribus effigiatis.* O ingens charitas præclariſſimi Evangeliſtæ, qui miris modis omnibus prodeſt, doctis ſuis libris, idiotis vero picturis. Sanct. Gregor. *lib. 9. epiſtol. 9.* ait: *Quod legentibus Scriptura, hoc præſtat idiotis pictura.* Et ſanctus Gregorius Niſſenus *oratione de ſancto Theodoro*, ait: *Solet etiam figura tacens in pariete loqui, maximéque prodeſſe.* Sunt enim imagines tanquam libri expanſi ante oculos noſtros, qui à neſcientibus legere leguntur. Dum ruſticus videt Chriſtum Dominum flagellis cæſum, ſpinis coronatum, maximè ad eius amorem, affectum, ac devotionem excitatur. Noſter ergo Evangeliſta D. Lucas per Evangelij lectionem admonet ſalutem, per Acta Apoſtolorum Eccleſiæ venerationem, per medicinam infirmitatum medelam, per picturam amorem, ac devotionem, quibus inflammat corda noſtra.

Nicephor. Baron. D. Gregor. Niſſen.

636 Circa Evangelium Lucæ tria ſunt inquirenda, quo motivo, quo idiomate ſcripſit, quæ relatis variis opinionibus, quas retuli *tom. 1. in Evangel. cap. 5.* ut ibi dixi. Divus Lucas habuit occaſionem texendi hiſtoriam Evangelicam, ut falſa dogmata, quæ circa vitam Chriſti ſeminabant Cerinthus, Merintheus, ac alij eiuſdem farinæ, refutaret, ac à veritate, aliena oſtenderet. Secundo ſcripſit Græco idiomate in Achaia, ac Bæotia, quo autem tempore variæ ſunt ſententiæ; ac proinde ſcripſit poſt D. Matthæum tribus, vel quatuor annis. Vide quæ dixi *citato loco.*

Quæstio VII.

De Sancti Ioannis Evangeliſtæ, & Apoſtoli Evangelio.

SUMMARIUM.

637 *Variis in locis de laudibus Ioannis egi.*
638 *Ioannes altius cæteris volat.*
639 *Moyſes velut ſplendorem ſui vultus, Ioannes manifeſtat ſplendorem Trinitatis.*
640 *Ioannes non ſuſtinet ſplendorem Transfigurationis, ſuper ſe volat ad lucem Trinitatis: & n. 641.*
642 *Ioannes dicitur filius Virginis, moribus, ac operibus.*
643 *Pluſquam martyr ad imitationem Virginis,*
644 *Omnia Ioannis habent ſingularitatem, & excellentiam.*
645 *De occaſione, idiomate, loco, ac tempore ſcribendi Evangelium.*

DE laudibus, ac magnalibus huius magni Apoſtoli multa dixi variis in locis *tom. 5. in Evangelia, lib. 9. cap. octavo*, per decem & octo quæſtiones, & *tom. 6. in Evangelio ad cap. 21. Ioan.* & *tom. 1. in Apocalyps. cap. 4. quæſt. 31* & *tom. 2. cap. 21. quæſt. 27.* tamen tanti Evangeliſtæ memoria non ſtrictim eſt prætereunda. 637.

Ioannes Evangeliſta licet ultimus omnium ſcripſiſſet Evangelium, primus tamen eſt ſublimitate, dignitate ac altitudine myſteriorum; ait Ioannes in ſua Apocalyps. 4. num. 6. *Et in circuitu ſedis quatuor animalia: & animal primum ſimile Leoni; ſecundum animal ſimile vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi hominis: quartum animal ſimile Aquilæ volanti.* Tria illa prima animalia, quæ tres primos Evangeliſtas adumbrabant, tanquam in terra morabantur, at ſola Aquila, quæ Ioannem denotabat, volat; alij Evangeliſtæ de humana Criſti natura agunt, & ideo videntur degere in terra; at Ioannes ſolum volat ad Æterni Patris conſenſum; unde apud Ezechielem dicitur 1. num. 10. *Facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor.* Vnum ex quatuor erat Aquila, id eſt Ioannes, & tam altè, ac ſublimè volavit, ut volaret ſuper ſeipſum, ut alibi latius notavi. 638. Apoc. 4. Ezech. 1.

Moyſes fideliſſimus Domini, valdè intimè familiaris, cum quo Dominus valdè amicabiliter loquebatur tanquam amicus cum amico, cum videret Domini maieſtatem in Angelo repræſentatam in rubo, *Non audebat aſpicere contra Dominum.* Exod. 3. num. 6 At Ioannes multo ſuperior omnem humanam naturam, ſpiritus Angelicos prætergrediens, ad uſque ad Tribunal Sanctiſſimæ Trinitatis penetrat, & illuſtrata divinitus mente, tres illius perſonas intuetur, & de omnibus dat teſtimonium, & præcipuè de verbo Dei. Moyſes cum ſplendida eſſet facies ſua, *poſuit velamen ſuper eam.* Exod. 34. n. 33. ut poſſet videri à filiis Iſraël; at Ioannes tam plenus eſt divino Spiritu, ut ipſum Æterni verbi plendorem, ſpublicè, ac patenter omnibus annuntiet, prædicet, ac manifeſtet. Petrus Damian. *ſerm. 2. de S. Ioan.* ait: *Faciem ſuam obnubuit Moyſes, ne videretur à populo. Ille nempe, Ioannes etiam divinitatis revelat eſſentiam, ut Deus ab omnibus agnoſcatur; atque ut idem repetam, ille ſplendorem ſui vultus obtexit, ne ab illa plebe videretur? Iſte Dei Verbum*, quod eſt imago Patris, ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus. *Hebræor. 1. num. 3.* perſpicuè revelavit ut ab omnibus agnoſceretur. 639. Exod. 3. Exod. 34. Damian. Hebr. 1. 640.

Preme iterum: *Aquila deſuper ipſorum*

quatuor. Ad admirabile Transfiguratinis myſterium, aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem, & videntes tantam gloriam mjeſtatis Chriſti, cuius facies reſplendebat ut Sol, veſtimenta alba ſicut nix, & vox Patris, cum audiretur, *Timuerunt valdè, & ceciderunt in faciem ſuam.* Matth. 17. numero 6. Et tamen poſtea ipſemet Joannes, qui erat unus ex tribus ſuperne volat ad thronum Sanctiſſimæ Trinitatis, & ipſam inſcrutabilem divinam Maieſtatem fixis oculis contemplatur. Vnde tanta rerum diverſitas? Antea erat Ioannes Apoſtolus, ac Diſcipulus, & ideo videns gloriam humanitatis Chriſti, *cecidit in faciem ſuam:* at poſtquam in Cæna recubuit in pectore Chriſti *Ioan. 13. numero. 23.* tanquam ſecretarius divinitatis ſuper ſeipſum excollitur, ut fluenta divinitatis ebibens in publicum eructaret, ut dicat; *In principio erat verbum.* Divus Cæſar. *Dialog. 3. Interrogat. 176.* ait: *Ioannes Evangeliſta omnibus ſuperior; Baptiſta cum multo timore etiam iuſſus tangere Chriſti verticem carnem geſtantis non audebat: hic autem plures omnibus libertates habens, in Dominica cœna in ſinu Domini procumbens, paulo poſt ſuper ipſum Sanctum uniti cum Deo hominis pectus ſe ſe reclinat, & inde de verbo verbum hauſit, atque omnibus ſub cœlo intonuit illud,* In principio erat verbum. Divus Gregorius Magnus *homil. 4. in Ezechiel.* ait; *Si Aquila cum aliis tribus adiuncta, quatuor animalia eſſe commemoratur, miror, quomodo deſuper ipſorum quatuor eſſe deſcribitur, niſi quia Ioannes per id, quod in principio verbum vidit, etiam ſuper ſemetipſum tranſiit: nam niſi ſe tranſiſſet, Verbum in principio non vidiſſet.*

641. Et quid mirum quod ad tam ſupernam, & altam cognitionem Joannes elevetur, cum ſingulariſſimè à Chriſto datus ſit filius Virgini. *Mulier ecce filius tuus.* Ioan. 19. & inde Sacratiſſima Virgo eum ſingulariter dilexit, ut habitans cum eo in eadem domo, omnia myſteria, quæ à filio audierat ipſa Ioanni communicaret. Divus Thomas à Villanova concione de Sancto Ioanne Evangeliſta, ſic ait: *O verè egregium diſcipulum, qui poſt Chriſtum, talem promeruit habere præceptorem, quid ab ea non didicit? quid ab ea non impetravit? Omnia, quæ à filio ſuo in familiaribus locutionibus ipſa audierat, in Ioannem, ſicut in filium, libentiſſimè transfudit.*

642. Ab hac filiatione non diſcedo. *Mulier ecce filius tuus*, cum Chriſtus ingreditur in domum Zachæi ad hoſpitium, ait ad eum: *Hodie ſalus huic domui facta eſt, eo quod ipſe filius ſit Abrahæ.* Luc. 19. num. 9. Ex quo magna exoritur quæſtio, quomodo Zacheus dicatur filius Abrahæ: nam Zachæus Chananæus erat, ut tenent Tertullianus *libro 4. contra Marcion.* Divus Cyprianus *libro 2. epiſtol. 3.* Divus Chryſoſtomus *homil. de Zachæo*, ubi ait: *Zachæus filius Abrahæ merito non ſobole, devotione non ſtirpe.* Similiter Gloſſa Ordinaria ait, *Filius non carne, ſed fide.* Divus Aſterius apud Biblio-

tec. Focci; *Quid commune habet Abrahami genus, & Chananæorum. Certè manifeſtum eſt, quod ſi non ſecundum carnem filius Abrahæ fuerit, ſed moribus, & operibus ſimul.* Sic ſanè Ioannes dicitur filius Sacratiſſimæ Virginis Mariæ, ſed quadam imitatione, *moribus, ac operibus.* Poſtquam Chriſtus aſcendit in cœlum, in eodem habitaculo cum ipſa moratur, illíque tanquam obedientiſſimus filius in omnibus obtemperabat, eámque ut ſupremam Dominam venerabatur, illiúſque converſationis colloquio inſtruebatur, ejúſque documentis, ac doctrina imbuebatur, illiúſque exemplo informabatur. Sanctus Thomas de Villanova *Concion. de Sancto Ioanne Evangeliſta*, ait: *Iam ex hoc intelligere licebit, quantæ felicitatis, & gloriæ fuerit, tot annis poſt Aſcenſionem Domini, cum Virgine commorari, eam ſicut filius alloqui, eius decora præſentia, & iucundo colloquio tam familiariter frui, ejus magiſterio imbui, eius exemplo, & moribus inſtrui.* Expende ultima verba *eius exemplo, & moribus inſtrui.*

643. Communis eſt omnium ſententia S. Hieronymi, S. Ildefonſi, Sanct. Thomæ, Sancti Anſelmi à me citati *tom. 1. in Evangelia, lib. 2. cap. 6. quæſt. 12. num. 43.* quod Sacratiſſima Virgo doloris vi, quem paſſa fuit in morte filij ſui, graviſſimum martyrium ſuſtinuit, & tunc adimpletum eſt illud, quod ei prædictum fuerat à Simeone: *Tuam ipſius animam pertranſivit gladius.* Luc. 35. circa quæ verba audiendus eſt Divus Hieronymus. *Alij ſancti paſſi ſunt pro Chriſto in carne, Beatiſſima vero Dei genitrix in ea parte paſſa eſt, quæ impaſſibilis habetur, & ideo pluſquam Martyr fuit.* Alij ſancti cruciatus martyrij, ac dolores ſuſtinuerunt in corpore, Sacratiſſima Virgo in anima, quæ eſt impaſſibilis, & pars multo nobilior corpore; & ideo pluſquam Martyr fuit; ait Divus Hieronymus. *Maior omnium Martyrum.* Divus ildefonſus. Ioannes Evangeliſta Virgin. imitator eius veſtigia eſt ſecutus, ipſam in omnibus imitabatur. Ioanni, ac Fratri Iacobo ait Chriſtus Dominus: *Poteſtis bibere Calicem, quem ego.* Calicem nempe ſuæ paſſionis, ac mortis. Dicunt: *Poſſumus*; ait illis Chriſtus; *Calicem meum bibetis.* Matthæus 20. numero 23. Quomodo Ioannes calicem mortis, ac paſſionis ebibit, cum ipſe vi tormentorum animam non exhalavit. Reſpondet ibi Pelbartus, & *qui tunc Chriſtum uſque ad crucem ſunt ſequuti, ut Ioannes, Maria Magdalena, non oportet, moriantur pro me per martyrium, jam enim commortui ſunt cruce mihi.* Eſtius *ad cap. Ioan. 21. num. 23.* ait: *Solus Ioannes licet initio fugiſſet, rediit tamen, & Chriſto moriente ſub cruce aſtitit, itaut quodammodo in Chriſto patiente paſſus eſt, & doloris gladius animam eius tranſfixit.* Ioannes ut verus filius Virginis, Matrem in omnibus imitatur illius veſtigia ſequens, Virgo Mater ſuſtinet dolores martyrij, non corpore, ſed anima, ita & filius ſingulariter adoptivus Ioannes acerbos martyrij dolores non in corpore, ſed in anima cruciatur, & ideo *pluſquam*

martyr,

Matth. 17.
Ioan. 13.
D. Cæſar.
D. Gregor.
Ioan. 13.
D. Thom. à Villa Nova.
Luc. 19.
D. Cyprian.
D. Chryſ.
Gloſſ. Ord.
D. Aſterius.
S. Hieron.
S. Idelfonſ.
S. Thom.
S. Anſelm.
Tertullian.
Luc. 1.
D. Hieron.
Matth. 20.
Pelbart.
Eſtius.

martyr, ac ut ait Hidelphonſus; *maior cæterorum martyrum.*

644. Omnia quæ ſunt Ioannis habent quandam ſublimitatem, excellentiam, & ſingularitatem, dicitur *Diſcipulus*, *ac Apoſtolus*, ſed mira ſingularitate: *Diſcipulus, quem diligebat Ieſus, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit.* Dicitur *Evangelicta*, mira ſingularitate, alij de humanitate agunt, Ioannes ſuper-
Ioan. 21. evolat ad thronum Trinitatis, intonans *In principo erat Verbum*, & cum ipſe in Aquila denotaretur, inde ſolum de ea dicitur
Apoc. 4. Apocalypſ. 4. *Et quartum animal ſimile Aquilæ volanti*, &
Ezech. 1. Ezechiel. 1. *Facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, ut jam in hac quæſtione notavi, dicitur *Propheta*, & quadam
Apoc. 1. ſingularitate ſuper omnes Prophetas cap. 1. *Apocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus manifeſtam facere mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Ioanni*; hoc eſt, ut explicavi omnia ſecreta futura, quæ Æternus Pater Filio ſuo unigenito in primo inſtanti ſuæ Incarnationis revelavit, ut illa annuntiaret, ac palam faceret; ipſe unigenitus Ioanni communicavit, ut ipſa futura publicaret, ut evulgaret, in ipſis abditiſſimis futuris propalandis, tanquam vices Chriſti gerens in his, quæ Æternus Pater Filio ſuo revelavit. Dicitur & *Martyr* præ cæteris Sanctis; alij paſſi ſunt corpore, ipſe vero anima inſtar Sacratiſſimæ Deiparæ, & ideo pluſquam Martyr, ut ſuperiori numero explicavi Dicitur *& Virgo* ſingularitate quadam: nam dicitur filius Virginis, ſeu ipſius virginitatis, imò filius ipſius virginitatis, ac puritatis. Deipara tam pura, Sancta, ac Virgo eſt, ut etiam ut alibi dixi in abſtracto dicatur ipſa puritas, virginitas, ac ſanctitas. Dicitur *& Angelus* quadam ſingularitate, cum ſupra omnem chorum Angelorum ambulaverit, ut iam dixi. Pro qua re audiendus eſt
Damion. Petrus Damianus *ſermone* 1. *& 2. de Sancto Ioan.* & ait: *Quid enim divinæ Sapientiæ quæris, quod apud Ioannem reperiri non poſſis: Quid neceſſarium in doctrinis, quod Ioannis Sacroſancta volumina non teneant. In ſpeculanda ſumma Divinitatis eſſentia, præcedit Prophetas, ſupergreditur Patriarchas, Apoſtolos ſuperat, poſtremo totius humanitatis vices tranſcendit, & illud uſque aciem tendit, quod vix, & angelica valeat attingere creatura.*

De Evangelio quantum ad motivum ſcribendi, linguam, locum, ac tempus.

Circa Evangelium quatuor ſunt inquirenda. Primo occaſio, ac motivum ſcribendi, Secundo de idiomate, Tertio de loco, Quarto de tempore, quæ omnia ſatis explicavi *in proœmio*, *cap.* 6. & quantum ad occaſionem, ac motivum; triplex extitit. Quia cum ſæpè Ioannes ſermonem feciſſet de divinitate Chriſti, rogatus eſt ab Epiſcopo Aſiæ, ut de illa ſcriberet. Ita D. Hie-
D. Hieron. ronymus, Divus Dorotheus, Divus Auguſti-
D. Doroth. nus, Divus Cyrillus, Divus Thomas. Secun-
D. Auguſt. dum motivum extitit ſcribendi, ut trefutaret Cerinthum, & Ebionem, ac alios Chriſti
D. Cyrill. D. Thom. divinitatem negantes, & impiè aſſerentes Chriſtum tantum eſſe hominem, ex Maria Virgine natum. Ita citati Patres. Tertia Eu-
Euſebius. ſebius *lib.* 3. *Hiſtor. cap.* 24. ait: *Cum ad Ioannem trium Evangeliorum notitia perveniſſet probaſſe fidem, & veritatem dictorum, deeſſe tamen aliqua, & ea maximè, quæ primò ſuæ prædicationis tempore Dominus geſſerat, quia hæc videbantur omiſſa, rogatus dicitur, ut ea, quæ præterierant priores, ante Ioannis editionem, & Salvatoris geſta conſcriberet: unde quia nativitatem ſecundum carnem Matthæus, & Lucas deſcripſerant, reticuit hic Ioannes, & à Theologia, atque ipſa Divinitate ſumit exordium, quæ pars ſine dubio ipſi veluti eximio per Spiritum ſanctum reſervata eſt.*

645. D. Ioannes ſcripſit ſuum Evangelium Græco ſermone, ac Epheſi in Aſia, in qua ſententia conveniunt communiter omnes, licet in hoc aliqui diſcrepent: nam Metaphraſtes, Metaphr. & Nicephorus exiſtimant, quod compoſuerit Nicephor. ſuum Evangelium in Inſula Pathmos. Salmeiron. *prologom.* 24. tenet quod literis mandavit ſuum Evangelium, antequam in exilium mandaretur. Communis tamen ſententia eſt quod poſtquam reverſus eſt ab exilio: Ita Divus Prochorus Chriſti Diſcipulus, qui ſe- D. Prochor cutus Ioannem ipſo dictante Evangelium ſcripſit. Ita teſtatur ipſe *lib. de vita ſancti Ioannis*, *cap.* 46. Divus Epiphanius, D. Athana- D. Epiph. ſius, Divus Iſidorus, Divus Hieronymus, D. Anaſtaſ. Sanctus Thomas, Beda, quos adduxi cita- D. Iſidor. to loco *num* 22, & ita communiter interpretes D. Hieron. *ad Apocal.* 5. *num....* ubi ait Angelus Ioanni: D. Thom. *Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis*; ut ibi dixi: Ac proinde ſecundum hanc ſententiam ſcripſit Ioannes ſuum Evangelium anno Chriſti nonageſimo nono; & poſt eius paſſionem ſexageſimo octavo. Vide citatum locum. Beda. Apocal. 5.

QUÆSTIO VIII.

De Actibus Apoſtolorum.

SUMMARIUM.

646 *De nomine, quo hic liber dicendus eſt.*
647 *Variis nominibus, quibus dicitur.*
648 *Agitur de prædicatione Apoſtolorum iuxta præceptum Chriſti.*
649 *Auctor ac Scriptor libri eſt D. Lucas. Et Græco idiomate.*
650 *D. Lucas ſcribens Evangelium, & acta Theophilo, illa tamen dividit.*
651 *De tempore, quo ſcripſit.*
652 *Librum non eſſe Canonicum dixerunt aliqui Hæretici.*
653 *Fides Catholica tenet eſſe Canonicum.*
654 *Libri magna eſt dignitas, ac utilitas, & n. 655. 656. 657.*

De Titulo, ſeu nomine.

646. Diſputant hic Valla, & alij an hic liber dicendus ſit, *acta*, ſeu *actus Apoſtolorum* Valla. Et quæſtio non eſt magnæ conſiderationis, & utroque modo à Patribus, ac graviſſimis

Auctoribus vſurpatur ; tamen ſecundum nomen actus, habetur in Bibliis emendatioribus, & de illo communiter Eccleſia in divinis Officiis vtitur, non diciuus de Actis Apoſtolorum, ſed de Actibus, & ita dicendum eſſe tenet Budæus *in Comment. linguæ Græcæ.*

Budæus.

647 Syrus. D.Chryſ. Oecumen.

Syrus pro titulo ponit, *Hiſtoria Apoſtolorum* D. Chryſoſtom. in exordio, hunc librum vocat *Dogmata Spiritus ſancti.* Oecumenius *Evangelium Spiritus ſancti.* Nam ſicut quatuor Evangeliſtæ ſcribentes Evangelium, Chriſti opera, ac geſta enarrant. Sic D. Lucas in hoc libro deſcribit Euangelium, ac opera Spiritus ſancti, quæ ipſe per Apoſtolos, quos ſuis donis illuſtrauit, eſt operatus. Nam ſicut unigenitus filius Dei deſcendens de cœlo in carne humana apparuit, & ore proprio nos docuit viam ſalutis, & aperuit nobis abdita arcani Patris à conſtitutione mundi, ſic poſt Chriſtum divinus Spiritus viſibiliter deſcendit de cœlo in linguis igneis, Apoſtolóſque ſuis donis implevit ; ut Chriſtum veram viam ſalutis annuntiarent, & illius ſacratiſſima myſteria manifeſtarent, ac explicarent, ut ait Sanctus Gregorius Nazianz. & eius Interpres Nicetas orat. 44. *Quia cum filius Dei corpore ſenſibili, & conſpicuus nobiſcum conſuetudinem habuiſſet, par erat, ut ſpiritus quoque corporaliter appareret : ſicut etiam apparuit primo in forma columbæ, nunc in forma linguarum ignitarum ; & cum Chriſtus ad ea, quæ Deo conueniebant, reuerſus eſſet, ſuæque gloriæ reſtitutus, Spiritum ad nos poſt Chriſtum deſcendere oportebat.*

Nazianz. Nicetas.

648. Actor. 1. Actor. 10. D. Irenæus.

Liber dicitur Actorum Apoſtolorum, quia eorum geſta, non tamen omnia, ſed præcipua, magiſque illuſtria circa Evangelij promulgationem enarrat. Vnde *à cap.* 1. vſque ad decimum recenſetur fidei, ac Catholicæ Eccleſiæ fundatio per Apoſtolos in Iudæa, & Samaria iuxta Chriſti Domini præceptum. Actorum 1. num. 8. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria & uſque ad vltimum terræ.* Et ideo prædicato Evangelio in Iudæa, & Samaria profecti ſunt Apoſtoli uſque ad ultimum terræ, nempe ut deſcribitur *à cap.* 10. uſque ad finem prædicantes Evangelium per Syriam, Lycaoniam, Pamphiliam, Græciam, Romam, ac Italiam aliáſque gentes, quorum opera, & præcipuè Pauli, hic deſcribuntur, & ut notat Divus Irenæus *lib.* 3. *cap.* 14. quod Divus Lucas opera Divi Pauli, quæ viderat, imo cum ipſo geſſerat, latè deſcribit, alia quæ non viderat ſummatim, ac breviter.

De Auctore, idiomate, ac tempore, quo hic liber eſt ſcriptus.

649. Syrus.

Auctor huius libri, ut tenet Eccleſia Catholica, ac etiam omnes Patres, tam Græci, quam Latini, ac etiam Hæretici fatentur, eſt D. Lucas Evangeliſta. Sicque Syrus huic libro præfixit titulum : *Liber Actuum, hoc eſt hiſtoria Apoſtolorum Beatorum, quam collegit Sanctus Dominus meus Lucas Evangeliſta.* Et tam communis, ac recepta eſt hæc veritas, quod non vidi citatum Auctorem, qui illam neget, quis & qualis fuiſſet D. Lucas iam ſupra explicavi *q.* 6. Inter omnes Evangeliſtas linguæ Græcæ erat eruditiſſimus, ut ait D. Hieronym. *epiſt.* 145. *ad Damaſum*, qui patrio idiomate, utpote Græco, primum Evangelium, deinde acta conſcripſit. D. Hieron.

Et quamvis D. Lucas tam Evangelium, quam Acta ſcripſiſſet Theophilo Viro Illuſtriſſimo Senatori, vel Principi, ſeu præſidi alicuius Provinciæ, ſeu Epiſcopo Antiocheno iuxta varias ſententias, tamen vtrumque non adunivit in uno volumine, ſed ſeparatim ſcripſit, quia ut notant Toletus, & alij in Lucam ex D. Chryſ. *Quamvis vnus, & idem Theophilus eſſet, cui ſcribebat, ut diſtinctio perſpicuitatem afferret, brevitas tædium eximeret, varietas voluptate afficeret.* 650. Toletus. D. Chryſ.

Cum Paulus Apoſtolus detentus eſſet à Iudæis Ieroſolymis & ad Cæſarem appellaſſet, *actor.* 25. *n.* 10. Miſſus eſt à Præſide Feſto Romam ad Neronem anno ſecundo, vel tertio ejuſdem Imperij, eumque comitatus eſt ſuus individuus Comes D. Lucas. Paulus autem permanſit Romæ, per biennium, ut ipſemet D. Lucas clarè exprimit. Actor. c. ult. verſu ult. *Manſit autem* (ſcilicet Paulus) *biennio toto in ſuo conducto* (hoc eſt hoſpitio) *& ſuſcipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Domini Ieſu cum omni fiducia, ſine prohibitione.* Et in hoc tempore, ſeu biennio compoſuit D. Lucas hunc librum, qui complectitur acta circiter viginti ſeptem annorum; tot enim fluxerunt ab Aſcenſione Chriſti in cœlum, quæ contigit anno eiuſdem 34. à quo D. Lucas exorditur hanc hiſtoriam, uſque ad annum quartum Neronis, & Chriſti Domini ſexageſimum ut vult Divus Hieronymus *de Scriptoribus.* Baronius contendit, quod biennium carceris terminetur anno Chriſti ſexageſimo primo, quinto Neronis ; proindéque D. Lucas hoc prædicto anno, ſive ſexageſimo, ſive ſexageſimo ptimo, completo biennio carceris Pauli, ultimam manum huic operi Actorum impoſuit ; quia tunc terminat ibi hiſtoriam, quod ex eo bene intelligitur ex *cap. ultimo.* Tunc Divus Lucas, ex Pauli perſuaſione, ſeu iuſſu, ut ſcribit Divus Epiphanius *hæreſ.* 51. profectus eſt ad prædicandum Evangelium per Dalmatiam, Galatiam, Italiam, Macedoniam, & inde ut teſtatur Oecumen. in Lucam reverſus eſt in Orientem, & petit Lybiam, & Thebanos, vbi Chriſtianam fidem plantavit, & cum perveniſſet ad annos octoginta quatuor, glorioſo martyrio vitam dedit. 651. Actor. 25. Actor. 28. D. Hieron. Baron. D. Epiph. Oecumen.

Liber iſte Canonicus.

Multa prodierunt falſa commenta, ac apocrypha circa geſta ſacrorum Apoſtolorum, quæ finxerunt Hæretici, ac alij maligno animo, quæque rectè, ac ſanctè rejiciunt ac damnant Gelaſius Papa *diſp.* 15. *cap. Sancta Romana Eccleſia*, & Sancti Patres communiter, & Divus Anaſtaſius, Divus Epiphanius, Divus Cyrillus Ieroſolymitanus, Tertullianus, Philiaſter, D. Auguſtinus, Oroſius, Innocentius, Euſebius *ad citat. cap.* Barboſa, Lorinus, *Præfat. in Acta cap.* 2. Baronius, & alij. 652. Gelaſius. D. Anaſtaſ. D. Epiph. D. Cyrill. D. Auguſt.

Fuerunt alique Hæretici, qui ſacra Acta 653.

Apoſtolo

Apoſtolorum extra Canonem librorum Camonic. poſuerunt, quos referunt, & impugnant Tertullian. *lib. de Præſcription. Hæretic. cap. 22. & 23 lib. 5. contra Marc. c. 1.* Euſebius *lib. 4. Hiſtor. cap. 27.* Philiaſter, *cap. 36.* alias 63. D. Auguſt. *lib de utilitate credendi, cap. 3. & 1. de ſermone Domini in monte.* Nicephorus *lib. 4. c. 4.*

Tertull. Euſebius Philiaſter. D. Auguſt. Nicephor.

654. Sancta, & Catholica fides tenet hunc librum eſſe Canonicum, verum, ac Sanctum; ita definitum eſt in multis Conciliis Carthagin. Tertiò, Florentin. Trident. *ſeſſ. 4. de libris Canonic.* & antiquiſſimi Patres proximè citati, inſuper multi alij Patres D. Chryſ. D. Hieron. D. Gregor. & omnes, qui ediderunt commentaria ſupra hunc librum, vel illum frequenter cum magna veneratione citant, & referunt & etiam Hæretici noſtri temporis librum hunc non audent impugnare, ſed ut Canonicum recipiunt.

D. Chryſ. D. Hieron. D. Gregor.

Argumentum, utilitas, ac dignitas Libri.

456. De argumento huius libri iam dixi *in hac quæſtione n. 648.* agit de Actibus Apoſtolorum viginti octo captibus, quomodo prædicarunt Evangelium juxta præceptum Chriſti Domini in Ieruſalem, Iudæa; & Samaria, ac proinde quomodo profecti ſunt in ultimas partes totius orbis ad prædicandum Evangelium; & liber totus præcipuè agit de Actibus D. Petri, ac Pauli.

656. D. Chryſ. Utilitas, ac dignitas libri tanta eſt, ut dicat D. Chryſ. homil. 1. in Acta. *Vtilem, non minus, ac pretioſum quam Evangelium cum egregiis documentis morum, & vitæ exemplis abundet? comprehendit Chriſti promiſſorum complementum, præſertim de Spiritu ſancto, & de mirificis operibus, tum numero, tum qualitate, ipſa enim ejus opera ſuperantibus, illuſtrius manifeſtet myſteria, quæ pertinent ad divinitatem Spiritus ſancti, atque ad Chriſti reſurrectionem, & Aſcenſionem.* Magna eſt utilitas, ac excellentia huius libri, qui maximè nos inſtruit in myſteriis fidei, quod Ieſus Chriſtus miſſus eſt à Patre in mundum in redemptionem peccatorum, quod non eſt aliud nomen *hominibus datum, in quo nos oporteat ſalvos fieri, niſi tantum in nomine Ieſu Chriſti*, maximéque nos inſtruit in myſteriis eius, prædicatione, miraculis, morte, Paſſione. Reſurrectione, Aſcenſione, ac Adventu Spiritus replentis ſua gratia Apoſtolos. Vnde

Oecumen. rectè ait Oecumenius, *Actus Apoſtolorum inſtructio quædam fidei Chriſtianæ.* Et Divus

D. Naziauz Gregorius Nazianzenus *epiſtol. ad Nicobolum* ait: *Quod lectione huius libri inſtruitur Chriſtianus in his, quæ credere, & agere debet.*

657. D. Chryſ. Ex Reſurrectione Chriſti inſtruitur in reſurrectione noſtra, ut ait D. Chryſoſtom. citata homil. 1. *Quod maximè agit hic liber eſt reſurrectionis declaratio: quæ ſi credita fuerit, & cæteris aperta eſt via.* Ponitur nobis tanquam Idea vitæ Chriſtianæ perfectæ, ac Apoſtolicæ, ad imitandum, ut exemplar, ac ſpeculum totius bonitatis, diſciplina illa primorum Chriſtianorum vita, quis eorum documento non inflammabitur ad frequentiam Sacramentorum? maximè Euchariſtiæ, & ad Orationem, & contemplationem, ad amorem Dei, ac cœleſtium, ad charitatem proximorum, ad contemptum terrenorum, ad zelum fidei, ac ſalutis animatum, ad conculcandas, ac domandas humanas paſſiones, ac cupiditates, quiſque non ſtimulabitur his pro Chriſti amore ad ſuſtinendos labores, carceres, mortes, ac omnium tormentorum genera. Præclarè ait D. Hieron epiſt. 103, ſub finem: *Non nuda hæc hiſtoria, vel Eccleſiæ dumtaxat naſcentis in ea taxatur infantia, ſed medici Scriptoris verba languentis animæ ſunt medicina, cuius quotieſcunque liber legitur in Eccleſiis, toties eius medicina non ceſſat.*

D. Hieron

QUÆSTIO IX.

Quare ſacri Apoſtoli in ſuis ſcriptis tradendis non alio nomine utuntur, niſi epiſtolarum?

SUMMARIUM

658 *Non in veteri Teſtamento, ſed in novo utitur epiſtolis.*

659 *In novo Teſtamento utitur epiſtolis, quia res erat cum amicis.*

660 *In epiſtolis utitur notis, quas ſoli amici intelligunt, & non extranei: res fidei ſolum fideles, & non alieni intelligunt.*

661 *In veteri Teſtamento diffuſi libri, in novo verbum abbreviatum, ſed magna gratia, ac donis plenum.*

658. IN veteri Teſtamento Patres illi antiqui in ſuis ſcriptis utebantur nomine libri, vel viſionum, ſeu alio ſimili, liber Geneſis, Exodi, Pſalmorum, Baruch, vel viſionum, Iſaiæ, Amos, verba Prophetiæ, &c. Tamen ſacri Apoſtoli his nominibus omiſſis utuntur nomine Epiſtolarum. Et quanquam omnis Scriptura epiſtola ſit à Deo miſſa, ut iam dixi; & ait D. Auguſt. in Pſal. 9. *Hæ de illa civitate veniunt literæ, unde peregrinantur, ipſæ ſunt Scripturæ, quæ nos hortantur, ut bene vivamus.* Cur tamen ſacri Apoſtoli præ cæteris in ſuis ſcriptis hoc nomine literarum, ſeu epiſtolarum utuntur, inquirimus.

D. Auguſt.

658. Reſpondeo primo, epiſtolarum uſus eſt valdè frequens conſuetudo inter amicos, & valdè intimè familiares D. Ambroſ. lib. 7. epiſtol. 15. ſic ait: *Epiſtolarum uſus eſt, ut diſiuncti locorum intervallis affectu adhæreamus in quibus inter abſentes imago refulget præſentiæ, & collocutio ſcripta ſeparatos copulat, in quibus etiam cum amico miſcemus animum, & mentem noſtram infundimus* In ultima cœna ait Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis. Joan. 15. num. 15. *Iam non dicam vos ſervos: quia ſervus neſcit quid faciat Dominus eius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Cum ergo per epiſtolas cum amicis loquamur, eoſque admonemus, & rogamus, aut conſolamur, aut certiores facimus rerum noſtrarum, etiam aperientes illis ſecreta cordis noſtri

D. Ambroſ.

Ioan. 15.

inde divina bonitas, ut oſtendat quanta benignitate nobiſcum agat, per epiſtolas miſſas per ſuos Apoſtolos nobis loquitur, nobiſque aperit arcanum abſconditum à ſæculis, altiſſimum Tryadis myſterium, altum ſecretum prædeſtinationis, ſecundum conſilium ſuæ voluntatis manifeſtât, quæ nobis viam, & tramitem ſalutis aperuit.

660. Secundò. Amici ſæpè in ſuis literis per quaſdam phaſes, notas, ac ænigmata conſcribunt inter ſe, ut ſi tales literæ incidant in aliorum manus ob ignoratas tales notas, eas non intelligant, nec quid tales epiſtolæ dicant: ſic lector has ſacras literas legens: niſi ſecum habeat fidem, quæ eſt clavis regia aperiens intellectum ad ſacra myſteria, exiguum, aut nullum exillarum lectione fructum colliget. Hinc Apoſtolus Paulus poſtquam alta myſteria in ſua prima, & ſecunda epiſtola explicuit Timotheo, ſic in hac ultima c. 3. n. 15. 2. Tim. 3. *Ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Exhortatur eum, ut ibi docet Chryſoſt. D. Chryſ. ad inſtructionem eorum, quæ pertinent ad ſalutem, & ad hoc commendans proponit ei fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quia ſine ipſa fide, nec poteſt intelligere, nec penetrare ea, quæ inſerviunt ad inſtructionem noſtræ ſalutis: nam fides eſt clavis aperiens, & illuminans intellectum,

Tertiò. Latum eſt diſcrimen inter libros, 661. & epiſtolas: nam libri tenent hiſtorias, & res valdè prolixas, ac diffuſas; Epiſtola verò eſt ſuccincta, & brevis vel ad animum aperiendum, ac communicandum, vel ad conſolationem, & levamen in laboribus, ſeu ad alia, ut iam dixi. Teſtamentum vetus continet libros hiſtoricos, largas narrationes multarum rerum, ſeu amplas prophetias, multis propheticis teſtimoniis, & legis umbris, ac figuris, & variis Sanctorum hiſtoriis, Chriſtum denotantes, quæ omnia fuerunt neceſſaria pro inſtructione, ac informatione illius populi duræ cervicis ad Chriſtum agnoſcendum, & Rom 9. n. 18. ſuſcipiendum. At Chriſtus Dominus veniens in mundum, promulgata lege Evangelica fecit verbum abbreviatum ſuper terram, & inde ſacri Apoſtoli frequenter in novo Teſtamento utuntur epiſtolis, quæ habent ſtrictum, & brevem ſermonem cum magna, & ampla copia, ac largitate gratiarum, cœleſtiúmque do- Iſai. 11. norum; loquens *Iſaias.* 11. *n.* 11. de ſtatu, ac tempore Chriſti ait. *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes.* Præſente Chriſto divina ſcientia occupat, ac replet omnem terram, ſicut maris aquæ, cum exundant occupant, ac tenent omnem terram vicinam, & eam replent. Ita D. Auguſt.

QUÆSTIO X.

Quare Deus diſpoſuit, ut Divus Paulus plures epiſtolas ſcriberet, quam cæteri Apoſtoli?

SVMMARIVM.

662 *Valdè mirum, quod Divus Paulus plures epiſtolas ſcripſerit, quam cæteri Apoſtoli.*

663 *Paulus olim adverſarius Eccleſiæ: inde eius teſtimonia ut fortiora eliguntur.*

664 *Paulus Epiſtolis perſequebatur Eccleſiam Dei, poſtea epiſtolis tuetur.*

665 *Paulus habebat ſolicitudinem omnium Eccleſiarum, inde ad omnes ſcribit.*

666 *Paulus præco, & Doctor Eccleſiæ non ſolum in vita, ſed etiam poſt mortem, eius charitas non extinguitur; & n.* 667.

OMnes Apoſtoli licet eſſent Petro ſubditi, ac ei ſubordinati tanquam univerſali capiti totius orbis, cui obedire debebant, tamen omnes fuerunt æquales in poteſtate prædicandi, docendi, ac mundum illuminandi. Hoc autem ſtante, Paulus Apoſtolus plures epiſtolas admirabilis, ac altiſſimæ doctrinæ præ cæteris ſcripſit: non quia erat ſapientior Petro, ac Joanne, ſed quia ſuprema Dei providentia ita diſpoſuit, ac ordinavit, ut per ipſum tot, & tanta myſteria publicarentur, ac revelarentur, de quo maximè admiratur D. Cyrill. Jeroſolymitan. *catechef.* 10. & ait: *Miratus ſum certè ſancti Spiritus diſpenſationem, quod aliorum quidem epiſtolas parvo numero conſcripſit, Pauli autem ſui perſecutoris quatuordecim eſſe conceſſit.* 662. D. Cyrill.

Et prima ratio ſancti Cyrilli, ut tanta doctrina Pauli, altius, & firmius ab omnibus teneretur: nam Petrus & Ioannes, ac alij Apoſtoli nunquam fuerunt habiti inimici nominis Chriſtiani. At Paulus antea fuit crudelis inimicus, & durus perſecutor Eccleſiæ, inde plura ei conceſſit Deus ſcribere, ut fidei veritas firmius, & facilius omnibus perſuaderetur: nam cuncti audientes Paulum admirabantur dicentes: *Nonne hic eſt, quid in Ieruſalem expugnabat eos, qui invocabant nomen iſtud. Actor. 9. num.* 20. & unde perſecutor factus eſſet Actor. 9. defenſor? niſi ex Spiritus ſancti gratia illuminante intellectum in veritate; inde factum eſt, ut rectè notat D. Chryſoſt. *homil.* 1. *in Paulum*; ut inter omnes Paulus maximè adverſetur perfidiam Judaïcam, & in tribus punctis, in quibus ipſa vehemèter obcæcata, & obdurata perſiſtit: de adventu Meſſiæ promiſſi, de abrogatione, ac ceſſatione legis Moſaïcæ, ac vocatione gentium, quæ omnia paſſim in omnibus ſuis epiſtolis probat Paulus. Chriſtum Jeſum verum filium Dei, ac verum Meſſiam iam veniſſe. Ad Galat. 4. num. 4. *Vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.* Ad Titum 3. num. 4. Ad Hebr. 1. num. 2. de ceſſatione legis Moſaïcæ. Tota epiſtola ad Galatas cap. 3. num. 19. *Lex poſita eſt donec veniret ſemen*, & cap. 4. num. 24. Hebr. 7. num. 12. de vocatione gentium ad hoc tetendit. Tota epiſtola ad Roman. cap. 10. n. 18. *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* & iterum num. 20. *Inventus ſum à non quærentibus me*; & cap. 11. n. 25. Galat. 1. n. 16. & de his omnibus ſexcentis aliis locis. D. Chryſ. Galat. 4. Tit. 3. Hebr. 1. Galat. 3. Galat. 4. Hebr. 7. Rom. 10. Rom. 11. Galat. 1.

Secunda ratio ad concluſionem principalem. Dicitur Actor 9. n. 1. *Quod Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini, acceſſit ad principem Sacerdotum, & petiit ab eo epiſtolas in Damaſcum, ut ſi quos inveniſſet huius* 664. Actor. 9.

huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. Suprema, & alta divina Providentia disposítum est, ut qui obtentis epistolis Christi fideles vexaverat, ipse propriis literis eos recrearet, adiuvaret, salutari doctrina, ac ardenti charitate refertis, damnum illatum per antiquas epistolas, per has denuo compensaret. Saulus literis Ecclesiam Dei persequebatur; Paulus literis Ecclesiam Dei tuetur, ac defendit. Saulus datis epistolis à principe Sacerdotum, Iudæos contra Ecclesiam Christi concitabat, & in sua perfidia confirmabat; Paulus Spiritu sancto repletus, ipso dictante epistolas conscribit, quibus Christi fideles in sancto proposito adiuvaret, firmaret, ac corroboraret, ad omnem virtutem inflammaret, ac excitaret.

665. Salmeir. Tertiam rationem nobis dat Salmeiron *in Prolog.* in Paulum deductam ex eius ferventi charitate, inde dicebat ipse: *Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror.* 2. Corinth. 11. num. 28. Cum magnus Paulus in se haberet sollicitudinem omnium Ecclesiarum, & cum omnibus laboraret, in suis infirmitatibus, ac tribulationibus non poterat se continere, quin omnibus scriberet, ut quia omnibus præsens esse non poterat, per verba, & epistolas esset præsens, & per epistolas omnes in suis infirmitatibus adiuvaret, omnium infirmitates in se suscipiens, ut omnibus omnia fieret, ut ipse ait. 2. Cor. 11.

666. D. Chrys. Quarta ratio, ut ait D. Chrys. homil. 22. ad Populum, *Paulus, Apostolus, gentium Doctor, Christum in se habens loquentem, terrestris Angelus, cœlestis homo receptaculum Spiritus sancti. Nostri omnium sagena, post mortificationem Doctor, post mortem Præco, qui nobis demonstravit, quomodo in cœlum ire poterat.* Cum ergo ipse esset Constitutus à Deo Doctor Gentium, ac etiam præco non solum in vita, sed etiam post mortem, ideo ordinatus est à Deo, ut non solum prædicaret voce, sed etiam scriptis; & ut rectè notat D. Augustinus *lib. 1. Confessionum.* Id quod literis consignatur ad longum tempus perseverat, id vero quod dumtaxat viva voce traditur, facilè effugit, ac prævolat: epistolarum utilitas latius se diffundit, & apud plures longè distantes pertinet, quam viva vox, quæ præsentes tantummodo tangit; epistolæ autem ad absentes, & ad eos; qui sequuntur, ac postea venturi sunt, pertinent, ad eos instruendos, ac informandos multum valent Magnus Spiritus Pauli qui erat Doctor gentium, & in se habebat habitantem Christum, receptaculúmque Spiritus sancti erat, & præco etiam post mortem; cum ipsa morte non finitur, vivacissimè clamat, docet, ac instruit per suas epistolas, ac inimicos destruit, ac dissipat, itaut ipsi magis timerent eius epistolas, quam eius præsentiam unde de ipsis sic scribit ad Corinth. 2. cap. 10, num. 10. *Quoniam quidem*, inimici scilicet inquiunt, *epistolæ graves sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma.* Hoc est, ut explicant ibi Interpretes cum Benedicto Justiniano, epistolæ meæ, ac si dicat Paulus, sunt vehementes, validæ, ac nervosæ ad persuadendum; præsentia ejus vero non erat magnæ auctoritatis: nam ut de eo scribit Nicephor lib. 2. cap. 37. *Paulus erat corpore parvo, & contracto, atque incurvo*, &c. At verba eius in epistolis valdè nobusta, & multa efficacia plena, unde D. Hieron. ait: *Paulus vas electionis, tuba Evangelij, rugitus Leonis nostri, flumen eloquentiæ Christianæ, quem quotiescunque lego, videor mihi non verba, sed audire tonitrua.* D. Augustinus *lib. 2. Confession.* ait: *Cum Paulum lego, non verba lego, sed sagittas ignitas acutas sentio, animam transverberantes.* Ideo de Apostolo Paulo dicam id, quod ipse ait de Abel. Hebr. 11. n. 4. *Defunctus est Abel, & adhuc loquitur.* Defunctus est Paulus, & adhuc loquitur; mors potuit auferre vitam, non tamen vividum spiritum eius, ut adhuc doceat, illuminet, ac viam salutis ostendat. Nicephor. D. Hieron. Hebr. 11.

Quæstio XI.

De Epistolis Canonicis D. Pauli: agitur de illa, quæ est ad Hebræos.

SUMMARIUM.

668 *De Epistola ad Hebræos quid inquirendum.*
669 *Hæretici negant esse Canonicam.*
670 *Catholica fide tenendum, esse Canonicam.*
671 *Catholica Ecclesia tenet esse scriptam à D. Paulo.*
672 *Primum argumentum, quod Paulus in ea non ponit nomen suum, cum aliquibus solutionibus, quæ non admittuntur.*
673 *Tres solutiones veræ.*
674 *Secundum argumentum de his, quæ erant in arca, ponitur, & solvitur.*
675 *Tertium ponitur argumentum ex alijs locis Scripturæ, & solvitur, & n. 676.*

667. Quatuordecim sunt epistolæ D. Pauli, ut habentur in Biblia: nam de aliis, quæ ab aliquibus circunferuntur, ad Senecam, Laodicenses & dicam *infra q. 13.* solum hic agimus de illis, quæ sunt in Biblia, ac receptæ ab Ecclesia.

De Epistola ad Hebræos.

668. Valde mirum est quot, & quantis hæc epistola à multis impugnetur, & ut clare, ac distinctè procedamus, inquirendum est primo, an hæc epistola sit Canonica. Secundo, quis illius Auctor. Tertio, quo stylo, & idiomate, quæstione sequenti.

669. Lutherus. Arius. Primo hanc epistolam esse Canonicam negarunt olim Marcion, Arius, & modo Lutherus, Brentius. Magoburg. & Anabaptistæ, immo ex Catholicis Doctissimus Cardinalis Caietanus scribens super hanc epistolam videtur dubitare in suo commentario.

670. Carthag. Laodicens. Florent. Trident. Catholica fide tenendum est hanc epistolam ad Hebræos esse Scripturam sacram, & Canonicam. Ita definitum est in Concil Carthaginensi Tertio. *Can.* 47. Laodicensi *Can.* 59 Florentino in Instructione Armeniorum Trident. *sess.* 4. & *in Can. Apostolorum.* Canone

Can. Apoſt. undecimo. Ita conſtanter docent omnes Patres
D. Hilar. D. Hilar. *lib.* 12. *de Trinit.* D. Gregor.
D. Gregor. Nazianz. *Nizianz. in Carm. de Canone ſcripturæ.* D. Athanaſius
D. Athan. *in ſynopſi.* D. Epiphan. *hæreſ.* 76. D. Ambroſ.
D. Epiph. *lib.* 2. *de Cain. cap.* 2. D. Hieron *Epiſtola*
D. Ambroſ *ad Dardanum.* D. Auguſtin. *de Doctrina*
D. Hieron. *Chriſtiana cap.* 8. Clemens Roman. *in Epiſtol.*
D. Auguſt. *ad Corint.* apud Euſebium *lib.* 2. *Hiſtor. cap.* 38.
Clem. Alex. omnes alij Patres communiter, & Eccleſia hanc epiſtolam ut Sacram ſcripturam recitat in Divinis officiis; & in hac etiam concluſione cum Catholicis; conveniunt Hæretici, Calvinus, Beza, & eorum ſectatores.

671. Secundo quæritur, Quis ſit Auctor huius Epiſtolæ. Eraſmus, & Calvinus negant eſſe
Tertullian. ſanctum Paulum. Tertullian. *lib. de pudicitia* exiſtimat eſſe Barnabam Apoſtolum, alij Jacobũ Apoſtolum. Tamen cum Catholica Eccleſia tenendum eſt B Paulum Apoſtolum illius
Trident. Auctorem. Nam Concilium Tridentin. *ſeſſ.* 4. numerans libros Canonicos ait: *& quatuordecim epiſtolas Pauli*, inter quas numerat hanc ad Hebræos; ſimiliter Concilium Carthaginenſe, & Florentinum; & Eccleſia, cum
Carthag. Florent. Eccleſia. hanc epiſtolã recitat in Divinis officiis, hunc præfigit titulum, *de epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos* Idem tenent, & docent Patres ſupra citati. Probatur ex D. Petro ſcribente ad Hebræos *ſua epiſtol.* 2. *cap.* 3 *num.* 15.
2. Petr. 3. ait: *ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſcripſit vobis.* Scribebat Petrus Hebræis Chriſtianis converſis ex Judaïſmo, qui inde ob ſuam converſionem ad fidem multas perſecutiones ſuſtinebant, & diſperſi erant tanquam exules per Pontum, Galatiam, & Capadoci-
1. Par. 1. am, ut conſtat ex 1. epiſtol. Petr. cap. 1. n. 1. & tam en cum juxta D. Petrum conſtet, quod D. Paulus ſcripſit epiſtolam ad Hebræos, nullam aliam ſcimus ab eo ſcriptam, niſi hanc; ergo hæc eſt ſcripta ab eo.

Ponuntur argumenta contraria.

672. Adverſarij objiciunt primo. Apoſtolus in omnibus ſuis epiſtolis in exordio apponit nomen ſuum, quod cum non faciat in hac epiſtola ad Hebræos, inde ſequitur, quod non ſit ſcripta ab eo, ſed ab alio. Dicunt aliqui, quod D. Paulus more ſuo in hac epiſtola, ut in aliis nomen ſuum, cum ſalutatione apposuiſſet, incuria Interpretis, vel ſcribarum, tale nomen evanuiſſe, ſed coniectura eſt de debilis quia vetuſtiſſimi ſcriptores, & Patres ita legunt ſine nomine. Alij idem dicunt deſumpta
D. Hieron. ratione ex D. Hieron. Præfat. in hac epiſtol. ubi ait: *ſi ideo non eſſet Pauli, quia non habet præfixum Pauli nomen, nullius prorſus eſſet, quia nullius nomen præfert.* Quod etiam aliqui cor-
Ioan. 1. roborant, quia Ioannes Apoſtolus in ſua prima Canonica nomen ſuum non apponit; & quamvis hæc ratio videatur plauſibilis, tamen non ſatisfacit difficultati deductæ ex more Pauli in aliis Epiſtolis. Ideo ad propoſitam difficultatem triplicem aſſigno rationem.

673. Prima. Paulus inter omnes ſuas epiſtolas in hac tantummodo appellat Chriſtum Apo-
Hebr. 3. ſtolum, ſic ait in hac epiſtola cap. 3. n. 1. *fratres conſiderate Apoſtolum, & Pontificem Confeſſionis noſtræ Ieſum.* Inde ergo non audet Paulus in initio epiſtolæ ſe Apoſtolum nominare ne videretur in aliqua parte ſe cum Chriſto conferre, quem excellentiorem Angelis dixerat in principio. *Secunda ratio.* Paulus optimè ſciebat nomen ſuum eſſe Hebræis inviſum, eo quod legis obſervantias, ac ritus, quos illi quamvis Chriſtiani mordicus retinebant, ac obſervabant, dicebat eſſe abrogatas per Chriſtum: Inde Hebræi cum eſſent legis maximè æmulatores, hac de cauſa Paulo maximè infenſi; ut patet *Actor.* 21. *n.* 27. In- Actor. 21.
de Paulus ſubticet nomen ſuum; ut eis doctrina tradita eſſet magis acceptabilis, & grata. *Tertia ratio*, quia Paulus non Hebræorum, ſed Gentium ſe Apoſtolum, ac magiſtrum profitebatur *Roman.* 13. *n.* 13. *ad Galat.* 1. Rom. 13.
num. 16. *ad Epheſ.* 2. *num.* 8. & 2. *Timoth.* 1. *n.* 11 Galat. 1.
& ideo de more ſuo noluit in exordio epiſto- Epheſ. 2.
læ apponere nomen ſuum, *Paulus Apoſtolus*, ut 2. Tim. 1.
in aliis, ſed abſque titulo nudam proponit epiſtolam, in fine epiſtolæ excuſans ſe quod ad eos ſcripſerit, quorum Apoſtolus non erat. Hebr. 13.
Inde vocat ſolatium, & non doctrinam. cap. ultimo. n. 22. ait: *Rego vos fratres ut ſufferatis verbum ſolatij; etenim perpaucis ſcripſi vobis.* Clem. Alex.
Has rationes tradunt Clemens Alexandrin. in Euſebius.
libro Hypothipoſeon. Euſeb. *lib.* 6. *Hiſtor.* & D. Hieron.
has rationes ſparſim tradunt D. Hieron. *in* Theodor.
Comment. cap. 1, *ad Galatas. In Catalogo* ubi Theophyl.
de D. Paulo agit, & Theodoret. Thephylact. Oecumen.
Oecumen. D. Thomas, & alij. D. Thom.

674. Obiiciunt ſecundo. Quia doctrina tradita in hac epiſtola videtur repugnare cum veteri Hebr. 9.
Teſtamento, Nam in hac epiſtola *cap.* 9. *n.* 4. dicitur; quod erat tabernaculum aureum habens arcam teſtamenti: *In qua urna aurea, habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, &* 3. Reg. 8.
tabulæ teſtamenti. Et tamen *lib.* 3. *Reg. cap.* 8. *n.* 9. dicitur quod in Arca non erat aliud, niſi duæ D. Thom.
tabulæ lapideæ. Reſpondet primo D. Thomas quod dicuntur in arca eſſe tabulæ teſtamenti, tanquam quid principale. Secundò, reſpondent Theophylactus, ac multi alij, quod tem- Theophyl.
pre Moyſis, ac Salomonis non erat in arca aliud, niſi tabulæ legis, & cætera quæ nominantur in epiſtola ad Hebræos, poſtea repoſita cum Ieremias abſcondiſſet arcam, ut re-
fertur 2. *Machab. cap.* 2. *num.* 5. nam juxta mul- 2. Mach. 2.
torum ſententiam, urna, & virga, quæ fronduerat, erat in quodam ſinu juxta arcam in tabernaculo, & ideo omnia repoſuit Ieremias in arca, quando eam abſcondit, & inde ter-
tiam explicationem dat D. Anſelm. quod illa D. Anſelm.
particula, *In*, id eſt, juxta arcam, ſic dicitur
Ioan. 10. num. 21. *Ambulabat Ieſus in templo, in* Ioan. 10.
porticu Salomonis, id eſt in porticu Salomo- Ioan. 1.
nis juxta templum. Sic & dicitur Ioan. 1. num. 28. *Hæc in Bethania facta ſunt.* Cum tamen Ioannes non in urbe, ſed juxta urbem baptizaret.

675. Obiiciunt tertiò. Quia repugnat cum doctrina Chriſti: nam Chriſtus omnes ad ſe in-
vitat, *Matth.* 11. *num.* 28. At in hac epiſtola Matth. 11.
cap. 12. *num.* 17. apertè dicitur. Quod Eſaü non Hebr. 12.
invenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquiſiſſet eam.

675. Argumentum tamen nullius eſt ponderis, Apoſtolus loquitur de penitentia Eſaü ſera, Ioſue 7.
& imperfecta, abſque debito dolore, ut fuit Matth. 27.
Achan *Ioſue.* 7. *n.* 2. & etiam Iudæ. *Matth.* 27.
num. 4.

num, 4. talis pœnitentia imperfecta nullum producit fructum ; nec etiam eſt ullius momenti, id, quod obiiciunt, quod Apoſtolus appropriat Chriſto Domino filio Dei cap. 1. *n.* 5 id, quod de Salomone ſcribitur 2. Reg. 7. num. 10. *Ego ero ei in patrem, ipſe erit mihi in filium.* Quia ut ait D. Auguſtin. *lib. de unitate Eccleſiæ cap.* 8. Illa dicuntur de Salomone, prout erat Chriſti figura, in quo erant complenda, ſicut dicitur de ipſo Salomone : *ſtabiliam thronum regni eius uſque in ſempiternum. 2. Reg. 7. n.* 13. paſſim hoc invenies in ſcriptura *Rom.* 10. *an* 18. & 4. *Corint.* 9. & multa alia ſimilia.

Hebr. 1. 2. Reg. 7. D. Auguſt. 2. Reg. 7. Rom. 10. 2. Corint. 9.

QUÆSTIO XII.

De numero, ac ordine Epiſtolarum D. Pauli.

SVMMARIVM.

677 *Prima epiſtola Pauli eſt prima, & ſecunda ad Theſſalonicenſes.*
678 *Tertia eſt prima Pauli ad Corinth.*
979 *Quarta epiſtola eſt prima ad Timoth.*
680 *Quinta eſt ad Titum.*
681 *Sexta eſt ſecunda ad Corinth.*
682 *Septima ad Roman.*
683 *Non attenditur ordo temporis, ſed dignitas urbis.*
684 *Octava eſt ad Galatas.*
685 *Nona eſt ad Epheſios.*
686 *Decima ad Philippenſes.*
687 *Vndecima ad Coloſſenſes.*
688 *Decima tertia ad Hebræos,*
689 *Decima quarta eſt ſecunda ad Timoth.*

677. Anno. 51. Syrus. Græcus. Theodor. Oecumen. Athanaſ. Actor. 18. D. Chryſ. Theodoret.

PRima omnium epiſtolarũ ſcripta à B. Paulo eſt prima ad Theſſalonicenſes, ſic dictos à Theſſalonica metropoli Macedoniæ. Scriptam fuiſſe Athenis tenent Syriacus, & Græcus in fine epiſtolæ, & idem docent Theodoret. Oecumenius, Athanaſius in ſynopſi. Verius eſt fuiſſe ſcriptam Corinthi, anno Chriſti 52. Nam in ea fit mentio *cap.* 3. *num.* 6. de reditu Timothei ad Paulum, qui non fuit Athenis, ſed Corinth. *Actor.* 18. *num.* 5. ex quo inferunt D. Chryſoſt. Theodoret. Baronius, Benedict. Iuſti. Cornelius hanc eſſe primam epiſtolam ſcriptam à Paulo, & paulo poſt ſcripſit alteram, quæ eſt ſecunda ad Theſſalonic.

678. Anno 57. D. Chryſ. 2. Corint. 8. Roman. 15.

Tertia epiſtola Pauli eſt prima ad Corinth. ante epiſtolam ad Romanos, quod ex eo optime probat D. Chryſoſtom. quia Apoſtolus 2. *Corinth.* 8. & 9. adhortatur Corinthios ad faciendam collectam, ad ſublevandas pauperum Hieroſolymitanorum neceſſitates, quam collectam iam factam ſupponit *Roman.* 15. *num* 25. & 26. Hæc epiſtola ſcripta eſt Philipp. Miſſa per Timotheum, ut habent *Græca, Syra, & Regia Latina in fine epiſtolæ.* Verius videtur, quod fuerit ſcripta Epheſi, ut colligitur *ex cap.* 16. *num.* 8. *Actor.* 19. *num.* 1. ſcripta eſt autem *anno Chriſti* 57. ut tenent Baron. Oecumen & alij.

679. Anno 57.

Quarta epiſtola Pauli eſt prima ad Timotheum, & eſt ſcripta *anno Chriſti* 57. poſt epiſtolas ad Corinth. Baronius eodem anno cum D. Athanaſio in ſynopſi Theodoret. præfatione in Paul. eam dicunt ſcriptam fuiſſe in Macedonia ex eo quod Paulus *cap.* 1. 3. ait, *Rogavi te, ut remaneres Epheſi, cum irem. in Macedoniam*, ſed hæc verba non cogunt epiſtolam eſſe ſcriptam in Macedonia, & ideo communior ſententia eſt, ut tenent Græcus, & Syriacus Text. eſſe ſcriptam Laodiceæ, quæ eſt Metropolis Phrygiæ, & Theodoretus in fine epiſtolæ ſententiam ſuam mutavit.

Baronius. D. Athanaſ. 1. Timot. 1. Græcus. Siriacus Theodor.

680. Anno 58.

Quinta epiſtola eſt ad Titum. ſcripta eſt Nicopoli in Epyro, ut docent Græca, Syra, D. Hieron. hic Athanaſ. *in ſynopſi.* Theodoretus, Chryſoſtom. Oecumenius, & alij. In Nicopoli urbe, id eſt in loco proximo, & propinquo Nicopoli, ad quam ſcilicet tendebat, & illi vicinus, ac proximus erat, hoc ipſe ſignificat in epiſtola *cap.* 3. *num.* 12. dicens Tito : *Feſtina ad me venire Nicopolim, ibi enim* non dicit hic, ſed ibi, quia ad dictam civitatem tendebat, *ſtatui hyemare*, hæc autem epiſtola, ut tradunt Auctores citati, ſcripta eſt anno Chriſti 58.

681 2. Corint. 8. Anno 58. Græcus. Siriacus. Latinus.

Sexta epiſtola eſt ſecunda ad Corinthios, hoc aperte colligitur ex ipſa ſecunda epiſtola *cap.* 8. *num.* 10. ubi ait Apoſtolus : *Hoc enim vobis utile eſt, qui non ſolum facere, ſed etiam velle cœpiſtis ab anno priore.* Ac proinde hæc epiſtola eſt ſcripta anno Chriſti 58. uno anno poſt primam epiſtolam. Quo autem loco ſcripta ſit dubitatur. Aliqui dixerunt Troade. Dubitationem tollunt editio *Græca, Syriaca, ac Latina complutenſis.* Quæ ita habent *ſcripta eſt in civitate Philippi in Macedonia.* Hæc epiſtola miſſa eſt ad Corinthios per Titum, & ideo Apoſtolus in tota hac epiſtola frequenter mentionem facit de Tito *cap.* 2. & 7. 8. *ac* 12. Aliqui dicunt quod ſimul fuit miſſa per Titum, ac D. Lucam.

682. Anno 58. Græca. Siriaca. Latina. Baronius.

Septima epiſtola eſt ad Romanos, & ſcripta eſt *anno Chriſti* 58. ut teſtatur Baronius eodem anno ſcripta Corinthi, poſtquam Paulus ex Nicopoli venit Corinthum, & miſſa eſt per Phœben, ut tenent Biblia Græca, Syra, & Latina Regia in fine Epiſtolæ ; poſtquam D. Petrus ex Roma iuſſu Claudij in Britãniam pergeret ; tunc Paulus Romanos tanto paſtore deſtitutos, variis diſcordiis diſſidentes confirmavit, docuit, ac in concordiam redegit ; inde factum eſt, quod D. Paulus in hac epiſtola Petrum de more non ſalutat utpote Roma abſentem.

683. Catherin. D. Auguſt. Theodore.

Dices tamen, quanam ratione longe alius ordo in ordinandis epiſtolis Pauli ſervatur, & diſpoſitio temporis neglecta, ut ſatis ex dictis eſt compertum : cur autem epiſtola ad Romanos primum locum occupat. Reſpondetur quod attenditur ad urbis dignitatem, & ſicut olim fuit caput imperij temporalis, ſic nunc eſt caput Imperij, ac Dominii ſpiritualis & inde epiſtola ad eam miſſa in capite epiſtolarum ponitur. Ita Catherin. Aliter opinatur D. Auguſtinus *epiſtol.* 105. *ad Sixtum.* Eo quod maxime fidem commendat, de eaque tractat Apoſtolus ; fides autem eſt caput, ac initium omnium gratiarum, ac donorum, ac proinde ratione doctrinæ primum locum tenet. Tertio Theodoretus, ob exactam doctrinam, quia omnis

omnis doctrina quæ per alias epiſtolas eſt diſperſa in hac una tanquam in compendio habetur.

484. Anno 59. Græcus. Syrus. D.Hieron. D.Athanſ. Theodoret Baron.

Octava epiſtola eſt ad Galatas, quæ ſcripta eſt Romæ, ut habent Græcus, & Syrus *in fine epiſtolæ*. D.Hieron. *in cap.5. illius* D.Athanaſ *in ſynopſi*. Theodor. *Præfat. in epiſtolam Pauli*. Negant & aliqui & Baronius *Anno Chriſti 59 num.7.* quia non facit mentionem de ſuis vinculis habitis Romæ, ut ſolet facere in aliis epiſtolis, quas Romæ ſcripſit; & inde dicunt hanc epiſtolam non ſcriptam Romæ, ſed Epheſi, vel in alia urbe Græciæ. Verum nec ex ipſa epiſtola, nec ex aliis poſſumus aliquid certum affirmare, de loco, ac tempore, quo ſcripta eſt, Baronius eam ponit ſcriptam *anno Chriſti.59.* cum ad Romanos dicat ſcriptam *anno. 58.*

685. Anno 59.

Nona epiſtola eſt ad Epheſios miſſa ab Apoſtolo ex Roma, ac ex carcere, ubi Apoſtolus tenebatur, per Tychicum Diaconum, ut manifeſte conſtat *ex cap. 3. huius Epiſtolæ num.1. & ex cap. 6. num. 20.* ſcripta eſt *anno Chriſti 59.* Ut tenet Baronius eodem *anno num.7.* Epheſus autem Aſiæ minoris erat Metropolis, de qua multa dixi *tom.1. in Apocalypſ. cap. 2.* Marcion. & aliqui Hæretici apud Tertullianum *lib. 5. contra Marcion. cap. 11.* & S. Epiphanius dixerunt epiſtolam Pauli ad Epheſios non fuiſſe ad ipſos Epheſios, ſed ad Laodicenſes ſcriptam, ſed refelluntur apertiſſimo S. Ignatij teſtimonio; qui ad ipſos Epheſios ſcribens *epiſtol.14.* ait: *Eſtis ſicut Paulus vobis ſcripſit, unum corpus, & unus ſpiritus eius, qui vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.*

Baronius. Tertull. D.Epiph. D.Ignatius

686. Anno 60.

Decima epiſtola eſt ad Philippenſes, ſcripta eſt Romæ *anno Chriſti.60.* Cum Paulus teneretur in vinculis, ex quibus etiam eodem anno ſcripſit ad Coloſſenſes, ac ad Philemonem, & in his tribus epiſtolis in exordio præponit Apoſtolus ſuum nomen ſimul cum Timotheo, quem per ſuas literas vocaverat, venire Romam, ante hiemem, ut conſtat *ex 2. Timoth. 4. num. 21.* Hæ autem omnes tres epiſtolæ ſcriptæ ſunt ex primis vinculis Pauli: quæ contigerunt anno Neronis 4. Nam ſecunda vincula Pauli acciderunt anno Neronis 14. & hoc bene colligitur ex hac epiſtola *cap 1. num.25. Et confidens ſcio quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum, & gaudium fidei.* Ac proinde ex primis vinculis liberatus eſt, non vero ex ſecundis, ex quibus glorioſo martyrio laureatus eſt.

2.Tim 4.

687. Anno 60. Coloſſen.4.

Vndecima eſt epiſtola ad Coloſſenſes, quæ ſcripta eſt Romæ, ſecundo anno vinculorum Apoſtoli Pauli, ut patet *ex cap. 4. huius epiſtolæ num.18.* qui fait *à Chriſto nato* 60. quod exinde colligitur, quia Timotheus, quem Apoſtolus ad ſe Romam vocaverat, ut patet ex proxime dictis ad Philippenſes, iam Romam ſecum adjungit Timotheum ad ſalutandum Coloſſenſes. Miſſa eſt autem ab Apoſtolo per Tychicum, & Oneſimum, ut habent Græca, Syra, & Latina Compluten. in fine epiſtolæ; & colligitur *ex cap.4. num. 7. & 9.*

688. Anno 60.

Duodecima epiſtola ad Philemonem, qui non Iudæus, ſed Gentilis erat, Civis Coloſſenſis valde nobilis, & potens, Chriſto nomen dederat, moribus, & vita conſpicuus, & cum Paulus ibi ageret, in ejus domo conſtituit Eccleſiam, ut ipſe denotat *n.2.* ad quam omnes fideles conveniebant, & multi eius auxilio, ac eleemoſinis fovebantur. Hanc epiſtolam Romæ ſcripſit, ex primis vinculis *anno Chriſti.60* cum ſperaret ſe cito à carcere, ac vinculis exeundum, ut ipſe indicat. *num.22.* dicens: *Tu autem para mihi hoſpitium; nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis.* Miſit eam cum epiſtola ad Coloſſenſes per *ipſum Oneſimum.*

689. Anno.69.

Decima tertia eſt epiſtola ad Hebræos, eam ſcripſit ex Italia, ſeu Roma, ut patet *ex cap. ultimo. num. ultimo.* ubi ait: *Salutant vos de Italia fratres*; non anno Neronis 14. cum ex Hiſpania ſecundò rediſſet Romam, ut aliqui dixerunt, ſed hanc ſcripſit epiſtolam, cum eſſet in primis vinculis, & cauſam ſuam apud Neronem efficaciſſimè tueretur, & iam magna ſpes eſſet concepta de vinculis abſolvendis, ut colligitur *ex cap. ultimo n. 23.* anno nempe Neronis. 4. qui habetur Chriſti. 60. ita D. Chryſoſtom. Baron. Cornel. & alij, Franciſcus Bivarius Ciſtercienſis in Commentario Lucij Dexteri, anno Chriſti 66. fol. 138. fortiter tenet, quod hæc epiſtola non ſit ſcripta ad Hebræos converſos in Hiſpania; tamen nullum video fundamentum ad hoc potius affirmandum, quam ad illud.

Chryſoſt. Baroni. Cornelius.

690. Anno.69. D.Chryſoſt Theophyl. Theodoret D.Anſelm.

Decima quarta, ac ultima epiſtola eſt ſecunda ad Timotheum, quam ut uotant D. Chryſoſtom. Theophylact, Theodoret. D. Anſelm. Apoſtolus ſcripſit vehementer Chriſtum deſiderans, tanquam animam iam expirans hanc ultimam epiſtolam, quaſi Cycnean vocem edidit, cum Romæ ſecundis vinculis detineretur, & morti iam proximus eſſet, ut colligitur *ex cap.4. num.6.* ubi ait: *ego iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat*, qui fuit annus *Neronis* 13. *Chriſti vero* 69. Baronius contendit ſcriptam fuiſſe in primis vinculis, anno Chriſti 59. Nam Apoſtolus ait *cap.4. num.18.* ſe liberatum fuiſſe ab ore Leonis, ergo pro noſtra ſententia firmatur argumentum: hanc epiſtolam ſcripſit, poſtquam liberatus eſt ab ore Leonis, hoc eſt à primis vinculis.

Baroni.

QUÆSTIO XIII.

Qua lingua, ſeu idiomate, Paulus Apoſtolus ſcripſit ſuas Epiſtolas?

SUMMARIUM.

691 *Salmeiron tenet epiſtolam ad Romanos Latinè ſcriptam.*

692 *Apoſtolus omnes epiſtolas excepta ad Hebræos Græco ſermone ſcripſit, & n. 693.*

694 *Textus ex Græco tranſtulit in Latinum.*

695 *Epiſtola ad Hebræos Hebraice ſcripta, & num.696.*

697 *Apoſtolus citat ſcripturam iuxta ſeptuaginta, quia tunc talis lectio erat magis communis.*

698 *Multa in ſcriptura ponuntur ab interprete.*

691. Salmeir.

SAlmeiron *tom.1. Prolog. 35. in fine* exiſtimat, quod licèt Paulus alias epiſtolas ſcripſerit

ſcripſerit Græco ſermone, tamen illa, quæ eſt ad Romanos, ſcripta fuerit Latinis verbis: nam Apoſtolus ſcribebat ad Latinos, & ex dono liguarum ſibi infuſo, optime noverat loqui Latinè: deinde amanuenſis, ſeu ſcriptor huius epiſtolæ fuit Tertius, ut patet *ex cap.16. num.22.* Nec obſtat, quod ſæpe Apoſtolus in hac epiſtola græciſet, quia cum verſaretur apud Græcos ſæpe illorum verbis vtebatur. Hæc ſententia eſt probabilis.

Rom.16.

692. Tamen quod Apoſtolus ſcripſerit omnes ſuas epiſtolas Græco ſermone, eſt valde communis ſententia, eam mordicus tuetur Bellarminus *lib. 2. de verbo Dei cap.7.* & alij multi, quia D.Chryſoſtom. Syrus, & omnes Græci, & Latini, cum dubitant de interpretatione, ac mente verborum huius epiſtolæ, recurrunt ad Textum Græcum, tanquam ad autographum, & deinde colligunt mentem, & intelligentiam Textus. Secundò. Quamvis Apoſtolus ſcriberet, Latinis ſcribebat Græca lingua. Græca, tunc erat valde communis, & univerſalis; nam poſtquam Alexander Magnus, & pueri eius dominati ſunt in orbe, ut notat D. Auguſtinus *epiſtol.* 100. lingua Græca erat valde nota & communis in toto mundo; & in hoc ſenſu ait Apoſtolus in hac epiſtola *cap.1. num. 26. ſalutem omni credenti Iudæo primum, & Græco.* Per Græcum intelligit omnes gentiles ut ibi communiter omnes interpretes.

Bellarm. D.Chryſ. Syrus. Græcus. D.Auguſt. Rom.1.

693. Tertio. Apoſtolus ex dono linguarum optime ſcibat linguam Latinam, & eius loquendi modos, atqui paſſim græciſat in hac epiſtola, ut etiam fatetur Salmeiron, ergo ſignum eſt, quod in Græco ſermone ſcripſit. Quarto. Si ex eo quod ſcribebat ad Latinos Latinis verbis utebatur, etiam cum ſcriberet ad Gallos Gallico ſermone, & ad Epheſios Aſiatico uteretur, atqui hoc non admittitur, ergo nec illud.

Salmeir.

694. Cum hoc tamen ſtat, quod poſtquam Tertius Apoſtoli ſcriptor hanc epiſtolam ex ore Apoſtoli Græco ſermone ſcripſit, in Latinum converteret, ſicut D. Marcus ſuum Evangelium, quod Romæ Latinè ſcripſerat, poſtea ut fertur in Aquileia, in Græcum tranſtulit, cuius originale Venetiis, magna veneratione ſervatur, ut ſupra dixi.

D.Marcus.

695. Dixi in concluſione præter eam epiſtolam, quæ eſt ad Hebræos; nam eam hebraice ſcripſit. Ita D. Hieron. *in Catalog. ſcript. & in Clemente.* Theodoretus, Oecumenius hic. Clemens Alexandrin. apud Euſebium *lib. 6. Hiſtoriar. cap. 11.* Hanc epiſtolam Paulus Hebræus hebraice ſcripſit ad Hebræos. Inquam Hebraicè, non purè, ſed corruptè prout utebantur poſt reditum è Babylonia, ac tempore Chriſti, multis verbis Syriacis admixtis. Hæc epiſtola ex Hebræo in Græcum translata eſt à D. Luca, ut tenet Clemens Alexandrinus citatus, vel potius, ut volunt Euſebius, Hieronym. Theodoretus, Oecumenius à S. Clemente Romano, cum epiſtola ad Corinthios.

D.Hieron. Theodoret Oecumen. Clem.Alex Euſebius. D.Lucas. Clemens Pontifex.

696. Huius rei hanc ſubiicio rationem. Apoſtolus alta, & ſublimi prudentia hanc epiſtolam ad Hebræos hebraicè ſcripſit, ſciebat enim, quod Hebræi maxime deteſtabantur gentes & eos odio habebant; & inde Apoſtolus ſcribens ad Hebræos nõ literas mandat ſermone Gentilium, ſeu Græco, ſed Hebraico, ut inde doctrina in eis tradita eſſet magis accepta, & plauſibilis.

Dices, Primo ſi ſcripſit habraice Apoſtolus, cur citans textum veteris Taſtamenti, non citat eum iuxta Textum hebraicum, ſed ſecundum verſionem Septuaginta. Reſpondetur quod D. Paulus retulit verba iuxta Textum Hebræum, ut habentur in autographo Hebræo, tamen interpres vertit ſecundum Septuaginta, utpote Græcis notiorem, & magis communem. Sic verba Pauli iuxta Septuaginta transferuntur. *Actor.13. num.35.& 40.* Ubi D.Lucas lectionem Septuaginta ponit præcisè tantum, ſicut & D.Matthæus *cap.13.num.14.* ut ibi notat Ianſenius. Uel dic cum Galeno, Ribeira, Baronio *tom.1.pag.677.* Illo tempore tam apud Iudæos, quam Græcos lectionem Septuaginta fuiſſe cõmunem. Unde Ioſephus, & Philo Hebræus frequenter potius citant loca ſacræ ſcripturæ iuxta lectionem Septuaginta, quam ipſum autographum Hebræum.

697. Actor.13. Matth.13. Ianſenius. Galenus. Ribeira. Baronius. Ioſephus. Philo.

Dices ſecundo: Si Apoſtolus ſcripſit hanc epiſtolam hebraice, ad quid ergo hebraicum nomen vnum per aliud interpretatur. *cap.7. num.1.& 21. Melchiſedech, qui interpretatur rex iuſtitiæ, & rex ſalem, id eſt* pacis. Reſpondetur, quod valde frequens eſt, quod interpres transferens textum hebraicum, in noſtram vulgatam Latinam, ſimul ponat illius explicationem *Exod.12. num. 11. Phaſe, id eſt tranſitus Domini*; notat ibi Lyra, quod illud *id eſt tranſitus Domini* nõ ſit in Hebræo, ſed poſitum ſit ab interprete; ſicut ex pecunia accepta ex venditione Chriſti, quam Iudas proiecit in templum, emerunt agrum figuli, ſcribit D. Matth. *cap.27.n.8. Propter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt ager ſanguinis.* Hæc ultima verba, *hoc eſt ager ſanguinis*, non ſunt in Textu Hebræo, ſed interpres illa appoſuit, ſicut & illa *Matth 27. num. 46. Eli Eli Lammaſabacthani? Hoc eſt Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Hæc ultima verba *Hoc eſt Deus meus*, &c. non ſunt in Textu Hebræo, ſed ab interprete explicante, ut ex gravibus Auctoribus notavi *tom. 5. in Evang. lib.8.cap. 18. expoſit.1. num.1.* ſic & in præſenti, illa explanatio, qui interpretatur *Rex iuſtitiæ, Rex pacis*, non eſt in Textu Hebræo D.Pauli, ſed interpres Græcus, has interpretationes D. Paulo addidit.

698. Hebr.7. Exod.12. Matth.8. Matth.27. Græcus.

QUÆSTIO XIV.

Vtrum præter has quatuordecim epiſtolas Pauli ſint aliæ, ad Senecam, Laodicenſes, ac alios?

SUMMARIUM.

699 *Magni Patres videntur affirmare quod ſcripſerit.*

700 *Sixtus Senenſis refert ſex epiſtolas Pauli, quæ ex ſtylo deprehenduntur non eſſe Pauli.*

701 *Paulus aliquas ſcripſit ad Senecam, ſed non ſunt, quæ extant, & n.702.*

703 *Ad Laodicenſes nullam ſcripſit D. Paulus epiſtolam, & n.*704.

505 *Quod ſcripſerit tertiam ad Corinthios affirmant graves Patres, & alij negant, & num* 706.

707 *Tertiam ad Theſſalonicenſes, Origenes appellat eam adulterinam.*

Ad Senecam.

699. PErantiqua eſt dubitatio an D.Paulus,& Seneca habuiſſent inter ſe amicitiam,ac inter ſe epiſtolas mitterent: videntur affirmare S. Hieron.S. Auguſt.S. Linus Papa Petri ſucceſſor D. Hieron. in libro de viris illuſtribus, ait; *Lucius Seneca continentiſſimæ vitæ fuit, de quo epiſtolæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam*, & *Senecæ ad Paulum.* D. Auguſtinus epiſtol. 14.ad Macedonium circa medium ait; *Seneca, qui temporibus Apoſtolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum Apoſtolum epiſtolæ leguntur.*D. Linus Papa *in Bibliotheca Patrum lib. de Paſſione Pauli*, in cuius initio loquens de amicitia Pauli cum Seneca ait: *Inſtitutor Cæſaris* nempe Seneca *adeo fuit illi,*ſcilicet Paulo *amicitia copulatus, ut ſe à colloquio illius temperare vix poſſet, quominus ſi ore ad os illum alloquio non valeret, frequentibus datis, & acceptis epiſtolis, ipſius dulcedine, & amicabili colloquio, atque conſilio frueretur.* Idem affirmat Honorius Auguſtodunenſis *lib. de luminaribus Eccleſiæ.* Flavius Dexter vir magnæ auctoritatis, qui floruit tempore D.Hieronymi, cum quo habuit magnam amicitiam Anno Chriſti 64. ſic ait: *Lucius Annæus Seneca Cordubenſ, Hiſpanus, miſſis ultro citroque ad S. Paulum literis, de Chriſtiana re bene ſentit, factuſque Chriſtianus occultus, eius fuiſſe diſcipulus creditur; dulciterque ſcribit ad Paulum in Hiſpania morantem.* Quod multis defendit eius commentator Franciſcus Biviar. ibi.

700. Sixtus Senenſis *lib. 2. in ſua Bibliotheca* octo epiſtolæ Senecæ ad Paulum extant, & ſex Pauli ad Senecam; ſed hæ epiſtolæ ſunt falſæ,& fabuloſæ, ac fictitiæ, & ſtylus earum eſt omnino alienus à gravitate, ac ſanctitate Apoſtolica, fieri enim non poteſt, qui in ſumma humilitate ſemper verſabatur, & omnia mundi tanquam ſtercora reputabat, ut Chriſti ſervus, in quadam epiſtola dicat ad Senecam, ſe ex illius amicitia beatum reputari, *me arbitror tanti viri iudicio felicem.* In alia epiſtola monet Paulus Senecam, *ne ſuas epiſtolas Neroni oſtendat.* Generoſus animus Pauli omnes ſæculi poteſtates non timebat,maxime in cauſa propagandi Chriſti religionem,ergo dum eum tam timidum proponit alienum omnino eſt à veritate, ergo literas, quas refert Sixtus omninò ſuppoſititias eſſe, communis eſt ſententia, ut tenent Iuſtus Lipſius *de vita, & ſcriptis Seneca cap.*10.*in fine.*Benedict. Iuſti. *tom.*1.*in Paulum diſp.*2.*cap.*2. *num.*2. Baronius *tom.*1.*art.*80. Bellarm.*lib.de ſcript.Eccleſiaſt.in Lino.*

701. Dicendum eſt, quod inter D. Paulum, & Senecam fuerint aliquæ epiſtolæ, ſed ut ait Lipſius citatus, non ſunt hæ, quæ circumferuntur, ſed aliæ, quæ non ſunt, & omnino perierunt, quamquam auctoritas ſanctorum Patrum, non videatur multum adurgere Nam D. Hieronymus, & Auguſtinus dicunt *leguntur*, & illud non referunt ex propria ſententia, & quamvis dicatur quod ſanctus Linus ſcripſerit acta ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quæ extant in Bibliotheca, ut ibi in eorum præfatione notatur ex Bellar. narrat ibi Auctor multa de actibus ſanctorum Apoſtolorum, quæ vel falſa, vel dubia, & tale opuſculum ſancti Lini, non habet à veteribus teſtimoniũ, & ideo ſuppoſitum videtur.

Diximus tamen, quod inter D. Paulum, ac Senecam fuerunt aliquæ epiſtolæ, quæ non extant, ut tenent Lipſius citatus, Ioannes de Lahay, Biblia Maxima *tom.*13. *prolog.novi Teſtam ſect.*7.*cap.*1. Quia ſancti Patres,Auguſt. & D.Hieron. quamvis dicant, *leguntur*, non tamen repugnant, ſed quodammodo videntur approbare, & quod magis me mover eſt expreſſum teſtimonium *Lucij Dexteri,*vir conſularis antiquiſſimus, in multa æſtimatione habitus à D. Hieronymo, utpote eius contemporaneus & amiciſſimus, & forte aliqui viri docti contrarium tenuerunt,quia Lucium Dextrum non legerunt, qui paucis ab hinc annis in lucem eſt datus.

Ad Laodicenſes.

Scribens Apoſtolus Paulus ad Coloſſenſes *cap.*4.*num.*14. loquens de epiſtolis, ait: *Eam quæ Laodicenſium eſt, vos legite.* Unde aliqui, ut Philaſtrius *lib. de Hæreſibus c.* 90.dixerunt D. Paulum ſcripſiſſe epiſtolam ad Laodicenſes,& talem epiſtolam nomine Pauli ſcriptam ad Laodicenſes refert Sixtus *Senenſis lib.*2. *in Paulum*, ſed talis epiſtola ex ſuis terminis in ſtylo, gravitate, ac ſpiritu omnino aliena eſt à D. Paulo, & expreſſe hoc notat D. Hieron. *in Catalog. ſcript.Eccleſiaſtico* in Paulo ait,*legunt quidam epiſtolam ad Laodicenſes, ſed ab omnibus exploditur.* Marcion, & alij Hæretici putabant epiſtolam ad Epheſios eſſe ſcriptam ad Laodicenſes, de qno dixi ſupra *quæſt.*12. *num.*784. Theophylactus tamen putat primam epiſtolam ad Timoth. ex eo quod ſcripta eſt Laodice eſſe ſcriptam ad Laodicenſes, & ex ipſo contextu epiſtolæ manifeſte conſtat eſſe ad Timotheum.

Totam hanc difficultatem explicat, & dirimit Textus Græcus, cum ergo Apoſtolus ait *eam, quæ Laodicenſium eſt vos legatis.* Græcus ſic habet *eam, quæ eſt ex Laodicea*, nempe ad me ſcriptam, vos legatis, ac proinde præcipit ut epiſtolam, quam ad eum miſerunt,legant, ſicut vult Theodoretus, quam Laodicenſes miſerunt ad ipſos Coloſſenſes, in qua quædam habebantur, quæ maximè ad rem Coloſſenſium pertinebant, hanc Apoſtolus mandat legi. Ita D. Chriſoſtom. Syrus, Theodor. qui ait. *Non dixit Apoſtolus, eam, quæ eſt ad Laodicenſes: ſed eam, quæ ex Laodicea eſt, legite: illi enim de aliquibus rebus ad eum ſcripſerunt. Veriſimile eſt autem eos, vel ea accuſaſſe, qua fiebant Coloſſis, vel eodem morbo cum eis laboraſſe, & ideo dixit hanc quoque epiſtolam eſſe legendam.*

De aliis epiſtolis.

D. Ambroſius, D. Thomas, Baronius, 705.

D.Hieron. D.Auguſt. D.Linus. Bellarm. 702. Lipſius. Lahay. Honor.Aug. Flavius. Dexter. Biviar. Lipſius. Senen. Iuſtus. Lipſius. Iuſtin. Baron. Bellarm. Lipſius. 703. Philaſtrius Senenſ. D. Hieron. Theophyl. 704. Text.Græc Theodor D.Chryſ. Syrus.

D Ambroſ. D. Thom. Baronius. Iuſtin. Cornelius. *art.* 7. & quibus adhærent Benedictus Juſtin. Cornelius à Lapide, quod per duas epiſtolas ad Corinthios aliam ſcripſiſſe ad eos, quæ eſt prima, & prima apud nos eſt ſecunda, & noſtra ſecunda eſt tertia. Fundantur, quia

1. Corint. 5. Apoſtolus 1. *Corinth. cap.* 5. *num.* 9. ait: *Scripſi vobis in epiſtola: ne commiſceamini fornicariis.* Non ait ſcripſi vobis in hac epiſtola, vel ſcripſi vobis ſuperius, ſed ait *ſcripſi vobis*, ac proinde ſupponit aliam epiſtolam antecedenter à ſe ſcriptam. Deinde quia 2. Corinth. 10. num. 11. *Hoc cogitet, qui hujuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes*, ergo ſupponit eis non unam epiſtolam, ſed plures ſcripſiſſe.

706. D. Chryſ. Theodoret. E contra D. Chryſoſtomus, Theodoret. tenent Apoſtolum tantum duas epiſtolas, quas habemus ſcripſiſſe Corinthiis; quia illud, quod ait: *Scripſi vobis in epiſtola ne commiſceamini fornicariis.* Quod bene intelligitur de verbis ſcriptis in illa epiſtola, dixerat ſuperius in eodem capite loquens de inceſtuoſo. *Tollatur de medio veſtri, qui hoc opus fecerit.* Et iterum: *Expurgate vetus fermentum.* Illud autem quod ait per epiſtolas, eſt figurata locutio, plures ponuntur, pro una. Utraque ſententia ſatis probabilis: in hanc ſecundam magis inclino, quia Corinthij qui in magna æſtimatione habebant, quæ erant Pauli, ſicut cuſtodierunt duas epiſtolas, cuſtodirent alterã.

707. Origen. Fuerunt etiam aliqui, qui dixerunt Apoſtolum Paulum tertiam epiſtolam ſcripſiſſe ad Theſſalonicenſes; ſed Origenes in ſua epiſtola, quam teſte Ruffino ſcripſit ad amicos ſuos in Alexandria, appellat talem epiſtolam adulteram, & corruptam, fabricatam à ſuis inimicis.

QUÆSTIO XV.

Quare epiſtolæ D. Iacobi, Petri, Ioannis, ac Iudæ dicuntur Canonicæ, ſeu Catholicæ?

SVMMARIVM.

708 *Septem dicuntur epiſtolæ Canonicæ.*

709 *Quid ſit Catholicum, quid Canonicum.*

710 *Prima ſententia tenet dici Catholicas, quia non ad unam, ſed ad plures mittuntur, & impugnatur, & n.* 711

712 *Altera ſententia colligit rationem ex ſeptenario numero, ſed myſtica eſt.*

713 *Altera ſententia aſſerit dici Canonicas, ut diſtinguerentur ab aliis.*

714 *Vt uno nomine dicerentur.*

715 *Quia cum una, vel altera epiſtola ſit ab uno Auctore, ejus ſubſcriptio, & ſtylus non erat bene notus.*

716 *Epiſtolæ licet breves multis myſteriis abundant.*

717 *Ex dignitate Scriptoris Scriptura non habet primum locum.*

718 *Ratione temporis attenditur antecedentia.*

708. POſt epiſtolas Divi Pauli Septem ſequuntur epiſtolæ, una Divi Jacobi, duæ Divi Petri, tres D. Joannis Evangeliſtæ, una Judæ *Sylveira Opuſcula.*

Thadæi Apoſtoli. Quæ Epiſtolæ communiter à Sanctis Patribus, D. Hieronymo *Præfat. in epiſtolas Pauli* D. Athanaſ. *in Synopſi.* Epiphanio *hæreſ.* 19. Origene apud Euſebium *lib.* 6. *cap.* 26. D. Auguſtino *epiſtol.* 170. *ad Severin.* Theodoreto, Oecumenio, & aliis, dicuntur Canonicæ, ſeu Catholicæ. Tamen in noſtra vulgata ſolum epiſtolæ Jacobi, & Judæ habent præfixum nomen Canonicæ; hujus epiztheti rationem quærimus.

D. Hieron. D. Athan. D. Epiph. Origenes. Oecumen.

709. Omnes hæ ſeptem epiſtolæ ſunt Canonicæ, & in Canone Apoſtolorum de fide tenendæ, ut definitum eſt in Concilio Laodicenſi, Carthag. 3. *cap.* 47. Florentino, ac Tridentinò *Seſſione* 4. Advertendum deinde, quod Catholicum deducitur à nomine Græco, quod ſignificat *totum commune, ac univerſale*, ſeu quod per omnia verſatur, hinc Medici pharmacum Catholicum appellant medicamentum, quod inſervit ad omnes humores evacuandos. Ita Quintilianus *lib.* 2. *capit.* 14. Inde noſtra fides Chriſtiana, & ejus Sancta Eccleſia dicitur Catholica, quia ipſa eſt univerſalis, omnium gentium, locorum ac temporum, in quo maxime diſtinguitur à Synagoga antiqua, ac ejus lege, quæ tantum erat pro uno populo Hebraico, pro uno loco ſacrificandi in templo, & pro determinato tempore uſque ad adventum Chriſti, in quo eſt finita, & abolita. Ita D Auguſt. *citatus, & in epiſtola contra epiſtolam fundamenti, c.* 4. & in Pſalm. 65. *Iubilate Deo omnis terra* D. Hilar. *ad Conſtant. Imperatorem.* Beda *in c.* 6. *Cant.* Sanct. Pacianus *epiſt.* 1. *ad Simpron.* & latè Vincent. Lirinenſis *in auro Opuſculo contra prophanas hæreſum novitates.* Canonicum, ſeu *Canon* dicitur quod fidelibus tradit Apoſtolicam normam, ſeu regulam recte credendi, vivendi, ac agendi in minoribus, ac actionibus. Ad quæſtionem.

Conc. Laod. Carthag. Florent. Trident. Quintil. D. Auguſt. D. Hilar. Beda. Pacian. Lirinen.

710. Reſpondent. Primò Oecumenius, D. Iſidorus *lib. Etymolog.* Leontius *de Sect. Act.* 2. Euthymius, & frequenter omnes Recentiores. Juſtinian. Cornelius, Eſtius, qui Catholicarum his epiſtolis nomen affixum putant, quia non ad unam gentem, vel provinciam, velut Paulinæ, ſed generaliter ad omnes gentes deſtinantur.

Oecumen. D. Iſidor. Leont. Euthym. Iuſtin. Cornel.

711. Hæc ſolutio nunquam mihi potuit placere, nec in illa quieſcit animus: Nam Paulus licet ſcriberet Romanis, Gallis, tamen doctrina data erat pro omnibus; ſic ſcribens *Corinth.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. ait ſe loqui Corinthiis *Et cum omnibus, qui invocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, in omni loco ipſorum, & noſtro*, & 2. Corinth. 11. ait, *Inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum.* Deinde epiſtola ſecunda Joannis Miſſa eſt *ad Electam primariam fœminam.* Tertia epiſtola *ad Caium virum inſignem.* Et Epiſtola Jacobi Apoſtoli, ut conſtans eſt *omnium Doctorum* ſententia, ut patebit ex quæſtione ſequenti Miſſa eſt ad Hebræos converſos ad fidem, ſicut epiſtolæ Pauli erant ſcriptæ ad Romanos, vel Corinthios.

1. Cor. 1. 2. Cor. 11. 1. Ioan. 2. Ioan. Can. Iacobi

712. Doctor Pais *in cap.* 2. *Proœm. epiſtolæ Divi Iacobi*, & nonnulli alij volunt dici Catholicas, quia ſeptem ſunt, & ſeptenario numero complentur, ſeptenarius autem numerus omnem univerſitatem importat, ac proinde hæ

Pais.

ſeptem epiſtolæ dicuntur Canonicæ, ſeu Catholicæ, quia quandam univerſitatem important, ſed ratio eſt valdè myſtica, & non fundamentalis.

713. Lahay. Tertiò. Joannes de Lahay *tom. 1. in Biblia Maxima, in Prologomio novi Teſtamenti, ſectio. 8. cap. 1.* notat ex communi ſententia, ut advertunt D. Hieronym. *in Paulum, in Præfat.* Euſebius *lib. 5. cap. 17.* Quod Judæi, & Hæretici mittebant epiſtolas ad Chriſtianos converſos ad fidem, ut eos perverterent, ac ad ſuos errores traherent; è contra Sancti Apoſtoli, ac Sancti Patres, ut Clemens Romanus, Sanctus Ignatius, S. Polycarpus, & alij mittebant epiſtolas ad eos confirmandos, ac corroborandos in fide. Hoc ſuppoſito ait citatus Lahay, ut epiſtolæ miſſæ ab Apoſtolis ſpiritu Sancto dictante ab aliis diſtinguerentur, ideo peculiariter inter Cæteros haberentur, dictæ ſunt epiſtolæ Canonicæ, ſeu Catholicæ; ſed hoc ſuam difficultatem patitur, cur ergo epiſtolæ ſimili modo non dicuntur Canonicæ.

D. Hieron. Euſebius

714. Duas ſolutiones in hac re ſubjcio. Totum Teſtamentum vetus, & novum Canonicum, ac Catholicum eſt; & omnia, quæ ſunt in Teſtamento novo uno nomine dicuntur, verbi gratia, Evangelia, Epiſtolæ Pauli, Acta Apoſtolorum, Apocalypſis, cum autem hæ ſeptem epiſtolæ non habeat unum Auctorem, ſed quatuor *Iacobum, Petrum, Ioannem, & Iudam*, ut uno nomine dicerentur Canonicæ, vel Catholicæ ſunt appellatæ, & ut etiam diſtinguerentur ab aliis, quæ ſuppoſito nomine Petri, vel Joannis circumferuntur de quo infra

715. Ad ſecundam ſolutionem ſupponendum apud veteres fuiſſe ſoleminem conſuetudinem, ut etiam apud nos viget, quod in unaquaque epiſtola, ponatur ſubſcriptio proprij nominis, cujus eſſet, vel certa nota, ſeu ſignum, per quod illius Auctor cognoſcebatur, ut latè notat, ac oſtendit Simon Poſius *in Commentariis epiſtolis 1. ad Atticum.* Cum ergo D. Paulus quatuordecim epiſtolas ſcripſiſſet, & alias etiam; quæ non extant, ut dixi ſupra *quæſt. 14. num. 702.* Satis ejus ſubſcriptio, & nomen notum erat in mundo, deinde ſtylus, & modus loquendi aperte indicabit, quod eſſent Pauli, ſicut nos ſupra citata *quæſt. 14. n. 700. & 703.* cum communi ſententia diximus, quod epiſtolæ ad Senecam, & Laodicenſes ex modo loquēdi, ac ſtylo non ſint Pauli, ita ex ſubſcriptione, ac methodo dicendi deprehendebatur, quod eſſent illius. At epiſtolæ D. Jacobi una, ſicut & Judæ, & Petri una vel altera, ſicut & Joannis, & deinde eorum ſubſcriptiones, formæ ac modus dicendi non erant bene noti apud omnes, & ideo ut eorum ſancta, ac ſacra doctrina agnoſceretur ab omnibus, à ſanctis Patribus dictæ ſunt Canonicæ, ac Catholicæ.

Simon Poſius.

Hæc diximus de ſeptem epiſtolis Canonicis tanquam de eis in genere, de eorum excellentia, ac præclara doctrina, audi D. Hieron. *epiſtol. 103. ad Paulinum*, ſic ait: *Iacobus, Petrus, Ioannes Iudas ſeptem epiſtolas ediderunt tam myſticas, quas ſuccinctas, breves pariter, ac longas, breves, in verbis, longas in ſententiis, ut rarus ſit, qui in eorum lectione non cæcutiat.*

D. Hieron.

De ordine harum epiſtolarum.

D. Hieron. *in Prologo, qui in Bibliis Regis habetur*, ait quia Petrus primus eſt in ordine Apoſtolorum, primæ ſunt epiſtolæ ejus in ordine. Cæterum. D. Auguſt. *lib. de fide, & prophetia*, & Concil. Trid. *ſeſſ. 4.* ſic refert, Petri Apoſtoli duæ, Joannis Apoſtoli tres, Jacobi Apoſtoli, una, Judæ Apoſtoli una. Tamen in Bibliis correctis primo ponuntur epiſtola Jacobi deinde Petri, Joannis ac tandem Judæ, & merito ſanè: nam Scriptoris dignitas non ſufficit, ut ejus Scriptura præcedere debeat; ſicut nec inter Evangeliſtas, quamvis Joannes multum præcedat cæteris in gradu Apoſtolico, dignitate, ac prærogativis, tamen in ordine Evangeliorum ei præcedunt D. Matthæus, Marchus, & Lucas. Quia tamen omnium poſtremus Evangelicam doctrinam conſcripſit, ideo ultimum locum citra ullam injuriam occupat.

717. D. Hieron. D Auguſt. Trident.

718. Proindéque attento ordine temporis, recta eſt ſeries epiſtolarum: nam ſi Auctor hujus epiſtolæ eſt Jacobus Zebedæi, ſeu major, ut multorum eſt ſententia, cum mortuus ſit uno anno poſt Chriſtum juxta Lucium Dextrum ſcripta eſt anno Chriſti 37. & ait ipſe Dexter ibi n. 7. *Qua fuit prima Scriptura novi Teſtamenti, Apoſtolo tanto digna.* Ac proinde multo ante Petrum, & Joannem, tempore: ſi ejus Auctor eſt Jacobus Alphæi, ſeu minor. Hic Iacobus mortuus eſt ſex annis ante Petrum, & 36. ante Joannem Evangeliſtam: nam Sanctus Jacobus martyrio coronatur anno 65. Chriſti. Petrus autem martyrio laureatur anno 69. Joannes vero feliciter obdormit in Chriſto anno 100. vel ut alij volunt 101.

Dexter.

QUÆSTIO XVI.

De Epiſtola B. Iacobi Apoſtoli.

SUMMARIUM

719 *Hæretici negant hanc epiſtolam eſſe Canonicam.*
720 *Catholica fides fatetur eſſe Canonicam.*
721 *Duplex eſt Iacobus, unus Zebedæi, alter Alphæi.*
722 *Prima ſententia pugnat pro Zebedæo, & num. 723.*
724 *Secunda, & vera pro Iacobo Alphæi, & probatur, & num. 725. 726. 727. 728. 729.*
730 *Scripta Græco idiomate.*
731 *Scripta poſt epiſtolam Pauli ad Romanos.*
732 *Circumferuntur aliqua ſcripta falſo nomine Iacobi.*
733 *Liturgia, ſeu Miſſa dicta D. Iacobi.*

Epiſtola Canonica.

719. Lutherus. Brentius. HAnc epiſtolam non eſſe Canonicā impiè aſſerunt Lutherus, Brentius, & alij ejus ſequaces, quia hæc epiſtola maximè adverſatur eorum doctrinæ, quæ tenet nos ſolum fidei juſtificari: quam impiam doctrinam Apoſtolus condemnat in hac epiſtola dicens. *Fides ſine operibus mortua eſt.* Ut etiam Paulus tenet *Rom. 3.*

Rom. 3. Eraſm. Caietanus. *Rom. 3. num. 28.* Eraſmus hoc loco aſſerit eam non redolere gravitatem Apoſtolicam. Caietanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis videtur dubitare de eius auctoritate.

720. Milevitan. Carthagin. Florentin. Tridentin. Innoc. III. D.Dionyſ. D.Ephrem. D. Auguſt. D.Cyprian. D.Nazianz. D.Chryſoſt. D.Damaſc. D.Athanaſ. D. Hieron. Bellarmin. Tamen epiſtolam eſſe Canonicam, de fide eſt. Ita docent, & tenent Concilium Milevitanum *Can.* 7. Carthaginenſe III. *cap.* 47. Florentinum & Trident. *ſeſſione* 4. Innocent. I. *in Canone Sancti Patres*: communiter etiam Antiquiſſimi Divus Dionyſius Areopagita *de divinis nominibus.* D. Ephrem. *ſermone de pœnit.* D.Auguſt. *in Pſalm.* 31. *Concil.* 1. Cyprian. *lib. ad Novat.* D. Gregorius Nazianz. *Orat.* 26. D.Chryſoſt. *lib.* 3. *de Sacerdotio.* D. Damaſcen. *lib.* 4. *de fide, cap.* 20. S. Athanaſius, D.Epiphan. S.Hieronymus, & alij multi, quos citat, ac ſequitur Bellarm. *lib.* 1. *de Verbo Dei, cap.* 18. ubi octo argumenta, quæ Lutherani contra hanc epiſtolam obiiciunt, diſſolvit, & confutat; & hanc veritatem etiam tenent, & fatentur multi Hæretici, Calvinus *lib.* 3. *Inſtit. cap.* 17. §. 11. & 12. & ait: *Ego quia nullam eius repudiendæ cauſam ſatis juſtam video libenter eam ſine controverſia amplector.* Ei adhærent omnes eius ſequaces Beza, Vvitacherus *lib.* 1. *q.* 1. *c.* 16.

Auctor hujus epiſtolæ.

721. Actor. 12. Galat. 1. Marc. 15. Cum certum ſit de fide contra Lutherum hanc epiſtolam Canonicam ſcriptam fuiſſe à B. Iacobo Apoſtolo; & cum duo ſint inter Apoſtolos, qui Iacobi vocati ſint; unus Zebedæi filius, Ioannis Evangeliſtæ frater ab Herode occiſus *Actor.* 12. *num.* 2. Totius Hiſpaniæ protector, qui cognominatur Major. Alter dicitur Iacobus Alphæi, qui & frater Domini nominatur. Ad Galat. 1. num. 19. *Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacobum fratrem Domini.* Dicitur autem Iacobus Minor à S. Marco *cap.* 15. *num.* 40. ſive quia ætate Iunior erat, ſive quia vocatione poſterior venit, ut dixi loco citando, Dicitur Alphæi, ſive Cleophæ filius, & etiam Simonis, ac Iudæ Thadæi, ac Ioſeph, qui cognominabatur Iuſtus, frater. De utriuſque laudibus jam egi *tom.* 2. *in Apocal. cap.* 21. *de Iacobo Zebedæi, qu.* 26. de Divo Iacobo Alphæi, ſeu Minori ibidem egi *q.* 32. Hoc poſito.

722. Alph. Rex. Bergomen. Forra. Honcula. Michaël. Prima ſententia Actorum huius epiſtolæ fuiſſe Iacobum Zebedæi, ſeu Majorem, pro qua pugnant multi graviſſimi Auctores Hiſpanici, Alphonſus Caſtellæ, & Legionis Rex cognomento Sapiens *Liber dictus Theſaur. cap.* 7. Philippus Bergomen. *in ſupplemento ad annum* 43. Sebaſtian. Forra, Auguſtin. 2. *part. diſcurſ. Prædicat.* Honcula *in Geneſim, cap.* 21. Michaël de Erze, *in libro Prædicationis Sancti Iacobi, part.* 2. *tract.* 2. *cap.* 2. Franciſcus de Bivar *in Commentar. Dextri citandi.* Rodericus Caro Hiſpalenſis, *in Commentario eiuſdem Dextri* in eiuſdem defenſione. Et hanc ſententiam probabilem dicit Gaſpar Sanchez *tractatu ſancti Iacobi in Hiſpaniam, p.* 3. *cap.* 12.

Bivar. Caro. Sanchez.

723. Luc. Dexter Probántque hanc ſententiam, quia Miſſa Muzarabicana quæ Magnæ auctoritatis eſt, & ordinata à Sancto Iſidoro, apertè hanc epiſtolam tribuit Beato Iacobo Zebedæi. Probántque ſecundo ex Lucio Dextro Auctore graviſſimo eiuſdem ætatis cum Divo Hierony-

mo, qui agens de Hiſpania, ait, *Multi ibidem Iudæi convertuntur* ex duodecim tribubus migrationis, ex Babylonia, quibus & ibi prædicavit, & præcipuè Canonicam illis mittit epiſtolam, quæ incipit: *Iacobus Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſervus duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, quæ fuit prima Scriptura novi Teſtamenti.* D. Iſidorus *libro de vita, & obitu Patrum, cap.* 71. citatur etiam pro hac ſententia Sixtus III. Pontifex Maximus *de malis Doctoribus*, quæ extat *tom.* 5. *Biblioth. Sanctorum Patrum*, ſed ut bene notat ibi Doctores Pariſienſes *in editione ultima*, & Bellarm. *de Scriptoribus Eccleſiaſt.* Baronius, & alij, epiſtola illa falſo tribuitur Sixto III. Pontifici. Multum ſapit Pelagianos, omnia enim tribuit libero arbitrio, & gratiæ nihil; aſtruitque etiam hominem poſſe vivere ſine omni peccato; totumque opus plenum eſt erroribus Pelagianorum. Ad D. Iſidorum dicimus, quod Baronius ad annum 633. tenet illud opus non eſſe legitimum fœtum D. Iſidori, ſicut multi idem affirmant de opere Lucij Dextri, tamen bona pars Doctorum contrarium tenet.

D.Iſidor. Sixtus III. Pariſ. Bellar. Baron.

724. Euſebius. D.Hieron. Nicephor. Clemens. D.Chryſ. Theodor. Beda. Lyra. Gloſſa. Pais. Secunda ſententia verior, ac probabilior eſt graviſſimorum Patrum Euſebij Cæſarien. *lib.* 2. *Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 23. D. Hieron. *de Scriptor. Eccleſiaſt.* Nicephori Caliſti *lib.* 2. *Hiſtor. cap.* 26. S. Clementis *lib.* 2. *Conſt. Apoſtolicar.* D. Chryſ. Theodor. Bedæ, Lyrani, Gloſſæ, Salmeiron, Gaſparis Sanchez, Bellar. Bened. Iuſt. Cornel. inſignis Doctoris Balthaſaris Pais Luſitan. ac Benedict. Iuſt. Cornel. à Lapide, Suarez *tom.* 2. *ad* 3. *p. diſp.* 5. *ſect.* 4. Ioannes de Lahay *in Prolog. novi Teſtamenti, ſect.* 9. *cap.* 2.

725. Trident. Probatur hæc ſententia; & primo auctoritate Concilij Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 1. *de extrema Vnctione*, & ait: *Verè, & propriè Sacramentum novi Teſtamenti à Domino noſtro Ieſu Chriſto, apud Marcum quidem inſinuatum, per Iacobum autem Apoſtolum, & Domini fratrem, fideliter commendatum, ac promulgatum; infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros.* Tunc ſic Concilium loquitur de hac epiſtola Canonica, in qua promulgatur Sacramentum extremæ-Unctionis, ſed hoc Sacramentum dicitur commendatum *per Iacobum fratrem Domini*, ſed ſolus Iacobus Alphæi, & non Iacobus Zebedæi dicitur frater Domini, ut vidimus, ergo juxta Concil. hæc epiſtola ſcripta eſt à Iacobo Alphæi.

726. Caliſt. Papa Reſpondent adverſarij primò, quod Concilium tantum intendebat ibi diffinire Sacramentum extremæ-Unctionis eſſe verè Sacramentum inſtitutum à Chriſto Domino, in Conciliis autem illa ſolum ſunt de fide, quæ dicuntur diſpoſitive, non verò annuntiativè per hæc, vel illa verba. Deinde etiam Iacobus Zebedæi ab aliquibus frater Domini; ſic ait Caliſtus Papa ſecundus, *ſerm.* 1. *de ſanct. Iacobo*, qui habetur *tom.* 15. in Bibliotheca editionis Colon. ait: *Qui ſquis aut Iacobum Zebedæi, aut Iacobum Alphæi fratrem Domini appellat, verum dicit.*

772. Sed contra, eum appellat fratrem Domini ſolum, quem Scriptura, ac Eccleſia, Romana dicit fratrem Domini, ſed ſolum Iacobum Alphæi Scriptura nuncupat fratrem Domini, ut patet ex citato loco Pauli, &

Trident. etiam Eccleſia Romana prima die Maij dicens *Iacobus Frater Domini*, ergo cum Scriptura, & Eccleſia Romana ſolum Jacobum Alphæi, & non Zebedæi dicat fratrem Domini, cum Concilium dicat Jacobum fratrem Domini intelligit, Jacobum Alphæi, & non Zebedæi.

728 Secundo probatur ex Breviario Romano prima die Maij in ſexta lectione ad finem, ita habet de ſancto Jacobo Alphæi: *Unam ſcripſit epiſtolam, quæ de ſeptem Canonicis eſt.* Breviarium autem Romanum multoties à ſacra Congregatione Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium, cum multis Viris Doctiſſimis adhibitis multis vetuſtiſſimis, ac veriſſimis munimentis eſt recognitum, examinatum, & approbatum; & unum ex potiſſimis fundamentis, quod Beatus Jacobus Zebedæi prædicaſſet in Hiſpania, ac quod corpus eius requieſcat in Compoſtella, illud communiter aſſignatur, quod ita teneat, ac decantet Breviarium Romanum, ut

Breviar. Roman.

Mariana. Morales. Carthag. Irinæus. Thomas à S. Ioſeph. tenent Mariana, Morales, Carthagena, Irinæus à ſancto Jacobo, Thomas à ſancto Joſeph, quos adduxi, & citavi *Opuſcul. 1. Reſolutio 1. quæſtione prima, numero quinto*, Hiſtoriæ, quæ habentur in Breviario, ſunt tanquam Hiſtoriæ Canonizatæ, ut declarat ſacra Congregatio, ac ſacra Rota, ut citato loco dixi *num. 4.*

729. Probatur tertiò, quia hæc epiſtola eſt paſtoralis ſcripta Judæis ex duodecim tribubus diſperſis, atqui Beatus Jacobus fuit Jeroſolymæ creatus Epiſcopus, ac ſpecialis Apoſtolus, ac prædicator gentis Judaïcæ, & non gentium; ergo hæc epiſtola eſt ei tribuenda; maximè cum ipſe eſſet fidei columna, ut eum appellat Paulus *Galat. 2. num. 9.*

Galat. 2.

Actor. 12. Unde cum ſe Petrus vidiſſet è carcere liberatum nuntium miſit ad Jacobum *Actor. 12 numero 17.*

Quo idiomate, ac tempore hæc epiſtola ſcripta eſt?

730. Cùm D. Jacobus eſſet Hebræus, & ſcriberet ad Hebræos per orbem diſperſos, ſcriptam eſſe videretur Hebraïcè. Tamen communis eſt ſententia, quod ſcripta fuiſſet Græcè, ut tenet communis ſententia. Lingua enim Græca tunc erat valdè communis, ac vulgaris apud omnes; & ideo Judæi promiſcuè utebantur verſione Græca Septuaginta, ac Text. Hebraïco; ſicut & Joſephus, & Philo circa utramque lectionem citant prophetias veteris Teſtamenti. Deinde etſi Divus Jacobus ſcriberet hanc epiſtolam primario ad Hebræos, tamen ſecundario ſcribebat ad omnes gentes. Deinde quia ut

Ioſephus & Philo.

D. Athan. ſcribit Sanct. Athanaſius *in Synopſi*, quod D. Jacobus tranſtulit Evangelium D. Matthæi, ex Hebræo in Græcum, tanquam in univerſalius idioma, ſicut Petrus, Joannes, & S. Judas, ac Paulus, excepta illa, quæ eſt ad Hebræos, ut ſupra dixi *queſt. 13. num. 693.* Græcè ſcripſerunt.

731. Circa tempus, quo fuit ſcripta, nihil certum de hac re dicere poſſumus, illud tamen certum quod literis data poſt epiſtolam ad Romanos, quam Apoſtolus miſit anno Chriſti 58. ut ſuprà dixi *quæſtione 18. numero 682.* nam ut tenent Bellarminus, Cornelius à Lapide, Eſtius, Lahay citatus *ſection. 8. capite 2.* Jacobus habuit occaſionem ſcribendi ſuam epiſtolam, quia multi ex doctrina Pauli malè, & ſiniſtrè intellecta *ad Roman. 11. 12. 13.* cogitabant, ut poſtea malignè excogitavit Lutherus, quod ſola fides ſufficeret ad ſalutem, inde Iacobus ſcribens hanc epiſtolam ait, quod *ſola fides ſine operibus mortua ſit*; ut jam notavi in principio quæſtionis.

Bellarm. Cornel. Eſtius. Lahay.

An plura alia ſcripſerit D. Iacobus.

732. Affirmat Sixtus Senenſis *lib. 2. Bibliothec. Sanctæ* Tirulo *Iacobus*; & ſic ait, *Iacobus frater Domini, Auctor eius epiſtolæ, quæ inter ſeptem Canonicas connumeratur, pleraque magnæ ſanctitatis ſcripta reliquit, in quibus excellit Evangelium, quod à quibuſdam Evangelium Iacobi, à quibuſdam ſecundum Hebræos inſcribitur, cuius ſæpè meminit Origenes, cui & Hieronymus, qui illud ex Hebræo in Græcum tranſtulit, egregium præbet teſtimonium in Catalogo Scriptorum.* Sed hoc Evangelium Iacobi, ſicut & alia novem, quæ circumferebantur, nomine Thadæi, Divi Thomæ, Bartholomæi, ac Philippi reprobat Gelaſius Papa *in ſuo Canone ut apochrypha*, quatuor ſunt tantum Evangelia vera, & legitima, ut probavi *tom. 1. in Evangel. in præfat.*

Sixtus Sen.

Gelaſius.

733. D. Athanaſius *in Synopſi*, ſcribit D. Iacobum Evangelium Matthæi Hebraïcè conſcriptum, primum omnium ut verus paſtor, ac præſul traduxit in Græcum. Extat etiam quædam hiſtoria conſcripta ab Hæreticis noſtrorum temporum, typis excuſſa, quæ dicitur Prothoevangelium Iacobi Hebræorum, & ſermo hiſtoricus de Nativitate Deiparæ uſque ad Adventum Magnorum, in quo multa falſa, ſiniſtra, ac iniqua continentur, & ideo ut fœtus Hæreticorum damnandus, ac reprobandus eſt.

734. Fertur etiam in uſu apud Græcos quædam liturgia, ſeu divina Miſſa, cujus initium eſt, *Peccatorum multitudine, iniquitatum*, quam ut veram & germanam Iacobi Scripturam retinuit, & accepit Proculus Conſtantius Archiepiſcopus, qui in Synodo Epheſina adverſus Neſtorium firmiter, ac conſtanter pugnavit. Tamen Concilium univerſale cognomento in Trullo *ſub Iuſtiniano celebratum*, refellit, ac reiicit ex hac Miſſa perverſum dogma Hæreticorum aſſerentium in Miſſæ myſterio vino tantum eſſe utendum: nam Iacobus Apoſtolus, ac divinitus univerſalis traditio Eccleſiæ tenent, divinum poculum ex vino permiſto aqua celebrandum.

Conſtant.

Concilium.

Quæstio XVII.

De Epiſtolis D. Petri Apoſtoli.

SVMMARIM

735 *Prima epiſtola D. Petri Canonica.*

736 *Auctor*

736 *Auctor illius D. Petrus primario eam ſcribit ad Iudæos converſos, ſecundario ad gentes, quæ ſuſceperunt fidem.*

737 *Epiſtola ſcripta eſt Romæ anno 45.*

738 *Scripta eſt Græco idiomate.*

739 *De ſecunda epiſtola dubitarunt aliqui, de fide certum eſſe Canonicam, & num.740. 741.*

742 *Auctor huius ſecundæ eſt D. Petrus: ſcripſit contra Simonem Magum jam proximè martyrio laureandus.*

743 *Obiectio ex diverſo ſtylo nihil concludit.*

744 *Has epiſtolas D. Petri poſtulabat D. Bonifacius, ut literis aureis ſcriberentur.*

745 *Aliqua opera nomine D. Petri, ut adulterina, & aliena ab eo reiiciuntur.*

Prima Epiſtola.

735. DE magnalibus D. Petri, iam aliqua prò noſtra tenuitate dixi *tom. 2. in Apoc. c. 21. quæſt. 24.* Nunc vero agimus de eius epiſtolis. Quoad primam epiſtolam certum eſt apud Euſebius. Omnes, eſſe Canonicam, ut teſtatur Euſebius *lib. 3. Hiſtor. cap. 3.* & ideo omnia Concilia Generalia, ac Sancti Patres, qui de libris Canonicis agunt, eam annumerant, & reponunt inter ipſos libros Canonicos, quos ſatis latè, Iodocus. ac diffusè adducit, & citat Iodocus Coctius *in Theſauro Catholico, tom. 1. lib. 6. p. 720.*

739. Auctor illius eſt D. Petrus, ut ſtatim in primo verbo legitur *Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti*, qui pro ſui muneris ratione, Iudæos, qui in variis regionibus diſperſi, Chriſtiana ſacra ſuſceperunt, partim conſolatur, partim in fide ſuſcepta confirmat: nam hæc epiſtola primario ſcripta eſt ad ipſos Chriſtianos, qui ex Iudaïſmo converſi erant, & diſperſi per Pontum, Galileam, Cappadociam, Aſiam, & Bithiniam ut patet ex *cap. 1. n. 1.* cóſque in ſuis perſecutionibus corroborat in fide, ut patet *n. 6.* & notant Euſebius *lib. 3. Hiſtor. c.* 4. D. Athan. *in Synopſi.* D. Hier. *de ſcript. Eccleſiaſt. in Petro.* Dydamus, Oecumen. Beda, Caietan; Hugo, Titelman. Hi enim fuerunt primi Chriſtiani, quos Petrus prædicando convertit ad fidem. *Actor. 2. n. 41.* & *Actor 5. n. 14.* Secundario hanc epiſtolam ſcripſit D. Petrus ut univerſalis Paſtor totius Eccleſiæ ad Chriſtianos ex Gentilitate converſos ad fidem. Quorum vocationem oſtendit *cap. 2. numero nono*, & eam ex *Oſee* confirmat *num. 10.* quod etiam inſinuavit *cap. 1. n. 18* & *cap. 4.*

Euſebius. D. Athan. D. Hieron. Dydamus. Oecumen. Beda. Caietan. Hugo. Actor. 2. Petri c. 2.

737. Hæc epiſtola ſcripta eſt Romæ, quam Babyloniam appellat *cap. 5. num. 13.* quia plena erat confuſione idolorum, ac Gentium, & miſſa eſt ad ipſos converſos ad fidem, per *Silam*, ſive *Silanum*, ut patet ex *cap. 5. num 12.* qui ex Roma deferens literas Petri in Orientem, invenit Sanctum Paulum, illique prædicationis comes adhæſit 1. *Theſſal. 1. num. 1.* ut ibi notant D. Hieron. Oecumen. & alii. Hæc autem epiſtola ſcripta eſt ad annum Nativitatis Chriſti 45. Ipſe enim D. Petrus tranſtulit Cathedram Pontificiam ex Antiochia ad Romam, idque patet, quia cum Petrus ſcriberet hanc epiſtolam ſecum habebat Marcum, quem *n. 13.* ſalutantem fideles introducit; Sanctus autem Marcus à Roma diſceſſit miſſus à D. Petro in Alexandriam anno 45. cum prius Romæ ſcri-

1. Theſſ. 1. D. Hieron. Oecumen.

pſiſſet ſuum Evangelium, ut ſupra diximus. Quare hæc epiſtola ſcripta eſt ante omnes epiſtolas D. Pauli, ut patet ex ſupra dictis *q. 12. à num. 777.*

738. Quo autem idiomate fuerit ſcripta maximè dubitatur. D. Hieron. videtur innuere ſcriptam Hebraicè, & à Sancto Marco in Latinum converſam. Sed D. Hieronymus tantum aſſerit D. Hieron. D. Petrum variaſſe ſtylum, de hac prima in ſecundam, in qua diverſus eſt ſtylus, quod eſt verum, ut ſtatim dicam, etiamſi Hebraïce, vel Græcè fuiſſet ſcripta; cum ergo hæc epiſtola ſit literis data ad eos, qui per diverſas regiones verſabantur, Ponticos, Cappadoces, Bithinos, Aſianos, communis ſententia, eſt quod fuerit ſcripta Græca lingua, quæ maxime erat communis, & vulgaris etiam apud Iudæos, extra Iudæam degentes.

Secunda Epiſtola.

739. De eius auctoritate pauci aliqui antiqui anonymi, atque ignoti dubitarunt, ut teſtatur Euſeb. *lib. 1. Hiſtor. cap. 25. ſub finem*, & hoc noſtro ſæculo Lutherus, Eraſmus, & alii huius farinæ, quorum fundamentum eſt, quia hæc epiſtola maxime diſcrepat in ſtylo à prima; accedit quod in Syriaco non extat, ergo videtur reiici à Canone librorum.

Euſeb. Luth.

740. De fide tenendum eſt hanc ſecundam epiſtolam D. Petri eſſe Canonicam, Sanctam, & Catholicam. Ita definitum eſt in multis Conciliis Carthag. III. *cap. 47.* Concil. Florent. Trident. *ſeſſ. 4.* Hancque veritatem amplectuntur communiter omnes Sancti Patres tam Orientalis, quam Occidentalis Eccleſiæ. Cyrillus Hieroſolymitan. *Cathec. 4.* Divus Hippolitus Martyr. *ſermone de Antichriſt.* D. Athanaſius *in Synopſi.* D. Nazianzenus *in Carm. de ſcripto*, D. Epiphan. *hæreſ. 76.* D. Chryſoſt. *in Pſalm. 4. & 13.* D. Hieron. *epiſt. 150. q. 11.* D. Damaſcen. *in Parallelis.* D. Gregor. *homil. 18. in Ezechielem*, ubi apertè aſſerit eſſe germanam Sancti Petri epiſtolam. Ita Auguſtin. Ambroſ. Origenes, & alij. Ad fundamentum adverſariorum infra reſpondebo.

Carthag. Trident. D. Cyrill. D. Hippol. D. Athan. D. Nazian. D. Epiph. D. Chryſ. D. Hieron. D. Damaſc. D. Gregor. D. Auguſt. Origens.

741. Auctor hujus epiſtolæ eſt Sanctus Petrus, ut ſtatim in prima fronte dicitur, *Simon Petrus, ſervus, & Apoſtolus Ieſu Chriſti*, & *verſ. 18.* teſtatur ſe cum Joanne, ac Jacobo interfuiſſe in monte, & audiſſe vocem delapſam à Deo Patre, & cap. 3. n. 1. *Hanc vobis chariſſimi ſecundum ſcribo epiſtolam.* Ergo apertè ſupponit ſe jam primam ſcripſiſſe, & eodem capite num. 15. *Sicut chariſſimus Frater noſter Paulus ſecundam ſapientiam ſibi datam ſcripſit vobis.* Appellat Paulum Fratrem, ac ejuſdem muneris collegam, quod nullus alius niſi Apoſtolus auderet de ſe affirmare.

2. Petr. 3.

742. Scripſit autem D. Petrus hanc epiſtolam contra Simonem Magum, ac alios Hæreticos, qui inde erant prodituri, ut fuerunt Valentinus, Menander, Baſilides, &c. Supremus Chriſti Vicarius brevi moriturus, ut ipſe exprimit cap. 1. num. 14. *Certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei.* Hanc ultimam Cygneam dat vocem, ultimum vale dicens Eccleſiæ, ac ſuis fidelibus, & ovibus, oſtendens erga eos ſuam eximiã charitatem, ac ſollicitudinem, tanquam in pignus ſui paſtoralis amoris relinquens,

2. Petr. 1.

ante quam martyrio eſſet laureatus, quod accidit anno Chriſti 69. ergo poſt primam, hanc ſecundam ſcripſit ferè 24. annis: nam primam ſcripſit anno Chriſti 45. Hinc deducitur hanc ſecundam epiſtolam ſcriptam ex carcere Mamertino, ubi fuit Apoſtolus per novem menſes.

743. D. Hieron. Ad id, quod objiciunt Hæretici ex diverſo ſtylo, nondum facilè diſſolvit D. Hieronymus *Epiſtola* 105. *ad Edibiam, quæſt.* 11. & ſic ait: *Duæ, quæ feruntur epiſtolæ Petri ſtylo inter ſe, & charactere diſcrepant, ſtructuráque verborum; ex quo intelligimus pro diverſitate rerum diverſis eum uſum interpretibus, prioris namque epiſtolæ fuit Marcus, ut patet ex* capite 5. num. 11. & 13. *Hujus vero poſterioris videtur fuiſſe Glaucias, cujus meminit Alexandrum lib.* 7. *Stromatum.* Ac proinde pro diverſitate Interpretum diverſus potuit eſſe ſtylus; & valdè frequens eſt uſus apud rectè ſcribentes, ut pro rerum, locorum, temporum, ac perſonarum varietate, nunc grandiori, nunc humiliori dicendi charactere utantur, & frequenter ſenes diverſum ſtylum aſſumunt ab eo, quem obtinuerunt in juventutis flore, & D. Paulus diverſa methodo ſcribit ad Hebræos, ac ad alios. Unde hæc epiſtola multum differt à cæteris Divi Pauli, & hæc epiſtola D. Petri non multum differt à prima, utraque plena eſt charitate, ac vigilantia ſuper oves. Ad confirmat. ex Syriaco Textu S. Ephrem, & S. Damaſc. uterque Syrus hanc epiſtolam ut Canonicam recipiunt, & venerantur, & eſſe tranſlatam ex Syro in Latinum à Balthaſare Etxelio teſtatur Poſſevinus in apparatu.

Clem. Alex. S. Ephrem. D. Damaſc. Poſſevinus.

Opera D. Petri in multa æſtimatione, & an alia ſcripta ab eo.

744. Bonifac. Sanctus Bonifacius primus Moguntiæ Epiſcopus, & Germaniæ dictus Apoſtolus, ad quam à Gregorio ſecundo miſſus ad fidem prædicandum, & multos ad Chriſtum lucratus eſt, & tandem in Phriſia martyr occubuit, de quo *Martyrolog. Romanum* 5. *die Iunij*: in tanta æſtimatione habebat D. Petri epiſtolas, ut eas aureis literis poſtulaverit ſibi deſcribi ab Eadburga Abbatiſſa, ut conſtat ex ejus epiſtola, quam adducit Baronius *tom.* 9. *pag.* 39.

Baronius 745.

Antiquitus quinque libri nomine D. Petri circumferebantur, ſcilicet *Acta, Prædicatio, Evangelium, Apocalypſis, & Iudicum.* Sed talia opera eſſe ſuppoſita, & fœtum omninò à Divo Petro adulterinum, teſtatur D. Hieron. *de ſcriptor. Eccleſiaſt. in Petro*, & Ruffinus etiam *in expoſit. Symboli.* Sic & Similiter *itinerarium D. Petri*, ſub nomine Sancti Clementis editum, inter Apocrypha annumerat Gelaſius Papa *diſt.* 15. *cap.* 5. *Romana.*

D. Hieron. Ruffinus. Gelaſius.

Quæstio XVIII.

De Epiſtolis B. Ioannis Apoſtoli.

SUMMARIUM.

747 *Prima epiſtola Ioannis ab omnibus recepta & tanquam Sol fulget inter alias.*

748 *Quare D. Ioannes in hac epiſtola tacet ſuum nomen, & n.* 749.

750 *Ad Epheſios, vel Parthos ſcripſit.*

751 *De tempore, quo ſcripſit.*

752 *Tres fuerunt Ioannes, ſed Ioannes Marcus, & Presbyter diſtincti ab Evangeliſta, & num.* 754. 755.

756 *De fide, Ioannes Evangeliſta Auctor harum Epiſtolarum, & n.* 757.

758 *Electa nobilis matrona pauperes alebat, ac recipiebat, & n.* 759.

760 *Caïus hoſpitio recipiebat Chriſtianos, & Apoſtolos Paulum, & Ioannem, & numero* 761.

Epiſtola prima.

DE hoc magno, ac præclariſſimo Apoſtolo, & Evangeliſta multa dixi *tom.* 5. *in Evangelia, lib.* 9. *cap.* 8. *per totum*, & *tom.* 6. *in Evangel. Ioan. cap.* 21. & *tom.* 1. *in Apoc. cap.* 4. *quæſt.* 31. & *tom.* 2. *in Apocal. cap.* 21. *quæſt.* 27. Quæ videnda ſunt; nunc vero de epiſtolis ab eo ſcriptis dicendum. 746.

Hanc primam epiſtolam Joannis illius propriam, & germanam ab omnibus habetur receptum, ut teſtatur D. Hieron. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Ioanne*, que veluti Sol in medio Planetarum reſplendet: nam tres ſuper ſe habet; & totidem ſub ſe Planetas; itaque hæc prima epiſtola inter alias Canonicas, tanquam Sol fulgentiſſimus corruſcat, habet ante Jacobi unam, & Petri duas; at vero poſt ſe duas alias habet à ſe conſcriptas, & tertiam Judæ Apoſtoli fratris Jacobi, & omnes ſuos fulgentiſſimo ſplendore maximè illuſtrat. Epiſtola hæc à Patribus, ac Conciliis ut Canonica ſine ulla controverſia recipitur, & veneratur, & hoc privilegio gaudet, ſicut *prima Petri*; quod nullus de ea dubitare, vel jam negare auſus eſt. 747. 1. Petr.

Quare hic D. Ioannes ſuum nomen non exponit?

Ut in duabus epiſtolis ſequentibus ſecunda nempe, & tertia, ad quod reſpondet D. Gregorius Magnus, quod in libris Canonicis non ſit requirendus Auctor, cum illorum principalis ſit Spiritus ſanctus, ſic ait S. Doctor Præfat. in Job cap. 1. *Cum Auctor libri Spiritus ſanctus fideliter credatur; ipſe igitur hæc ſcripſit, qui hæc ſcribenda dictavit. Si magni cujuſdam viri ſuſceptis epiſtolis, legeremus verba, eáque quo calamo ſcripta quæramus, ridiculum eſſet*, &c. 748. D. Gregor.

Deinde tres rationes peculiares ſubjicio. Primo noſter Evangeliſta in ſecunda, & tertia epiſtolis ſequentibus, non ſe ipſum exprimit ſub nomine Joannis, ſed ſub nomine Senioris: *Senior Electæ Dominæ*, & in tertia *Senior Caio Clariſſimo.* Sic etiam in hac prima ait cap. 2. *Filioli mei hæc ſcribo vobis.* Cum filiolos appellat, ſe Seniorem dicit, & ideo ſuperfluum fuit tale nomen apponere. Secundò. D. Joannes præſentem epiſtolam, non tam ſuo nomine, ſed tanquam ex communi Apoſtolorum ſententia ſcribit, & ideo in plurali ſemper loquitur. Incipiens: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod* 749. 1. Ioan. 2. 1. Ioan. 1.

quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ, annuntiamus vobis, advocatum habemus. Et multoties *diximus, annuntiamus, habemus &c.* Tertio. Cum Divus Joannes eſſet in exilio cauſa Chriſtianæ Religionis, inde ſubticet ſuum nomen, & etiam ad quos mittebat, & per quem mittebat, ne forte ex epiſtola abſque juſta cauſa fieret aliquod detrimentum, ſic Apoſtolus Paulus ſcribens ad Hebræos ſubticet ſuum nomen, ne nominis manifeſtatio lectionis utilitatem excluderet, ut teſtis eſt D. Hieron. *de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in Paulo.* Et ſæpe viri magni, ac Patres ſubticent ſuum nomen in ſuis operibus, ut notat Tertullian. *de Præſcriptionibus Apoſtolic.* Et frequenter ob ſuam humilitatem, maxime cum Joannes hic dicat ſe vidiſſe, ac contrectaſſe verba vitæ, ut dicam ex Sanct. Ambroſ.

Ad Hebr. D. Hieron. Tertullian.

750. D. Joannes jam ſenex, totuſque Chriſtum anhelans, in ipſóque abſorptus, & terrenorum oblitus, prætermittit ſalutationem, ut etiam *Paulus ad Romanos*, ac etiam nomina eorum ad quos ſcribebat, qui ſecundum multorum ſententiam erant *Epheſij*, apud quos diu vixit, ipſáſque Eccleſias rexit. Alij volunt fuiſſe Parthos. Ita Hyginus antiquiſſimus ſeptimus ſummus Pontifex à Petro *epiſtola 1. ad Parthos.* Et Joannes primus Papa *epiſtola 2. ad Valerium.* Et D. Auguſtinus *tom. 4. in quæſtionibus Evang. cap. 39.* Erant iſti Parthi, de quibus dicitur *Actor. 2. Erant autem habitantes in Ieruſalem Iudæi, & Parthi, & Medi.* Et quia Apoſtolus in hac epiſtola ad finem ait: *Cuſtodite vos à ſimulachris*, à quibus maximè Judæi abhorrebant, ideo juxta Patres citatos, iſti Parthi quidam ex gentilitate, qui colebant idola, alij vero ex circunciſione ad Chriſtum converſi.

Rom. Hygynus. Ioan. prim. Papa. D. Auguſt. Actor. 2.

751. Circa tempus, quo Joannes has epiſtolas ſcripſerit, non habemus fundamentum certum ad hoc, vel illud potius aſſignandum, cum tam in ſecunda, quam tertia, ſe ſeniorem dicat; inde certum deducitur, quod fuerit circa ultimum tempus ſuæ ætatis, ac proinde ſub eodem tempore ſcriptæ videntur hæ epiſtolæ, quo ipſe ſuum Evangelium literis mandavit, ob intimam conſonantiam, & connexionem, quam doctrina harum epiſtolarum habet cum ejus Evangelio, quæ omnia *ad annum Chriſti 99.* conſignat Baronius, qui fuit Clementis Pontificis ſeptimus, Nervæ Imperatoris primus.

Baroni.

Secunda, & Tertia epiſtola Ioannis.

752. Fuerunt antiquitus, qui dubitarunt, an hæc ſecunda, & tertia epiſtola ſit Canonica, & an utriuſque ſit Auctor Joannes Evangeliſta, ut teſtatur Euſebius *lib. 3. Hiſtori. cap. 19.* & D. Hieron. *de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Ioannem.* Et hujus ſententiæ immerito faciunt Papiam Joannis Apoſtoli diſcipulum, qui non negat hanc epiſtolam eſſe illius, ſed tantum affirmat duos fuiſſe Joannes, cujus autem ſit ſecunda, & tertia epiſtola non determinat.

Euſebius. D. Hieron. Papias.

753. Pro hujus rei majori intelligentia ſciendum eſt tres fuiſſe Joannes. *Primus* noſter Evangeliſta. *Secundus* Joannes dictus Marcus. *Actor. 12. num. 12.* Sic habetur *Petrus è carcere venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus.* Et iterum *verſ. 15. Aſſumpto Ioanne, qui cognominatus eſt Marcus.* Similiter *cap. 15. num. 37.* Et hic erat Apoſtolorum ſectator, & non Apoſtolus, ut notat D. Dorotheus *in ſynopſin*; ac pronde diſtinctus à noſtro Evangeliſtæ: quod apertè conſtat ex *Secunda Pauli ad Timoth. cap. 2. num. 11.* Ubi Apoſtolus ex Epheſo vocans Timotheum ad Romam, præcepit ei, ut ſecum adducat Marcum, id eſt Joannem Marcum; Joannes Apoſtolus non venit Romam cum Timotheo, ergo omnino diſtinctus eſt.

Actor. 12. Dorotheus. 2. Timot. 4.

Ex quo etiam convincitur, quod epiſtola 754. non ſit à Joanne Presbytero, qui omnino eſt diverſus à noſtro Joanne Evangeliſta; & quamvis Joannes Presbyter eſſet valdè eruditus, & inde nomen haberet Theologi, ex quo aliqui arripuerunt anſam ad confundendum cum noſtro Apoſtolo, qui ob ſuam profundam ſcientiam dictus eſt Theologus. Nihil hoc facit, quia ad ſimilitudinem noſtri Apoſtoli ille dicitur Theologus, & ut advertit Dydimus Alexandrinus *lib. 7. cap. 20.* Epheſi, oſtenduntur ſepulchra diſtincta, unum, in quo reconditus eſt Joannes Apoſtolus; Alterum, in quo jacet Joannes Presbyter.

Dydimus.

Nec argumentum adverſariorum alicujus 755. eſt conſiderationis, quia in his ſecunda, & tertia Joannes ſe dicit ſeniorem, *Senior Electæ.* Et iterum *Senior Caio chariſſimo.* Senior autem Græcè idem eſt ac *Presbyter.* Reſpondetur, quod Joannes Apoſtolus ſe dicit ſeniorem, quia illo tunc tempore Presbyter, & Epiſcopus pro eodem ſumebantur, ut patet *ex 1. Timoth. 4. num. 14.* & notat D. Heron. *epiſtol. 85. ad Evagrium.* Deinde Joannes ſe dicit ſeniorem, quia ipſe valde provectus erat ætate plenus dierum, ac ſenior omnium Chriſtianorum; cum ergo ſe dicit ſeniorem, hoc eſt valde annoſum, ſic *Ioan. 21. num. 18.* ait Dominus Petro: *Cum autem ſenueris, extendes manus tuas.* Seu ut alij legunt, *cum ſenex factus fueris.* Ex Græco legi poteſt, *cum Presbyter fueris.* Ibi Presbyter non ſignificat ſacerdotem, nec Epiſcopum, ſed hominem annoſum ac plenum dierum. Sic & in præſenti S. Ambroſ. in Pſalm. 36. *Iunior fui, etenim ſenui,* quod Ioannes ſe dicit ſeniorem, ne ſe Apoſtolum nominaret ſicut Apocalypſ. 1. ſe dicit ſervum non Apoſtolum.

Græcus. 1. Tim. 4. D. Hieron. Ioan. 21. Græcus. D. Ambroſ. Apoc. 1.

Dicendum eſt de fide certum eſſe auctorem 756. ſecundæ, & tertiæ epiſtolæ eſſe Ioannem Apoſtolum, ac Evangeliſtam. Ita definitum eſt in Concilio Laodic. *cap. 59.* Carthag. III. *cap. 47. Trid. ſeſſ. 4* Canon Apoſtolorum 84. & conſtanter omnes Patres has duas epiſtolas ut Canonicas Ioannis recipiunt, ac venerantur. Divus Chryſoſtomus *homil. 19. in Matth.* Noſter D. Cyrillus *lib. 8. de Adoratione in ſpiritu, & veritate* D. Athanaſ. epiſtol. 39. numerans libros novi Teſtamenti. Nazianz. *in Carm. de eiſdem libris ſcripturæ* D. Damaſcen. *lib. 4. de Orthod. fide cap. 18.* D. Hieron. *epiſtola ad Paulum,* cujus verba ſupra retuli. *quæſt. 15. num. 816.* D. Auguſt. *de Doctrina Chriſtiana.* D. Amb. *in Pſal. 36.* S. Gregor. *lib. 31. Moral. cap. 7.* & multi alij Patres, quos citat Iodocus Coccius *in Theſauro Catholico lib. 6. art. 26.*

Concil. Laodicenſ. Trident. Can. Apoſt. D. Chryſ. D. Cyrill. D. Anaſtaſ. D. Nazian. D. Damaſc. D. Hieron. D. Auguſt. D. Ambroſ.

Pobatur ratione. Nam ſi has epiſtolas

Anagraphas hoc eſt ſine ullo titulo, ac inſcriptione legeremus, ipſe dicendi modus, ac ſtylus nobis apertè oſtenderet eſſe Joannem Evangeliſtam: nam ſicut ex ſimilitudine facierum, filij ex eodē Patre geniti agnoſcuntur, ſic tres iſtæ epiſtolæ, verbis, ſententiis, ſtylo, charactere, ignito fervore charitatis conſonantia, ac cohærentia cum Evangelio ipſius, cum tam aperto teſtimonio divinitatis Chriſti, ac Sanctiſſimæ Trinitatis clarè, & manifeſtè deprehendet Joannem Evangeliſtam illarum trium eſſe Auctorem, ac Scriptorem.

Electa Domina.

758. Secunda epiſtola incipit. *Senior Electæ Dominæ, & natis ejus*: fuerunt multi, & graves Auctores qui per Electam Dominam, Eccleſiam intelligerent, & per natos filios ejus ſpirituales in Chriſto regeneratos. Sed vera, & communis ſententia eſt, quod erat quædam mulier valdè nobilis, & dives habens filios, & omnia ſua erogabat pauperibus Chriſti, eóſque alimentabat, cujus opera Apoſtolus laudat, & confirmat in bono, ne ſeducatur à malignis, ac adverſariis. Flavius Dexter anno Chriſti 100. ſic habet. *Sanctus Dionyſius ſcribit librum de divinis nominibus anno Chriſti 105. Sanctus Ioannes ſcripſerat ad Pruſiam fœminam Electam, ſecundam epiſtolam, quæ velut Eccleſiæ illius civitatis parens mira largitate, & charitate tunc florebat.* Sic & ait Eſpencæus hanc Electam vocatam fuiſſe Druſianam, & Joannem Evangeliſtam hoſpitio ſuſcepiſſe.

Flavius. Dionyſius. Eſpencæus.

759. Nec obſtat id, quod aliqui objiciunt videri inconveniens, quod liber Canonicus ſcribatur ad mulierem; Plebs Chriſtiana conſtat ex maſculis, & fœminis; qui omnes erudiendi ſunt in Chriſto, ſic ait Paulus ad Galatas 3. numero 28. *Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſervus, neque liber, non eſt maſculus, neque fœmina, omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Ieſu.*

Ad Gal. 3.

Caïus Chariſſimus.

760. Ad hunc Caïum miſſa eſt *Tertia epiſtola Ioannis*, & difficultates, quæ contra hanc epiſtolam objiciuntur, jam proximè cum de ſecunda epiſtola egimus ſolutæ ſunt. Hic Caius fuit vir magnus, dives, ac præclarus Epheſi, natione Hiſpanus, ut ait Lucius Dexter anno Chriſti 70. Onuphrius anno Chriſti 114. putat eum fuiſſe Romanum, & Tertium Mediolani Epiſcopum. Baptizatus fuit à D. Paulo, ut ipſe teſtatur. 1. Corinth. 1. num. 14. *Neminem veſtrum baptizavi, niſi Criſpum, & Caium.* Vir iſte inſignis charitate hoſpitalitatis, de quo noſter Evangeliſta eum laudat, n. 5. *Chariſſime fideliter facis, quidquid operaris in fratres, hoc eſt in peregrinos.* Et juxta Bedam, Gloſſam, Lyram. Hugonem, Dionyſ. Ansbertum, *ad cap. 16. Rom. num. 23.* ubi Paulus de Corintho ſcribens ad Romanos ait, *Salutat vos Caius hoſpes meus, & univerſa Eccleſia.* Hoſpes Latinè ſignificat, qui excipit, ac recipitur; ac proinde *hoſpes meus*, id eſt apud quem ego hoſpitio receptus; *Hoſpes meus, & univerſa Eccleſia.* Syrus, & Beda legunt, *univerſæ Eccleſiæ*, quia non ſolum Paulum, ſed etiam quoſlibet de Eccleſia hoſpitio excipiebat, de quo etiam noſter Joannes eum hic laudat, ut eſt dictum.

Luc. Dexter Onuphr. 1. Corint. 1. Beda. Gloſſa. Hugo. Dionyſ. Ansbert. Rom. 16.

Hic Caius fuit valdè familiaris ſancto Joanni, ut teſtatur ſanctus Athanaſius *in Synopſi*, qui etiam eumdem dictante Sanct. Joanne ſcripſiſſe ejus Evangelium. Metaphraſtes in vita Sanct. Joannis affirmat, quod etiam ipſe Caius excepit hoſpitio Sanctum ab exilio revertentem, eique ſanctum Joannem tradidiſſe ſuum Evangelium legendum, retinendum, ac manifeſtandum, ad hunc tantum virum Joannes hanc brevem ſcribit epiſtolam. 761. D. Athanaſ. Metaphr.

QUÆSTIO XIX.

De Epiſtola B. Iudæ Apoſtoli.

SUMMARIUM.

762 *Cur Divus Iudas dicitur Labbæus.*
763 *Dicitur filius Mariæ Alphæi, & quomodo dicitur ſoror Virginis.*
764 *Hæretici negant eſſe epiſtolam Canonicam.*
765 *Fide tenendum eſſe Canonicam.*
766 *Argumenta adverſariorum.*
767 *Apoſtoli non ſemper ſe nominant Apoſtolos.*
768 *Apoſtoli frequenter ſcribebant Græco ſermone.*
769 *Ex eo quod aliquid non referatur in Scriptura non eſt de falſitate arguendum.*
770 *Liber Henoc, eſto ſit Apocryphus, rectè, id quod eſt verum, citari poteſt, & num.* 771. 772. 773.

AUctor hujus epiſtolæ eſt Judas Apoſtolus, qui à *D. Matthæo* 10. *num.* 3. dicitur Thaddæus, dicitur etiam à Græcis, ac aliis multis Labbæus, ut notant Dorotheus *in Synopſi*. D. Chryſoſtomus *in cap.* 10. *Matthæi*. Nicephor. *lib.* 2. *cap.* 40. & 44. & etiam legit Syrus. *Labbæus* interpretatur à D. Hieronymo *in cap.* 10. *Matthæi* ex voce Hebraïca, quæ ſignificat cor, vel leonem; inde ſanctus Judas dicitur *Labbæus*, id eſt homo cordatus, generoſus, ac animoſus ob præclaram, ob eximiam generoſitatem, ac fortitudinem, quam oſtendit in prædicando Evangelium, & confundendo, ac comprimendo idololatras, ac Hæreticos, de cujus laudibus multa dixi *tom.* 2. *in Apocal. cap.* 1. *q.* 33. *per totam.* 762. Dorotheus. D. Chryſ. D. Hieron.

Auctor hujus epiſtolæ eſt Judas, non Iſcariotes, ſed dictus Thaddæus Frater Jacobi Minoris, *qui cognominatus eſt frater Domini*, habuit Matrem Mariam Alphæi, ſeu Cleophæ uxorem, quæ à *D. Marco* 15. *num.* 40. Mater Jacobi vocatur. Cúmque aſtitit juxta crucem, etiam dicitur ſoror B. Virginis. *Ioan.* 19. *n.* 25. non quod propriè fuerit ſoror ejus, filia ſcilicet ſanctorum Joachim, ac Annæ, ut exiſtimarunt Helvidius Theodoret. *Luc.* 6. Anſelmus *Galat.* 1. Sed ſoror, phraſi Hebræa, id eſt cognata, vel conſobrina; hæc ergo Maria Alphæi Cleophæve quatuor habuit illuſtriſſimos filios, qui à Chriſto vocati ſunt ad Apoſtolatum, tres ſcilicet Iacobi, Iudas, & Simon, quartus fuit Ioſeph cognominatus juſtus 763. Marc. 15. Ioan. 19. Helvidius. Theodor. Anſelmus.

Matth. 13. juſtus, qui ad ſortem vocatus cum Matthia *Actor.* 1. qui omnes *Matth. 13. num. 51.* vocantur Chriſti fratres, id eſt more Hebræorum conſanguinei, vel fratres, ſicut mater ejus vocatur ſoror; id eſt cognata Sanctiſſimæ Virginis Mariæ. Ita tenent, & ex multis probant D. Hieron. *contra Helvidium.* Beda *in cap. 2. Ioan.* Rupert. *in cap. 1. Matthæi.* Magiſter *in 4. diſtinct. 30 cap. B. Maria.* D. Thomas 3. *part. quæſt. 28. art. 3. ad 5.* Caniſ. *lib. 1. de Deipara, cap. 3*, Suar. *tom. 2. ad 3. part. diſp. 5. ſect. 4.* Toletus *in Ioan. cap. 2. Annot. 18.* quod latè dixi, & explicavi *tom. 2. in Evangel. cap. 9. & tom. 3 cap. 30. q. 1.*

D. Hieron. Beda. Rupert. Magiſt. D. Thomas. Caniſius. Suarez. Toletan.

Auctor hujus Epiſtolæ.

746. Luther. Centuria. Brentius. Hanc epiſtolam eſſe Canonicam negarunt Hæretici, Lutherus, Centuriatores Brentius, & alij, imo Doctiſſimus Cardinalis Caietanus videtur de ejus auctoritate dubitare; eorum fundamenta ſtatim apponam.

765. Roman. Laodicenſ. Florent. Trident. Eugenius. Dionyſ. Epiphan. Nazianz. Dydimus. Oecumen. D. Anaſtaſ. Ephrem. D. Chryſ. Iodocus. Bellarm. De fide tenendum eſt hanc epiſtolam eſſe Canonicam; ſic definitum eſt in Concilio Romano ſub Damaſo Papa, & in Concilio Laodicenſ. *cap.* 58. Carthag. *cap.* 47. Florentin. & Trident. *ſeſſ.* 4. Eugenius Papa *in epiſtola ad Armenum*; conſtantiſſim omnes Patres ex Græcis D. Dionyſ. *de divinis nominibus: cap.* 4. D. Epiphan. D. Nazianzen. Dydimus, Oecumenius, D. Anaſtaſius, Ephrem, D. Chryſoſtom. ex Latinis, D. Hieronym. *de Scriptor. Eccleſ. in Iuda.* Cornelius, Innocentius Primus; S. Cyprianus, S. Ambroſius, S. Auguſtinus, Ruffinus, Philaſtrius, Caſſianus, S. Proſper, S. Alcuinus, S. Gregorius, Beda, Rabanus, S. Fulgentius, S. Remig. Angelomus, quos omnes latè, & fusè adducunt, & citant Iodocus Cocius *in Theſauro Catholico, tom. 1. lib. 6. pag.* 370. Bellarm. *lib. 1. de Verbo Dei, cap.* 18.

766. Hæretici contra hanc veritatem Catholicam multa obiiciunt. Et Primò, quia Iudas ſe non nominat Apoſtolum, cum alij in ſuis epiſtolis ſe ſoleant frequenter Apoſtolos nominare. Secundò, cum in Perſide Evangelium promulgaret, non Græcè, ſed Perſicè ſcripturus erat. Tertiò, facit mentionem de altercatione Archangeli Michaëlis cum Diabolo, de Moyſis corpore, quæ nunquam in ſacris libris legitur. Quartò, quia in ea profertur teſtimonium de libro Henoch, qui liber eſt Apocryphus.

767. Ad Philip. Ad Theſſ. Ad Philem. Ioannes. Iacobus. Ad primum argumentum, nihil concludit, ex eo quod Iudas non ſe nominat Apoſtolum: nam etiam Divus Paulus *in epiſtola ad Philippenſes*, neque in duabus *ad Theſſalon.* neque *ad Philemonem*, ſe Apoſtolum dicit; nec Iacobus in ſua Canonica; nec Ioannes in ſuis tribus epiſtolis, nec in Apocalypſi ſe Apoſtolum vocat, ſed tantum ſervum, ſicut noſter Apoſtolus Iudas, ſibi tamen nomen ſervi appropriat, quod erat character Chriſtianæ militiæ.

768. Petrus. Ad ſecundum fundamentum, quod obiiciunt, quia Iudas fidem Catholicam in Perſide prædicavit, Perſica ergo lingua debuit ſcribere. Argumentum nullius eſt ponderis: Petrus Romæ prædicavit, in Romáque duas epiſtolas ſcripſit, & tamen non lingua Latina, ſed Græca; ſicut Paulus omnes ſuas epiſtolas, excepta *ad Hebræos*; cum ſcriberet ad varias Nationes, Romanos, Aſianos, ſeu Epheſios, ac alios Græco idiomate eſt uſus; ſicut & Iacobus cum litteras ſuas mandaret ad Iudæos per totum orbem diſperſos. *Lingua enim Græca* erat tunc valdè communis, ac vulgaris apud omnes; deinde ſacri Apoſtoli ſic ſcribebant ſuas epiſtolas ad homines unius, vel alterius nationis, quamvis primario ad illos ſcriberent, tamen ſecundario ad omnes Catholicos ſuam doctrinam dirigebant, & ideo communi omnium idiomate utebantur. Paulus. Iacobus.

769. Ad tertium de altercatione Michaëlis cum Diabolo ſuper Moyſis corpus, inutile ſumitur argumentum. Nam ex Apocalypſi 12. num. 7. conſtat *Michaëlem præliari cum Dracone*: ex quibus deducitur, Michaëlem ſolum pugnare cum Dracone. Conſtat enim cadaver Moyſis occultè à Domino ſepultum. *Deut. 34. num. 6.* ne à populo ad idololatriam prono adoraretur. Quid ergo mirum, ſi Michaël pugnabat cum Dracone, pro Moyſis corpore non detegendo? Quod vero in Scriptura nulla fiat mentio de hac re, nil inde poteſt concludere de falſitate; unde merito ridet Toletus *Sanct. Ioannis Annotat.* 3. Quod Anabaptiſtæ ab Evangelio Ioannis radebant hiſtoriam de Paralytico ad Piſcinam Probaticam, eo quod nec Scriptura, nec Ioſephus, nec Philo Hebræus de illa faciant mentionem: ſimiliter parum Sobrius Ulticus Valenus dicebat falſum eſſe Pontificatum Petri in Roma, ac ibi colloquium eius cum Paulo, quia de his non agit D. Lucas in Actibus Apoſtolorum; unde ait citatus Toletus, *Ex tali ſilentio inſimulare falſitatis ridiculum eſt, ac puerile.* Quia excludit traditiones Eccleſiæ, quod ſapit hæreſim, & etiam id quod conſtat ex graviſſimis, ac probatiſſimis Auctoribus, ut multis exemplis demonſtravi *Opuſculo primò, Reſolut. 3. qu. 14. numero* 122.

Apoc. 12. Deuter. 34. Toletus. Ioſephus. Philo. D. Lucas.

770. Ad quartum argumentum de Henoc, dicimus quod Henoch fuit Propheta, qui vel viva voce prophetizavit, quæ D. Iudas Apoſtolus accepit ex traditione, vel ex libro ſcripto ab Henoc: nam ut cenſet Tertullian. *lib. de habitu mulierum, cap.* 3. ſervatus fuit ab Noë in Arca, vel ab ipſo Spiritu ſancto dictante memoriter redintegratus, ita etiam conſentiunt, & tenent D. Hieronymus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis in Henoch.* D. Athanaſius *in Synopſi.* Clemens *lib. 3. Stromatum*, & hic Beda, Dydimus, Carthuſianus, & alij, & liber Henoch frequenter citatus *in teſtamento duodecim Patriarcharum*, quem etiam frequenter citant, & laudant Origenes, ac Procopius, & licet modo non extet, potuit perire, ſicut perierunt multi alij, ut libri Nathan Prophetæ, Gad videntis, & multorum aliorum, viginti retuli ſupra *Reſolut. 1. quæſt. 4. num. 46.* Ita etiam liber verus, ac legitimus Henoch potuit perire. Dixi legitimus, & verus: nam tempore D. Auguſtini, ut ipſe teſtatur *lib. 18. de Civit. cap. 38.* erat valde corruptus & adulterinus, dicebat enim *videntes filij Dei filias hominum*, ſcilicet Angeli, qui docuerunt homines amare mulieres, & multas alias fabellas, ac mendacia; potuit autem hic liber Henoch eſſe legitimus, & verus, & poſtea eſſet corruptus; Iudas Apoſtolus citat eum in his, quæ vera dixit rejectis

D. Hieron. D. Athan. Clemens. Beda. Dydimus. Origen. Procop. D. Auguſt.

rejectis ejus figmentis, ac falſitatibus, ſic
Ad Tit. 1. Paulus Apoſtolus ad Titum *cap. 1. num. 12* adducit dictum Epimenidis poëtæ : *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ*, &c. & Epimenides ut gentilis poëta multa fabuloſa, ac mendacia dixit, tamen Paulus citat eum in his, quæ ipſe vera protulit; nam de libris ſæpe utendum, ut de pomis; in pomo putrida ejiciuntur foras, ſana vero aſſumuntur ad cibum, ac nutrimentum.

QUÆSTIO XX.

De libro Apocalypſis Ioannis Apoſtoli.

SUMMARIUM.

771 *De fide eſt Apocalypſim eſſe librum Canonicum.*
772 *Dicitur liber Apocalypſis retento nomine.*
773 *Majeſtas Apocalypſis conſideranda ex quatuor perſonis.*
774 *Magna illius dignitas, quia de rebus futuris agat.*
775 *Vtilitas Apocalypſis omnibus præſentibus, & futuris, & n. 776. 777.*
778 *Liber Apocalypſis valdè ordinate procedit & n. 779. 780. 781.*
782 *Ponitur in ultimo loco teſtamenti novi, non quia ultimo ſcriptus ſit.*
783 *Ponitur ultimo loco, quia de ultimis temporibus agit.*

771. OMnia, quæ hîc dicenda veniunt jam explicavi *tom. 1. in Apocalypſim in quæſtionibus Proœmialibus*, inter quas in quarta quæſtione dixi de fide eſſe hunc librum Apocalypſeos eſſe Canonicum ſcriptum à B. Ioanne Apoſtolo, ut definitum eſt in Concilio Romano ſub Damaſo Papa. In Concilio Florentino, *in literis ſanctæ unionis*. Trident. *ſeſſ. 4.* Toletano, Carthaginen. & idem tenent, ac docent omnes ſancti tam Græci, quam Latini, quos proxime citata *quæſt. 4.* adduxi.

Concil. Romano. Florent. Trident. Toletan. Carthag.

772. Arabic. Syriac. Græcus. Ruperc. Liber dicitur *Apocalypſis Ioannis Apoſtoli*. Arabicus, *viſio Ioannis Apoſtolis*. Syriacus, *Revelatio, quæ facta eſt ſuper Ioannem*. Apocalypſis vox eſt Græca, & idem valet, ac revelatio, ſeu viſio; ac manifeſtatio ſecretorum. Et quamquam bene poterat dici Latino verbo, Revelatio, ſeu viſio, dicitur, retento Græco nomine *Apocalypſis*, de quo varias dedi rationes *capite primo, ipſius libri quæſt. 1.* tamen genuina illa mihi videtur Ruperti, quod tali Græco nomine utitur, ob cultum, ac venerationem tantorum myſteriorum, quæ in hoc volumine clauduntur, ut ita etiam ipſa res ſignificata magno cultu, ac veneratione habeatur.

772. Aureolus. Et ſuprema dignitas tanti libri recte colligit Cardinalis Aurelius, cum ait, *Apocalypſis eſt revelatio, non quæcumque, ſed ſumma, authentica, quod apparet per auctoritatem quatuor perſonarum, quæ indicantur Ieſu Chriſti, Dei Patris, & Ioannis, & Angeli*, ſublimitas, ac altitudo hujus libri maximè auſpicanda, ex quatuor perſonis, quæ in eo proponuntur.

Primò *Ieſus Chriſtus* Apocalypſis, ſeu relatio *Ieſu Chriſti*. Secundo Deus Pater, revelationem, *quam dedit illi Deus*, ſcilicet hanc Apocalypſim, ſeu revelationem Deus Pater in primo inſtanti conceptionis manifeſtavit filio ſuo Jeſu Chriſto, Tertio *Angelus* unus ex ſupremis. *Mittens per Angelum ſuum*. Quarto Ioannes, *ſervo ſuo Ioanni*. Cui Angelus hanc Apocalypſim deferens præcepit ei. *Scribe in* Apoc. 1. *libro, & mitte ad ſeptem Eccleſias, quæ ſunt in Aſia cap. 1. num. 14.* Non ſolum divinus Spiritus interius movet Joannem, ut ſcribat, ſed etiam exterius rigido præcepto hoc mandat, ut inde maximè dignitas, utilitas, ac neceſſitas hujus libri innoteſcat.

774. Magna *dignitas* libri inde maxime expendenda eſt, quia tota ejus materia eſt de rebus, quæ venturæ erant, ſcilicet futuræ Eccleſiæ perſecutiones adverſitates, ac duriſſimæ crudelitates ſub execrabili, ac abominabili Antichriſto, & tandem gloria futura Beatorum : cognitio autem futurorum eſt maxime Iſai. 41. ſublimis, & alta. Unde ait Iſaias 41. *n. 23. Annunciate quæ ventura ſunt, & ſciemus, quia dii eſtis vos*. Hoc enim eſt irrefragabile Divinitatis ſignum. Tertull. Unde ait Tertullian. *in Apolog. cap. 20.* Teſtimonium enim Divinitatis eſt, Veritas divinationis. Et ratio hujus eſt, quia ſola infinita vis cognoſcitiva, infinitúſque intellectus, infinitumque illius lumen omne verum ubicumque ſit, ſive intra cauſas, ſive extra cauſas etiam quæ dependent à voluntate humana poſt centum mille annorum videt, ac penetrat; cum ſolum valeat videre id, quod nullo modo exiſtat, ex quo patet, quanta ſit nobilitas, ac ſublimitas hujus libri, ut ita dicant ſecretorum Dei, cum agat de admirabili diſpoſitione, ac ordinatione Divinæ ſapientiæ, ac providentiæ, de rebuſque poſt tot ſæculorum tempora futuris, maxime depẽdentibus à voluntate humana, ac eius libertate

775. Magna utilitas ex hac libri lectione omnibus nobis præſentibus, & qui ſub tyrannide Antichriſti erunt, & qui poſtea futuri Ansbert. ſunt; nobis modo, ut ait Ansbertus, *Illorum tolerantia magnum nobis documentum*. Si enim illi, qui graſſante Antichriſti dira peſte inter multas, & accerbiſſimas pugnas, innumeraſque mundi perturbationes, ac perſecutiones, quales nunquam fuerunt ab initio, nec erunt, tamen illi firmi, ac conſtantes ſtabunt in fide, inde magnum nobis documentum, qualem in fide habere debemus perſeverantiam, cum à tot, & tam intricatis preſſuris ſimus liberi.

776. Valde etiam lectio hujus libri utilis his, qui tempore Antichriſti erunt, quia ex prophetia hujus voluminis intelligent, quod illa dura perſecutio brevi tranſeat, & cito finem habebit; unde de illa loquens Daniel. 12. *n. 3.* Daniel. 12. ait, *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti*. Quia autem illo tempore docti fuerint intelligent, non ſolum ut bene agant, ſed etiam ut ignaros, ac indoctos doceant illum impoſtorem eſſe Antichriſtum totum abundantem nequitia, malitia, omnique falſitate, ac mendacio, inſtare jam finem mundi, completáque eſſe, quæ in Apocalypſi annunciantur, quod ipſe tunc erit firmum

fidei

fidei argumentum, & veritatis propugnaculum inexpugnabile.

777. Magna lætitia gaudendi his, qui post Antichristum futuri sunt, cum se videant, acerbo illo tyranno extincto, à tam acerba persecutione evadere, cum aspicerent Moyses, ac filij Israël Pharaonem cum suis exercitibus demersum in Mare. *Tunc cecinit Moyses, & filij Israël carmen hoc Domino.* Exod. 15. n. 1. Exod. 5. Cùm de Ægypto exeunt tot, & tantis mirabilibus, Deo operante, expoliato Ægypto ab omnibus divitiis suis, quas secum asportabant festivè, ac cum omni musicorum instrumento hymnum cantant? Quid jucundius, & gratius poterat eis accidere, quam libertas à tam diro, & acerbo flagello, ac jugo, sub quo premebantur, tunc non Canticis modulantur, sed modo cum suos hostes vident submersos in mari? Plus gaudebant, & exultabant, cum dejecto hoste è manibus eorum evaderent, quam dum obtenta desiderata libertate servitutis jugum excutiunt, D. Gregorius Nyssen. *lib. de vita Moysis*, sic ait: *Hebræi tum de sua salute: tum de inimicorum supplicio læti, magis quam ulli antea homines, in hymnis, & hilaritate totam noctem exigunt.* Expende illud: *Quam nulli antea homines.* Etsi cum exirent de Ægypto magno replerentur gaudio, & multum jucundarentur, incomparabiliter tamen magis lætantur, cum hostibus prostratis ab eis se liberos vident. D. Gregor. Nyssen.

778. Hic liber Apocalypsis non confusè, ac inordinatè procedit, sed multa & alta directione disponitur, in quo sex consideranda. Primò Christus apparens cum multa majestate, ut tanto Domino decebat, & sermonem habens cum Joanne, & mittens per Angelum, ut ea scribat, ac mittat ad Episcopos Asiæ. Secundò, tanquam supremus Dominus, Apoc. 2. & 3. *cap.* 2. & 3. suos Domesticos servos, ac Episcopos admonet, ac dirigit, ut à quibusdam defectibus emendentur, in quo corrupit etiam omnes Christianos, ut à similibus emendentur. Tertiò, *cap.* 4. & 5. proponitur Dei majestas sedentis in throno, è cujus manu Agnus accepit librum signatum sigillis septem, quem solus Agnus potuit aperire, cujus laus, & gloria decantatur à senioribus, ac à quatuor animalibus. Apoc. 4. & 5.

779. Quartò, *cap.* 6. aperiuntur sigilla, & finiuntur, *cap.* 10. quibus apertis manifestantur partim multæ persecutiones, ac tyrannides, quæ evenient sub Antichristo, partim explicantur variæ persecutiones Ecclesiæ sub Antonino, Aurelio, Decio, Valentiniano, Diocletiano, Maximiano, Mahometanis, quæ persecutiones erunt tanquam signa demonstrativa, ac prognostica, eorum quæ fient sub Antichristo, in quibus etiam sigillis multa signa dantur eorum, quæ evenient ante diem judicij. Apoc. 6. Apoc. 10.

780. Quintò, *cap.* 11. aperitur liber, manifestantur, ac declarantur scripta in eo, & primo summa majestas, ac amplitudo Ecclesiæ, summaque Dei providentia erga illam, quia ad tempus persecutionum Antichristi mittit duo præclarissima luminaria parentem Eliam, & Henoch, ut luce suæ doctrinæ illuminent fideles, & dissipent tenebras errorum, ac falsitatum Antichristi. Tunc apparet Ecclesia sole vestita, stellis coronata, & describitur bellum Michaëlis contra diabolum, quo demonstrantur, ac designantur bella, persecutiones, tyrannides Antichristi, & quomodo ipse occidetur, & mittetur cum suis in stagnum ignis ardentis sulphure, quæ omnia describuntur, usque ad *cap.* 19. Apoc. 11. Apoc. 19.

781. Sextò, *cap.* 20. narrantur quomodo Christus Dominus veniet ad universale judicium, & duobus ultimis capitibus gloria electorum, ac Beatorum. Ecce supremus omnium Monarcha Deus subditos rebelles, sui regni cum omni æquitate, ac justitia puniturus est; fideles vero, ac sibi obsequentes constituturus in aurea pace, ut omnibus bonis cœlestis beatitudinis ditentur in omnem æternitatem.

782. Quæres tamen, cur Apocalypsis inter libros Canonicos ultimum teneat locum? Rejiciendum id, quod aliqui affirmant, quia fuit omnium noviſſimè scriptus, cum à nobis cum communi sententia superius dictum sit Joannem Evangelium scripsisse post Apocalypsim, hanc enim adhuc exul in insula Pathmos, Evangelium autem, ab exilio revocatus posteritati tradidit. Nec etiam admittendum id, quòd Abulensis *in Prologo Matthæi*, ait, ideo ultimum locum scripturarum Canonicarum saltem novi Testamenti obtinuisse, quia præ aliis minus est necessarius, cum in eo non sit aliquid de fide credendum, ac etiam de præceptis vivendi. Hoc nullo modo est admittendum; nam Apocalypsis multa continet de divinitate Christi de ejus majestate ac magnitudine, multáque de ejus morte, & resurrectione, ac imperio, de adventuque ad judicium, de cœlesti Beatorum gloria, quæ omnia sunt articuli fidei; multáque etiam de peccatis, ac vitiis fugiendis, de virtutibus, amplectendis, ac de timore, ac perseverantia in Dei obsequio, in eo tractantur. Abulens.

783. Dicendum quod ordinatissimè Sancta Ecclesia omnia disposuit; nam in exordio novi Testamenti ponitur *Liber quatuor Evangelistarum*, qui est fundamentum totius novi Testamenti. In eo agitur de adventu Christi, & quod *Verbum caro factum est*, de ejus sacratissima vita, & operibus, morte, ac resurrectione, sequitur *actus Apostolorum*, in quo describitur Christi Ascensio in Cœlum, & sancti Spiritus adventus, ac exordium primitivæ Ecclesiæ. Sequuntur *Epistolæ Apostolorum Pauli, Petri, Iacobi, ac Judæ*, quæ dant normam, ac documenta ad recte, ac sancte vivendum, ac operandum in fide, ac obsequio Christi, tandem ponitur *Apocalysis*, agens de ultimis temporibus. Historia ejus est de finedierum, ac term, natione sæculi; & ideo ultimum habet locum, cum de ultimis temporibus agat.

QUÆSTIO XXI.

De variis versionibus, seu translationibus novi Testamenti.

SUMMARIUM.

784 *Translatio Græca valde celebris in totum Testamentum novum.*

785 Ex

785 *Ex hac Græca in Biblia Regia habetur alia tranſlatio in Hebræum, & Syriacum, Syriaco, & Hebraïco charactere.*

786 *Ea quæ deerant in dictis exemplaribus ſuppleta ſunt.*

787 *Qui fuit Auctor ex Græco in Syrum.*

788 *Præter tres dictas tranſlationes in Græcum, Hebraicum, & Syriacum dantur aliæ.*

789 *Referuntur aliæ Bibliæ.*

784. INter varias tranſlationes novi Teſtamenti, illo eſt ſuprema, communis, & valdè authentica, quæ eſt *Græca*. Totum novum Teſtamentum lingua Græca primo exaratum eſt, ut patet ex omnibus his quæſtionibus in hac Reſolutione, excepto Evangelio Matthæi, ac epiſtola Pauli ad Hebræos. Et Evangelium Matthæi tranſlatum eſt ex Hebræo in Græcum, vel ab Apoſtolo Jacobo, ut exiſtimat D. Athanaſius *in ſynopſi*, vel ab Apoſtolo Joanne, ut alij tradunt, vel ab ipſo Matthæo, ut alij cenſent; epiſtola verò ad Hebræos à B. Luca *Græcè fuit donata*. Et tandem Evangelium Marci; etſi Romæ fuerit primò Latinè ſcriptum; poſtea in Aquilea Græcè eſt datum, ut dixi ſuprà. Unde totus Codex Græcus novi Teſtamenti Apoſtolicos viros habet Auctores, & ideo ab Eccleſia in magna veneratione habetur, tanquam ſecundum omnes ſuas partes eſſet originalis.

D. Athanaſ. D. Lucas. D. Marcus.

785. Ex hoc Græco autographo primo eſt verſio Syriaca, ſeu myſtica cum Hebræa corrupta, quam Syriaco Charactere typis Venetiæ dedit *Albertus Vvidmanſtadius* Cancellarius Ferdinandi Imperatoris, *anno* 1555. & poſtea Syriaco, & etiam Hebraïco charactere in Biblia Regia habetur, cum interpretatione Latina *Guidonis Fabricij Boderiani*, qui omnium primus hanc Syram editionem in Latinum convertit. in utraque tamen editione, ſeu impreſſione deſunt Syriacæ epiſtola ſecunda Petri, ſecunda, & tertia Joannis, & epiſtola Judæ, & Apocalypſis Joannis. Nam quamvis apud Syros in Biblia Regia, *In fine epiſtolæ primæ Ioannis* notetur quod hæc omnia extent, tamen in exemplaribus, quæ ſequutus eſt Vvidmãſtadius, antiquiſſimo Codice manu ſcripto, quo ſimul cum illis Guido Fabricius uſus eſt, defuerunt.

Uvidmand. Guid. Fabr. Bibl. Reg.

786. Poſtea verò ea, quæ in dictis exemplaribus deerant, accepta ſunt à Maronitis, qui ſunt Chriſtiani Catholici, incolæ montis Libani, de quibus agunt noſter Diſcalciatus Philippus à ſanctiſſima Trinitate *in ſuo Itinerario lib. 3. cap. 2.* & Rua *Controverſ. 6. propoſitione*, ſuppleta ſunt, eaque latine dedit Balthazar Etzelvius.

Maronit. Philip. à Sanct. Trinit. Rua. Etzelvius.

Quiſnam fuit Auctor, qui novum Teſtamentum ex Græco in Syrum convertit, maxime dubitatur; Syri conſtanter tenent fuiſſe D. Marcum, qui poſtquam Romæ ſuum Evangelium latine ſcripſit, tum ipſum Evangelium, tum etiam cæteros omnes novi Teſtamenti libros, lingua ſua patria, ſeu Syra aſſerunt tranſtuliſſe; & quod ita à Syris accepiſſet; cum in Oriente multa diligentia, conquireret theſauros linguæ Syriacæ, ac Arabicæ, affirmat Guillelmus Poſtellus apud Guidonem Fabricium *in epiſtola Dedicatoria ad lectorem*, de qua feci mentionem ſupra *Reſolut. 4. quæſt. 7. num.* 498. quæ Epiſtola eſt præfixa tranſlationi Latinæ novi Teſtamenti, ex lingua Syriaca. Alij id negant, contenduntque hanc tranſlationem factam fuiſſe ab Apoſtolis, vel ab Apoſtolorum diſcipulis. Veriſimilius quod multo poſt Apoſtolorum tempora hæc translatio facta fuiſſet incerto Auctore, cum antiqui Patres, qui ſive in Syria Palæſtina, ſive in Ægypto verſati ſunt, ejus mentionem non faciant.

787. D. Marcus. Guillelm. Guido.

Præter has tres novi Teſtamenti Tranſlationes in Græcum, Hebraicum ac Syriacum, ut videre eſt in Biblia Regia, & Pariſienſi magna, ſunt etiam aliæ tranſlationes ipſius novi Teſtamenti.

788.

S. Heſichij Presbyteri Jeroſolymitani, & Epiſcopi Ægypti, de quo feci mentionem ſupra *Reſolut. 4. quæſt. 3. num.* 481.

S. Heſich.

Extat etiam tranſlatio *Arabica*, & habetur in Biblia magna Pariſienſi, de qua dixi ſupra *quæſt. 7. num.* 501.

Arabica.

Alia eſt etiam Æthyopica, quæ eſt ab Antiquiſſimo tempore, ſeu à tempore Apoſtolorum, ut multi contendunt, de qua tractavi ſupra citata *Reſolut. 4. quæſt. 8. n.* 506. & 607.

Æthyop.

Sunt & aliæ tranſlationes *Xanti Pagnini* Ordinis Prædicatorum. Alia eſt etiam *Iſidori Clari Brixiani*; & alia *Vatabli*, quæ etiam dicitur *Biblia Tygurina*, eo quod Tyguri edita ſit; & alia tranſlatio eſt etiam *Ariæ Montani* in ſexto tomo Bibliæ Regiæ, & etiam tam de his, quam aliis Bibliis feci mentionem dicta *Reſolut. 4. quæſt. 9.* & multæ ex his tranſlationibus parum diſtant à noſtra Vulgata, de cujus excellentia, ac auctoritate jam tractavi citata *Reſolut. 4. quæſt. 10. & 11.*

789. Arias Montanus.

OPVSCVLVM II.
EX MVLTIS, ET VARIIS CONSULTATIONIBUS, AC CASIBUS SÆPE OCCURRENTIBUS, per aliquas resolutiones dispositum ac digestum.

RESOLUTIO I.

De Abbatibus.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid significet nomen Abbas, & quid in eo denotetur?

SVMMARIVM.

1 *Abbas Syriacum vocabulum, idem est, ac Pater.*
2 *Eo primus dictus est Antonius.*
3 *Significat eximium amorem Prælati erga subditos.*

1. ABBAS Syriacum vocabulum, vel Hebraicum, ut alij volunt, idem valet, ac Latinè, Pater? *cap. finali, de Regularibus.* Glossa *in Clement. I. de rescriptis*, & notarunt communiter Sancti Patres D. Aug. D. Chrysost. D. Remigius; D. Thomas *ad cap. 4. epistol. ad Galatas.* Aliquando utraque vox simul ponitur. Ut Marc. 14. num. 36. *Abba Pater omnia tibi possibilia sunt*; idem est, ac si dicatur Pater, Pater; Geminatur vox ad indicandum eximium affectum; ut ibi notavi *tom. 5. in Evang. lib. 8. c. 2* sicut & idem habetur Rom. 8. n. 15. *In quo clamamus Abba Pater.*

Cap. final. Glossa. D. August. D. Chrys. D. Remig. D. Thom. Marc. 14. Rom. 8.

2. Unde hoc nomine cœperunt uti primi & antiqui Anacorethæ; inter quos primus extitit Magnus Antonius, hoc titulo; inter eos verò, qui in civitatibus Monasteria, & bona possederunt, primus fuisse traditur præclarus, & illustrissimus Benedictus, ut advertunt Tamburin. *tom. 1. de jure Abbatum, disput. 2. quæst. 2. in fine*, Barbosa *de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 17. n. 25.*

Tamburin. Barbosa.

3. Hoc autem nomine cœperunt uti isti Patres ad indicandum suum eximium amorem erga subditos, qui eos tanquam filios habebant, ac erudiebant, ex quo postea hoc nomine dicti sunt Prælati aliquarum Religionum, maximè Monachalium de quo agunt Pelagius *de planctu Ecclesiæ, lib. 2. c. 20.* Petrus. Greg. *lib. 15. Syntagm. juris, 2. p. c. 13. n. 1.* Sozom. *l. 5. c. 10*

Pelagius. Petr. Greg. Sozomen.

QUÆTIO II.

Abbates in multiplici sunt differentia.

SUMMARIUM.

4 *Abbates quidam sæculares, quidam Regulares, sæculares in quadruplici differentia.*
5 *Regulares in duplici defferentia.*

4. ABbates quidam sunt sæculares, quidam regulares, ut in cap. Transmissa ibi Glossa verb. *Abbates, de renunt.* & *in cap. Cum ad Monasterium de statu Monachor.* Abbates sæculares sunt in quadruplici differentia. Primò: quidam sunt, qui non solum in cleros, sed etiam in laicos sibi subiectos quasi Pontificalem, vel Episcopalem jurisdictionem obtinent, ac pariter pontificalia insignia gestant, utuntúrque annulo, Mitra, & baculo pastorali, horum dignitas Episcopali proxima consistit. Secundò: alij sunt Abbates prædictis longe inferiores, qui nec Episcopalem jurisdictionem habent, nec Episcopalibus insignibus utuntur, & quamvis eorum Abbatiæ dignitates sint, non tamen proximè Episcopali dignitati accedunt. Tertiò: alij sunt Abbates sæculares, qui in quibusdam Cathedralibus Ecclesiis inter cæteras dignitates magnum retinent locum; nulli tamen Collegio præsunt, sed tantùm in choro, vel aliis actionibus capitularibus quandam prærogativam, seu primum locum honorificè habent. Quartò: alij sunt Abbates Commendatarij, qui habent Abbatias non solum in titulum; sed etiam in commendam ad perceptionem fructuum; de quibus Tamburinus *tom. 1. de ture Abbatum, disput. 3. quæst. 1. num. 6.* & *disput. 4.* G. Chopin. *in Monastic. lib. 1. tit. 1. num. 14.* Rebuff. *in praxi tit. sæcularia beneficia quotupnum. 5.* Mendez de Castro *in praxi Lusitan. part 2. lib. 2. cap. 1. num. 20.* de his tamen sæcularibus ad nos tractare non pertinet.

4. C. Transmissa. Glossa. Cap. cum ad Monast. Tamburinus. Chopin. Rebuff. Mendez.

5. Abbates regulares de quibus in præsenti est sermo sunt in duplici differentia; quidam sunt reales, qui actualiter habent subditos, ut Abbates S. Basilij, & S. Benedicti, S. Bernardi; ex his quidam habent maiorem, quidam minorem jurisdictionem; maiorem ut generales;

5.

rales minorum ut Conventuales ; alij ſunt Abbates non reales, qui actu ſubditos non habent, vel quia fortaſſe Monachi locum reliquerunt, vel quia Monaſterium eſt extinctum, vel aliò tranſlatum, vel alicui ſæculari Clerico in commendam datum. Ita Abbas *conſ.* 101. *in quæſt. n.* 1. Card. Tuſch. *lit. A, Clem.* 3. *n.* 21. Sylveſter, Angelus *verb. Prælatus.*

Abbas. Tuſch. Sylveſt. Angel.

QUÆSTIO III

An benedictio ſit neceſſaria Abbatibus, ut ſuum munus exequantur.

SUMMARIUM.

6 *Abbatum benedictio non fit nuctione, ſed deprecatione.*
7 *Abbas benedicendus à proprio Epiſcopo ; & ſi Epiſcopus renuat, exerceat ſuum Officium.*
8 *Hæc benedictio poteſt dari qualibet die.*
9 *Hæc benedictio non reiteratur.*
10 *Abbates non benedicti gaudent omnibus privilegiis, ac benedicti.*
11 *Hæc benedictio non eſt eſſentialis Abbati.*

6. ABbates Regulares alij ſunt benedicti, alij non benedicti, iuxta uſum & modum ſuæ Eccleſiæ, quo ſolent benedici, cap. *Alienationes*, 12. *q.* 2. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tr.* 8 *lib.* 2. *c.* 29. *n.* 2. & hoc in Abbatibus potius dicitur benedictio, quam conſecratio : nam conſecratio fit unctione Chriſmatis; hæc autem benedictio fit Eccleſiæ deprecatione, ut patet ex Pontificali Romano Clement. VIII. & notat Azor. *tom.* 1. *inſtit. Moral. lib.* 12. *cap.* 20. *q.* 2. de ritu autem benedicendi Abbates, vide ipſum Pontificale Romanum *fol.* 87. & *fol.* 117. & Caſtald. *in praxi cæremonial. lib.* 1. *ſect.* 11. *cap.* 2. Tambur. *tom.* 1. *diſ.* 11. *q.* 14.

C. Alienat. Suarez. Pont. Rom. Azor. Caſtald. Tambur.

Abbas perpetuus, ut debeat exercere ſuum Officium, benedicendus eſt à proprio Epiſcopo, *cap.* 1. *de ſupplenda neglig. Prælator. cap. Cum conting.* Et ſi Epiſcopus ter requiſitus ſine cauſa renuerit, Abbas poteſt exercere ſuum Officium. Ita *dict. c. de ſupplenda negligentia.* Ita Scipio *de Rubr. Fr. Emanuel. Miranda*; & alij multi, quos citat & ſequitur Barboſa de iure *Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 49.

C. 1. de ſup. C. Conting. Scipio. Fr Eman. Miranda. Barboſa.

8 Hæc autem benedictio, & ſi multi contendant, quod danda ſit die Dominico, vel feſtivo, ut cum Panormitano, Filino dicunt Sylveſter *verb. Abbas, n.* 4. Angelus *eodem verb. n.* 6. tamen exiſtimo, quod aliis etiam diebus, in quibus minores ordines conferuntur dari poteſt, cum non ſit tanta quanta Epiſcopi, nec major, quam Eccleſiæ, vel altaris benedictio, quæ etiam aliis diebus præter Dominicos datur. Gavant. *verb. Abbas* Lezana *tom.* 2. *Regular. cap* 2. *n.* 36.

Sylveſt. Angelus. Gavant. Lezana.

9. Hæc autem benedictio non reiteratur, quia etſi characterem non imprimat ; æquiparatur in hoc tamen benedictioni nuptiali, & aliis benedictionibus Eccleſiaſticis, quæ circa eandem rem permanentem non ſolent reiterari. Navaz. *conſ.* 2. *de Sacramento non iterando.* Vgolinus *de officio Epiſcopi, cap.* 31. §. 1. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 29. *num* 2. & 3. Vnde à Sacra Congregatione declaratum eſt, quod Abbas ſemel benedictus cum uſu birreti, ſi transferatur ad aliam Abbatiam habentem uſum mitræ, non indiget alia benedictione, ſed poteſt per ſe ipſum mitram capere. Barboſa *Collectanea Bullarij verb. Abbas.* Navar. *in Lucerna Regular. verb. Benedicere, num.* 11.

Navar. Vgoli 1. Suarez. Barboſa. Navar.

10. Abbates non benedicti gaudent omnibus, & ſingulis honoribus, facultatibus, priviegiis, ac inſignibus competentibus Abbatibus benedictis, ac ſi benedictionis munus fuiſſent aſſecuti. Ex indulto Eugenij IV. *pro Congregatione S. Iuſtinæ*, & Iulij II. *pro Abbatibus Olivetanis*, & Pij. V. *pro Canonicis Regularibus.* Ita Fr. Emanuel. *tom.* 1. *quæſt.* 12. *art.* 4. Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 38. *art.* 9. *concl.* 3. *Collector. Privileg Ciſter. tit. Abbas.* §. 4 & 5. Caſtald. & alij, quos citat & ſequitur Barboſa *de iure Eccleſiaſtic. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 47.

10. Eugen. IV. Iulius II. Pius V. Fr. Emann. Miranda. Caſtald. Barboſa.

11. Nam ut notat Tambur. *tom.* 1. *diſp.* 11. *q.* 5. *n.* 3 Hæc benedictio non eſt eſſentialis, ſicut Epiſcopi conſecratio, ſed tantum inſervit ad bene eſſe, & ad majorem ſolemnitatem ; ex quo deducit ipſe *n.* 4. Cum Card. Imola, Panormitano. Filino, quod Abbas ante benedictionem poteſt uti baculo paſtorali, & reliquis Pontificalibus, ac ſi eſſet benedictus.

11.

QUÆSTIO IV.

Abbates aliquando veniunt nomine Monachi, ſeu Religioſi, ac etiam nomine Ordinarij.

SVMMARIVM.

12 *Abbates ſunt verè, ac propriè Prælati.*
13 *Abbates in favorabilibus veniunt nomine Monachi non vero in odioſis, & n.* 14.

ABbates ſunt verè & præpriè Prælati, ut patet *ex c. Decernimus, C. Præſenti, de Officio Ord. n.* 6. Proindéque ea, quæ de aliis Prælatis dicuntur eis competunt. De conditionibus, ac qualitatibus Abbatis dicam cum de Prælatis fuerit ſermo, eorum officium erat perpetuum, nunc vero poſt Trident. triennale, habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem erga ſuos ſubditos, imò magis qualificatam, quam Provinciales Mendicantium, utuntur ſignis Pontificalibus Mitta, baculo, &c. Hieronymus Rodriguez *Reſol.* 1. *n.* 12.

C. Decerni. C. Præſenti. Hier. Rodr.

13. Abbates nomine Monachi, ac Religioſi veniũt in favorabilibus, minimè verò in odioſis, Prima pars inde oſtenditur, quia Abbas per Abbatiam non deſinit eſſe Monachus, vel Religioſus, *cap. Ex ore, cap. ultimo de Privilegiis*; & ibi docent Hoſtien. D. Antonin. quos citat ac ſequitur Panormitanus *ibidem num.* 2. & duobus ſequentibus. Sicut Rector per Rectoratum Scholarium non deſinit eſſe Scholaris : ergo in favorabilibus nomine Scholaris venit Rector, & etiam nomine Monachi, Abbas. Secunda pars oſtenditur : quia Monachus adepta Abbatia tetinet conditionem ſuperioris,

C. Ex ore. Hoſtien. D. Anton. Panormit.

superioris, ac Prælati super alios Monachos: ergo in odiosis non venit nomine Monachi. *Ex Text. in simili. Per c. Statutum.* Iuncto *c. Licet, Canon de electione, in* 6. Ubi declaratur, quod nomine Ecclesiæ Parochialis in materia odiosa non venit Ecclesia Parochialis, collegiata, quia licet sit etiam Parochialis, insuper retinet illam conditionem collegij, Navar. *lib.* 3. *Consil. tit. de Regular. consil.* 79. *dub.* 15. Sanchez *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 84. Valenzuel. *consil.* 74. *num.* 59. Portel. *verb. Abbas, n.* 5. Naldus *in sum. verb. Abbas, in* 1. Ex quo nota, quod excommunicatio in Monachos, non comprehendit Abbatem, nisi id ex verbis superioris constet.

C. Statutū. C. Licet. Navar. Sanchez. Valenzuel. Portel. Naldus.

14. Nomine Ordinarij comprehendi etiam possunt Abbates: aliique Prælati, qui habent iurisdictionem ordinariam ex vi sui officij, ac proinde cum in aliquo iuris loco quidquam ordinariis committitur, vel de ordinariis est sermo, nisi aliud requirat subiecta materia, tunc non tantum ad Episcopos, sed etiam ad Abbates cæterósque Prælatos jurisdictonem ordinariam habentes per respectum ad suos subditos id extenditur. Sylvest. *verb. Excommunc.* 9. *casu* 47 *n.* 92. Navar. *lib.* 4. *Consil. in* 2. *editione.* Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 2.

Sylvest. Navar. Sanchez.

Quæstio V.

Abbates Regulares uti possunt insignibus Pontificalibus; & quænam hæc sunt.

SUMMARIUM.

15 *Abbates multi utuntur signis Pontificalibus*
16 *Quid significant signa Pontificalia.*
17 *Mitræ triplex species.*
18 *Baculus Abbatis cum sudario componendus.*
19 *Vsus Baldachini non debetur Abbatibus.*

15. Barbosa. Multi sunt Abbates Regulares, quos ad octo ordines, ac titulos refert Barbosa *de iure Ecclesiastico, lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 55. Qui uti possunt Pontificalibus insignibus. Hæc autem Pontificalia insignia sunt *Mitra, Baculus pastoralis, Annulus, Sandalia, Tunicella, Dalmatica, Chirotheca, Crux pastoralis* Ita Isidorus Moscon. *tract. de magnitud. Militantis. Eccles. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *vers. Ornamenta*; & Mich. Leon Esten. *in speculo sacrarum Cærem. verb. Abbas*, §. *Abbatis vestes.*

Isidor. Mich.

16. Durand. Quidam ex Durando *in suo Ration. divin. Offic. lib.* 3. *a c.* 13. Notant, quòd, *Mitra*, significat Christi coronam spineam, vel ut alij volunt propter duo cornua, quæ habet, duo testamenta, vel duo charitatis præcepta, quibus Prælatus debet repleri. *Baculus pastoralis*: denotat potestatem jurisdictionis in subditos, vel in eos Virgam vigilantem. *Annulus*: signum spiritualis matrimonij Prælati cum sua Ecclesia. *Sandalia*: præparationem ad ambulandam pro prædicatione Evangelica, ac suorum salute. *Tunicella*: virtutes animæ significat, quibus cum perseverantia debet esse undique præcinctus, ac indutus. *Dalmatica*: ob extensas manicas, quas habet, pietatis liberalitatem denotat. *Chirothecæ*: Sanctorum exempla adumbrant, quæ in manibus, seu operibus manifestanda sunt. *Crux pectoralis*: Christi passionem in corde, in qua adinstar Pauli mundo crucifixus sit. *Ad Galatas* 6. *num.* 14. Ad Gal. 6.

17 Mitræ triplex est species, una, quæ, *pretiosa* dicitur, quia gemmis, & lapidibus pretiosis, vel laminis aureis, aut argenteis contexta esse solet. Secunda. *Auri frigiata*, sine gemmis, sine laminis aureis, vel argenteis, sed aliquibus parvis margaritis, composita ex serico albo, aurointermixto, vel ex tela aurea simplici, sine laminis, & margaritis. Tertia, quæ, *simplex* vocatur, sine auro & gemmis, simplici damasco, vel alio, aut etiam linea, ex tela alba confecta rubeis laciniis, seu franciis, & vittis pendentibus Ita habetur ex *Cæremen. Episcop. lib.* 1. *c.* 17. Castald. *in praxi Cæremon. l.* 1. *sect.* 5. *cap.* 4. *n.* 5. Ex his tribus mitris, Abbates illa tantum uti debent, & non alterius speciei, quæ eis à Sede Apostolica conceditur. Navar. *in Lucerna Regular. verb Mitra, n.* 1. Proindéque uniuscuiusque Abbatis privilegium consultandum; ut monet Mich. Leon *in speculo sacrarum Cæremon. verb. Abbas*, §. *Abbatis vestes, vers. Mitra Abbatis.*

Cæremon. Episc. Castald. Navar. Mich. Leod.

18. Baculus pastoralis Abbatis ornandus est sudario ad differentiam baculi Episcopalis. Gavant. *in Manuali Episcop. verb. Abbas, num.* 8. Annulus habet Gemmam, in ea tamen nihil scriptum sit. Stepstan. Durand. *lib.* 2. *de Ritibus, cap.* 9. Prove. *libro tertio, de sacra suppellectili.*

Gavant. Stephan. Durand. Prove.

19. Vsus Baldachini quo fruuntur Episcopi, de se non est debitus Abbati, nisi ex peculiari privilegio concedatur, ut ex quadam declaratione Sacræ Congregationis constat; quam refert Barbosa *de officio Episcop, allegatione* 8. *n.* 18. & de facto eo uti possunt Abbates Olivetani, Cassinenses, & Cœlestini, sed tribus tantum festivitatibus, idque ex privilegio ipsis concesso, quod refert Gavant. *in manuali verb. Abbas, num.* 6. Quod etiam à S. Congregatione Rituum fuit extensum ad Canonicos Regulares S. Salvatoris; ut refert Pellizar *tom.* 2. *tr.* 8. *cap.* 5. *n.* 93. & cum hæc concessio sit tantum ad tres festivitates, & tales festivitates non determinentur, has potest pro sua voluntate eligere Abbas.

Barbosa. Gavant. Pellizar.

Quæstio VI.

In quibus locis Abbates possunt uti signis Pontificalibus.

SUMMARIUM.

20 *Abbates in quibus Ecclesiis usum Pontificalium habeant.*
21 *Abbas non potest indui in altari, nisi dum celebrat.*
Multa alia circa benedictionem Abbatis; Vide, *Benedicere.*

ABbates, quibus usus Pontificalium conceditur, hunc tantum habent in suis

Eccleſiis, Eccleſiiſque ſuæ Abbatiæ unitis, in quibus conceditur ut poſſint benedicere populo, & non extra, ut cum communi ſententia tenet Tambur. *tom.1.diſp.21.q.2.* At vero extra prædictas Eccleſias talibus inſignibus non poteſt uti, nec ante ſe referre, ut declaratum eſt à S. Congregatione Rituum die 17. Iulij 1641 ut referunt Barboſa *in Compend. Bullarij, verb. Abbas, & eodem verb. Gavantus, n.6.* quod intelligitur niſi detur aliquod ſpeciale privilegium, ut habetur conceſſum Cæleſtino Abbati de Salmona *ex Cæleſtino V. Eugenio I V. apud Bullar.* Rodrig. *tom.1. Bulla.18.*

Barboſa. Gavant.

21. Abbas non poteſt indui in altari, niſi tantum quando ſolemniter celebrat in Pontificalibus, ut conſtat *ex Decreto Vrbani V I I I appoſito in exordio Miſſalis Romani*, de quo *verb. Abbate*, ubi de hac re.

Multa circa hanc rem, ac de benedictionibus quæ dantur ab Abbatibus, an hoc præſtare poſſint, dum celebrant coram Epiſcopo, ac per viam incedunt, & alia quamplurima dicam infra in conſulto *de Benedictionibus.*

QVÆSTIO VII.

An Abbates habentes Epiſcopalem iuriſdictionem poſſint omnia in ſuo territorio, quæ Epiſcopi poſſunt?

SVMMARIVM.

22 *Abbates qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt ea, quæ Epiſcopi.*
23 *Poteſt quæ Epiſcopus, & multa referuntur.*
24 *Poteſt indulgentias etiam concedere.*
15 *An habeant poteſtatem datam in Tridentino Epiſcopis, & n.26.*

22. ABbates, qui Ordinarij locum tenent, habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſuntque omnia regulariter, quæ Epiſcopi in ſua diœceſi circa ea, quæ ſunt ſuæ iuriſdictionis, ita multi Auctores, quos citat & ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p. 2. allegat.32.n.31.*

Barboſa.

23. Indéque dicti Abbates poſſunt diſpenſare in votis ſuorum ſubditorum, eóſque à iuramentis abſolvere. Ita Sylveſter, Navarr. Azor. Suar. quos citant, & ſequuntur Sanchez *in Decalog. tom.1 lib.4. cap. 38. num.19.* Reginaldus *lib.18. num.339.* poſſuntque confeſſarios ad audiendas fidelium confeſſiones approbare, ſicut & prædicatores, denuntiationes matrimoniales remittere; poſſunt etiam matrimoniis contrahendis intereſſe, beneficiáque curata concedere, Synodum conſtituere, & facere, ſicut faciunt Epiſcopi. Ita Tamburinus cum multis *tom.1.diſp.24.quæſt.7.* Flores de Mena *var.reſol. lib.3.q. 24.n.9.* quod intelligitur de Abbate habente Provinciam, ut declaravit S. Congregatio Concilij die 17. Aug. 1619 refert Garcia *de benef.p.9.5.2.n 131.*

Sanchez. Reginald. Tambur. Flores. Congreg. Garcia.

24. Potéſtque ſicut Epiſcopus ad Concilium Generale, ſeu Provinciale admitti. Ita cum Panormit. & aliis Villadiego *de legato c.10.à n.4.* Potéſtque indulgentias concedere, quæ ſolitæ ſunt dari ab Epiſcopis; potéſtque dare ſuis clericis commendatias, & exercere per alium quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis; ut conſtat ex *c. Aſcendentibus de exceſſ. Prælator.* Ant. de Roſella *tract. de Indulgentiis.n.34* Flores de Mena *cit.q.24.n.12.* Barboſa *de poteſtate Epiſcop.p 3. allegat.88.à n.17.*

Villadieg. C. Aſcend. Ant. de Ro Flores de Mena. Barboſa.

Maior difficultas eſt: An huiuſmodi Abbates habeant facultatem diſpenſandi, & abſolvendi conceſſam Epiſcopis per Concilium Tridentinum *ſeſſ.4. cap. 6.* Affirmant Henriq. Fr. Emanuel. Flores de Mena, Avila, quos citant & ſequuntur Sayrus, Clavis Regia *lib.6. cap.11.num.83. in fine.* Sanchez *in Decalog. tom.1.lib.2.cap. 11.num.5.* & hæc ſententia eſt probabilis.

25. Trident. Henriq. Fr. Eman. Flores de Mena. Avila. Sayrus. Clavis Reg Sanchez.

Contrariam ſententiam tuentur multi, & graves Auctores Aragonius, Cenedo, Toletus, P. de Ledeſma, Riccius, Marius, Alter Armendarius, quos citant, & ſequuntur Suar. *tom4.de Pœnit. diſp 30 ſect.2.num.7.* Bonacina *de Cenſ. diſp.7.q.5.p.1. n.6.* & in hanc maximè inclinat Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib1.cap.17.n.99.* Fundamentum eſt, quia diſpoſitio Concilij in hac parte derogat iuri communi, & inde maximè eſt limitanda, ut nomine Epiſcopi, intelligamus ſecúdum propriam illius ſignificationem, illos tantum, qui Epiſcopali dignitate fulgent; quare Abbates, ac alij inferiores Prælati habentes iuriſdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem tali facultate conceſſa Epiſcopis abſolvendi, ac diſpenſandi, non gaudent.

26. Aragon. Suarez. Bonacina. Barboſa.

QVÆSTIO VIII.

An Abbates regulares poſſint ſuis ſubditis conferre primam tonſuram, ac minores ordines, cum eiſque in interſtitiis diſpenſare?

SVMMARIVM.

27 *Tria requiruntur in Abbatibus, ut dent minores ordines.*
28 *Tales Abbates poſſunt dare primam tonſuram, & minores ordines ſuis ſubditis.*
29 *Poſſuntque cum eis diſpenſare in interſtitiis, & n.30.*

VT Abbates valeant conferre primam tonſuram, ac minores ordines ſuis ſubditis tres conditiones requiruntur. Prima, ut ſit Sacerdos. Secunda, ut benedictionem acceperit ab Epiſcopo. Tertia, ut habeat uſum baculi, ac mitræ *cap. Abbates, de Privil. in 6.* Riccius *in praxi Epiſcop p.1.n.6.p.26.* Stephan. Garcia *tom.5.cap.845. à principio.*

27. C. Abbates Riccius. Garcia.

Tales Abbates valent primam tonſuram, ac minores ordines conferre ſuis ſubditis profeſſis. Ex privilegio Greg. IX etiam non obſtante uſu longi temporis ex Innocent. V I I I. pro Ciſtercienſibus. In quo omnes conveniunt, ut patebit ex infra dicendis, & hoc tantum in ſuis Eccleſiis, ut conſtat ex *q.6.*

28. Greg. IX. Innoc. VIII

In omni caſu, in quo huiuſmodi Abbates, primam tonſuram, minotéſque ordines ſuis ſubditis

29.

ſubditis regularibus conferunt, poſſunt cum eis diſpenſare in interſtitiis, hæc enim facultas annexa eſt ordinum collationi; ſicut enim ipſe poteſt ordines conferre, ſic & diſpenſare. Sorbo. *in Compendio Medicanti. verb. Ordines ſacri. verſ. Quando vero Abbates.* Miranda *tom.1.quæſt.38.artic.7.Clem.* 3. Campanella *in diverſis juris Canon.Rubr.12. cap.13. num.41.*

Sorbo

Miranda Cāpanella.

30. Abbas licet non ſit benedictus, poteſt tamen conferre ordines minores ſuis ſubditis. Per *cap. Quoniam* 79. *diſtinct.* & *cap. cum contingat, de ætate & qualitate*, tenet Sella *ad dictum cap.* 19. *num.* 9. Referens ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione 8. Auguſti 1621. & hoc etiam conceſſum eſt ab Eugenio IV. Iulio II. pro Ciſtercienſ. & à Clemente VIII. pro Camaldulenſ. referunt Archan. Rom. *de Privileg. verb. Abbas.* Diana *p.11.tract.2.Reſol.30.*

30.

C. Quoniam. C. Cum conting. Sella.

Archan. Diana.

Quæstio IX.

An Abbates primam tonſuram, ac minores ordines poſſint ſuis novitiis conferre?

SUMMARIUM.

31 *Partem negativam tuentur multi.*
32 *Pars affirmativa verior.*

31. Partem negativam tuentur Henriquez, Cardin. Tuſch. Rodriquez Miranda, Ugolinus; & alii multi quos citant, & ſequuntur Sayrus *de Cenſ. lib.4.c.13.num.3.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p.2. allegat. 3. n. 9.*

31. Henriq. Sayrus. Barboſa.

32. Oppoſita ſententia mihi ſimpliciter eſt vera, quam tenent Suar. *tom. 4. de relig. tract. 8. lib.2.cap.29.num.19.* Rebuff. *in praxi., part. 1. tit. de Clericis, num.* 18. nam Concilium Tridentinum *ſeſſ.23. de reformat. cap.* 10. ait: *Non liceat Abbatibus, cuiquam, qui Regularis ſubditus non ſit tonſuram, & minores ordines conferre.* Atqui novitij ſunt regulares ſubditi ſuorum Prælatorum, & privilegiis Religionis gaudent; ut reſolvunt Molina *de juſtitia, tract.2.diſp.138.verſ. Præter hos.* Azor. *part. 1. lib.12.cap.2.* & confirmatur: quia ipſemet Barboſa proximè citatus tenet cum Ioan. Baptiſta. *Tiber inſtruct. pro ordinandis, cap. 7. quæſt. 5.* Sanchez *in Decalogo, tom.2.lib.6.cap.10. in fine.* Bartholomæo de Vecchis *in praxi ſervanda, diſp.9.q.8.num.3.* Tamburin. *tom.2. diſp.2.q.27.* Quod ſi Abbates, & alij Religionum Prælati habeant privilegium concedendi ſuis Monachis dimiſſorias literas ad quemcunque Epiſcopum, licet de novitiis ibi non fiat expreſſa mentio, poterunt tamen etiam novitiis illa concedere, ut à quocunque Epiſcopo ordinentur, ſicut cæteris Monachis profeſſis concedere poſſunt: ergo ſi Abbas poterit dare dimiſſorias novitiis, poterit etiam eis conferre primam tonſuram, ac minores ordines; nulla videtur maior ratio.

32. Suarez. Rebuff.

Trident.

Molina. Azor.

Ioan. Bapt.

Sanchez. Vecchis.

Tambur.

Quæstio X.

An Abbates poſſint conferre ordines minores ſibi non ſubditis.

SUMMARIUM

33 *Affirmant multi Viri Doctiſſimi.*
34 *Sententia negativa etiam multorum.*
35 *Abbas habens territorium dat dimiſſorias, &, n.36.*
37 *Non poſſunt conferre ordines ſibi non ſubditis.*

33. Hæc quæſtio maximè controverſa extitit inter Viros doctos multis in regnis; & partem affirmantem etiam poſt Tridentinum tenent Quaranta *in Summ. Bullar. verb. Ordo, ad finem.* Bonacina *de Sacramento Ordinis, diſp.8.quæſt. unica, punct.4.n.3.* Azor. *p.1. lib.12. c.20.q.7.* Sanchez *in conſil. lib. 7. cap. 1. dub. 21. à num.5.* Lezana *in Summa, tom.1. cap.14.lib.12.* & *cap.18.n.65.* Vgolinus, Layman, Arezedus, Marchinus, Marcellus Vulpe. Moſcan Formarius, ac multi alij, quos citat Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 17. num.* 68. & ait, quod vidit multos magnos viros huic ſententiæ tenaciter adhærentes, & quod maximè optaverit declarationem Sedis Apoſtolicæ de hac re.

33.

Quaranta. Bonacina.

Sanchez. Lezana.

Multi apud Barboſam.

34. Negativam ſententiam tenent Miranda *tom. 1. quæſt. 38. art.9, clon.2.* Suarez *tom.4. de relig. tract.8. lib.2.cap.29.num.19.* Illuſtriſſ. Rodericus à Cunha *in Com. ad cap. 1. num. 6. diſteinct. 95.* Poſtel. *in dub. verb. Abbas, num. 2.* Tannerus, Homobonus, & multi alij quos citat & ſequitur Tamburinus *tom. 2. diſp. 2. quæſt.7.num.1.* Ut clarè & breviter in hac materia procedamus,

34. Suarez. Cunha.

Poſtel. Tannerus. Homobon. Tambur. Azor.

35. Dico Primò: quod Abbates, qui habent uſum mitræ & baculi, & habent ſuam juriſdictionem Eccleſiaſticam, quaſi Epiſcopalem, ſubditis ſæcularibus ſui territorii poſſunt dare dimiſſorias literas, ut à quocumque Epiſcopo ordines accipiant, & ita eſt in uſu, & faciunt Abbas de Guimaraës, Abbas S. Crucis Conimbric. Abbas de Alcala Real. ut teſtatur Sanchez citandus.

35.

36. Probatur: quia hanc facultatem habent prædicti Abbates à jure *ex Concil. Generali 7. c.14.* & habetur *cap. Quoniam, diſt. 69* & *c. Abbates, de Privileg. in 6.* Atqui Concil. Trid. *loco citato* ſolum derogat immemorabilem conſuetudinem, ac quodcunque privilegium, non de corpore iuris; quia hoc non derogatur per clauſulas communes, ſed ſpeficas: ergo hæc facultas manet integra Abbatibus. Alia fundamenta adducit Sanch. *citato c.1.dub. 19. n.6.*

36. Synodus 7. C. Quoniam. C. Abbates. Miranda. Sanchez.

37. Dico ſecundò, quod hodie Abbates infulati non poſſunt primam tonſuram, nec ordines minores conferre, niſi tantum ſuis ſubditis regularibus, & non religioſis alterius Religionis, nec ſæcularibus. Ita declaratū eſt à S. Congregatione die 13. Novembris 1641. Ubi ita habetur, cenſuit Sacra Congregatio Abbates Regulares Benedictos eiuſdem Congregationis Caſſinenſis; ſeu alterius Cōgregationis, vel Ordinis, aut inſtituti, habentes etiam jura

37.

S. Congr.

Epiſcopalia, ſeu quaſi Epiſcopalia, uſumque mitræ,& baculi, & benedicendi, ac facultatem primam tonſuram & minores ordines cõferendi, non poſſe iſtam primam tonſuram, nec alios ordines minores, niſi ſuis ſubditis regularibus conferre; non autem regularibus alterius ordinis, Congregationis, ac inſtituti, etiamſi habeant literas dimiſſorias ſuorum Regularium, & conſenſum Ordinariorum, intra quorum diœceſum fines ipſi regulares ordinandi exiſtunt: & multo minus perſonis ſæcularibus etiam habentibus literas dimiſſorias à ſuis ordinariis. Et ſubdit Sacra Congregatio; & ſi ſecus fiat, tam concedentes, quam ordinantes, à collatione Ordinum ſuſpenſi remaneant, præter alias pœnas arbitrio ejuſdem Congregationis reſervatas; quam declarationem approbavit Sanctiſſ. D. Vrbanus VIII. die 17. Janu. 1641. & refert Diana *p. 7. tract. 11. Reſol. 42.* & teſtatur ſe eam acepiſſe à Secretario prædictæ Congregationis; & ſic iam ceſſat tota controverſia.

Vrb. VIII. Diana.

Fundamentum eſt; quia Concilium ait: *Non liceat*; ac proinde ſolùm reddit actum illicitum; nam ad hoc ut actus eſſet invalidus, alia forma verborum erat utendum, v.g. Non poſſunt Abbates; vel non habent juriſdictionem. Confirmatur; quia cum quidam laicus ſuſcepiſſet primam tonſuram, ac minores ordines ab Abbate Caſſinenſi, & poſtea dubitaverit, an ordines eſſent validi, vel ipſe indigeret diſpenſatione, quòd dubium cum eſſet delatum ad Sedem Apoſtolicam, reſpondit ſacra Congregatio Cardinalium: *Quod indigebat diſpenſatione; ſed non eſt neceſſe, ut iterum ordinetur.* Hanc adducit Barboſa inter declarationes ad Tridentinum, & eſt ſecunda in ordine. 41.

QUÆSTIO XI.

Si aliquis ſæcularis, vel regularis alienæ Religionis ſit in minoribus ordinatus ab aliquo Abbate; an tales ordinationes non ſolum ſint illicitæ, ſed etiam invalidæ?

SUMMARIUM.

38 *Status quæſtionis.*
39 *Auctores affirmantes ordines invalidos.*
40 *Prædicti ordines validi, ſed illiciti, & n. 41.*

38. PRæſens difficultas eſt: An ſi aliquis religioſus alterius religionis, vel aliquis ſæcularis ordinetur ad aliquo Abbate; Quæritur an tales ordines minores cum prima tonſuri, non ſolum ſint illiciti, ſed etiam invalidi; ita ut ſuſcipiens ſit ordinandus, tanquam nanquam tales ordines ſuſcepiſſet.

39. Quòd tales ordines ſint invalidi, ac nulli, ſic ſuſcepti; tenet Laurentius de Peirinis *de. Prælato regular. tom. 1. quæſt. 3. cap. 7. num. 23.* & citatur etiam pro hac ſententia Suar. *tom. 4. de Releg. lib. 2. cap. 29. num. 8.* Fundatur: quia Concil. Tridentinum *citato loco ſeſſ. 23. cap. 10.* ait: *Non liceat Abbatibus cuiquam, qui regularis ſubditus non ſit primam tonſuram, ac minores ordines conferre.* Cum Concilium dicat, *non liceat*, videtur auferre poteſtatem Abbatibus, ac proinde tales ordines recipiuntur à non habente poteſtatem, & inde nullæ ſunt.

Peiriu. Suarez. Trident.

40. Oppoſita ſententia mihi eſt vera, quod tales ordines ſunt validi & illiciti quoad uſus ordinum. Ita Fr. Emanuel, *tom. 1. quæſt. 18. art. 1.* Malfeſ. *tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 18. in fine*, Sanchez *in conſil. lib. 7. cap. 1. dub. 11. num. 17.* Tamburin. *tom. 2 diſp. 2. quæſt. 8. num. 1.* Præpoſitus *in 3. part. diſp. unica de Sacramento Ordinis, dub. 13. num. 124.* Marcel. Vulpe *cap. 7. n. 10* Ludovic. de San Ioan *en ſu Lucid. de Sacerd. cap. 7. num. 10.*

Fr. Eman. Molfeſ. Sanchez. Tambur. Præpoſit. Vulp. Ludovic.

QUÆSTIO XII.

An hodie Abbates poſſint conferre majores ordines Diaconatus, & Subdiaconatus?

SVMMARIVM.

42 *Sententia affirmans.*
43 *Sententia negans vera.*

42. AFfirmativam ſententiam tenent Philibertus *tract. 1. de Sacram. Ordinis, part. 2. cap. 13. n. 9.* Brunus *part. 2. tract. 7. cap. 3. prop. 5.* & fortiter pro hac ſententia pugnat Caramuel. *cap. 61. num. 1626.* Hoc conceſſum eſſe Abbati Ciſtercienſi, & primis quatuor Abbatibus ab innocentio VIII. ann. 1489. Bulla, quæ incipit: *Expoſcit tua devotionis.* Ut ejus ſubditi ne extra clauſtrum vagare cogantur pro ſuſcipiendo Diaconatu, & Subdiaconatu, ut eis prædictos ordines conferre valeat ipſe Abbas.

Philibert. Brunus. Caramuel.

43. Contraria ſententia eſt vera, eam tenent Navarrus Fr. Emanuel. Vaſq. Layman, quos citant & ſequuntur Caſtr. Palaus *tom. 4. tr. 27. Reſol. 4 o.* quia quamvis concedatur quod illa poteſtas data ſit Ciſtercienſibus, tamen illa hodie nullo modo poteſt uti, nam ut notant Navarr. Fr. Emanuel. & alij citati, videtur uſu, ac conſuetudine abrogata: & hoc indicat Tridentinum *ſeſſ. 23. c. 10. de reform.* Nullam in Abbatibus talis poteſtatis facit mentionem, & ſolùm ei permittit primam tonſuram, ac minores ordines conferre, non omnibus, ſed tantum ſuis ſubditis, & cum Concilium ſolum agat de minoribus ordinibus, nullam aliam in eis agnoſcit poteſtatem. Et confirmatur: quia Tridentinum *ſeſſ. 23. cap. 12* ad majores ordines, ut Diaconatus, & Subdiaconatus, requirit examen Epſcopi cum clauſula revocatoria privilegiorum Regularium: ergo privilegium aliter ſuſcipiendi ordines revocatum eſt.

Navar. Fr. Eman. Vaſquez. Layman. Pauſus. Diana. Trident.

QUÆSTIO XIII.

An Abbates poſſint miniſtrare Sacramentum Confirmationis?

SUMMARIUM.

44 *Ordinaria poteſtas non datur, ſed tantum delegata à Papa.*

44. NEgativa ſententia eſt communis, & recepta ex ordinaria poteſtate; nam Sacramentum Confirmationis, ita eſt actus ordinis Epiſcopalis, ut non poſſit miniſtrari ab abbate, qui Epiſcopus non ſit, nec à ſimplici ſacrdote, etiam de licentia Epiſcopi; niſi tantum ex delegatione Summi Pontificis, & Chriſmate confecto ab Epiſcopo, ut probat C. Pervenit. expreſsè text. *in cap. pervenit, 95. diſtinct.* ita D. Thom. D. Thomas 3. *part. quæſt. 72. art. 11.* Bellarm. Bellarm. *de Confirmat. cap. 12.* Coninch. Coninch. *de Confirmat. num. 97 & 105.* Vaſquez Vaſquez 3. *part. diſput. 219. cap. 1. num. 3.*

QUÆSTIO XIV.

Vtrùm Abbates aſſumi poſſint in Clericorum degradatione?

SUMMARIUM.

45 *Proponitur Decretum Concilij Tridentini.*

45. Trident. DEcrevit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 13. cap. 4. de reformat.* Quod deficientibus Epiſcopis ex iure neceſſariis, in eorum locum in Clericorum degradatione, Abbates, qui vſum mitræ, & baculi, ex privilegio Apoſtolico habent, aſſumi valeant cum proprio Epiſcopo, quos quidem eſſe iudices aſſeſſores, & Geminian. eorum ſuffragio ſtandum eſſe; poſt Geminian. Sylveſt. & Sylveſtrem tenet Suar. *tom. 5. ad 3. part. de* Suarez. *cenſuris, diſp. 30. ſect. 1. num. 20.* ſed nec aſſeſſo- Aldret. res, nec conſultores eſſe, ſed adhibitos tantum ad ſolemnitatem ex Aldret. de *Religioſa diſciplina tuenda, lib. 12. cap. 17. num. 15.* tenet Barboſa Barboſa. *de poteſtate Epiſcopi, 3. part. allegat. 110. num. 26.* & deficientibus Abbatibus aſſumi poſſunt aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ætate graves, & ſcientia commendabiles, ut ſtatuit idem Concilium.

QUÆSTIO XV.

An Abbates vocandi ſint ad Concilium Generale, vel Prouinciale, in eoque habeant votum deciſiuum?

SUMMARIUM.

46 *Abbates ſicut, & Generales vocandi ad Concilium.*

47 *Abbates ſedent poſt Epiſcopos.*

46. ABbates Regulares præcipue qui habent iuriſdictionem Epiſopalem, vel quaſi Epiſcopalem vocandi ſunt ad Concilia Generalia, ſive Prouincialia, ut poſt Panormitan. Panorm. Actor. Villadieg. Campeg. quos citat, ac ſe- Azor. quitur Iacobatius, *de Conciliis lib. 2. art. 2. à.* Villadieg. *num. 38.* licet contrarium teneat Flores de Campag. Mena. *lib. 5. quæſt. 24. num 8.* tamen ſaltem ex uſu, Iacobat ac conſuetudine debent vocari, ſicut & Gene- Flores de rales Ordinum Mendicantium; Vnde in Con- Mena. cilio Lateranenſi, Florentino, ac Tridentino Bellarm. vocati reperiuntur, ut notant citatus Iacoba- C. Conven. tius. Bellarmin. *De Concil. Eccleſiæ. lib. 1. c. 15.* C. Adrian. *verſ. ad Catholic.* In eoque habent votum deciſivum, ſicut Epiſcopi. *ex cap. Conuenientibus. 1. quæſt. 7. & cap. Adrianus. 2. dict. 63.*

Quantum autem ad locum ſedent Abbates 47. poſt Epiſcopos, & ante Epiſcoporum abſentium procuratores. Flavius Cheral. *in Com-* Flavius. *pendio Bullarij-tom. 2. Pij IV.* Franciſus Leon. Franc. Leon *in Theſaur. For. Eccleſiaſtici. part. 1. cap. 9. num. 5.*

RESOLUTIO II.

De Abbatiſſa, & Prioriſſa.

QUÆSTIO I.

Abbatiſſa nomine monialis non venit in odioſis, maximè verò in favorabilibus.

SVMMARIM

21 *Abbatiſſa unde dicta.*

Abbatiſſa in odioſis non venit nomine monialis.

INCIPIENDO à nomine Abbatiſſæ 1. Abbatiſſa, idem eſt, ac Mater, derivatur à nomine Hebræo, Abba, à quo nomine, Abbas, trahit originem; ut dixi ſuperiori. *Reſol. quæſt. 1.* Videnda ibi dicta

Abbatiſſa, etſi in favorabilibus veniat nomine monialis ſeu Religioſæ; non tamen 21. in odoiſis; ut ſuperiori *Reſol. quæſt. 4. n. 13.* Quia ſupra conditionem monialium habet dignitatem Abbatiſſæ; Inde ille qui loquitur cum moniali Abbatiſſa non incidit in cenſuram latam contra loquentes cum monialibus. Lezana *verb. Abbas, n. 6.* Diana 3. *p. tract. 2. Reſol. 58.* Pellizar. *tom. 1. tract. 6. cap. 6. num. 22.* & Lezana. idem dicunt de novitia. De quo infra cum de Diana. monialibus fuerit ſermo. Pellezar.

QUÆSTIO II.

De ætate annorum, ac profeſſione Abbatiſſæ eligendæ iuxta Tridentinum.

SUMMARIUM.

3 *Ætas requiſita à Concilio ad Abbatiſſam.*

4 *Si non fuerit in conventu, talis ætatis.*

5 *In his duabus conditionibus ſolus Papa poteſt diſpenſare.*

6. *Prælatus habet facultatem, ut monialis electa exeat.*

3. ABbatiſſa, ut eligatur, non ſolum requiritur ut ſit expreſſe profeſſa, ſed etiam ut non ſit minor quadraginta annis, & ut octo annis poſt profeſſionem laudabiliter vixerit; Trident. ſic decernit Concilium Trident. *ſeſſ.25. cap.7. de reformatione*, his verbis: *Abbatiſſa, & Prioriſſa, & quocunque alio nomine præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligatur non minor quadraginta annis; & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit.* Quòd ſi in conventu his qualitatibus monialis non inveniatur, Præſidens electioni, ſi judicaverit non eligere ex alio monaſterio ejuſdem ordis, tanquam quid incommodum,

4. ent. Subdit Concilium: *Ex iis, quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio ſuperiore conſentiente* Suar. *eligatur*, Suar. *tom.4. de Relig. lib.2. cap.6. num.9.* Teſtatur ſe à perſonis graviſſimis accepiſſe quandam declarationem ſacræ Congregationis, quòd licèt Abbatiſſa per quinquennium non manſerit in Religione, dummodo excedat tringinta annos ad poſtulationem Monialium ex licentia Cathedralis dignitatis, ac ſui ſuperioris regularis eligi valet.

5. In his duabus conditionibus annorum, & ætatis, & profeſſionis, quæ à Concilio requiruntur, nec Epiſcopus, nec alius ſuperior poteſt diſpenſare; eſt enim lex Pontificia ſuper quam inferiores Pontifici, nihil poſſunt niſi Armendar. illis concedatur, Armendarius *in additionibus ad recopilat legis Navarræ, lib.1. tit.18. lib.7.*

6. Si verò in monaſterio nulla inveniatur, apta ad regimen, quæ habeat triginta annos ætatis, licèt habeat octo Religionis; tunc reſpondeo cum Suar. *citato, num.* 10. Quòd eligenda eſt Abbatiſſa ex alio monaſterio ejuſdem ordinis, licèt aliquæ difficultates ſint ſuperandæ; & ad hoc ut monialis electa exeat à monaſterio ad alium ejuſdem ordinis, non Guaranta. eſt neceſſaria licentia Papæ, ut cum Guaran- Tamburin. ta obſervat Tamburin. *tom.4. diſp.28. quæſt.2. num.* 12. ſed ad hoc ſufficit Prælatus Præſidens electioni, quæ enim facultas videtur ei data à Concilio: *Qui enim dat formam, dat conſequentia ad formam.*

Quæstio III.

Utrùm anni requiſiti à Concilio ad eligendam Abbatiſſam ſint completi, vel ſufficiant incepti?

SUMMARIUM.

7 *Prima opinio pro incompletis.*
8 *Secunda ſententia pro completis.*
9 *Quæſtionis Reſolutio.*

7. QUòd quadraginta anni ætatis requiſiti à Concilio, & octo profeſſionis non ſint Portel. completi, ſed inchoati multis probat Portel. 1. *part. reſponſ. Moralium caſu,* 13. *num.*1. Trident. nam Trident. *citata, ſeſſ.25. cap.7.* ait, quòd ſi in monaſterio non reperiatur monialis, quæ habeat quadraginta annos ſubdit, quod eligantur; *Quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint.* Ubi expreſsè Concilium in ætate triginta annorum requirit annos completos: *Trigeſimum exceſſerint*; ergo ſi idem valet in ætate quadraginta annorum, hoc etiam exprimeret.

Oppoſitam ſententiam; quod anni debeant 8. eſſe completi, tenet Garcia *de beneficiis, p.7.* Garcia. *cap.4. num.*71. Barboſa *de jure Eccleſiaſtico,* Barboſa. *cap.45. num.19. lib.*1. Citátque pro ea Riccium, Didacum Narbona, Machado, Azor. Sigiſm. à Bononia, Mirandam, Urſelium, Hieronym. Rodrig. Novarin. Fundantur; quia Concilium Tridentinum Trident. *ſeſſ.24. cap.12. de reformatione*, ait: *Ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clerici alioqui idonei, & 22. annis non minores aſſumantur.* Ubi ſacra Congregatio declaravit; quòd ille annus vigeſimus ſecundus debeat eſſe completus; ſic etiam annus quadrageſimus, requiritur quod ſit completus; ta- Henriq. men Henriquez *lib.14. cap.8. num.50. in Gloſſa* Sà. *liter. X.* Sà *Aphor. verb. beneficium, num.*31- Zarola. Zarola *in praxi, part.1. verb. Beneficia,* §. 1. *verſ. ad dignitates*, Azor. *part.2. lib.6. cap.5. quæſt.3.* Azor. *in fine.* Exiſtimant duos & viginti annos ſufficere incœptos, & non requiri completos; Diana *part.7. tract.17. Reſolut.9.* ait: Quòd Diana. diceret opinionem probabilem tam Porteli, quam Garciæ, niſi obſtaret declaratio Cardinalium adducta pro anno completo.

Secunda opinio communior, prima & Por- 9. teli probabilis, & ſecura in conſcientia, quia *Reſolutio quæſtionis.* frequenter dum Concilium loquitur de annorum ætate, agit de annis completis, ut patet de ætate ordinandorum, & etiam citata *ſeſſ.24. cap.12. de reformatione.* Ad majores dignitates, quibus cura animarum ſubeſt diſponit Con- Trident. cilium, ut eligatur: *Qui vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum attigerit*: Ubi ſermo eſt de annis incompletis. Declaratio Cardinalium obſtaret ſi oſtenderetur authentica, & haberet vim legis, de quo infra cum de Cardinalium Declaratione fuerit ſermo.

Quæstio IV.

An duæ conditiones annorum requiſitæ à Concilio ſint ſubſtantiales?

SUMMARIUM.

10 *Prima ſententia dicit eſſe ſubſtantiales.*
11 *Secunda dicit non eſſe ſubſtantiales.*
12 *Electio non eſt irrita, ipſo facto, ſed irritanda.*

EX defectu annorum, qui à Concilio ap- 10. ponuntur, ut retuli *quæſt.*2. electionem Abbatiſſæ eſſe nullam, & irritam, tenet Tam- Tambur. burin. 4. *tom. diſp.28. quæſt.2. num.7.* & probat tum ex quadam declaratione ſacræ Congregationis *ſub die* 16. *Maij, ann.* 1623. relata à Barboſa *lib.1. de jure Eccleſiaſt. cap.45. n.19.* Barboſa. Cùm enim verba dant formam actus, ſi fiat actus, non ſervata illa forma, ipſo jure eſt nullus

Bartol. Gomez. Lezana nullus : ut tenet Bartol. *in l. Gallus ff. lib. & poſthum.* Gomez *in cap. fin §. ſi vero de Iudic. lib. 6 num.* 19. In hanc ſententiam inclinat Lezana *in ſumma, verb. Abbatiſſa, num.* 2. ſi conſtet authenticè de illa declaratione, ac de alia, quam refert Iulius Lavorius, *lucubrat. tit.* 4. *cap.* 23. *num.* 6.

Iul. Lavor.

11. Suar. Suarius tamen *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 8. ait : Quòd hæ duæ conditiones annorum ætatis, & profeſſionis non proponuntur à Concilio tanquam ſubſtantiales, nec ab eo irritatur electio aliter facta, ſed ſimplex prohibitio ponitur, ut non aliter eligatur ; ac poindeſi electio alioquin ſit facta iuxta commune ius, ipſo iure, non eſt irrita, ſed irritanda, & hanc ſententiam eſſe ſatis probabilem tenet Pellizar. *tom.* 3. *tract.* 10. *cap.* 10 *num.* 92.

Pellizar.

12. Quæ etiam ſententia mihi videtur multum probabilis, tum quia in Concilio non ponitur clauſula irritans & multa ſanè prohibentur, quæ facta tenent ; tum quia in dubio interpretatio facienda eſt, pro valore actus, ut potius ſubſiſtat, quam corruat, *l. Quoties, ff. de rebus dubiis,* tum quia declaratio allegata non oſtenditur authentica, vel non obligat inſtar legis univerſalis ; & actus ſine debita forma factus, tunc ſolum eſt nullus, quando forma ponitur tanquam ſubſtantialis, id autem in præſenti nullo modo colligitur ex verbo Concilij.

L. Quoties.

Quæstio V.

Circa ætatis annos requiſitos à Concilio ad electionem Abbatiſſæ ; tres caſus proponuntur, ac reſolvuntur.

SUMMARIUM.

13 *Abbatiſſa electa ante ætatem, eam diſſimulans.*

14 *Si in uno conventu ſit una tantum monialis habens requiſita à Concilio.*

15 *Si concurrant duæ moniales, & in qualibet deficit una conditio Tridentini, & n.* 61.

13. PRimus caſus contigit in hac civitate Vlyſiponenſi in quodam amplo monaſterio in quo erant multæ moniales pærantiquæ ſexagenariæ, & octogenariæ, tunc quædam nobiliſſima monialis occultans ætatem, non habebat quadraginta annos à ſua nativitate, tamen ferè viginti à ſua profeſſione. Sic electa cœpit ſcrupulis agitari, conſultis iuris doctiſſimis, ac etiam me, reſolutum fuit, quod in officio ſuo continuaret, tum ad proprium dedecus vitandum, tum quia juxta dicta ſuperiori quæſtione, electio non erat ipſo facto irrita, ſed irriranda, tamen quòd diligenter quantum fieri poſſet interim à Sede Apoſtolica diſpenſationem impetraret.

Multi viri docti.

14. Secundus caſus : ſi in uno monaſterio inveniatur una tantum monialis habens requiſita à Concilio ; an tunc iſta neceſſario ſit eligẽda, tunc enim videtur, quod electio non ſit libera, ſed coacta, quod eſt contra ſubſtantiam electionis ; reſpondet Tamburin. *tom.* 4. *diſp.* 28 *quæſt.* 2. *num.* 10. Quod neceſſario illa Quadragenaria ſit eligenda quia illud non eſt reſtrictio hominis ad perſonam, ſed eſt reſtrictio juris ad qualitates ſubſtantiales actus. Tamen ſimpliciter illa electio non eſt libera, ſed coacta, quia neceſſario illa perſona, & non alia eſt eligenda, & ideo exiſtimo, quod recurrendum eſt ad remedium aſſignatum in Concilio *ſeſſ.* 25. *cap.* 7. *de Regul.* Quod poteſt eligi alia, quæ excedat triginta ætatis annos, & habeat quinque profeſſionis, de quo dixi *quæſt.* 2.

Tamburin.

Conc. Trid.

15. Tertius caſus : Si in uno monaſterio concurrant duæ moniales ad Abbatiſſatum, & utraque digna ſit, & una ex eis habet quadraginta annos ætatis, non tamen quinque profeſſionis. Altera vero habet illos, imo & octo annos completos, non tamen habet quadrageſimum ætatis, licet triginta excedat ? Quænam ex his præferenda eſt ?

16. Reſpondeo cum Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. & Pellizar. *tom.* 3. *tract.* 10. *c.* 10. *num.* 93. Quod quamvis ex utraque parte multa poſſint fieri argumenta, tamen res eſt arbitraria, & judicio prudenti Prælati reſolvenda, cum negotium ſit, ut excedens, & exceſſum ponderatis coram Deo aliis circunſtantiis religionis, reformationis, ac maturitatis, ad quam maximè conducit maior annorum ætas.

Suar. Pellizar.

Quæstio VI.

Monialis non habens quadraginta annos poterit eligi in Vicariam in Capite ?

SUMMARIUM.

17 *Non poteſt eligi in Vicariam.*

17. REſolutum eſt juxta Concilium Trid. quod monalis non habens quadraginta annos non poteſt eligi in Abbatiſſam, poterit ne eligi in Vicariam in capite ? Reſpondeo negativè ; Quia mens Concilij eſt, ut regimen Conventus ſit in perſona maturæ ætatis, & forma data in aliquo actu eſt adimplenda per æquipollens, & ad unguem debet obſervari. Alexand. Gomez. Alexand. *in lib.* 1. *ff. de liber,* Gomezius *in c.* 1. *n.* 18. *de conſtit. lib.* 6. ubi multos alios citat.

Quæstio VII.

Ex quonam Tempore Abbatiſſa electa debeat inchoare uſum ſuæ poteſtatis ; agiturque de eius confirmatione.

SUMMARIUM.

18 *Electa Abbatiſſa confirmanda.*

19 *Electa & nondum confirmata non habet Auctoritatem ad gubernandum.*

20 *Ab hac regula excipiuntur quatuor caſus.*

18. ELecta Abbatiſſa confirmanda & à ſuo ſuperiori immediato ; ſi autem Prælatus confirmare

confirmare noluerit, quid agendum ſit, & ob quas cauſas confirmatio poteſt differri, dicam infra cum de Confirmatione fuerit ſermo.

19. Abbatiſſa ergo electa, & nondum confirmata, nullam habet auctoritatem, & ideo ab omni regimine debet ſe abſtinere. *Ex cap. Noſtri*, C. Noſtri. *cap. Qualiter*, C. Qualiter, *de electione, cap. jam dudum de præbendis*, C. Iamdudũ Maſcard. *& cap. Avaritiæ, de elect. in 6.* Ita communiter Doctores apud Maſcard. *lib. 2. variar. Reſolut. cap. 35. num. 44.* nam electio dat habitum, confirmatio exercitium, Gloſſa *in cap. Quarto, d. 63.* Gloſſa. At verò ſi talis confirmatio non ſit in uſu, tunc regula data non procedit.

20. Hæc autem tradita doctrina, ut ex multis notat Tamburinus *tom. 4. diſput. 29. quæſt. 3.* Tambur. Procedit, & primò; ſi à confirmante ita longe diſtet, ut non ſine magno periculo differri poſſit adminiſtratio, tunc ante confirmationem poterit adminiſtrare. *cap. Nihil, §. fin. de electione.* C. Nihil. Secundò; quoad conſervationem rerum, quæ tempore conſumuntur; tamen melius erit abſtinere, ſi aliæ moniales illas adminiſtrare valeant. Tertiò; quando à majori parte eſt electa, & nihil objectum eſt contra ipſam, tunc impunè poterit adminiſtrare, *ex d. cap. Indemnitatibus, verſ. Si verò.* C. Indemn. Quartò; quando per compromiſſum eſt electa, ſi opponentes non fuerint duplo majori numero, quam conſentientes, *ex eodem, cap. Indemnitatibus, verſ. Cœtum Piſanella.*

QUÆSTIO VIII.

Vtrum monialis illegitima poſſit eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam abſque diſpenſatione Apoſtolica?

SVMMARIVM.

21 *Prima ſententia affirmat eſſe neceſſariam diſpenſationem.*

22 *Vera ſententia. Non eſt neceſſaria talis diſpenſatio.*

23 *Illegitimus admiſſus ad profeſſionem eſt habilis ad omnia officia.*

24 *Si eſt neceſſaria diſpenſatio poteſt dari, ut datur Religioſis.*

21. QVòd monialis illegitima, ſeclusis privilegiis, abſque diſpenſatione Apoſtolica eligi poſſit in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam, negant Navarr. *in manuali, cap. 27. num. 201. & in comm. 2. de Relig. num. 60.* Navar. Suar. *tom. 5. de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. num. 15.* Sanchez *in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 19. & 20.* Sanch. Barboſ. *de jure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 45. num. 21.* pro hac ſententia citat Maiol. Mendoſium, Flamin. Sayrum, Bellarm. Naldum, Machad. Novarin. Sanctarel. Fundamentum eſt; quia jus Canonicum inhabiles reddens illegitimos videtur procedere tam de viris, quàm de fœminis. Deinde quia Congregatio Concilij ſub die 27. Aprilis, anno 1630. cenſuit electionem monialis in Abbatiſſam, quæ eſt illegitima, abſque diſpenſatione Apoſtolica eſſe ipſo jure irritam. Maiol. Mendoſ. Flamin. Sayrus. Bellarm. Naldus. Machad. Novarin. Sanctarel.

22. Oppoſitam ſententiam tenent Rodriguez *tom. 1. quæſt. 13. art. 11.* Miranda *de monialib. quæſt. 6. art. 3.* Poſtel. *verb. Abbatiſſa, num. 6.* Lezana *tom. 1. cap. 26. num. 6.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 2. n. 21.* Lavor. *var. lucubr. tit. 4. cap. 24. n. 38.* Gavantus. *verb. Monial. officialnum. 7.* Et ratio eſt; quia in jure *cap. Generali, de elect. lib. 6.* in materia odioſa ſub nomine virorum, fœminæ non comprehenduntur, & hujus rei ſignum eſt; quia Sixtus V. *in ſua conſt.* contra illegitimos nullam mentionem facit de monialibus, & ſic declaratum eſt à ſacra Congregatione Cardinalium ſub die 14. Octobris ann. 1594. & antea in Cordub. ann. 1582. moniales ex illegitimo thoro procreatas Conſt. Sixti V. contra Regulares illegitimos edita non comprehendi. Rodrig Miranda, Poſtel. Lezana. Hier. Rodr. Lanor. Gavant. C. General. Sixtus V. Congreg.

Et confirmatur, quia moniales gaudent privilegio conceſſo Religioſis ſancti Joannis Evangeliſtæ in Portugalia. In quorum compendio habetur hoc privilegium, *fol. 9. pag. 2.* quòd ego vidi & ita habet. *Vt admiſſus ad profeſſionem inter illos, ſi habet defectum natalium, ipſo facto ſit diſpenſatus non ſolum ad ordines, ſed etiam ad omnia ſolita gubernari per fratres illius ordinis Prioratus, Rectoratus, &c.* Moniales per communicationem gaudent hoc privilegio, ac proinde ex eo quod eſt admiſſa ad profeſſionem, eſt etiam diſpenſata ad omnia. Ultimo tandem confirmatur; quia fœminæ non ſunt propriè Prælatæ prælaturæ, de qua loquuntur Canones, ut colligitur ex D. Thoma *in 4. diſtinct. 25. quæſt. 2. art. 1. quæſtiuncula 1.* quam opinionem tenet expreſsè Rodrig. *tom. 1. quæſtionum Regul. quæſt. 13. art. 21.* & pro eadem citat Bartolum, Cynum, Ancharranum; & favent Palud. Tabiena citati à Sanch. *allegato, cap. num. 18.* 23. *Privilegium Patrum ſancti Joannis Evang.* D. Thom. Rodrig. Bartol. Cynum. Anchar. Pallud. Tabien.

Nec illa alia declaratio, quæ in oppoſitum adducitur, oſtenditur authentica, nec etiam quòd ſit lata per modum legis, nec habet vim ad derogandam conceſſionem Summi Pontificis authenticam, quam vidi; benè tamen addit Miranda *citatus*, eo caſu, quod ſi prima opinio ſuſtinenda eſſet, poſſent moniales illegitimæ habilitari ad officia eo modo, quo Religioſi; quod etiam docent Poſtel. *citatus*, Diana *num. 6.* Diana *3. part. tract. 2. Reſol. 101.* ſed hæc diſpenſatio non eſt neceſſaria, ut dixi. 24. Miranda. Poſtel. Diana.

QUÆSTIO IX.

An Monialis bigama poſſit eligi in Abbatiſſam abſque Apoſtolica diſpenſatione.

SUMMARIUM.

25 *Prima ſententia affirmat, neceſſariam eſſe diſpenſationem.*

26 *Non eſt neceſſaria talis diſpenſatio, & n. 27.*

BIgamus propriæ dicitur, qui binas contraxit nuptias, vel qui unam contraxit cum muliere vidua, ut latiùs dicam cum de diſpenſationibus fuerit ſermo. Ad quæſtionem propoſitam, negantem partem tenent Maiol. Vivaldus; & alij quos citant, ac ſequuntur Sanch. *tom. 2. in Decalog. lib. 5. cap. 5. num. 23.* 25. Maiol. Vivald. Sanchez.

Barboſa

num. 23. Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 22. Fundantur, quia ſicut viri bigami Prælationum ſunt incapaces, ita & mulieres.

26. Hier. Rodr.

Sed hæc ratio non eſt magni ponderis, ut obſervat Hieronym. Rodrig. *Reſol.* 2. *num.* 23. Nam lex pœnalis loquens de viris, non extenditur ad fœminas; ut ſuperiori quæſtione dixi. Et præcipuè, quia irregularitas indicta eſt à jure ad excludendos bigamos à ſuſceptione Ordinum ſacrorum primo & directè per ſe, ex quo ex vi huius prohibitionis, illi tantum indirectè incapaces videntur Prælationum, ac dignitatum, quatenus illis eſt annexa poteſtas clavium. Cum autem fœminæ incapaces ſint ſacrorum Ordinum, inde incapaces ſunt bigamiæ, ſeu huiuſmodi inhabilitatis, proindeque non repugnare illis habere officium Abbatiſſatus, quatenus eſt quædam adminiſtratio ſine juriſdictione ſpirituali, & ſine poteſtate clavium, quæ adminiſtratio earum ſexui non repugnat, in hac ſententia eſt Poſtel. *in reſponſionibus moralibus*, 3. *p. caſu* 25.

Poſtel.

num. 4. & pro hac re faciunt rationes datæ ſuper cap. & privilegium aſſignatum Congreg. S. Ioannis.

27.

Indéque abſque ulla diſpenſatione fieri poteſt, & conſequenter ad ea quæ diximus ſuperiori quæſtione: nam ſicut ſub pœnis impoſitis erga illegitimos non veniunt fœminæ, ſic etiam ſub pœnis erga bigamos non comprehenduntur fœminæ. Unde neſcio quo fundamento M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. dicat, quod Monialis bigama, non poteſt eligi in Abbatiſſam cum affirmet, quod illegitima valet eligi.

Lezana.

QUÆSTIO XIII.

An Monialis ex maculoſo genere orta poſſit eligi in Abbatiſſam ſine diſpenſatione?

SUMMARIUM.

28 *Sententia affirmativa eſt communis.*

28.

COmmunis eſt reſolutio, quod Moniales deſcendentes ex maculoſo genere, utpote Hebræorum, aut Saracenorum, abſque ulla diſpenſatione eligi poſſunt in Abbatiſſas, ac Prioriſſas; non enim eis contradicit commune ius, & conſtitutiones Summorum Pontificum, quæ pro aliquibus Religionibus emanarunt, ſolum de viris expreſsè loquuntur, & non de fœminis, ac proinde ſub illis fœminæ non comprehenduntur, iuxta dicta proximis duabus quæſtionibus. Ita Fr. Emanuel *tom.* 1. *quæſt.* 14. *art.* 13. Miranda *de Monialibus*, *q.* 6. *art.* 2. & 3. Poſtel. *in dub. Regular. verb. Abbatiſſa*, *num.* 6. Lezana *eodem verb. Abbatiſſa. num.* 9. Hieron. Rodrig. *Reſol.* 2. *n.* 8. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 8. *n.* 47.

Fr. Eman. Miranda, Poſtel. Lezana. Hier. Rodr. Pellizar.

QUÆSTIO XI.

An femina infamis poſſit eligi ad Religionis Prælationes.

SUMMARIUM.

29 *Sententia negativa eſt communis, ſive infamia ſit iuris, vel facti.*

MOnialis, ſive ſit infamis infamia iuris vel facti, non poteſt eligi abſque diſpenſatione; ita Vivaldus, Maiolus, Navarrus, Card. Tuſcus, Garcia, Sigiſmundus, Sanchez, quos citant, ac ſequuntur Tamburin. *tom.* 3. *diſp.* 28. *quæſt.* 13. *num.* 3. Lezana *tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. & alij communiter; & probatur tum ex *cap. infames* 6. *quæſt.* 1. aliiſque juribus, in quibus ſtatuitur infames non poſſe eligi ad honores, ac dignitates; & iura videntur indiſtincte loqui, tam de hominibus quam de mulieribus, tum etiã quia non decet Virginibus aſſumptis in ſponſas Chriſti, quod fœmina infamis ſive iure, ſive facto, præſit, id etiam poſt emendationem: quanquam ſi infamia eſſet ſolum facti ſimpliciter poſſet monialis hoc modo infamis poſt emendationem eligi in Abbatiſſam, ob ea, quæ tradunt Doctores de infamia facti, ut Bonacina *diſp. de Cenſuris*, *quæſt.* 3. *part.* 1. *num.* 5. Pellizar. *tom.* 3. *de Monialibus*, *tract.* 10. *c.* 8. *n.* 47.

29.

Vivaldus. Maiolus. Navar. Tuſchus. Garcia Sigiſmund. Sanchez. Tamhur. Lezana. C. Infames.

Bonacina. Pellizar.

QUÆSTIO. XII.

An monialis quæ fuit in ſæculo vidua, poſſit eligi in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam abſque diſpenſatione, Apoſtolica?

SUMMARIUM.

30 *Prima ſententia requirit diſpenſationem.*
31 *Secunda aſſirmat non eſſe neceſſarium, & n.* 32 *multis exemplis corroboratur, & n.* 32.

MOnialis, quæ virgo non eſt, in Abbatiſſam poſſe eligi, negant Mandoſius Selva, Majol. Vivaldus; Caſtellinus, quos citant, ac ſequuntur Miranda *de monialibus quæſt.* 7. *art.* 6. Barboſa *de jure Eccleſiaſtico. lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 24. Diana 3. *part. tract.* 2. *Reſol.* 99. & etiam citat Homobonum, Iulium Lavorium: Qui fundantur in *cap. guvenculas.* 20. *quæſt.* 1. & *cap.* 21. *quæſt.* 7. Sed hæc iura procedunt de Abbatiſſis benedictis, ac conſecratis velo Virginitatis, non veto velo Prælationis, vel perſonæ benedictæ, & in hoc ſenſu explicanda eſt quædam declaratio Sacræ Congregationis die 15. Iulij 1616. quam adducit Caſtellinus.

30.

Miranda. Barboſa. Diana.

C. Iuvenc.

Caſtellin.

Oppoſita ſententia affirmans, talem poſſe eligi mihi videtur verior, eam conſtanter tenet Poſtel. *verb. Abbatiſſa*, *num.* 20 Hieron. Rodrig. *Reſol.* 2. *num.* 26. Lezana *tom.* 1. *c.* 26 *num.* 5

31.

Poſtel. Hier. Rodr. Lezana.

Vrſell. Navar. *num.* 5. Vrſell. *in Concluſ. legalibus, verb. Abbatiſſæ electio concl.* 3. *num.* 3. Novarin. *in Lucerna Regul. verb. Abbatiſſa, num.* 1. *&* 2. Fr. Emanuel. *tom.* 3. *addit. ſummæ, cap.* 3. *n.* 9. Machad. *document.* 4. *num.* 5. Hanc ſententiam approbavit Magiſter Suarius dum viveret, & probabilem dicit *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 16. & Sanchez *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 22. ubi probat ad Abbatiſſæ munus non deſiderari Virginitatem, & pro hac ſententia videtur ſtare Diana 5. *part. tract.* 2. *Reſol.* 99.

Fr. Eman. Machado. Suarius. Sanchez.

32. Probatur, quia nullo iure probatur ad munus Abbatiſſæ requiri Virginitatem, & eſto aliquod daretur, etiam pontificium, per contrarium uſum tolli poterat, & ad hoc dicunt aliqui ſufficere decentium, & alij, attentis circunſtantiis, minus tēpus requirūt quàm decenniū, & qui maius tempus requirunt dicunt, per quadraginta annos ſufficientiſſimè legem tolli per contrarium uſum? ſed dato, & non conceſſo, quòd aliqua lex canonica prohiberet viduam fieri Abbatiſſam, eſſet abrogata per contrarium uſum; nam Poſtel. per diverſas ætates affert triginta exempla de monialibus viduis electis in Abbatiſſas, Hieronym. Rodrig apponit aliud exemplum ſuo tempore, & ego addo, quòd dum hæc ſcribo, in noſtro Conventu Carmelitano Iuliæ pacis, Virginis expectorionis, eſt modo Prioriſſa Momalis, olim in ſæculo vidua; & inde conſuetudo ſatis manet probata per tot ſæcula tot exemplis.

Poſtel. Hier. Rodr.

QUÆSTIO XIII.

An Prioriſsa, vel Abbatiſsa finito ſuo tempore, poſſit iterum immediatè eligi, vel eius ſoror?

SVMMARIVM.

33 *Abbatiſſa finito triennio ceſſat ab officio per ſexennium, vel quadriennium.*

34 *Finito triennio poteſt continuare, ut vicaria.*

35 *In monaſterio novo poteſt reeligi.*

36 *Soror Abbatiſſæ poteſt eligi.*

33. Greg. XIII. Sixtus V. ABbatiſſæ durant ſolùm per triennium, ut decernit Gregorius XIII. *in ſua Bulla die* 1. *Ianuarij* 1583. & Sixtus V. *in alia Bulla* 1587. At bulla Gregorij XIII. eſt pro ſola Italia, ac regnis utriuſque Siciliæ; & Bulla Sixti V. eſt pro ſolis Abbatiſſis S. Claræ unde notat Rodriguez *addit. ſum.* poſſe extra Italiam, & Abbatiſſas S. Claræ finito triennio continuari, quòd etiam habet Poſtel. *verb. Abbatiſſa, num* 4. Quòd intelligendum eſt niſi obſtent conſtitutiones, ac conſuetudines propriæ Religionis, ac monaſterij. Ut Moniales S. Claræ debent vacare per ſextennium; & noſtræ Carmelitanæ, 3. *part. conſtit. cap.* 12. *num.* 10. & Moniales S. Dominici per quadrienium.

Rodrig. Poſtel. Conſtitut.

34. Ex quo patet primò; quòd Monialis non poteſt eligi in Abbatiſſam aliarum Monialium, ut notat Tamburinus *tom.* 4. *diſput.* 30 *quæſt.* 1. *num.* 9. nam hoc pacto eſſent perpetuæ, quòd repugnat præfatis conſtitutionibus. tamen videntur procedere in eodem conventu, ut in multis vidi explicari. Secundò; Abbatiſſa completo ſuo triennio, munere præſidentis, ac vicariæ poteſt continuare per aliquod breve tempus uſque ad electionem novæ Prioriſſæ, hoc enim poteſt eſſe in magnum commodum, ac bonum conventus, ut notant Miranda *quæſt.* 7. *de monialibus, art.* 9. Lezana *verb. Abbatiſſa, num.* 12. Et ita Conſtitutio Gregorij XIII. & quædam declaratio Sacræ Congregationis relata à Gavanto *verb. Monialium officiales, num.* 20 ubi dicitur: *Officium Abbatiſſæ finito triennio expirat, nec Epiſcopus illud poteſt prorogare.* Quod benigne eſt interpretandum; non poteſt extendere ad aliud triennium: non vero ad breve tempus ac præſidentiam Conventus. Pellizar. *tom.* 3. *tract.* 10. *cap.* 8. *n.* 60.

Tertiò: ſi monaſterium fuerit novum, ac denuò fundatum; tunc videtur, quod finito tempore, poterit iterum eligi Abbatiſſa, ob bonum commune Religionis, ac reformationis, & ad maiorem fabricam conventus, eſt enim peculiaris, ac particularis caſus; & videtur exceptus à communi lege; & ita vidi viros doctos conſuluiſſe, habet Miranda *expoſitio regulæ S. Claræ.* Poſtel. *verb. Abbatiſſa num.* 10. 35.

Miranda. Lezana. Card. Cong Gavant. Pellizar. Miranda. Poſtel.

Soror Abbatiſſæ immediatè antecedentis, poteſt eligi in Abbatiſſam electione Canonica, ut declaravit Sacra Congregatio Epiſcoporum circa Moniales de Vdivellas Vlyſipp. *die* 19. *Aprilis. ann.* 1619. ut referunt Caſtellinus *de electione, cap.* 17. *num.* 18. Novarin. *Lucerna Regul. verb. Abbatiſſa*, Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 26. Hoc intelligè niſi peculiares Conſtitutiones Religionum reſiſtant, ut noſtræ Conſtitutiones *p.* 3. *cap.* 12. *num.* 10. nam Sacra Congregatio rem decidit ſecundum ius commune, & peculiares Religionum leges, non intendit derogare. 36.

Congreg. Caſtellin. Novarin. Barboſa. Conſtitut.

QVÆSTIO XIV.

Qualiter ſe debeant habere Prælatus, & ſcrutatores in electione Abbatiſſæ; & an ferant ſuffragium in ipſa?

SVMMARIVM.

37 *Prælati aſſiſtentes electioni non habent in ea ſuffragium.*

38 *Aliqui probabiliter affirmant; ſed hoc non extenditur ad vicarios, ſeu delegatos.*

39 *Scrutatores cum Prælato aſſiſtentes non habent votum.*

40 *Prælati aſſiſtentes ſi ſeminant diſcordias incidunt in excommunicationem.*

AN verò in hac electione Prælatus præſidens poſſit dare ſuffragium, etiam in caſu diſcordiæ exortæ inter Moniales? Expreſsè negat, & prohibet Sacra Congregatio Cardina 37.

Cardinalium die 23. Maij anno 1621. ut tenent, ac teſtantur Tamburinus *tom. 3. diſp 28. quæſt. 6. num. 6.* Iulius Lavorius *variar. lucubrat. tit. 4. cap. 24.* itaut tales electiones ſint nullæ; ut exprimunt noſtræ Conſtitutiones Carmelitanæ. *3. part. cap. 12. n. 7.* & ſi fiat aliter, electio eſt nulla.

Cong. Card Tambur. Iul. Lavor. Conſt. Car.

38. E contra Portel. *verb. Abbatiſſa, num. 9.* quem ſequitur Sanctorius *in Conſtit. Minorum, c. 11. ſtat. 7. de 4.* ex eo probat, quia Præſes electionis caput eſt illius communitatis, ita ut ipſe cum Monialibus faciat unum collegium, tum quia ita fit à multis Epiſcopis in Portugalia; unde ait Lezana *verb. Abbatiſſa, num. 4.* Quod ubi fuerit legitima conſuetudine introductum obſervari poterit, præcipuè cum à Sacra Congregatione non videatur derogata antiqua, & legitima conſuetudo: & cum hoc dependeat ex conſuetudine, obſervandum tamen eſt, quod hoc datur tantum Epiſcopis, & Prælatis, ut ipſi Auctores teſtantur, & ideo non eſſe extendendum ad eorum vicarios & legatos, quod conſideratè eſt agendum, aliter electio erit nulla.

Portel. Sanctor. Lezana.

39. Scrutatores tamen aſſiſtentes cum Prælato, non habent ſuffragium in tali electione, ut declaratum eſt à Sacra Congregatione. Vt referunt Barboſa *in collect. Bullarij, verb. Abbatiſſa*, & Tambur. *citatus, num. 6.* Quod intelligi turde ſcrutatoribus extraneis, non verò ſi ſint ex numero Monialium, quia ipſæ aliunde habent ſuffragium.

S. Congreg. Barboſa. Tamburin.

40. Caveant quicumque Prælati, qui in talibus electionibus præſunt, vel ad eas dirigendas vocantur, ne inter Moniales ipſas ſeminent diſcordias, vel exortas foveant, ac nutriant: nam talia facientes ſubiacent excommunicationi latæ ſententiæ *cap. Indemnitatibus de electione, ac electi poteſtate, in 6.* Navar. *c. 27. n. 124.* Sayrus *lib. 3. cap. 37.*

C. Indemn. Navar. Sayrus.

Quæstio II.

Qualiter ſe debeat habere Superior, cum Moniales nolunt concordare in electione?

SUMMARIUM.

41 *Si Moniales non concordant, dato tempore, poteſt præſidens nominare Abbatiſſam.*

42 *Poſt duo ſcrutinia, ſi Moniales non concordant; in Ordine S. Bernardi poteſt Præſidens nominare duas.*

41. HAbet Præſidens ius, ſi Moniales inter ſe diſcordent circa electionem Abbatiſſæ, nominandi eam, quam magis idoneam judicaverit; ita tamen, ut prius deſignet Monialibus certum tempus competens ad concordandum, quo elapſo, ſi non concordaverint, poterit nominare Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam Conventus. Ita ſtatuit Sacra Congregatio Cardinalium 12. Octobris 1592. & iterum eadem Congregatio Sacra Epiſcopo Aſſiſij die 20. Novembris 1595. apud Piaſecum *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 57.* Tamburin. Sylveira Opuſcula. *tom. 4. diſp. 28. quæſt. 6. n. 5.* Pellizar *t. 3. tract. 10. cap. 10. ſect. 2. n. 106.* & Barboſa *Collectan. Bullarij, verb. Abbatiſſa.*

S. Congreg. Piaſecus. Tambur. Pellizar. Barboſa.

Adverto etiam ex Bulla Gregorij XIII. data die 16. Aprilis 1574. quæ inter Bullas Gregorij XIII. eſt in ordine 15. in qua conceditur Viſitatoribus, ab Abbatibus, ſeu Prælatis Monialium Ordinis ſancti Bernardi; quod ſi ad electionem Abbatiſſarum per duo ſcrutinia Moniales non convenerint; quod tunc poterit præſidens proponere duas, vel tres Moniales eiuſdem Conventus, quas ad regimen illius aptiores judicaverit, & quæ plura vota habuerit, canonicè eſt electa Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, & confirmanda eſt, quo privilegio per generalem communicationem uti poſſunt Prælati aliarum Religionum; imò etiam Epiſcopi reſpectivè ad Monaſteria ipſis ſubjecta. Sic citatus Pellizarius *num. 107.* Alia de hac re dicam cum de electionibus fuerit ſermo.

42. Greg. XIII. Pellizar.

Quæstio XVI.

Cui ſpectat dare ſuffragium in electione Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ?

SVMMARIVM.

43 *Moniales profeſſæ conveniunt ad electionem poſt tot annos profeſſionis.*

44 *Tacitæ profeſſæ, & converſæ ex iure non excluduntur, ſed conſuetudine.*

45 *Si Monialis ægrotat quomodo ejus ſuffragium requirendum.*

CErtum eſt, quod hæc electio ſpectat ad Moniales Conventus, cuius Abbatiſſa eligitur, *cap. Indemnitatibus, de elect. in 6.* Certum eſt etiam, quod ad hanc electionem conveniunt Moniales profeſſæ, non omnes: nam iuxta varia ſtatuta, ac conſuetudines Religionum, & Monaſterij, tot, & tot anni requiruntur poſt profeſſionem, quibus maximè ſtandum eſt. Ad hanc electionem debent vocari omnes Moniales Conventus, niſi ſint excommunicatæ, vel ex aliquo capite privatæ.

43. C. Indemn.

Secundum ius commune admitti poſſunt ad electionem profeſſæ tacitæ, iam enim ſunt Religionis membra, ſicut & converſæ, quia ſunt veræ religioſæ profeſſæ, & nullum ius eas excludit; ut notat Suar. *tom. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 18.* tamen regulariter excluduntur, niſi ex ſpeciali jure vel conſuetudine alicujus loci, vel Religionis contrarium perſuadeatur.

44. Suar.

Caſu vero, quod tempore electionis ægrotet Monialis, Præſidens electionis non poteſt ingredi Monaſterium ad recipiendum eius ſuffragium, ut expreſsè declaravit Sacra Congregatio 41. Iunij 1595. Teſte Gavanto *in manuali, verb. Monialium officiales, num. 18.* tamen ſuffragium talis infirmæ requirendum eſt per duas, vel tres Moniales maturæ ætatis, ac bonæ conſcientiæ, clauſa electionis urna, ut fit apud nos Carmelitas.

45. S. Congreg. Gavant.

QUÆSTIO. XVII.

An Monialis poſſit ſibimet dare ſuffragium?

SUMMARIUM.

46 *Si Monialis pro ſe habet maiorem partem poteſt, ſi electio in dubio eſt, non poteſt.*

46. AN verò dari poſſit caſus in quo Monialis poſſit ſibimetipſi dare ſuffragium & ſemetipſam eligere in Abbatiſſam? Reſpondeo, quod ſi electio eſt in dubio, & quod vota ex utraque parte videntur paria, tunc non poteſt, & peccat mortaliter, eſt enim nota ambitionis, quæ eſt peſſima cauſa; at verò ſi Monialis ſe ipſam electam moraliter intelligit, & ſe habere maiorem partem, tunc poterit conſentire in ſui electionem, ac veluti ſe coëligere. Ut tenent Layman. *in quæſtion. Canonc. cap. ultimo, quæſt.* 233. Tamburinus *diſputat.* 28. *quæſt.* 9. *num.* 4. Pellizarius *tomo tertio, tractatu* 10. *cap.* 10. *n.* 103. Tunc enim ceſſat ambitionis ſuſpicio, & talis coëlectio ad maius bonum eſt Conventus, & ad maiorem pacem firmandam, & ut electio magis benignè recepta habeatur.

Layman. Tamburin. Pellizar.

QUÆSTIO XVIII.

Poſſintne Moniales per compromiſſum committere electionem Prælato præſidenti?

SUMMARIUM.

47 *Affirmativa ſententia habetur ex iure.*
48 *Si Prælatus elegit, non poteſt revocare electionem.*

47. SEcundum commune ius poſſunt Moniales compromittere electionem Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ idoneæ in Epiſcopum, vel alium Prælatum præſidentem, ita ut, quam ipſe elegerit, ſi ſit ſufficiens, & conveniens, canonicè habeatur electa. Ita colligitur ex *cap. Cauſam, de electione.* Panormitan. *ibi num.* 3. Rodriguez *tom.* 2. *q.* 54. *artic.* 7. Layman *q.* 232. Tambur. *tom.* 4. *diſp.* 28. *q.* 8.

C. Cauſam. Panormit. Rodrig. Layman. Tamburin.

48. Et rectè etiam advertunt Lavorius *variarum lucubrat. tit.* 4. *cap.* 24. *num.* 60. Lezana *verb. Abbatiſſa.* Quod ſi tunc Epiſcopus malam elegerit, non poterit revocare electionem, quia iam functus eſt ſuo officio, ſive bene, ſive malè, & ideo iam amplius non poteſt in illo negotio ſe intromittere, *cap. in cauſis. cap. Innotuit, de electione.*

Lavor. Lezana.

C In Cauſi, C. Innotuit.

QUÆSTIO XIX.

Quo in loco debeat fieri electio Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ?

SVMMARIVM.

49 *Prælatus non poteſt ingredi Monaſterium iuxta Trident.*
50 *In caſu neceſſario, & ad maiorem quietem poteſt.*

49. PRælatus prætextu interveniendi electioni Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, regulariter non poteſt ingredi ſepta Monaſterij. Id apertè declarat Concilium Tridentinum *ſeſſione* 25. *cap.* 7. *de Regularibus. Clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante concellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat.* Quod etiam multipliciter à Sacra Congregatione declaratum eſt.

Conc. Trid

50. Tamen ſi Prælatus præſidens electioni, prudenter judicet, nõ poſſe fieri electionem quietè, ac canonicè, niſi ipſo ingrediente cum ſuis coaſſumptis ob diſſenſiones Monialium, ac probabilem ſuſpicionem ſubornationis, aliamve ſimilem cauſam; tunc licitè poterunt ingredi. Ita tenent Rodriguez *tom.* 1. *quæſt.* 46. *artic.* 5. Franciſc. Leo *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 16. Miranda *de Monialibus, quæſt.* 2. *art.* 15 Ioan de la Cruce *lib.* 1. *de ſtat. Relig. cap.* 5. *dubio* 2. *col.* 3. Sanchez *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 50. Hieronym. Vener. *in examine Epiſcopali, lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 7. & 8. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 102. *num.* 46. & confirmatur ex Bulla Gregorij XIII. pro Monialibus, loquens de Prælatis, *quibus quovis modo Monialium cura incumbit, facultate ſibi ex officio atributa, ingredi Monaſteria prædicta, ita demum uti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis.*

Rodrig. Franc. Leo, Miranda. Ioan. de la Cruce. Sanchez. Venerus. Barboſa. Greg. XIII.

QUÆSTIO XX.

Qualiter vota Monialium in electione Abbatiſſæ debeant eſſe ſecreta?

SUMMARIUM.

51 *Vota ſint ſecreta, aliter electio eſt nulla.*
52 *Monialis cæca, vel manu arida, poteſt dare votum ore ſuo.*
53 *Prælatus cum aſſiſtentibus tenetur ſub mortali ad ſecretum.*

51. IN electione omnium Prælatorum regularium, Abbatiſſarum, & aliarum Præpoſitarum præcipit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de Regularibus*, & ait: *Quo omnia rectè, & ſine ulla fraude fiant; in primis S. Synodus diſtrictè præcipit omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta; ita ut ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur.* Quæ forma maximè ſervanda eſt in electione Prælatorum, ac Abbatiſſarum, itaut ſi aliter facta ſit etiam per ignorantiam decreti Concilii,

Trident.

Concilij electio, ipſo facto, eſt nulla, & in hoc nec Epiſcopus, nec alius Prælatus poteſt diſpenſare. Ita à Sacra Congregatione Cardinalium declaratum eſt, ut referunt Riccius *in deciſ. curi. Archiepiſcop. Neapolitan. p. 4. deciſ. 197. num. 7.* & Samuellius *tract. 1. de elect. Canon. diſp. 5. controverſ. 2. num. 18.*

Riccius. Samuellius

52. Ipſa autem vota poſſunt dari ſcripta miſſa in urna, & ſtatim poſt electionem comburantur, vel ipſa vota dari poſſunt à Moniali oretenus, verbi gratia, ſi Monialis ſit cæca, vel habeat manum aridam, vel neſciat, ſcribere; tunc ſecretè, ac ſubmiſſa voce poteſt proferre votum ſuum coram Epiſcopo, vel Prælato, ſeu eius Vicario, ſeu Secretario, vel alio ab eo aſſumpto, & hoc modo electio valida eſt, ut declaravit Sacra Congregatio apud Garciam *part. 5. de benefic. cap. 4. num. 190.* & Naldum *in Summa, verba Moniales, num. 1.* & Barboſam *in collectan. Bullar. verb. Abbatiſſa*; & hoc apertè colligitur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 26. cap. 7. de Regularibus*, ubi ait: *quod Superior ante Cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, & excipiat.* Expende: *audiat*: ore, nempe, prolata, tamen cum magno ſigillo, & ſecreto; aliter electio non erit ſecreta, ac proinde nulla iuxta mentem Concilii Tridentini.

Garcia. Naldus. Barboſa. Trident.

53. Addit Garcia *citatus*, quod ſi vota ore proferantur coram Prælato, duobus, vel tribus aſſiſtentibus, adhuc electio erit ſecreta; tamen Prælatus cum ſuis aſſiſtentibus tenetur ſub peccato mortali nunquam talem perſonam publicare, ac evulgare.

Garcia.

Quæstio XXI.

Quid faciendum, ſi una ſchedula ſit vitiata?

SUMMARIUM.

54 *Omnes rumpantur, & fiat nova electio.*

54. SI tamen detur caſus, quod Epiſcopus, vel alius ſuperior, qui præeſt electioni Abbatiſſæ, recipiat omnes ſchedulas, & poſtea inveniat unam ſciſſam, vel ſignatam, aut inveniat plures, vel pauciores, quid agere debeat? Reſpondeo, quod tunc elector debet omnes ſchedulas rumpere, & inde urere, & facere denuò aliam electionem maiori circumſpectione. Ita docent Navar. Fr. Emanuel Rodrig. Venetus quos citat, & ſequitur Tamburin. *diſp. 28. q. 9. num. 4.* Cui ſententiæ adhæret Pellizar. *tom. 3. tract. 10. cap. 10. n. 102.* Circa quod plura dicam, cum de electionibus fuerit ſermo.

Navar. Rodriguez. Venetus. Tamburin. Pellizar.

Quæstio XXII.

Qui numerus votorum requiritur ad Canonicam electionem Abbatiſſæ?

SUMMARIUM.

55 *Prima ſententia requirit duas partes votorum.*

56 *Secunda ſententia maiorem numerum requirit.*

BArboſa *lib. 1. de iure Eccleſiaſtic. cap. 45. num. 27.* Tamburinus *tom. 4. diſp. 28. qu. 9. num. 3.* Lezana *verb. Abbatiſſa, num. 6.* tenent ad Canonicam electionem Abbatiſſæ, requiri numerum duarum partium votorum ex tribus niſi aliud petat loci conſuetudo, quod probant ex quadam declaratione Sacræ Congregationis ſub die 20. Novemb. 1585. in qua ita eſt declaratum. 55. Barboſa. Lezana.

Contratia ſententia mihi ſimpliciter eſt vera, quam tenent Sylveſter. *verb. Electio 2. quæſt. 9.* Miranda *de Monialibus, quæſt. 7. art. 4.* Suar. *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 22.* Ut una Monialis ſit Canonicè electa ſufficit quod habeat pro ſe maiorem partem Capituli; hoc enim dicit formaliter ipſum verbum, *eligere*; unum præ alio, & quanquam Doctores aliqui requirant maiorem, & & ſaniorem partem. Iuxta *cap. Quia propter, de electione.* Tamen ſemper pars maior præſumitur ſanior, niſi perſona electa ſit apertè indigna; ut notat Suarez *citatus, num. 23.* Unde declarationem, quam adducunt Auctores contrarii noſtri Auctores non admittunt, utpote quia non oſtenditur authentica, aut certè, quia ubique non obligat; unde ſecluſa conſuetudine in contrarium, ac peculiaribus Religionum ſtatutis, ſi dentur, noſtra ſententia eſt tenenda. 56. Sylveſter. Miranda. Suar. Cap. Quia.

Quæstio XXIII.

Quænam Abbatiſſæ ſunt benedicendæ?

SUMMARIUM.

57 *Vbi eſt conſuetudo Abbatiſſæ benedicendæ.*

58 *Abbatiſſæ perpetuæ, & non triennales benedicendæ.*

IN hac difficultate maximè ponderanda eſt *Clementina Attendentes de ſtatu Monachorum.* In qua ſic habetur: *Vt quævis ad regimen Abbatiſſarum aſſumptæ in Monaſteriis, in quibus Abbatiſſæ ſunt ſolitæ benedici intra annum à ſuæ confirmationis tempore computandum, munus benedictionis ſuſcipiant alioquin à iure ſuo, niſi ſubſit cauſa rationabilis, prorſus ſe noverint cecidiſſe.* Ex quo apertè conſtat, quod ubi non eſt conſuetudo, Abbatiſſæ non ſunt benedicendæ, ait Text. *Quæ ſunt ſolitæ benedici.* Hæc autem, ut ibi notat Gloſſa *verb. Solitæ*; conſuetudo poterit cognoſci, ſi per quadraginta annos ſit continuata benedictio; tunc Abbatiſſa benedictione eget: ſi autem per ſpatium prædicti temporis contrarium invenitur, non erit benedicenda: ſi autem intra idem tempus conſtat, aliquas fuiſſe benedictas, aliquas vero non; tunc liberum erit Abbatiſſis benedictionem ſuſcipere, vel non ſuſcipere. Ita Azor. *p. 1. lib. 13. cap. 20. quæſt. 4.* 57. Clem. Atten. Gloſſa. Azor.

Deinde etiam pro maiori claritate huius rei. Duo ſunt genera Prioriſſarum, ſeu Abbatiſſarum, quædam ſunt Abbatiſſæ perpetuæ, 58.

C Indemn. Clem Atten

& hæbenedici poſſunt, & debent; & de his forſitan loquitur *cap. Indemnitatibus. §. Verum, de electi. lib.6.* & citata *Clementina. Attendentes.* Aliæ vero ſunt non perpetuæ, ſed temporales ad biennium, vel triennium, & iſtæ de iure communi non ſunt benedicendæ, niſi à Sede Apoſtolica illis aliud præcipiatur. Navarrus *lib. 3. conſil. tlib. 3. de ſtatu Monachorum, conſil. 1.* Quaranta *in Summa Bullarij, verb. Abbatiſſa.* Gavant. *verb. Abbatiſſa, n.7.* & alii, quos citat, & ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p.2. alleg.27.n.59.*

Navar. Quaranta. Gavant. Barboſa.

Quæstio XXIV.

Abbatiſſæ à quo debeant benedictionem accipere, & quo die, ac tempore?

SUMMARIUM.

59 *Prima opinio, ab Ordinario loci.*
60 *Secunda, & vera, à Prælato Monaſterii.*
61 *Stante conſuetudine, electa Abbatiſſa benedicenda intra annum.*
62 *Abbatiſſa electa ante benedictionem gaudet nomine Abbatiſſæ.*
63 *Qualibet die poteſt benedici.*
64 *Benedictio Abbatiſſæ non iteranda.*

59. Barboſa.

QUod Abbatiſſæ debeant benedictionem obtinere ab Ordinario loci, tuetur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p.2. alleg.27. n.51.* & alii etiam idem tenent.

60. Azor. Layman. Tambur. Lezana.

Oppoſitum eſt ſtatuendum; ab illo enim ſunt benedicendæ à quo habent confirmationem, & cui immediatè ſubiiciuntur, ſi ſubjectæ ſunt Epiſcopo, ab Epiſcopo, ſi Prælato regulari, ab ipſo ſunt benedicendæ. Ita Azor. *tom.1. lib.13. cap.10. quæſt.3.* Layman. *in qq. Canon. de Prælatis electis, quæſt.233.* Tamburin. *tom.4. diſp. 23. quæſt.8. num.2.* Lezana *tom.1. cap.25. n.46.* Qui teſtatur hoc declaratum eſſe à Sacra Congregatione, & inſuper addit Tamburin. hoc habetur ex privilegio expreſſo Innocentij VIII. ac etiam ex alio privilegio Clementis VIII. nam quamvis per Conſtitutionem Gregorij XV. concedatur Epiſcopo, quod per ſe, vel per alium ſimul cum ſuperioribus regularibus poſſit aſſiſtere electionibus quarumcumque Abbatiſſarum; tamen per hos jus illas confirmādi ipſis Epiſcopis non eſt datum nam Prælatus regularis ex eo quod eſt Prælatus habet jus præſidendi, & confirmandi electionem; hoc autem non cenſetur derogari, niſi expreſsè habeatur.

Innoc. VIII. Clem. VIII. Greg. XV.

1. Clement. Attendent

Electa Abbatiſſa, & confirmata ſtante conſuetudine ſui Monaſterij, ſi infra annum à die ſuæ Confirmationis, munus benedictionis non ſuſceperit, à ſuo jure prorſus ſe noverit cecidiſſe; ita *Clement. Attendentes, §. Statuimus, de ſtatu Monachor.* Excuſatur tamen propter infirmitatem, vel ſi Prælatus ſæpius requiſitus, noluit venire. Ita Gloſſa Cardinal. *in dicta Clement. Attendentes, verb. Rationabilis,* & de hoc vide ſuperiorem quæſtionem.

Gloſſa. Cardinal.

62. Gerſin. Ioan. de Anan.

Ex quo infertur, quod Abbatiſſa electa, & confirmata ante benedictionem, nomine Abbatiſſæ gaudet, & ita nuncupari poteſt. Gemin. *in cap. Indemnitatibus, § ſanè, num.4. de elect.* Ioan. de Anan. *cap. Meminimus.*

63. Gloſſa. Gavant.

Si petas, quo die talis benedictio ſit impendenda? Reſpondeo: qualibet die. Ita Gloſſa *in dicta Clement. Attendentes, §. Statuimus, verb. Benedici.* Gavant. *in Manuali, verbo Abbatiſſa, num.4.*

64. Gloſſa. Cardin. Navar. Azor. Miranda.

Si vero iterum petas: an talis benedictio Abbatiſſæ poſſit iterari? Reſpondeo negativè cum Gloſſa, ac Cardinali *in dicta Clementina Attendentes*, quia iſta benedictio eſt ad inſtar benedictionis nuptiarum *cap.1. & 2. de ſecundis nupt.* & hac de cauſa ita reſolvunt Navar. *dict. conſil. 2. de ſtatu Monachor.* Azor. *tom.1. lib.13. cap.10. ſub quæſt.4.* Miranda *de Monialibus, quæſt.7. art.7. concluſ. unica, verſ. Secundo probatur.*

Quæstio XXV.

In quo loco Abbatiſſa ſit benedicenda, & an etiam ipſa valeat benedictionem impendere ſuis Monialibus.

SUMMARIUM.

65 *Abbatiſſa, ſi benedicenda, in ſuo Monaſterio benedicenda.*
66 *Abbatiſſa non poteſt publicè benedicere ſuas Moniales.*

65. Congreg. Novar.

ABbatiſſa, quæ ex antiqua conſuetudine benedici ſolet, pro benedictione obtinenda non debet egredi à Monaſterio, ac deferri in Eccleſiam Cathedralem. Ita declaravit Sacra Congregatio apud Ioannem Novarium *Lucerna regularium, verb. Abbatiſſa, n.12.* Hujus benedictionis formam invenies apud Tambur. *tom.3. diſp.29.q.5.*

66. Sylveſt. Miranda.

Secundo inquiro: an Abbatiſſa poſſit publicè benedicere ſuas Moniales? Reſpondeo negativè, quia benedictionis munus fundatur in poteſtate, ac juriſdictione clavium, quæ ex vi ſui muneris, ac officij fœminis non poterit convenire; unde Abbatiſſa non valet publicè Moniales benedicere, ſed tantum privatè, ad modum, quo parentes filios ſuos benedicere ſolent, ac proinde nec aquam, vel alias res ſimiles valet benedicere. Sylveſter. *verb. Abbatiſſa, 3. n.8.* Miranda *de Monialibus, q.6. art:5. concl.2.*

Quæstio XXVI.

An Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa poſſit ſuis Monialibus, aliquid præcipere ſub peccato mortali?

SUMMARIUM.

67 *Abbatiſſa poteſt præcipere poteſtate domeſtica, & civili, non ſpirituali, & n. 68. & num. 69.*

70 Si

70 *Si vero Prælatus præcipiat Monialibus, ut obediant Abbatiſſæ, tunc tenentur Moniales obedire ſub peccato.*

71 *Poteſt præcipere ſub mortali ea prout conducunt ad perfectionem Religioſam.*

67. Navar. Sotus. Henriq. Rodrig. Sanchez. Suar. Layman.

COmmunis ſententia eſt, quod Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa iuxta gravitatem materiæ poteſt præcipere ſuis Monialibus aliquid ſub mortali; poteſtate civili, & domeſtica, non vero ſpirituali, cuius eſt incapax, niſi iuriſdictione delegata à Summo Pontifice tantum, qui poteſt diſpenſare in omni iure Canonico. Ita Navarrus, Sotus, Henriquez, Rodriguez; quos citant ac ſequuntur Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 1. n. 23.* Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 12. num. 8.* Layman *in qq. Canon. q. 23.*

68. Dico: Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, ſtante gravitate materiæ poteſt ſuis Monialibus aliquid præcipere ſub peccato mortali, poteſtate domeſtica, ac civili. Ita Auctores citati, quia Abbatiſſa habet veram poteſtatem dominativam, & gubernativam, hoc eſt, adminiſtrandi, ac regendi Monaſterium, & bona illius, ac per conſequens Moniales tenentur illi obedire, ſicut aliis Prælatis; hoc enim poſtulat commune bonum Conventus; alias omnino periret. Et confirmatur: quia Abbatiſſa ſe habet ad Moniales, ut mater ad filias: hæc autem in re gravi imponit præceptum obligans ad mortale: ergo & iſta.

69. C. Dilecta. D. Thom. Caietan. Valentia. Vaſquez. Angles. Ægydius. Bonacina.

Quod autem Abbatiſſa non poſſit imponere præcepta ſpiritualia: ex eo probant citati Auctores, quia poteſtas ſpiritualis fundatur in poteſtate clavium; atqui hæc poteſtas tantum convenit viris, & non fœminis, *cap. Dilecta, de maioritate, & obedientia.* Ibi communiter Canoniſtæ, & Theologi cum D. Thoma *in 4. diſtinct. 25. quæſt. 2.* & Caietanus, Valentia, Vaſquez, Angles, Ægydius Coninch. quos citat, ac ſequitur Bonacina *de Sacram. diſp. 8. quæſt. unica, punct. 5. num. 5.* & inde dicunt, quod cum hoc ſit de iure Canonico, poteſt Summus Pontifex in eo diſpenſare.

70. Sanchez.

Bene tamen notat Sanchez *citatus num. 25.* Quod ſi Prælatus præcipiat Monialibus in virtute obedientiæ, ut obediant Abbatiſſæ iubenti hanc, & illam rem, & eam non adimplentes, peccant mortaliter, quia tale præceptum obligans, non provenit ab Abbatiſſa, ſed à Prælato præcipiente, & idem dico ſi Prælatus præcipiat ſub excommunicationis ſententia, ut Moniales obediant Abbatiſſæ; contra facientes, incident in cenſuram, prout lata eſt à Prælato.

71. Suar. Caſtr. Pal.

Advertunt tamen Suarius *tom. 3. de Relig. lib. 10. cap. 1. num. 20.* Caſtro Palaus *tract. 16. diſp. 4. part. 2. num. 3.* poſſe Abbatiſſam præcipere Monialibus ſuis ſub mortali quidquid expedire judicaverit; etiam prout ea conducunt ad profectum earum ſpiritualem, ut nempe, quod tali die confiteantur, vel quod cum ſæcularibus non loquantur.

QUÆSTIO XXVII.

Vtrùm Abbatiſſa, ſtante voto obedientiæ, quod ei faciunt Moniales, poſſit præcipere aliquid in virtute ſanctæ Obedientiæ, vel in virtute Spiritus Sancti?

SUMMARIUM.

72 *Prima ſententia, in Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, negat hanc poteſtatem.*

73 *Secunda ſententia, & vera affirmat, & num. 74.*

75 *Saltem ſemper civili poteſtate obligat.*

71. Sanchez. Poſtel. Ledeſma. Merolla. Baidellus. Valentia. Sayrus. Diana.

NEgativam partem tuentur Sanch. *tom. 2. in Decalog. lib. 6. c. 1. n. 21.* Poſtel. *verb. Abbatiſſa, n. 1.* Ledeſma, Merolla, Baidell. Valentia, Sayrus, Vgolinus; quos citat, ac ſequitur Diana *p. 5. tract 9. Reſol. 16.* Probatur: quia præcipere aliquid in virtute Sanctæ Obedientiæ, vel virtute Spiritus ſancti, requirit poteſtatem ſpiritualem ex uſu, & praxi Eccleſiæ, ut faciunt Prælati, atqui fœmina talis poteſtatis ſpiritualis non eſt capax, cum hæc pro fundamento habeat iuriſdictionem clavium, quæ fœminis non competit.

73. Rodrig. Cornejo. Salas. Rodrig. Azor. Lezana. Naldus. Sanctor. Mirandas.

Oppoſitam ſententiam tenet Rodriguez *in ſumma tom. 1. c. 3. n. 9.* Ubi retractat ſententiam, quam tenuerat in quæſtionibus Regnlaribus. In hac ſententia eſt M. Corneio *in 3. p.* D. Thomæ *tract. 5. de excommun. diſp. 2. dub. 5. q. 2. n. 2.* Salas *de legibus, diſp. 8. ſect. 2. in fine.* Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 10. quæſt. 7. in fine.* Lezana *tom. 1. c 26. num. 20.* Naldus *in ſumma, verb. Abbatiſſa, n. 4.* Sanctor *in Conſtitut. Minorum, cap. 11. ſtat. 7.* cum Miranda *de Monialibus, quæſt. 6. artic. 4. concluſ. 3.*

74. Sanctor.

Probatur, Moniales verum & proprium votum obedientiæ emittunt ſuis Superioribus, hoc enim votum non eſt phantaſticum: ergo aliquid operatur verum & proprium in re; non aliud niſi id quod ipſa natura voti poſtulat. Unde bene notat Sanctor citatus, quod talis obligatio in præcepto hoc obedientiæ non oritur à poteſtate ſpirituali, quia hæc nulla datur in fœminis, ſed à natura ipſius voti, quo Monialis ſe voluit ſubiicere ſuæ Abbatiſſæ.

75. Sanchez. Pellizar. Tambur.

Advertunt deinde Sanchez *citatus, cap. 4. num. 45.* & Pellizarius *tom. 4. tract. 10. cap. 4. ſect. 3. n. 111.* cum Tamburino. Quod cum Abbatiſſa præcipit aliquid Monialibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, quod ipſæ ſub mortali tenentur obedire, quia illa forma præcipiendi ſatis explicat mentem ſuam, ſe nempe illo præcepto velle obligare ſecundum totum id quod poteſt; ſi non iuriſdictione ſpirituali, ſaltem civili, & domeſtica. Addit Tamburinus, ſe non negare Abbatiſſam poſſe præcipere Monialibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut etiam Princeps ſæcularis poteſt præcipere virtute Obedientiæ ſibi à ſubditis debitæ; in quo caſu Monialis peccaret mortaliter non obediendo, ſi res præcepta ſit gravis.

Quæstio XXVIII.

An Abbatiſsæ poſſint aliquid præcipere ſub pœna excommunicationis, ac per modum legis, ſaltem ex poteſtate Pontificis?

SVMMARIVM.

76 *De jure ordinario communis ſententia eſt negativa.*
77 *An vero de potentia abſoluta poſſit Papa; prima ſententia negat.*
78 *Probabilior eſt ſententia affirmans.*
79 *Variis modis hæc poteſt committi.*
80 *Officiales quando ex mandato Abbatiſſæ excommunicant hoc faciunt auctoritate ſuperioris.*

76. C. de Pœnit. D. Thom. COmmunis reſponſio eſt negativa, & patet ex *cap. de Pœnitentia, & remiſſione*, & docet D. Thomas *in 4. quæſt. 1. art. 1. dub. 19. q. 3. ad 4.* & *diſtinct. 15. quæſt. 2. artic. 1. ad 2.* & ita communiter omnes Theologi; Abbatiſſæ enim non ſunt Ordinis Clericalis, & non habent juriſdictionem ſpiritualem, cum non habeant poteſtatem Clavium, & ideo nec in foro interiori, nec exteriori poſſunt ferre cenſuras, nec præcepta imponere, quæ habeant vim legis & præcepti, ſicut Epiſcopi, & cæteri Prælati Eccleſiaſtici.

77. Avila. Coninch. Diana. An vero Summus Pontifex poſſit de abſoluta potentia committere juriſdictionem fœminæ ad ferendas cenſuras? Satis agitata eſt quæſtio in materia de cenſuris ex Avila, ac aliis; negat Coninch. *de Sacrament. diſputat. 1. dub. 3. num. 35.* & Diana *part. 5. tract. 9. Reſolut. 16.* talis enim poteſtas mulieri repugnans eſt.

78. Cornejo. Suar. Præpoſit. Bonacina. Probabiliter tamen affirmant Paludanus, Ugolinus, Henriquez, Sayrus; quos citat ac ſequitur M. Cornejo *in 3. part. tract. 5. de Cenſ. diſp. 2. dub. 3.* Suar. *de Cenſ. diſp. 2. ſect. 2. num. 7.* Præpoſitus *in 3. part. quæſt. 1. de Cenſ. quæſt. 15. dub. 4.* Bonacina *diſp. 1. de Cenſ. quæſt. 1. punct. 2. num. 4.* nam Chriſtus Dominus dedit Petro, ejúſque ſucceſſoribus pleniſſimam poteſtatem ligandi, ac ſolvendi ſuper terram. Deinde hoc nec repugnat juri divino, nec naturali, ſed tantum Canonico, in quo Summus Pontifex poteſt diſpenſare; & de hoc latè Fragoſus *de regimine introduct. proœmial. §. 2. n. 20.*

79. Suar. Notat tamen Suarius *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 15.* præfatam facultatem variis modis concedi poſſe fœminis; nimirum ut directè, & ut per ſe id faciant: vel deſignando perſonam, quam Papa ſtatim liget ad declarationem, vel voluntatem fœminæ habentis dictam facultatem: vel iis concedendo, ut per ſuos officiales poſſint cenſurare, quod eſt accipere poteſtatem cenſurandi, non à fœmina, ſed à Papa ad mandatum, ſeu deſignationem fœminæ, & tales cenſurandi modi Abbatiſſæ poſſunt concedi.

80. Fragoſus. Megala. Notat tamen Fragoſus *tom. 2. lib. 11. diſp. 24. §. 6. num. 18.* & Megala *verb. Abbatiſſa, num. 1.* Quod quando Abbatiſſa præcipit ſuis Officialibus, ut excommunicent, verbi gratiâ, debitores Conventus, quod tunc non agit propria auctoritate Abbatiſſæ, ſed auctoritate Romani Pontificis, vel ſui ſuperioris, qui ad mandatum Abbatiſſæ, Officialibus dant talem poteſtatem.

Quæstio XXIX.

Vtrum Abbatiſſa poſsit diſpenſare cum ſuis Monialibus circa obſervantias regulæ, ac etiam circa leges Eccleſiaſticas?

SVMMARIVM.

81 *Prima ſententia eſt negativa.*
82 *Secunda affirmat declarando præſentem neceſſitatem.*

81. Sanchez. Tambur. Barboſa. QUod Abbatiſſa non poſſit diſpenſare cum ſuis Monialibus in præceptis Eccleſiæ, ac regulæ, ut verbi gratiâ, circa recitationem Officij divini, jejunia, ac eſum carnium, tenent Sanchez *tom. 2. in Decalog. lib. 6. cap. 1. n. 24.* Tamburin. *tom. 4. diſp. 32. quæſt. 8. n. 1.* Barboſa à S. Fauſto *in Theſaur. Relig. lib. 6. quæſt. 44.* Fundamentum eſt: quia diſpenſatio pertinet ad poteſtatem ſpiritualem, ſicut diſpenſare in legibus civilibus, ad poteſtatem temporalem; cum ergo Abbatiſſa tali poteſtate careat, non poteſt diſpenſare in talibus præceptis. Ita Pellizarius *tom. 3. tract. 10. cap. 10. n. 133. & 138.* Pellizar.

82. Tamen oppoſita ſententia mihi eſt vera, quia quando Abbatiſſa cognoſcit neceſſitatem, debilitatem, aut aliam juſtam cauſam, tunc poteſt declarare hujuſmodi jejunia, abſtinentias, ac recitationem Officij non eſſe ſervandam, quia tunc hoc non eſt propriè diſpenſatio dimanans à juriſdictione ſpirituali, (cujus fœmina eſt incapax) ſed Abbatiſſa declarat, & judicat præſentem neceſſitatem, & cauſam, ad cujus judicium Papa, vel Superior diſpenſat: nam dum Abbatiſſa confirmatur à ſuperiori, ei datur cura Conventus, ac Monialium, pront omnino expedit; atqui ſæpè expedit, ac convenit talia præcepta non ſervari: ergo ad preſentiam talis neceſſitatis judicio Abbatiſſæ, Prælatus diſpenſat; ut ſuperiori quæſtione in fine ex Suario diximus de deſignatione materiæ per reſpectum ad cenſuras; hanc noſtram ſententiam tenent, ac docent Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 2. num. 8.* Lezana *tom. 1. cap. 26. num. 16.* & *verb. Abbatiſſa, num. 14.* Poſtel. *in addit. verb. Abbatiſſa. num. 3.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 2. num. 13.* Barboſa *de jure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 45. n. 39.* Qui etiam adducunt quandam declarationem *vivæ vocis oraculi Pauli III. pro Abbatiſſis S. Claræ*; in qua eis conceditur, ut poſſint cum ſuis Monialibus diſpenſare circa obſervantias regulæ; at hoc cum ſit vivæ vocis oraculum non ſubſiſtit. 82. Henriq. Lezana. Poſtel. Hier. Rodr. Barboſa.

QUÆSTIO XXX.

Vtrum Abbatissa possit irritare vota suarum monialium.

SAMMARIVM.

83 *Abbatissa potest irritare vota suarum monialium.*
84 *Non potest irritare votum transeundi ad arctiorem Religionem.*
85 *Abbatissa potest irritare vota supererogationis etiam sine causa.*
86 *At vota ex eius licentia facta, sine causa non potest irritare.*

83. FAtentur omnes communiter, quòd Abbatissa habeat potestatem suarum monialium vota irritandi; eo modo quo pater vota à filio emissa irritare potest, sicut & maritus, vota suæ vxoris. Et fundamentum est, quia omnes isti potestatem dominativam habent, imo & Abbatissa, ut multis placet, maiorem autoritatem habet dominativam in suas moniales, quam Pater, & maritus super filium, & uxorem; ita Emanuel Rodriguez *tom. 1. quæstionum Regul. quæst. 25* Lessius *lib. 2. de iust. cap. 40. dub. 13 num* 107. Petrus Ledesma, Angles, Ovandus, Vivaldus, Suar. Sayrus, Sotus, Navarr. Lezana, quos citant, & sequuntur Vasquez 1. 2. *quæst. 36. art 4. disp. 176. cap. 4. num 26.* Tambur. *de iure Abbatissarum. disp. 32. quæst 6.*

Ledesma. Angles. Ovandus. Vivaldus. Suarez. Sayrus. Navarr. Lezana. Vasquez. Tambur.

84. Irritatio autem ab Abbatissa præstita, propriè dicenda est irritatio, ut advertit Suarez *tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 6. cap. 7. num. ultimo*, proindeque potest irritare vota suarum monialium omnia, excepto voto transeundi ad arctiorem Religionem, quòd non cadit sub potestate dominativa superiorum Regularium; nam ipsis invitis impleri potest. Ita Angelus, Sylvester, Sotus, Navarrus, D. Thomas, quos citat, ac sequitur Lessius *citatus, n. 7.*

Suar. Angelus. Sylvester. Sotus. Navarr. D. Thomas Lessius.

85. Nota tamen, quòd si moniales fecerint vota etiam supererogationis sine licentia Abbatissæ, non peccare Abbatissam illa irritando, etiam sine causa, sicut nec peccant subditæ moniales irritationem absque causa petendo, quia eorum votum sub illa tacita conditione factum est, si earum vota Abbatissæ non irritaverint; ita Rodriguez *tom. 1. quæst. 25. art. 7. prope finem.*

Rodrig.

86. Exinde benè sequitur, quòd Abbatissa peccet mortaliter vota irritando monialium de eius licentia emissa sine causa, ut ex Caietan., Panormit. tenet Lessius *citato, cap. 40. dub. 13 num. 76. §. Peccabit tamen.* Et ratio est, quia licèt illa materia voti sit subiecta prælato, tamen ex eius consensu est obstricta Deo, & inde Prælatus non potest impedire, ne Deo offeratur promissum, sine causa.

Caiet. Panorm. Lessius.

QVÆSTIO XXXI.

Vtrùm Abbatissa suarum monialium vota possit commutare, ac dispensare?

SVMMARIVM.

87 *Abbatissa, non potest dispensare, ac vota commutare.*
88 *Prælati Religionum possunt vota monialium commutare, ac dispensare.*
89 *Abbatissa declarando materiam dispensationis, Prælatus censetur dispensare.*

87. COnstans, ac communis est omnium ferè sententia negativa; & ratio est, quia commutatio, ac dispensatio dimanat à iurisdictione spirituali, cuius fœmina est incapax, ac proinde talis iurisdictio ei competere non potest. Ita ex Soto, Covar. Lessio, Rodrig. Sayro, Clavi Regia, *lib. 6. cap. 10. num. 7.* Lezana *tom. 1. cap. 26. num. 15.* Barthol. à Sanct. Fausto *lib. 3. quæst. 24.* Sanchez *lib. 4. in Decalog. cap. 39. num. 7.* Qui addunt, quòd solùm ex speciali privilegio Summi Pontificis, hæc iurisdictio Abbatissis competere possit.

Sotus. Covar. Lessius. Rodrig. Sayrus. Clavis Reg. Lezana. Barthol. Sanchez.

88. Certum est in hac re, quòd superiores, ac Prælati sub quorum obedientia sunt moniales, possint earum vota commutare; ac dispensare. Ita Sylvester, Sotus, Richardus, Angelus, Palacius, Valentia, Lessius, Navarrus, Lopez, Toletus, Sayrus, Suar. Sanchez; quos citant, ac sequuntur Ioannes Benedictus *in Summa de peccatis, lib. 1. cap. 9.* Tamburin. *tom. 3. disp. 32. quæst. 7. num. 3.* Quæ potestas est ordinaria, ac eis competit ex vi muneris, ac officij, Azor. *part. 1. lib. 11. cap. 18. q. 4.* Aragon. 2. 2. *quæst. 89. art. 6.*

Sylvest. Sotus. Richard. Angel. Palac. Valent. Lessius. Navar. Lopez. Toletu. Sayrus. Suarez. Ioan Be nèd Tambur. Azor. Aragon.

Ex his infero, quòd Abbatissa impropriè, ac indirectè potest dispensare, ac commutare vota suarum monialium, nam eis à superioribus traditur plenissima cura Conventus, & Abbatissa considerata hac, & illa circunstantia, & necessitate, potest iudicare, ac declarare, quòd datur sufficiens materia ad dispensandum, ac commutandum; tunc stante hoc iudicio censetur Prælatus dispensare, ac commutare tale votum, ut ex multorum sententiis dixi *quæst. 29.* circa leges Ecclesiæ, ac regulæ, & Religionis.

QVÆSTIO XXXII.

Abbatissa tenetur in conscientia cogere moniales ad observantiam regularem, delicta punire, & ad indagandam veritatem potest iuramentum adhibere.

SUMMARIUM.

90 *Abbatissa ex suo officio tenetur punire delicta grandis notæ, quæ ad Prælatum spectant.*

91 *Abbatiſſa poteſt dare juramentum ad inquirendum veritatem.*

90. ABbatiſſa ex vi, ac injuncto onere ſui officij tenetur moniales compellere ad obſervantiam regularem, ut fatentur omnes; de quo Sanchez *tom.2. in Decalog lib.6. cap.1. num.27.* Vaſquez, *1.2. diſp.166. cap.4.num.28.* & inde poteſt exceſſus monialium punire; At vero ſi exceſſus fuerit grandis, grandiſque notæ, ad Ordinarium, vel Prælatum regularem recurret Abbatiſſa, ut advertit Suar. *tom.4.de Relig.tract.8. lib.2.cap.9.num.15.*

Sanch. Vaſquez. Suarez.

91. Sanch. Admonet tamen Sanchez *citatus* ex Barboſa, à ſancto Fauſto, ac Ledeſma; quòd ſicut quilibet judex legitime inquirens de delicto obligat ſub peccato mortali ad detegendam veritatem in rebus magni momenti, etiam ſecluſo juramento; ſic & Abbatiſſa inquirens de delicto, non ſolum adhibito juramento, ſed etiam ſuo precepto obligat ſub mortali ad aperiendam veritatem; nam ipſa poteſt punire delictum: ergo & inquirere: *Qui dat finem, dat media ad finem.*

QUÆSTIO XXXIII

Abbatiſſa nec ſibi, nec ſuis Monialibus poteſt eligere confeſſorem.

SUMMARIUM.

62 *Abbatiſſa nec ſibi, nec ſuis monialibus poteſt eligere confeſſorem.*

93 *Si habet juriſdictionem quaſi epiſcopalem, rectori, quem conſtituit, dat Papa juriſdictionem.*

92. REſolutio negativa eſt certa, quia talis facultas requirit poteſtatem clavium ac juriſdictionem ſpiritualem, quam Abbatiſſa non habet, & inde verè, & propriè non eſt Prælata, ſed tantùm latè, & impropriè, ut communiter tradunt Doctores cum D. Thom. *in 4.d.19. quæſt.1. art.1. quæſt.3. ad 4.* Fœmina enim ſaltem jure Canonico incapax eſt talis juriſdictionis; ita Megala *verb. Abbatiſſa, n.10.*

D. Thom. Megal.

93. Si verò Abbatiſſa habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem privativè, nempe, ne ejus ſubditi ſubjiciantur Epiſcopo, tunc ex privilegio Pontificis poteſt conſtituere rectorem, verbi gratia, cui ad deſignationem Abbatiſſæ Summus Pontifex dat juriſdictionem; ita Bellaſius *verb. Abbatiſſa, num.16.* ad agenda ea quæ ſunt juris ſpiritualis.

Bellaſius.

QUÆSTIO XXXIV.

An Abbatiſſa poſſit recipere novitias, & eas ad profeſſionem admittere ſine licentia ſui ſuperirois?

SUMMARIUM.

94 *Abbatiſſa ſine licentia ſuperioris non poteſt recipere novitias.*

93 *Poteſt ſine licentia ſuperioris admittere ad profeſſionem.*

NOn poteſt Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, etiam de conſenſu monialium, ſine ſuorum Prælatorum licentia recipere novitias, ita habet communis uſus, hoc enim eſt actus veræ juriſdictionis; ſolum ad veros Prælatos pertinens, ita Caſarrubius, Miranda, quos citant, ac ſequuntur Lezana, *tom.1.cap.26.n.17.* Fr. Antonius à ſpiritu Sancto *in director. tom.1.tract.2. diſp.1. num.239.* Cum licentia ſuperioris bene & congruè eas recipit; apud enim prælatum eſt totum regimen conventus, inde refert Suar. *tom.4.de Relig.tract.9.lib.10 cap.11.num.1.* Quod renuente, ac contradicente Abbatiſſa poteſt Prælatus recipere novitiam ad habitum, ac ad profeſſionem admittere.

94. Caſarrubius. Miranda. Lezana. Fr. Anton. Suarez.

Es quamvis admittere ad profeſſionem monialium pertineat ad Prælatos, quos jura, ac conſtitutiones Religionum decernunt, tamen ſecundum jus commune Abbatiſſæ abſque licentia ſuperiorum poſſunt in ſuo monaſterio novitias, ſervatis requiſitis, ad profeſſionem admittere; nam acceptatio hæc non eſt actus juriſdictionis, ſed cujuſdam ſuperioritatis pertinentis ad poteſtatem œconomicam ſeu dominativam, quæ poteſt comptere etiam fœminæ; ita Hoſtienſis Archidiacon. & alii quos citant, ac ſequuntur Azor. *lib 12.inſtruct. Moral.cap.5.quæſt.6.* Sanchez *lib.5.in Decalog.cap.4. num.76.* Fragoſus, *tom.2. lib.13.diſp.24.§.76. num.11.* Quorum rationes addo, ex eo quod Prælatus admiſit novitiam in monaſterio, ſi ipſa recte ſe habeat in novitiatu tacitè dat licentiam ad ejus profeſſionem, non enim poteſt niſi injuſte ac inique eam expellere.

95. Hoſtienſ. Azor. Sanch. Fragoſ.

QUÆSTIO XXXV.

An Abbatiſſa habeat liberam adminiſtrationem bonorum temporalium conventus, & an valeat ſuper illos contrahere?

SUMMARIUM.

96 *Abbatiſſa habet liberam adminiſtrationem bonorum Conventus ad contrahendum in rebus minoris momenti, & n.97.*

98 *Contractus factus in rebus magnis ſine conſenſu monialium, ac ſuperioris eſt nullus.*

96. ABbatiſſa habet liberam, & plenam adminiſtrationem bonorum temporalium conventus, ſicut & Abbas circa bona propria ſui conventus; unde poteſt inſtituere procuratorem, & adminiſtratores illius, ita Panormitan. Cardinal. Navar. Sanchez, quos citat, ac ſequitur Pellizar. *tom.3. Tract.10.c.10. ſect.2.num.146.* Tamen ut bene advertit. Tamburin. *tom.4. diſp.32. quæſt.13. num.3.* Hodie dicta adminiſtratio non videtur abſoluta, & independens, ſed fere in omnibus monaſteriis habet relationem ad conſenſum, vel capitulum monialium, imo ad Epiſcopum, vel Prælatum regularem, in rebus, ſaltem, majoris momenti.

Pao Cardin. Navar. Sanch. Pellizar. Tamburin.

79. Ex dictis patet reſolutio ad ſecundam partem quæſtionis, quod Abbatiſſa poſſit facere contractus ſuper bona conventus de conſenſu ſui capituli, imo & ſuperioris monaſterij, quod intelligitur de contractibus majoris momenti, niſi aliud habeat conſuetudo, & præſcribant Conſtitutiones Religionis.

98. Sanctor. Unde infert Sanctorius *in conſtit. Minorum, cap. 11. ſtat. 7. quæſt. 2.* Contractum factum à monialibus circa bona immobilia, ſine conſenſu Superioris eſſe nullum ex defectu debitæ poteſtatis ad contrahendum, ac alienandum, cum moniales ſubiiciantur ſuis ſuperioribus; conſentiunt Poſtel. *verb. Alienatio bonorum, num. 1. & verb. Moniales, n. 18.* Fr. Emanuel. Rodrig. *tom. 1. quæſt. 27. art. 8.* & refert *art. 2.* Quandam conceſſionem Leon X. & Gregorij XIII. factam monialibus ſancti Dominici, ac ſancti Auguſtini, ut poſſint bona immobilia permutare, vendere, & alienare, converſo pretio in utilitatem Conventus. *De conſenſu tamen Miniſtrorum Provincialium, & maioris partis conventus.* Addit Sanctorius, quod ultra conſenſum Superiorum requiratur expreſſa licentia Sacr. Congregationis ex Decreto ipſius Congregationis die 7. Septembris 1624. ſed hæc declaratio nec oſtenditur authentica, nec eſt in uſu.

Poſtel. Rodriguez. Leo X. Greg. XIII. Sanctor. S. Congreg.

Quæstio XXXVI.

An Abbatiſſa, vel Prioriſſa ſuis monialibus poſſit concedere facultatem largiendi, poſſidendi, ac accipiendi de bonis ad earum uſum conceſſis?

SVMMARIVM.

99 *Abbatiſſa poteſt dare talem facultatem.*
100 *Hac facultas ad quantum taxanda.*
101 *Abbatiſſa poteſt dare facultatem habendi peculium.*

99. CUm reſolutum ſit ſuperiori quæſtione, Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam habere plenam & liberam adminiſtrationem bonorum ſui monaſterij ad inſtar Abbatis; inde apertè ſequitur, quòd poſſit dare facultatem largiendi, poſſidendi, & accipiendi de bonis ad ipſarum uſum conceſſis, ſicut & cæteri Prælati regulares. Ita Corduba, Lopez, Sorbo, Sanchez, Bartholam, Ledeſma, quos citant, ac ſequuntur Tamburinus *tom. 4. diſp. 9. quæſt. 3. num. 9.* cum Lezana *tom. 1. cap. 26. n. 14.*

Corduba. Lopez. Sorbo. Sanchez. Barthol.

100. Ledeſma. Tamburin. Lezana Azor. Quantum ad ſummam expendendi, multi Doctores apud Azorium *tom. 2. lib. 4. cap. 12. quæſt. 4.* dicunt Prælatum poſſe dare ſubdito licentiam expendendi ſingulis menſibus duos, vel tres aureos, ſinguliſque annis extendunt hanc licentiam ad decem, aut duodecim, aut quindecim aureos; hoc tamen ſtante communi conſuetudine nimis rigoroſum eſt, ideo mihi aptior eſt ſententia Suarij *tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 15. num. 13.* Hoc arbitrio prudentis viri, conſiderata neceſſitate, ac occaſione taxandum eſt; & addit Pellizar. *to. 3. tract. 10. cap. 4. ſect. 1. num. 67.* Quòd facultas accipiendi non videtur à monialium ſuperioribus reſtringenda, exinde enim maxime creſcunt bona religionis, ac monaſterij, hoc autem intelligitur, niſi aliter ſit determinatum per conſtitutiones Religionis.

Suar. Pellizar.

Ex his etiam ſequitur; quod Abbatiſſa poſſit dare ſuis monialibus licentiam habendi peculium, ut ſuperior Religionis dat ſuis religioſis, Corduba, Rodriguez, Ledeſma, & alij quos refert, ac ſequitur Fragoſus *tom. 2. lib. 11. diſputat. 24. § 6. num. 15.* Caſtro Palaus *tom. 3. diſput. 3. pag. 5. num. 5.* 101.

Bellarmin. Corduba. Rodriguez. Ledeſman. Fragoſ. Caſtr. Pal.

Quæstio XXXVII.

An & quando Abbatiſſa poſſit extraneis concedere facultatem ingrediendi clauſuram monaſterij, vel ipſa poteſt ab ea exire?

SVMMARIM

102 *Solus ſuperior poteſt dare hanc licentiam, Abbatiſſa verò ex tacita, vel præſumpta licentia Prælati, & n. 103.*
104 *Abbatiſſa exire poteſt ratione præſtandi fidelitatem.*
105 *Monialis energumena ad Eccleſiam ducenda.*

DE hac quæſtione latiùs dicam infrà, cum de clauſura monialium fuerit ſermo. Reſpondeo, quòd Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa non poteſt extraneis talem facultatem concedere, hoc enim tantùm pertinet ad Superiores conventus, *cap. Periculoſo de textu Regular. in 6.* & Concilium Trident. *ſeſſ. 25. cap. 5. de Regularibus* ubi ait: *Ingredi autem intra ſepta monaſterij, nemini liceat, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, &c.* & ſubdit ſacrum Concilium, quod hæc licentia non detur, *niſi in caſibus neceſſariis*: Ita communiter Doctores, quos ad longum in magno numero citat, & ſequitur Barboſa *in Collectanea ad Concilium citato loco*; & ex Navarro, & Rodriguez dicunt Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 16. num. 22.* Campanela *in Diverſ. iuris Canon. Rubr. 12. cap. 16. num. 20.* poſſe ſuperiores monialium generalem licentiam concedere Abbatiſſis dandi hanc licentiam in caſibus frequenter occurrentibus, & neceſſariis maxime. 102.

C. Pericul. Concilium Tridentin. Barboſa. Navar. Rodriguez. Sanchez. Campanel.

At in caſu repentino, in quo eſt periculum in mora, & Prælatus longe abeſt, tunc Abbatiſſa ex præſumpta proprij Prælati voluntate, poteſt ingrediendi facultatem concedere, ita Fr. Emanuel. *tom. 1. quæſt. 46. art. 2. in fine*, Campanel. *citatus, num. 20.* Fragoſus Barboſa, & alij, quos citat, & ſequitur Delben. *tom. 2. cap. 19. dub. 37. num. 17.* & ita vidi in uſu obſervari. 103.

Fr. Eman. Campan. Fragoſ. Barboſa. Delben.

Adverte tamen quod Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa poterit exire de clauſura, quando ratione feudi tenetur præſtare fidelitatis iuramentum alicui principi ſæculari, ſi illud per procuratorem præſtare non poteſt, nec princeps vult ad monaſterium accedere; hoc cedit in bonum conventus; & ſic conceſſum à Boni- 104.

facio

C.Pe.icul. Sanchez. Bonac. Lezana. 105. facio VIII. *in cap. Periculoſo, de ſtatu Regular. in 6.* Ita Sanchez *citatus. numero 51.* Bonacina *de clauſur. quæſt. 1. punct. 5. num. 9.* Lezana *tom. 1. cap. 26. num. 20.*

Monialis energumena extra ſepta monaſterij ad Eccleſiam deferenda, ut à Presbytero ſæculari, vel regulari exorcizetur; ita deciſum à ſacra Congregatione die 20. Septembris refert Aldan. *tit. 10. num. 26.* alios multos caſus, & ad text. Concilij adducam infra dum de clauſura monialium fuerit ſermo.

Sacr. Congregat. Aldan.

QVÆSTIO XXXVIII.

An & qualiter Abbatiſſa poſſit conferre beneficia Eccleſiaſtica, Clericos, & Capellanos inſtituere?

SVMMARIVM.

106 *Abbatiſſa beneficia curata annexa monaſterio poteſt conferre.*
107 *Penſio in qua quantitate ponenda ſit.*
108 *Abbatiſſa poteſt vicarios ſuſpendere.*

106. ABbatiſſa poteſt præſentare Clericos, & conferre beneficia curata ex Conſtitutione Pij V. *Bulla 47. in Ordine*; & hoc etiam ex privilegio Pontificio habent multa monaſteria, verbi gratia, in hoc regno Vdivellas, Conceptionis Virginis Iuliæ pacis, dummodo talia beneficia ſint unita, & annexa ſuis monaſteriis, tunc Abbatiſſa de conſenſu ſui Capituli poteſt conferre tale beneficium, non tamen conferendo jus ſpirituale, ac clavium poteſtatem in eo incluſam, ſed inſtituere inſtitutione authorizabili, ut loquuntur in hac materia Fr. Emanuel. *tom. 1. quæſt. 17. artic. 12.* Miranda *de Monialibus quæſt. 6. art. 5.* Tambur. *diſp. 32. quæſt. 12. num. 1. tom. 3.* à quibus non diſſentit Suarez *tom. 3. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 14.* Monens, quod vel tunc Abbatiſſa præſentat Clericum Epiſcopo, & Epiſcopus ei confert juriſdictionem, vel Abbatiſſa abſolutè ipſum Clericum deſignat, ac præſentat, & tunc ſtante tali electione jus ſpirituale, etiam ad audiendas confeſſiones confertur à Papa, & in hoc ſenſu Abbatiſſa poteſt dare poſſeſſionem beneficij, quia talis actus non eſt juris ſpiritualis, & idem dicendum eſt etiam de capellanis quoad eorum collationem.

Pius V. Fr. Eman. Miranda. Tambur. Suarez.

107. Pius V. in ſua citata Bulla *ad exequendum ſub die 15. Novembr. 1567.* determinat portionem redditnum annuorum aſſignandam Vicario, ſive perpetuo, ſive amovibili ab Abbatiſſa præſentato ad beneficia monaſterio unita, non debere excedere 100. aureos, nec minus 40. & idem ibi ſtatuitur quoad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos erga vicarios, ſeu beneficiatos ab eis præſentatos, hoc tamen non eſt in uſu, ſic praxi.

Pius V.

108. Ex dictis benè ſequitur, quod poteſt Abbatiſſa vicarios, ſeu capellanos ſuſpendere ab officio, & beneficio, & ſubtrahere præbendas, & præcipere, ne celebrent in ſuis Eccleſiis, vel in pœnam, vel donec ſatisfecerint, & in tali caſu propriè non exercet juriſdictionem ſpiritualem, ſed ad eius voluntatem ipſemet Papa aufert juriſdictionem ſpiritualem. Ita Henriquez, Veiga, & alij, quos citat, ac ſequitur Fragoſus *tom. 2. lib. 11. diſp. 24. §. 6. num. 1.* & Pellizar. *tom. 3. tract. 10. cap. 10. ſect. 2. num. 131.* Fr. Anton. à Spiritu Sancto *in director. tom. 1. tract. 2. diſp. 1. ſect. 5. n. 261.*

Henriquez. Veiga. Fragoſ. Pellizar. Fr. Anton.

QVÆSTIO XXXIX.

An Abbatiſſa poſſit impedire ſubditæ moniali ne utatur licentia ſibi à Prælato data?

SVMMARIVM.

109 *Ex juſta cauſa poteſt impedire talem licentiam, minimè verò ſine illa.*

SI intervenit juſta cauſa, bene poteſt Abbatiſſa ſuſpendere gratiam factam à Prælato; ſecus ſi non datur juſta cauſa. Ita colligitur ex Sanch. *lib. 6. moralium, cap. 3. num. 9.* Corduba *in Regula Sancti Franciſci, cap. 10. q. 2. part. 6.* ac Peyrino *de reſtitut. 5. quæſt. 1. cap. 8. §. 6.* & patet, quia in priori caſu remiſſio, ac coarctatio non cenſetur fieri abſque conſenſu concedentis, ſaltem tacito, ac interpretativo: in poſteriori verò procedit licentia ut legitima. Reg. 17. num. 6. *Indultum à iure beneficium, non eſt alicui auferendum.*

109. Sanchez. Corduba. Peyrin. Regul. iur.

RESOLUTIO III.

Abortus, ſeu Aborſus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid ſit aborſus, & quam grande crimen?

1. ABORSUS ſeu abortus eſt intempeſtiva ejectio fœtus immaturi ex utero matris. Hoc autem fieri poteſt vel ante fœtus animationem, vel poſt. Qui ejicit immaturè fœtum animatum rigide punitur tam à jure civili, quam Canonico, pœnis homicidarum, & præter peccatum mortale incidit in excommunicationem & irregularitatem.

Ius Civile. Ius Canonicum.

2. Qui vero ejicit fœtum nondum animatum, licet non committat homicidium, tamen gravi ſcelere, ac peccato mortali ſe obſtringit; tamen à jure civili reus hujus criminis punitur exilio; amiſſione partis bonorum, ſi perſona ſit bonæ, ac honeſtæ conditionis; ſi vero ſit inferioris, ac humilioris damnatur ad metallum, *l. Si quis aliquid, §. Qui abortionis, ff. de pœnis.*

L. Si quis.

QUÆST

QUÆSTIO II.

Proponitur conſtitutio rigoroſa Sixti V. contra procurantes aborſum.

3. Sixtus V. SIxtus V. *in conſtitutione* 87. *edita anno* 1588. Quæ incipit : *Effrænatam*, determinat §. 1. ut ij qui per ſe, vel interpoſitas perſonas abortum fœtus animati procuraverint percuſſionibus, venenis, medicamentis, oneribus, aliove quocumque modo, teneantur pœnis omnibus iure divino, canonico, & civili ſtatutis contra veros homicidas. §. 2. 3. & 4. Decernit eos incurrere irregularitatem, unde nec promoveri poſſint, nec ſi iam promoti ſint, miniſtrare, ſed eo ipſo omni privilegio clericali, officio; & beneficio eſſe privatos, quæ ſic vacatura reſerventur Papæ, atque inhabiles in futurum ſint, eſto delictum fuerit occultum, & qui foro Eccleſiaſtico ſunt ſubjecti, degradati tradantur ſæculari foro capitali pœna puniendi.

4. §. 5. Similibus pœnis vult ſubiacere eos, qui ſterilitatis potiones, ac venena propinaverint mulieribus, aut quominus fœtus concipiant impedimentum præſtiterint, conſuluerint, ac auxiliati fuerint : nec non & mulieres, quæ ea ſcienter ſumpſerint, & §. 6. Vt detur in hoc crimine puniendo inter iudices præventio contra quoſcumque, & teſtes iure inhabiles ſuo arbitratu recipiant, & pœnis afficiant reos.

5. §. 7. & 8. Eos omnes tam principales, quam ſocios, conſocioſve talis criminis, necnon opem; conſilium, aut favorem dantes ſubiicit excommunicationi, quam ipſo facto incurrant; & à qua nequeant abſolvi (niſi in mortis articulo) nec etiam in Iubilæis, aut vigore Concilij Trident. niſi à Romano Pontifice, & ſimiliter ab irregulatitate hac de cauſa contracta, & ab eo tantùm urgentiſſimis de cauſis diſpenſari poſſit. Hæc eſt ſumma prædictæ conſtitutionis.

QUÆSTIO III.

Ponitur moderatio Gregorij XIV. ad prædictam conſtitutionem.

6. Greg. XIV. GRegorius XIV. *in ſua conſtitutione* 8. *edita anno* 1591. quæ incipit : *Sede Apoſtolica* : Moderavit prædictam Bullam Sixti V. ſui anteceſſoris. Vnde §. 2. determinat, ſi fœtus animatus fuerit, tam ad eos, qui hactenus deliquerant, quam qui in futuro delinquent, ut à peccato, & excommunicatione poſſit quilibet Presbyter tam ſæcularis; quam regularis ad confeſſiones audiendas, & ad hos caſus ſpecialiter per ordinarium loci depututus, in foro tamen conſcientiæ, abſolvere.

7. §. verò 3. ſubdit : Quòd ſi fœtus animatus non fuerit, pœnas abortum procurantium & exhibentium mulieribus, & ſuſcipientium venena ſterilitatis, aut quocumque modo dantium auxilium, & conſilium, reducit ad terminos iuris communis, ſacrorum Canonum, & Concilij Trid. tam quoad præterita, quam quoad futura, §. 4. Cætera verò omnia, quæ in Bulla Sixti V. continentur, vult in ſuo robore manere. Quæ omnia latiùs per ſequentes quæſtiones ſunt explicanda.

QUÆSTIO IV.

Quando Proles animatur anima rationali.

SUMMARIUM.

8 *Opinio Leſſij & aliquorum.*
9 *Communis & recepta ſententia.*
10 *In dubio reputandus eſt fœtus maſculus.*

AD incurrendas pœnas contentas in conſtitutionibus Apoſtolicis, maximè præ oculis habendum eſt : an fœtus ſit animatus ? de tempore autem quo fœtus animatur res eſt dubia. Hyppocrates medicorum princeps, *lib. de natura fœtus, n.* 10. quem ſequuntur Leſſius *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 10. *num.* 65. Cornelius *in Penthat. ad cap.* 12. *Levitici*, ad illa verba : *Sin autem fœmina pepererit*, Mazuchel. *de caſibus reſervatis, diſp.* 2. *cap.* 3. *num.* 5. Portel. *in reſponſionibus, tom.* 1. 3. *part. caſu* 12. *num.* 1. dicant, quòd in maſculis corpus anima informatur lógiſſimè die trigeſima, fœminæ verò corpus longiſſimè informaturanima die quadrageſima ſecunda. Et ratione id perſuadetur, quia corpos maſculi & fœminæ ſunt eiuſdem ſpeciei, quæ cauſa ergo poterit intercedere, ut anima fœminæ in duplo tardius infundatur, quam anima maſculi : vnde Portel citatus, ſecundam ſententiam referendam appellat fabulam. 8. Hyppocr. Leſſius. Cornel. Mazuch. Portel.

Tamen communior ſententia hodie eſt cum Ariſtotele *lib.* 7. *de animalibus*, *cap.* 3. Mares animari die quadrageſimo à conceptu, fœminas verò die octogeſimo, & aliquando nonageſimo. Ita Marchinus, Molina, Megala, Coriolanus. Quaranta, quos citant, ac ſequuntur Layman *lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 4. *n.* 2. Trullench. *in Decalog. tom.* 2 *lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 4. *n.* 2. Et hoc intelligitur regulariter, quia ex caliditate, vel frigiditate matris, hoc citiùs, vel tardiùs aliquando contingit. 9. Ariſtot. Marchin. Molin. Megala. Coriolan. Quarant. Layman. Trulench.

In hac ſententia eſt Naldus *in ſumma verb. Abortus*, *num.* 2. ubi ait, Abortum poſt quadraginta dies in maſculo, in fœmina autem poſt octoginta animatum eſſe anima rationali, tradunt omnes; In dubio autem, ideſt, ſitne maſculus, an fœmina, tunc cenſetur eſſe maſculus, & ſic animatus anima rationali; & ita ſervat ſacra pœnitentiaria, ita ille, quod etiam docent Machadus *de perfect. Confeſſor. tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 17. *docum.* 8. *num.* 2. Bordon. *tom.* 1. *Regul. Reſol.* 45. *quæſt.* 2. *n.* 2. Diana tom. 1. *tract.* 5. *Reſol.* 7. Hæc ſententia mihi videtur in praxi ſequenda, ex eo quod citati Auctores teſtantur, quod ſacra pœnitentiaria Romana ita obſervat. 10. Naldus. Machad. Bordon. Diana.

QVÆSTIO V.

An procurans aborſum ante animationem incidat in cenſuras : & an aliquando hoc ſit licitum ?

SVMMARIVM

11 *Cooperans ad aborſum fœtus inanimati, non incidit in excommunicationem, vel irregularitatem.*

12 *Qui ad talem aborſum cooperantur, peccant mortaliter, tamen propriè non ſunt homicidæ.*

13 *Pro conſervanda vita matris poteſt permitti aborſus fœtus inanimati.*

11. ATtenta Bulla Sixti V. affirmativa eſt reſponſio ; At hodie ſtante Bulla Gregorij XIV. negativa ſententia eſt tenenda ; & eſt communis ; nam licet illas pœnas Sixtus V. impoſuiſſet ; tamen Gregorius XIV. in ſua moderativa bulla §.3. omnino abſolvit & reduxit ad terminos iuris communis, ac Concilij Trident. Ac proinde mulier prægnans ſumens potionem, vel adhibens aliquod remedium ad abortum fœtus inanimati, vel conficiens talem potionem, dans auxilium, cooperans vel conſulens, non incurrit excommunicationem, nec irregularitatem, quia hoc non eſt impoſitum à iure communi, nec à Tridentino ; ita Toletus *in ſumma lib.1.cap. 76. nnm. 16.* Portellus *in dub. Regul. verb. Aborſus, num 3.* Villalobos *in ſumma, tom.2.tract.12. diff. 14.num. 3.* Machadus *de perfect. Confeſſ. tom.2. lib.2. part.3. tract. 17. docum.9. num.1. & 2.*

Sixtus V: Greg XIV. Toletus. Por ell. Villalobos. Machad.

12. Qui omnes docent, quòd talia facientes, cooperantes, conſilium, aut auxilium dantes, graviter peccabunt mortaliter, quia ex induſtria, ac opere impediunt ſemen infuſum, ac fœtum à ſuo debito, ac connaturali fine, qui eſt generatio humana; ita præter Auctores citatos cum Azor. Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp.20.num.2.* propriè tamen non erit homicida, ſed quaſi homicida, quia non interfecit hominem, cum fœtus adhuc non ſit animatus : deſumitur *ex cap. Si aliquis, ex cap. Sicut ex literarum de homicidio ſimul, cum cap. Quòd verò, 32.quæſt.2.* ut aduertunt Leſſius *lib.2.cap. 9. dub.10.* Layman *lib. 3. de iuſtitia, tract.3.part.3.cap.4.quæſt.2.*

Azor. Sanchez. C. Si aliquis. C. Sicut. C. Quòd verò. Leſſius. Layman.

13. Si autem certum reputetur, fœtum non eſſe animatum, tamen iudicio medicorum, ſi in lucem prodeat, matri mortem allaturus, aut de vita matris ſit magnum periculum, tunc abortus ſine peccato poteſt permitti ; nam in tali caſu ius naturale conſervandi matris vitam præponderat bono prolis futuræ ; nam fœtus eſt pars, ſeu aliquid matris, & bonum totius anteponendum bono partis. Ita citatus Sanchez *num.9.* Layman. citatus, *§. Secundò ſi certum ſit*, Leſſius *lib.2.cap.9. dub.10. num 6.* Bonacina *citand. num.3.* M. Lezana *verb. Abortus, num.4. ad finem.* Qui etiam advertit, quòd abortus eſt caſus reſervabilis à Prælatis Regularibus reſpectu ſuorum ſubditorum, ut infra dicemus ex Clemente VIII. imò de facto eſt reſervatus in multis provinciis ab earum Conciliis provincialibus, ut obſervat Bonacina *de reſtitut, diſput.2.q.vltima, ſect.1. punct.7. num.6.* Bonacina.

Sanch. Layman. Leſſius. Lezana.

QVÆSTIO VI.

An liceat procurare abortum fœtus non animati ad evitandum periculum vitæ, vel infamiæ alicuius puellæ prægnantis ?

SUMMARIUM.

14 *Caſus eſt ſi puellæ mors, vel infamia, non poteſt impediri niſi aborſu.*

15 *Sententia negans.*

26 *Sententia aſſerens eſſe licitum, ac illius fundamentum, & num.17.*

18 *Secunda ſententia valdè probabilis, & ſecura in praxi.*

14. CAſus eſt ſi fœmina nobilis, aut monialis peccaverit cum viro, & ſi ipſa gravida appareat, timetur mors, infamia, ſcandalum, & nulla alia via poteſt impediri mors, infamia, ſcandalum: An tunc licitum ſit procurare, conſulere, cooperari ad abortum fœtus inanimati ?

15. Negativam ſententiam tenent Tannerus, Sanchez, Sylvius Finellius, Azorius, Zanardus, Bellochius, Filliucius, quos citat ac ſequitur Diana *3.part.tract. 9. Reſol.11.* In hac ſententia eſt Baſſeus *verb. Abortus, num.1.* Qui omnes dicunt nullo modo licere, & contrariam ſententiam eſſe improbabilem docet Candidus *tom.2. diſquiſit.1.art.1.* Quia hoc eſt agere contra ordinem naturæ ad impediendam conceptionem fœtus : *Et non ſunt facienda mala, ut veniant bona*, Rom.3.n.9.

Tannet. Sanch. Sylvius. Finell. Azor. Zanard. Belloch. Filliuc. Diana. Baſſeus. Candidus. Rom.3.

16. Tamen contrariam ſententiam in propoſito caſu, hoc eſſe licitum, tenent Torreblanca *de Mag. lib.2. cap.43. num.10.* Leo Zambellus *in repertorio morali, verb. Medicus, n.11.* Bordon. *in Regular. Reſol. 45. quæſt.4. num.4. in fine.* Et eam probabilem dicunt, & tenent M. Lezana *tom.3. verb. Aborſus num 5. in fine*, Trulench. *in Decalog. tom.2.lib.5 cap.1. dub.4. num.1.* & Diana *part.6.tract.8. Reſol.37.* Teſtatur, quòd vir doctiſſimus Societatis Ieſu, conſultus in hoc, dixerit, pro tuenda vita, ac honore puellæ prægnantis, licitum eſſe procurare aborſum fœtus inanimati.

Torrebl. Zambel. Bordon. Lezana. Trulench. Diana.

17. Probatur quia ut ex multorum ſententia dixi ſuperioti *quæſtione num. 13.* quando aliud non ſupperat remedium pro ſalute infirmæ matris, poteſt qui licite procurare aborſum, ſi fœtus nondum eſt animatus : ergo etiam hoc facere licitum erit pro tuenda vita, ac honore matris ; & hoc præcipue, quando fœmina eſt nobilis, vel monialis, quia illud maxime cadit in dedecus familiæ, domus, monaſterij, ac Religionis ; quæ magis videntur ponderare, quam conſervatio vnius fœtus nondum animati.

18. Hæc ſecunda ſententia mihi videtur valde probabilis, & tuta in praxi; quia cum habeat pro ſe graves Doctores, & ſufficiens fundamentum, negari non poteſt, quod ſit probabilis.

QUÆSTIO VII.

An procurantes, & intendentes, cooperantes, & conſulentes aborſum fœtus animati ſint excommunicati, ac irregulares?

SUMMARIUM.

19 *Tribus modis poteſt hoc impedimentum procurari.*
20 *Prima ſententia defendit matrem.*
21 *Mater & cæteri cooperantes comprehenduntur, & n.22.*
23 *Quando maritus uxorem verberat ſine intentione non incidit in cenſuras.*

19. TRibus modis poteſt hæc procuratio contingere. Primo quidem, ut fœtus conceptus, non tamen animatus ejiciatur; de quo egi ſuperiori quæſtione. Secundò: procurando ut fœtus animatus abigatur: de quo nunc eſt dicendum. Tertiò: impediendo ne fœmina concipiat, ut ſi antea, vel poſtea fiat aliquod remedium, ut ſterilis fiat.

20. Naldus. Avila. Alphonſ. Ad quæſtionem præſentem Naldus *verb. Aborſus, num.* 1. Avila *de cenſuris, part.* 1. *cap.* 5. *diſput.* 3. *dub.* 12. *concluſ.* 2. §. *quintò* Quod etiam tenet Alphonſus Leon *de cenſuris, Recollect.* 7. *num.* 34. qui dicunt, quod mulier prægnans, procurans proprium aborſum, non incurrit in pœnas impoſitas à Sixto V. contra procurantes aborſum, quia non colligitur ex aliquo verbo Conſtitutionis, quod talis mulier prægnans comprehendatur.

21. Sixtus V. Tamen oppoſita ſententia ſimpliciter eſt vera & tenenda: nam Sixtus V. ſubiicit excommunicationi, ac pœnis in ſua Conſtitutione §. 7. & 8. *Omnes tam principales, quam ſocios, conſcios talis criminis, nec non opem, conſilium, ac favorem dantes*: nam mulier propinans potionem, maximè in tali crimine, eſt principalis & multam, & magnam opem dat; & valdè conſcia eſt ipſius criminis, & inde maximè in cenſuris, ac pœnis prædictæ conſtitutionis comprehenditur. Ita Dicaſtillus *de iuſtitia, lib* 2. *tract.* 1. *diſp.* 20. *dub.* 13. *n.* 179. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 14. *cap.* 6. *num.* 4. Bonacina *de cenſuris, tom.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 20. *num.* 12. & 13. & alij apud ipſos, & eſt communis.

Dicaſtill. Filliuc. Bonacina.

22. Qui etiam cum communi ſententia docent, quod omnes procurantes aborſum, ſive per ſe, ſive per alios, aut cooperantes ore, conſilio, auxilio, aliave ratione adiuvantes, incidunt in excommunicationem, ac irregularitatem à Sixto V. latam cuiuſque gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, tam laici, quam clerici ſæculares, aut regulares cuiuſque ordinis, imò etiam mulieres ſæculares, vel profeſſæ, omnes iſti in Bulla exprimuntur.

23. An verò quando maritus praviter uxorem verberat, & inde illa, vel tunſionibus oppreſſa, vel furore agitata, paſſa eſt aborſum, an incurrat in pœnas Conſtitutionis Sixti V. ac illius cenſuras? Aliqui affirmant; diſtinctione tamen utendum; quod, tunc in cenſuras incidit maritus, ſi uxorem verberat ea intentione, ut abortus ſequatur. Verbum enim in Conſtitutione poſitum: *Procurare* ſignificat ſtudioſè, & ex induſtria quærere. Ita Diana *part.* 7. *tract.* 5. *Reſolut.* 30. §. *Hinc licet*: ſi verò abſque tali intentione in nullam pœnam incidit.

Diana.

QUÆSTIO VIII.

An applicans fœminæ remedia ſterilitatis incurrat in cenſuras?

SUMMARIUM.

24 *Applicans remedia ſterilitatis non incidit in cenſuras.*
25 *Peccat tamen graviter, ac mortaliter.*
26 *An liceat procurare ſterilitatem ſi mulier timet periculum mortis in partu: affirmant aliqui, & n.* 27.
28 *Negativa ſententia vera, & n.* 29.

24. QVia in Conſtitutionibus tam Sixti, quam Gregorij agitur de dante remedium ad ſterilitatem fœminæ: nam Sixtus V. tali crimini magnas pœnas, ac cenſuras impoſuit, quas tamen Gregorius XIV. abſolvit, & ad terminos iuris communis reduxit, & ideo dans remedium, ſeu potionem fœminæ ne concipiat, ſed ut ſterilis fiat, aut ipſa fœmina illud conficiens, aut accipiens, non incurrunt in excommunicationem, ac alias pœnas Sixti V. quia tales pœnæ non ſunt præſcriptæ in iure. Ita Sanchez *lib.* 9. *de matrimonio, diſp.* 20. *num.* 9. Caietan. Petrus Ledeſma, Tabiena, & alij quos citant, ac ſequuntur Maruchell. *tract. de caſibus reſervat. diſp.* 1. *cap.* 3. *diff.* 4. *n.* 24. Machadus *tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 2. *art.* 17. *n.* 2.

Sanchez. Caietan. Ledeſma. Tabiena. Maruchel. Machadus.

25. Tamen talia agentes, vel potione, vel in ipſo concubitu emittendo ſemen extra debitum vas, vel alio quocunque modo intendendo mulieris ſterilitatem, vel impediendo generationem, grave peccatum committunt, operantur enim contra intentionem naturæ: nam ſemen & copula inſtituta ſunt à natura ad prolis conceptionem, ac generationem. Ita præter Auctores citatos tenent Candidus *tom.* 1. *diſquiſit. moral. diſquiſit.* 1. *art.* 2. M. Lezana *verb. Aborſus, n.* 5.

Candidus. Lezana.

26. Dubitatur tamen, quod ſi probabiliter timeatur magnum periculum vitæ matris in partu, vel quia mulier eſt nimis arcta, vel quia valdè difficilis eſt in partu, & illius anguſtias ferre non poteſt: an liceat uti aliquo remedio ad ſterilitatem, & ad impediendam generationem;

27. Affirmativam ſententiam tenent Torreblanca *in practica iuris ſpiritualis, lib.* 12. *c.* 13. *num.* 31. & 36. in qua ſententia etiam eſt Tannerus *tom.* 3. *diſp.* 4. *q.* 8. *dub.* 4. *n.* 9. quia ut vidimus *ſuprà q.* 6. aliquando licitum eſt procurare abortum fœtus non animati ad conſervandam vitam, & honorem matris, ergo etiam licitum erit procurare ſterilitatem ad conſervandam vitam matris.

Torrebl. Tanner.

28. Contraria ſententia eſt omnino vera, quod ſcilicet,

ſcilicet, nulla iuſta cauſa dari poteſt ad procurandam ſterilitatem uxoris. Ita Sanchez *tom.3 de matrimonio, lib.9. diſp. 20. num 2.& 8.* Sanchez. & 20. Navarrus *in Manuali, cap.16. num.35.* Navar. Turrianus 2.2.*diſp.26. dub.2. num.45.* Sylvius 2.2.*quæſt §4 art.7. quæritur 4.concl.3.* Rodrig. *in ſumma, cap.15.n.1.* Filliucius *tom.1.tract.29.c.7. num.101.* nam tale remedium ſterilitatis eſt contra naturam, ac natulem finem generationis, ad quem intrinſecè ordinatur ſemen & & copula. Turrianus Sylveſt. Rodrig. Filliuc.

29. Ad argumentum oppoſitum Reſpondetur Sanchez & Filliucio, eſſe diſparem rationem in utroque caſu, quia quando expellitur fœtus ad tuendam vitam matris, fœtus aggreditur matrem, & periculum eſt præſentaneum, & actualiter inſtat cum tumore uteri; at in caſu præſenti ad ſterilitatem, fœtus non aggreditur matrem, & periculum eſt diſtans, & cauſæ phyſicæ multas habent mutationes, ac varietates. 29. Sanchez. Filliuc.

QUÆSTIO IX.

Procurans aborſum, in dubio, an fœtus ſit animatus, an cenſendus ſit irregularis?

SUMMARIUM.

30 *Irregularitas hic intelligitur per reſpectum ad ordines, non vero ad alias pœnas.*

31 *Prima ſententia admittit talem irregularitatem.*

32 *Secunda cum ſuo fundamento valdè probabiliter negat, & n.33.*

30 FActa ſufficienti diligentia, & ſecuto aborſu, dubitatur: an fœtus eſſet animatus, vel non: Tota quæſtio eſt: an intendens, & procurans ſit irregularis, quæ irregularitas ſolum intelligitur de privatione quoad ſuſcipiendos ordines, & in illis ſuſceptis adminiſtrandis; has enim privationes intrinſecè includit irregularitas; ſecus verò quoad illas pœnas, quæ à Iudice imponi ſolent pro contracta irregularitate, qualis eſt privatio beneficiorum & ſimilia: nam pœna ordinaria ſtatuta delicto, non eſt imponenda delicto dubio. Ita Sanchez, Suarius, Sayrus, Salas, Barboſa, quos citat, ac ſequitur Fagundez *in Decalog tom.1.lib.2. cap.10.n.15.* Sanchez: Vaſquez. Suar. Sayrus. Salas. Barboſa. Fagundez.

31. Tota difficultas eſt: an in tali dubio de fœtu animato quis cenſendus ſit irregularis? Prima opinio & communis affirmat, eam tenet Merolia, Sayrus, Sotus, & alij, quot citant, ac ſequuntur Avila *de cenſur. part.7. diſp.2. dub.1. concl.1.* Sanch. *in Decalog tom lib.1.c.40.num.43.* Molina *tom.3. de iuſtit. tract.3.diſp.27. num.4.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.3. allegat.51. n.141.* Megala *in prompt. tom.1. verb. Aborſus, n.3.* & alij, quia in dubiis tutior pars eſt eligenda, *cap. Ad audientiam, cap. Significaſti, 2. & 2. de homicidio:* & quia in dubio homicidij quis ſe debet reputare irregularem, ut tradunt iura: hic autem eſt dubium de homicidio; ergo cenſendus eſt irregularis. Merolla. Sayrus. Sotus. Avila. Bonacina. Molina. Barboſa. Megala. C. Ad audientiam.

Secunda ſententia, & mihi valdè probabilis, negat talem irregularitatem. Ita Ioannes Præpoſitus inſignis Theologus Societatis IESV *ad 3. part.quæſt.5. de irregularitate, dubio 8. n.58.* Emmanuel de Moura *de Enſalm. & Incant. ſect.3.c.1.n.27.* Gomez. *de dictis.c.3. Rubr.de homicidio, n.3. in fine.* Bajardus *in Addit.ad Iulium Clarum, q.68.n.8.* Brulius *in relect.de caſibus reſervatis, dub.11.ſect.3.num.86.* Machadus *de Perfecto Confeſſ. tom.1.lib.2. p.3. tract.17.docum.10.n.3.* Pellizar. *tom.2. tract.7. cap.5.n.25.* 32. Ioan. Præp. Moura. Gomez. Bajardus. Brulius. Machadus. Pellizar.

Fundamentum eſt: quia nulla eſt ratio ob quam debeat ſe homo reputare irregularē, non ratione dubij, quia facta bona diligentia, adhuc dubium perſeverat. Et inde non ſe debet homo privare à ſua libertate, ac poſſeſſione, quod non ſit factus irregularis, nec ratione illius regulæ, quod *in dubio homicidij quis habendus ſit irregularis:* ut iura decernunt, quæ non comprehendunt hunc caſum noſtrum, quia in primo, dubium non eſt de ſubiecto, quia conſtat eſſe mortuum, vel probabiliter, ut tale habetur; ſed tantùm de actione pluribus concurrentibus, quæ erat ſufficiens ad mortem inferendam: at in noſtro caſu dubium eſt de conditione ſubiecti, an eſſet vivum, vel non; & etiam eſt dubium de ipſa actione generativa, cum penitus ignoretur tempus formationis fœtus; & ideo hæc ſententia eſt valdè probabilis, & tuta in conſcientia. 33.

QUÆSTIO X.

An aliquando liceat conſulere abortum; & agitur de eo, qui revocat conſilium datum.

SUMMARIUM.

34 *Prima ſententia tenet non eſſe licitum tale conſilium.*

35 *Secunda affirmat, licitum eſſe.*

36 *E duobus malis minus eſt eligendum.*

37 *De eo, qui revocat conſilium, & n.38.*

CAſus eſt: Mulier prægnans firmo, & reſoluto animo ad evitandam infamiam vult ſe ipſam occidere; licitum erit tunc ei perſuadere: mulier noli te occidere, ſed potius fac, & intende abortum tui fœtus. Negat Candidus *tom.1.diſquiſit.1.art.2.dub.2.n.5.* Vbi affirmat non eſſe dandū conſiliū ad minus malum. 34. Candidus.

Tamen affirmativa ſententia tenenda eſt cum Maruchello *tractatu de caſibus reſervatis, diſp.2.cap.3. quæſt.3. diffic.1. num.63* quia tunc avertendo ab occiſione, & intendendo abortum, non eſt inducere ad malum ſimpliciter, ſed ad electionem minoris mali, quod eſt bonum; ſuadere, nempe, minus malum ad evitandum maius. 35. Maruchel.

In hac ſententia eſt Cardinalis de Lugo *tom.1.de iuſt.diſp.19.ſect 2.§.2.n.43.* ubi ait: Hæc quæſtio ſupponit aliam: an volenti facere gravius peccatum, liceat conſulere minus? in qua quæſtione multi abſolutè negant id licere. 36. Lugo.

Anton. Gabriel. Sylveſtr. Caietan. Conrad. Covar. Sanchez.

Ut Anton. Gabriel, Sylveſter, Caietan. Conradus, Covar. quos citat Sanchez *lib. 7. de matrim. diſput. 11. num. 14.* Alij tamen communiter, quos idem Sanchez refert, & ſequitur *n. 16.* dicunt, cum debitis circunſtantiis, id licitum eſſe, & ratio eſt, quia conſilium illud non eſt, abſolutum, ſed conditionatum explicitè, vel implicitè, ſcilicet, ſi unum ex his facturus es, fac hoc minus, & non illud gravius; quod quidem veriſſimè, & rationabiliter: quia è duobus malis minus eſt eligendum. Ita Cardinalis Lugo.

37. Navar. Lugo. M. Cornejo.

Quia de conſulente hîc agitur. Obiter quæres: an qui dedit conſilium de abortu faciendo fœtus animati, ſi non poteſt dimovere fœminam à conſilio dato, an incurrat cenſuram, ac irregularitatem? Affirmant Navarrus, & alij, quos citant, ac ſequuntur Cardin. Lugo *de juſt. tom. 2. diſp. 19 ſect. 2. §. 2. n. 39.* M. Corneio *3. part. tract. 5. diſp. 1. dub. 2. q. 2. num. 5.* quia illud conſilium, quamvis ſit revocatum ſemper movet, & influit, hæc ſententia eſt probabilis.

38. Villalob. Diana.

Tamen mihi maxime videtur probabilis ſententia Villalobos *tom. 1. tract. 21. diff. 20. n. 8.* & Diana *part. 4. tract. 2. reſol. 10.* & aliorum negantium: nam ſi is fecit quod potuit, neque conſilium influit phyſicè, ſicut vētus, vel aqua reſpectu ignis, nec enim, qui dedit conſilium tenetur impedire phyſicè, ſed ſatis eſt, ut impediat moraliter ſuaſionibus, precibus; quæ ſi non juvant non imputabitur conſiliario quia fecit in ſe quantum potuit.

Quæstio XI.

Vtrum procurantes aborſum effectu non ſecuto, vel qui de eo dubitant, ſint excommunicati?

SUMMARIUM.

39 *Prima ſententia affirmat.*
40 *Negativa ſententia eſt tenenda.*
41 *Caſus Epiſcopalis intelligendus ſecuto effectu.*
42 *Procurans abortum, dubitans de effectu, non cenſendus irregularis.*
43 *Dans conſilium, poteſt ſtare dicto perſonæ fide dignæ.*

39. Bellochius. Zecchius.

PRimo inquiro: An incidant in excommunicationem procurantes abortum animati ope, auxilio, conſilio, cum tamen effectus non ſit ſecutus? Affirmant Bellochius *de caſibus reſervatis, parte ſecunda, quæſtione 8. n. 69.* & Zechius *de caſibus reſervatis, caſu 9.* quia iſte fecit in ſe quantum erat ad abortum, & quia etiam in reſervatione Epiſcoporum comprehenduntur procurantes abortum, etiam non ſecuto effectu.

40. Bonacina. Naldus. Machadus.

At ſimpliciter negativa ſententia tenenda eſt, quam docent Bonacina *tomo tertio, diſputat. 2. quæſtione 2. punct. 20. num. 6.* Naldus *in ſumma; verb. Abortus, numero 5.* Machadus *tom. 1. de Perfecto Confeſſ. part. 3. tract. 17.* & probatur, quia Sixtus V. in ſua Bulla ad incidendum in excommunicationem requirit effectum ſecutum, ut conſtat ex illis verbis: *Re ipſa abortus ſecutus fuerit.*

Deinde etiam valde mihi probabile eſt, quòd procurantes abortum non animati non incurrunt in caſum Epiſcopalem, ſi non ſequatur effectus, quia reſervatio comprehendit actum externum cum effectu. Ita ex Finellio, Maruchell. *de caſibus reſervat. diſp. 2. c. 3. q. 2. n. 7.* nam verba legis ſemper accipienda ſunt cum effectu ſecuto, quem legiſlator punire intendit, ut docent Navarrus *conſil. 60. de ſent. excommunic.* Novarius *tom. 2. tit. de Abortu, n. 22.* 41. Finellius. Maruchell. Novar.

Secundo quæro: quid ſi quis procuraverit abortum, ſed dubitat de effectu ſubſecuto? Non debet cenſeri irregularis, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis ſuam libertatem, à qua ſe non debet reputari privatum, & quia in dubio non proceditur contra quempiam ad pœnas, niſi conſtet de corpore delicti: quod habet locum tam in foro externo, quam interno; ut tenent Sanchez *lib. 1. in Decalog. cap. 10. n. 44.* Navar. *conſil. 47. de homicidio.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat. 139.* 42. Sanchez. Navar. Barboſa. Novarius.

Deinde adverte, quod ſi ego dedi conſilium ad perpetrandum aborſum, bene poſſum ſtare dicto perſonæ fide dignæ, cui datum eſt conſilium, ſi dicat ſe non fuiſſe ab eo motam: de quo latius videndus eſt Fagundez *in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 10. n. 16. 17. & 18.* 43. Fagundez.

Quæstio XII.

An qui approbat abortum jam factum incidat in pœnas Sixti V.

SUMMAAIUM.

44 *Qui approbat aborſum jam factum non eſt irregularis, ſed peccat mortaliter.*
45 *Qui approbat aborſum antequam fieret eſt irregularis.*
46 *Quid ſi mulier inſcia de potione, poſt illam ſumptam gaudeat.*
47 *Mulier poſtea ſciens medicamentum ad abortum, & non impediens, non incidit in pœnas.*
48 *Pater non impediens abortum adulteræ non incidit.*

SI quis approbavit abortum jam factum, etiam ſuo nomine, non eſt irregularis, quamvis fœtus eſſet animatus, licet peccaverit mortaliter, ſicut qui complacet de gravi crimine, non tamen incidit in irregularitatem, aut alias pœnas; illæ enim ſolum ſunt appoſitæ pro illo, qui cooperatus eſt abortui. iſte autem nullo modo cooperatus eſt. Ita Portel. *in Additionibus ad dubia regul. verb. Abortus, num. 3.* M. Lezana *verb. Abortus, n. 17.* Zambellus *in repertorio morali, verb. Abortus, n. 1.* 44. Portel. M. Lezana. Zambell.

Qui omnes addunt, oppoſitum dicendum de eo, qui approbavit abortum antequam fieret, aut dum fieret, quia jam reputatur cauſa moralis illius tali approbatione; & idem dicendum etiam de illo, qui dixit fœminæ antequam fœtus eſſet animatus, quod procuraret abortum illius; ipſa verò id fecit, poſtquam animatus erat, quod intellige juxta Superius dicta, ſi hoc factum fuit ipſo ſciente, nec repugnante, nec revocante conſilium. 45.

46. Vnde dicunt Maruchel. *tract. de caſib. reſerv. diſp. 2. c. 3. q. 3. n. 4.* Florus *p. 2. caſu, de Procurantibus abortum, n. 14. verſ. 13.* Quod in caſum reſervatum non incidit mulier, cui inſciæ; & ignoranti amaſius medicatum, & potiones præbuerit, ut abortus ſequeretur, etiamſi poſt ſumptionem potionis rem illi amaſius aperiret, & ipſa de facto gauderet, illúdque ratum haberet; tunc non eſt dicenda procuraſſe, proindéque tantum mortaliter peccaſſe. Maruchel. Florus.

47. Addit vero Diana *part. 7. tract. 5. reſolut. 14.* quod idem dicendum, ſi mulier poſtquam fuiſſet monita de procuratione abortus illam nollet impedire cum poſſet per aliam potionem; adhuc enim non diceretur incidere in caſum, cum non diceretur abortum procurare, ſed tantum illum permittere. Diana.

48. Ex quibus etiam multi deducunt, quod Pater non impediens abortum adulteræ non incidit in pœnas Bullæ Sixti V. quamvis Naldus *in ſumma verb. Abortus, num. 6.* Portel. *eodem verbo, n. 14.* & Lezana *num. 18.* teneant eſſe irregularem, quia Pater tenetur ex juſtitia ſervare vitam filii; & quamvis hæc ſententia ſit probabilis; tamen oppoſita eſt ſatis probabilis, quia tanc Pater ſolum eſt cauſa moralis, non impediens, non vero poſitiva influens, in iure autem niſi exprimatur, non infertur irregularitas, niſi contra poſitivè homicidas: ut contra percuſſorem Clerici, non verò contra non impedientes. Ita ex Vaſquez Hurtado *diſp. 2. de irregularitate, diff. 9 num. 34.* Naldus. Portel. Lezana. Vaſquez. Hurtadus.

QUÆSTIO XIII.

An ex ignorantia, vel metu, ſeu caſuali eventu quis excuſetur ex ſecuto effectu?

SUMMARIUM.

49 *Excuſantur procurantes abortum cum ignorantia iuris, vel facti.*

50 *Ex metu cadente in virum conſtantem excuſantur.*

51 *Ex abortu caſuali excuſantur.*

49. AD primum excuſantur procurantes abortum cum ignorantia juris, vel facti, & quamvis hæc ignorantia non ſit probabilis, ſed vincibilis, craſſa, ſupina, vel etiam affectata, modo non ſit conjuncta cum ingenti temeritate. Ita Bonacina *tom. 3. diſp. 2. q. 2. puncto 10. num. 10.* Trullenchus *in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 3. dub. 9 §. 5. num. 21.* & ratio eſt, quia Pontifex in Bulla ponit particulam: *ſcienter*, quæ quamlibet ignorantiam excludit, modo cum ingenti temeritate conjuncta non ſit; tunc enim ex temeritate ignorantia latiſſimam culpam includit, dolo, ac malitiæ æquiparantem, ut advertit Maruchel. *tract. de caſib. reſerv. diſp. 1. q. 4. §. 10. num. 133.* Bonacin. Trullench. Maruchel.

50. Ad ſecundum, dixi ſuperiori quæſtione, quod mulier prægnans ſumens potionem, vel alio modo procurans abortum incidat in excommunicationem Bullæ Sixti V. excuſatur tamen per metum cadentem in conſtantem virum, ſumens ipſam potionem, ex qua abortus ſequatur, quia ex eo quod coacta agit id, ex quo ſequitur abortus, non dicitur ſtudiosè quærere, ut fœtus abigatur. Ita cum Maruch. Diana *p. 7 tract. 5. reſol. 7. §. Notandum.* Maruchel. Diana.

51. Ad tertium, ex caſuali abortu excuſatur quilibet ab excommunicatione. Caſualis abortus dicitur, quem quis facit non ex intentione, & animo abortiendi, ſed alio fine, etiam malo, vel odio, ut ex morte ſuccederet in hæreditate, ſive bonis, ſeu ut evitaretur infamia, id patet ex Bulla Sixti V. ubi facit mentionem de abortu voluntario, ut data opera, ac proinde non de caſuali. Ita Florus, Graffis, Lupus, quos citant, ac ſequuntur Bordon. *de Regular. tom. 1. Reſolut. 45. quæſt. 3. num. 3.* Maruchel. *tract. de caſibus reſervat. diſputat. 2. cap. 3 q. 3.* Ex quo reſolvuntur multi caſus. Non incidunt in excommunicationem Medicus, verbi gratiâ, qui bona fide, ac animo dat medicamenta ad abortum, vel qui ad ſanitatem dat medicamenta mulieri prægnanti, vel qui animo explendi libidinem cum muliere prægnante rem habet multa agitatione, ex quibus ſequatur abortus. Florus. Graffis. Lupus. Bordon. Maruchel.

QUÆSTIO XIV.

Circa mulierem prægnantem infirmam, multi caſus reſolvuntur.

SUMMARIUM.

52 *Ad vitam matris ſi fœtus non eſt animatus licitus eſt abortus.*

53 *Si medicamenta directè tendunt in ſalutem matris, & per accidens in mortem fœtus licita ſunt.*

54 *Si de vita matris, & fœtus nulla eſt ſpes, licet ſumere medicamentum cum periculo fœtus.*

55 *An ſi medicamenta æqualiter tendunt in ſalutem matris, & in mortem fœtus licita ſint, & n. 56.*

57 *At vero ſi ſperatur, quod fœtus vivus baptizetur, remedium illius mortiferum non eſt licitum.*

PRimò: ſi fœtus non eſt animatus, & eius expulſio unicum eſt remedium ad vitam matris, licet, etiam ex intentione, ſumere illud medicamentum, ad fœtum expellendum, quia plus ponderat vita præſens matris, quam vita futuræ prolis. Ita Naldus *in ſumma, verbo Abortus, num. 3.* Homobonus *de caſib. reſervat. p. 3. cap. 67.* Trullenchus *in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. n. 1.* contra Leſſium Bonacinam, & alios. 52. Naldus. Homobon. Trullench.

At vero ſi poſt fœtus animationem mendicamenta, vel pharmaca, directè tendunt in ſanitatem matris, licet per accidens ſequendus ſit abortus, mulier ſumens talem potionem non incidit in pœnas, quia mulier ex lege naturali habet jus ad conſervandam propriam vitam per media ad talem finem, ſicut prægnans currendo poteſt fugere à fera, licet ex curſu detur periculum ad abortum. Ita Lugo *de juſtitia, tomo ſecundo diſputat. 10. ſection. 5.* Layman. *libro tertio, tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 4.* Dicaſtillius *de juſtitia, lib. 2. tract. diſp. 10.* 53. Lugo. Layman. Dicaſtil.

Lezana *diſp.* 10. *dub.* 13. *num.* 166. M. Lezana. *verb. Aborſus, num.* 12.

54. At vero ſi de vita matris, & fœtus omnino ſit deſperatum, cum in magno periculo uterque verſentur, tunc non ſolum licitum, ſed
Sanchez. etiam debitum erit medici ſecundum Sanchez *lib.* 3 *de matrim lib.* 9. *diſp.* 20. *num.* 19. & 20 applicare medicinas matri æquè primò directas ad ipſius ſalutem, ac ad fœtus abortum, quia in tali eventu melius eſt anceps auxilium experiri, quam omnino ſpe deſtitutam ſinere infirmam perire: quam ſententiam ipſe Sanchez docet in in caſu dubii.

55. At vero ſi medicamenta directè, & æqualiter tendunt in ſalutem matris, ac abortum,
Corduba. Lopez. Rodrig. Veiga. Lezana. ſeu mortem fœtus, an licita ſint? negant Corduba, Lopez, Rodriguez, Veiga apud Sanchez citatum & M. Lezana *verb. Abortus, n.* 12. quia nunquam licet per ſe, & directè intendere mortem innocentis.

56. Tamen oppoſita ſententia mihi videtur vera, quam docent Ioan. de la Cruz *in direct. p.* 1.
Ioan. de la Cruz. *præcept.* 5. *q.* 1. *dub.* 7. *concl.* 3. & 4. Villalob *tom.* 2.
Villalobos. *tract.* 12. *dub.* 13. *n.* 1. Trullench *in Decalog. tom.* 2.
Trullench. *lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 4. *num.* 3. Diana *p.* 7. *tr.* 5. *reſol.* 36.
Diana. Cum non ſit aliud remedium ad vitam matris, talis medicina licita eſt, quia mater potius habet jus ad ſuam vitam conſervandam, quàm habet fœtus, cum hic à matre pendeat, & non
Sanchez. è contra; deinde quia ut ait Sanchez *citat. diſp.* 20. *n.* 17. quod rariſſimum eſt, & moraliter impoſſibile, quod moriente matre fœtus ſit vivus: nam matris morbo laborantis lethali corrupti humores, alimentum quo puer nutriẽdus eſt, ita inficiunt, ut penè miraculum ſit, matre pereunte, fœtum incolumem evadere.

57. Si vero detur caſus, quod valdè rarum ſit, quo certò credatur, non adhibito tali medicamento, etiamſi moriatur mater fœtum vivum in lucem edendum, & baptizandum, non poteſt adhiberi, etiam ſtante periculo mortis; ordo enim charitatis poſtulat, ut vita ſpiritualis fœtus animati præferatur vitæ corporali ipſius matris. Ita Layman. *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 3
yman. *cap.* 4. *n.* 4. M. Lezana *citatus, num.* 12. Diana *p.* 7.
zana. *tract.* 5. *reſol.* 37.
iana.

Quæstio XV.

Quis poſſit abſolvere ab excommunicatione incurſa propter abortum?

Summarium.

58 *In foro interiori Confeſſor ad id deputatus poteſt abſolvere.*
59 *Quis ſit Confeſſor ad id ſpecialiter approbatus, & num.* 60.
61 *Habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt.*
62 *Virtute Iubilæi poteſt abſolvi.*

58. In terminis Bullæ Sixti V. ſolus Papa poterat abſolvere, eam tamen poſtea moderavit Gregorius XIV. & ideò in foro interno quilibet confeſſarius; *Approbatus ab Ordinario ad id ſpecialiter deputatus*, à dicta excommunicatione poteſt abſolvere: At in foro exteriori, *Sylveira Opuſcula.* ac contentioſo pro abſolutione obtinenda, recurrendum eſt ad ſummum Pontificem, cui eſt reſervata; hoc patet ex Bulla Gregorij XIV. ait enim, quod *Confeſſarius ad id deputatus ab Ordinario loci plenam & liberam in foro conſcientiæ tantum, abſolvendi habeat facultatem*: ergo non in foro externo.

59. Quilibet Confeſſarius non ſufficit, ſed requiritur ad id ſpecialiter deputatus: Quæres tamen quiſnam dicatur Confeſſarius ſpeciali-
Bonacina. Machadus. ter ad id deputatus? Bonac. *tom.* 3. *diſput.* 2. *q.* 2. *punct.* 10. *n.* 16. & Machad. *de Perfecto Confeſſario, tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 17. *docum.* 9 *numero* 5. Dicunt intelligi Confeſſarium, qui habeat facultatem abſolvendi ab omnibus cenſuris, & excommunicationibus Epiſcopo reſervatis: nam in huiuſmodi facultate hic etiam caſus comprehendi videtur; & hæc ſententia eſt probabilis.

60. Tamen cum Gregorius XIV. ad abſolvendum hunc caſum dicat, quod poteſt abſolvere Confeſſarius *approbatus ab Ordinario ad id ſpecialiter deputatus.* Unde videtur, quod non ſufficit communis, & generalis facultas abſolvendi à reſervatis cenſuris, ſed requiritur ſpecialis, ac particularis facultas ad hunc caſum; hoc videtur magis conforme ad mentem Pontificis; & hæc ſententia mihi videtur probabilior, & eam tenent Maruchel. *de caſib. reſervat.*
Maruchel. *diſp.* 2. *c.* 3. *q.* 1. *n.* 2. Novar. *in ſum. Bullar. to.* 2. *tit. de*
Novar. *Abortu, n.* 13. Trullench *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 5.
Trullench. *c.* 1. *dub.* 4. *n.* 8. M Lezana *verb. Abortu, n.* 7.
Lezana.

61. Ex his ſequitur, quod Prælati habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poſſint ſuos ſubditos ab huiuſmodi caſibus, ac cenſuris abſolvere. Rodrig. *to.* 2. *q.* 33. *art.* 4. Coriolanus *de*
Rodrig. Coriolan. *caſib. reſerv. tit. de Abortu, n.* 10.

62. An in facultate Iubilæi abſolvendi à caſibus, & cenſuiris reſervatis, includatur abſolutio abortus, dubitabis? Negat Lavorius *de Iubil. parte ſecund. cap* 26. *num.* 23. niſi ſpecialiter ſpecificetur; at contraria ſententia eſt omnino vera; quia Gregorius XIV. fecit poteſtatem cuicunque Ordinario loci ad hunc caſum abſolvendum; atqui omnes caſus Epiſcopales cenſentur conceſſi in Iubilæo; Ergo illius virtute poſſunt abſolvi. Ita cum Rodrig.
Rodrigez. Quaranta, Gavanto tenet Diana *part.* 7. *tract.* 5.
Quaranta. Gavant. *reſol.* 19. ſicut etiam virtute Bullæ Cruciatæ,
Diana. ut obſervant omnes cum Diana *part.* 5. *tract.* 9.
Lavorius *reſolut.* 40.

Quæstio XVI.

An Confeſſores regulares poſſint abſolvere ſæculares ab excommunicatione contracta ex abortu?

Summarium.

63 *Poſſunt ſi ſint ad id ſpecialiter deputati à ſuis Prælatis.*
64 *Videtur ſublata poteſtas abſolvendi à caſibus Epiſcopalibus.*
65 *Religioſi poſſunt abſolvere.*

Affirmativam ſententiam tenent Portel. 63.
Portel. *verb. Abortu, num.* 3. ſicut & Villalobos
Villalobos. *tom.* 2.

tom.2.tract.12. difficult.14. num.4. Ita tamen ut talis confeſſor non ſolùm ſit approbatus à ſuo Generali, vel Provinciali, ſed etiam ſpecialiter deputatus ad hunc caſum abſolvendum, Peyrinus *tom.1. Privilegior. Minorum in Conſtit. Iulij II. num. 65.* credit poſſe confeſſarios Regulares virtute ſuorum privilegiorum; quia iſte caſus jam non eſt Papalis, ſed Epiſcopalis; Confeſſarij autem Regulares habent auctoritatem abſolvendi ab omnibus caſibus, à quibus abſolvere poſſunt Epiſcopi.

Peyrinus.

64. Tamen obiicit M. Lezana *proximè citatus*; ex decreto Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſub Urbano VIII. & nunc iterum ſub Alexandro VII. quòd nullatenus poſſunt Confeſſarij regulares, quorumcunque privilegiorum virtute abſolvere ab ullo ex caſibus ordinario reſervatis, & cum iſte caſus ſit ordinariis reſervatus, ab illo non poſſunt Religioſi abſolvere.

Lezana.

65. Ut ergo dicamus quòd religioſi poſſint ab hac excommunicatione abſolvere, alia via incedendum, nempe, hic caſus nec comprehenditur in Bulla Cœnæ, neque in decreto Clementis VIII. reſervantis quinque caſus, ut infra dicam cum de reſervatis fuerit ſermo, nec ab ipſis Epiſcopis particulariter reſervatus eſt; ſed tantum ex jure conceſſa eſt facultas Epiſcopis abſolvendi ab eo: Atqui Religioſi ex privilegio Pauli III. conceſſo Religioſis Societatis Jeſu, & per communicationem Religioſis aliorum ordinum habent abſolvere ab omnibus caſibus, à quibus jure communi Epiſcopi poſſunt abſolvere: ergo etiam ab hoc caſu. Ita Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 3. num.97.* Caſtro Palaus *de cenſur. diſput. 3. punct. 34. §. 23. num. 19.*

Pellizar. Caſtr. Pal.

Quæstio XVII.

Quiſnam poſſit diſpenſare in irregularitate contracta ex abortu? Agitur de Epiſcopis, ac Prælatis Religionum.

SUMMARIUM.

66 *Epiſcopi non poſſunt diſpenſare in hac irregularitate.*

67 *Prælati Regulares poſſunt diſpenſare ſuper hanc irregularitatem.*

68 *Quæ poteſtas habetur ex Bulla Pauli III.*

69 *Ad hoc nihil officit Bulla Sixti, & num. 70.*

71 *Hanc auctoritatem poſſunt Prælati regulares confeſſori ſubdito communicare.*

72 *An hæc poteſtas non ſolum ſit pro foro interno, ſed etiam externo.*

66. AD primum; an Epiſcopi poſſint diſpenſare in hac irregularitate? Affirmat Novarius *in ſumma Bullarum, tom.2. tit. de Abortu, num.21.* ſed contraria ſententia eſt communis & recepta; Quia irregularitas abortus oritur ex homicidio voluntario, & ad illam non ſe extendit auctoritas Epiſcopi; ut patet ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reformat.* Vbi expreſsè dicitur quòd liceat Epiſcopis diſpenſare in omni irregularitate, ac ſuſpenſione, quæ provenit ex delicto occulto, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, de quo latè Alphonſus de Leone *de cenſur. relect. num. 58.*

Novar. Tridenc. Alphonſ. de Leon.

Ad ſecundum dicendum, quod Prælati Regulares vi ſuorum privilegiorum poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitate contracta ex abortu fœtus animati. Portel. *verb. Abortus, num.10. §. Hoc non obſtante, & part.3. Reſponſ. caſu 13. num.3.* Villalobos *part. 2.tract.12. diff. 14. num.6.* Bordon. *tom.1. Reſol. 13. quæſt.5. num. 19.* Pellizarius, *tom.2. tract. 9.cap.3.ſect.4.num.144.* Miranda *part.2. quæſt.8. art.10.* Diana *part.7.tract.5. Reſol. 22.*

Portel. Villalobos. Bordon. Pellizar. Miranda. Diana.

67. Fundamentum hujus concluſionis latiùs explicabo cum de diſpenſationibus fuerit ſermo. Auctores Antiqui, ut Caſſarrubius, Corduba, Sorbo, ex privilegio Martini V. & cum ſit vivæ vocis oraculum evanuit; alii illud apponunt ex privilegio Pij V. pro ordine Caſſinenſi, ſed per hoc tantum poteſt diſpenſari irregularitas contracta ante ingreſſum Ordinis; ideo validum fundamentum ſumendum eſt ex bulla Pauli III. conceſſa Benedictinis Valliſoletanis, ut prima die Quadrageſimæ; hoc eſt feria ſecunda poſt Dominicam primam Quadrageſimæ; Vt eorum Prælati: *Cum eis ſuper quibuſvis irregularitatibus per eos pro tempore, quavis occaſione, vel cauſa contractis diſpenſare valeant*: Cum nullam excipiat: ergo etiam ſupra hanc ex abortu animato.

Caſſarrub. Corduba. Sorbo. Pauli III. Bulla.

69. Dices: Sixtus V. in ſua Conſtitutione revocavit omnia privilegia conceſſa regularibus ad diſpenſandum ſupra hanc irregularitatem; & Gregorius XIV. ſuper hoc nullam fecit moderationem, ſed Conſtitutio Sixti quoad hoc permanſit in ſuo robore: ergo non eſt abrogata.

70. Reſpondetur, quod poſtea Clemens VIII. confirmavit omnia privilegia Minorum ex certa ſcientia, quæ confirmatio juxta infra dicenda revalidat privilegia, etiam revocata ab anteceſſoribus, & conſequenter etiam revalidavit privilegia dictis Minoribus tam directe ipſorum ordini conceſſa, quam per participationem, & conſequenter revalidavit privilegium conceſſum ad diſpenſandum ſuper hanc irregularitatem. Ita Portel. Villalobos, Pellizar. citati.

Portel. Villalobos. Pellizar.

71. Qui etiam monent, quod Prælati regulares cum habeant hanc facultatem ex privilegio ſummi Principis poſſunt eam delegare, & communicare uni confeſſori ſubdito, ut diſpenſet in foro conſcientiæ cum delinquente; ita Portel. *num.12.*

Portel.

72. Quæres; an hæc facultas diſpenſandi in hac irregularitate ſit tantùm in foro interno, vel etiam externo? Bordon. citata *Reſolut. 13. num.19. §. Tertium*, Fr. Anton ab Spirit. ſanct. *tom.1.tract.2.diſp.1.ſect.2. num.77.* tenent etiam in crimine abſoluto notorio: Veiga, quem refert, ac ſequitur Bauny. *tom.2. tract.11. q.58. lit. E.* In crimine notorio apud fratres, occulto erga ſæculares, Hieron. Rodrig. *Reſolut.4. n. 15.* Corduba *in ſumma quæſt. 34.* Ait quòd tunc ſecurius eſt recurrere ad Papam; at Miranda *tom.2. quæſt 8. art. 10. concl.1.* ait, quòd non poteſt diſpenſari, quando delictum eſt notorium; itaut in judicio probari poſſit, &

Bordon. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto. Veiga. Bauny. Hieron. Rodrig. Corduba. Miranda.

in

in hac ſententia quieſcit Portel. quæ videtur ſecurior & probabilior.

Quæstio XVIII.

An Prælati Regulares poſſint habilitare ad officia ſuos ſubditos regulares qui procurarunt abortum.

SUMMARIUM.

73 *Reſolutio affirmativa eſt communis.*
74 *Si in viſitatione eſt præſens Religioſus eſt abſolutus.*

73. Communis eſt reſponſio affirmativa; ita Portel. *in dub. verb. Abortus, num.* 10. §. *Majus argumentum, ad finem*, Villalobos *in ſumma tom.* 2. *tract.* 12. *diffic.* 14. *num.* 7. Zambellus *in repertorio Morali verb. Abortus, num.* 3. Tum quia inhabilitas impoſita a Sixto V. non eſt reſervata; tum etiam, quia ex privilegio conceſſo miniſtris infirmorum in Italia per Gregorium XIV. poſt Sixtum V. poſſunt Prælati habilitare ſuos ſubditos, & abstergere ab omni inhabilitate. Vt refert Capucin. *verb. Abſolutio ordinaria quo ad fratres, fol.* 27. §. *Gregor. XIV.*

Portel. Villalobos. Zambellus. Capucin.

74. Addit Portel. *citatus, n.* 11. Quòd ſi aliquis Religioſus innodatus fuerit aliqua hujuſmodi irregularitate; vel inhabilitate à quibus illius Prælatus poteſt diſpenſare, ſi inquam, talis Religioſus præſens fuerit in capitulo viſitationis, verbi gratia, Provincialis, in quo Prælatus in generali dicit: *Abſolvo vos ab omni cenſura, & diſpenſo vobiſcum in omni irregularitate, & habilito vos ad omnia.* Si ille qui præſens fuerit, ſit irretitus aliquo ex his tribus, manet abſolutus à cenſura, irregularitate, & inhabilitate; nam talis abſolutio datur ab habente poteſtatem, & ſortitur ſuum effectum. Ita in terminis Navarrus *in ſumma Latina, cap.* 26. *num.* 13. & addit Zambellus *citatus*; quòd militat etiam ſi religioſus pro tempore viſitationis crediderit ſe tali diſpenſatione, abſolutione, ac habilitatione non indigere, & poſtea agnoſcat ſe illa indigere, manet abſolutus, quia abſolutio peccati tollit inhabilitatem præexiſtentem.

Portel.

RESOLUTIO IV.

Abſolutio ſecundum ſe.

LONGA eſt tractatio de Abſolutione à peccatis reſervatis, ac cenſuris reſervatis, de quibus agam, cum de Confeſſore, ac Cenſuris fuerit ſermo; ſicut etiam de hæreſi, ac aliis criminibus, cum de unoquoque fuerit ſermo; nunc tractamus de Abſolutione ſecundum ſe.

Quæstio Prima.

Vtrum Abſolutio ſacramentalis proferenda ſit ſemper verbis.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à peccatis facienda eſt verbis; non ſic vero, quæ eſt à cenſuris.*

1. ABſolutio ſacramentalis juxta ſacra Concilia generalia, facienda eſt verbis in quo diſtinguitur ab abſolutione à cenſuris; nam abſolutio ſacramentalis, cum ſit pars ſacramenti; quod eſt ſignum ſenſibile; debet eſſe ſenſibilis humano modo, ac proinde per verba; At vero abſolutio à cenſuris, cum ſit actus juriſdictionis, juxta Jus poteſt fieri per ſigna, vel ſcripta. D. Thomas 3. *part. quæſt.* 84. *art.* 3. ibi expoſitores Suar. *de Cenſur. diſp.* 7. *ſect.* 9. An vero ſummus Pontif. poſſit ſolo animo, ac mente abſolvere? forte ſi de Cenſuris fuerit ſermo dicam.

D. Thom. Suar.

Quæstio II.

An in extrema neceſſitate ſacerdos mutus ſignis, & nutibus poſſit miniſtrare Sacramentum?

SUMMARIUM.

2 *Prima ſententia affirmat.*
3 *Pugnat pro illa Pontius cum ſuis fundamentis.*
4 *Negat ſecunda ſententia.*

2. DUbitabis: An ſi detur caſus, quod adeſt unus tantum ſacerdos mutus, vel elinguis, an poſſit in articulo mortis moribundum abſolvere animo, ac mente externis ſignis adhibitis? Affirmat Nicolaus Iſambert. *in* 3. *part.* 3. *diſp.* 8. *art.* 3. *num.* 8. Martinon. *diſput.* 52. *de Pœnit. ſect.* 1. *num.* 1. & 6. Quia ingens pietas Chriſti debuit providere remedium pro tam ingenti neceſſitate; & quia non ſemper ſacramenta requirunt verba, ut patet in matrimonio celebrato à muto, cujus conſenſus ſatis exprimitur per ſigna externa; de quo latè Sanchez, *lib.* 2. *de Matrim. diſp.* 21. *num.* 1. & 2.

Iſambert. Martinon. Sanchez.

3. Inde Joannes Pontius *in curſu Theologico diſp.* 46. *Quæſt.* 2. *concluſ.* 1. *num.* 9. ait, quod in tali caſu, in extremo vitæ periculo licitum erit confiteri cum tali ſacerdote muto, vel ab eo recipere abſolutionem ſcripto, vel nutibus, & in neceſſitate melius eſt adhibere Sacramentum dubium, quam nullum Sacramentum; & inde multi dicunt, quod in extrema neceſſitate ſub conditione poteſt dari baptiſmus in aqua roſacea, cum non ſit alia.

Pontius.

His non obſtantibus contraria ſententia eſt vera, & certa inter Theologos tenenda eſt; ut teſtantur Cardinal Lugo *de Euchariſt. diſp.* 13.

Lugo.

Granad. *diſp.* 13. *ſect.* 1. *num.* 2. Granadus 3. *part. Contr.* 7. *tract.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *num.* 1. & nititur hæc ſententia in modo loquendi Conciliorum; Ex Florentino in Decreto Eugenij IV. ubi dicitur, quod Sacramenta perficiuntur verbis, & aſſignans formam hujus ſacramenti ait: *quod ſunt verba abſolutionis. Ego te abſolvo.* Similiter Tridentinum *ſeſſ.* 14. *cap.* 3. ait: *quod forma poſita eſt in illis verbis miniſtri. Ego te abſolvo.* Ac proinde juxta doctrinam Conciliorum ex Chriſti inſtitutione, forma hujus ſacramenti conſiſtit in illis verbis: *Ego te abſolvo.*

Concil. Florent.

Concil. Trident.

5. Trident. Nam ut ait Concilium Tridentinum *citato loco cap.* 6. verba illa proferuntur per modum judicij modo humano in perſona Chriſti, qui in ultimo judicio proferet verbis ſententiam: *Venite benedicti:* ac proinde ſine illis verbis Sacramentum non eſt dubium, ſed certò invalidum; in matrimonio autem requiritur expreſſio conſenſus, qui ſufficienter declaratur per nutus & ſigna.

QUÆSTIO III.

De forma abſolutionis in Sacramento Pœnitentiæ.

SUMMARIUM.

6 *Forma per modum indicativi, ac etiam imperativi eſt valida.*
7 *Mutare formam conſuetam, eſt mortale.*
8 *Si ſacerdos dicat: nos abſolvimus vos: valida eſt forma, ſed illicita.*
9 *Si plures ſacerdotes audientes proferant formam valide abſolvunt.*
10 *Hæc verba: ego te abſolvo, ſolum ſufficiunt.*
11 *Hæc verba: abſolvo à peccatis tuis: ſufficiunt.*

6. LOquimur de forma Sacramentali, non vero cenſuratum: forma conſueta Eccleſiæ in Sacramento pœnitentiæ, eſt per modum indicativi: *Ego te abſolvo à peccatis tuis:* Si vero utatur modo imperativo: *Abſolvaris, vel abſolvatur Petrus*: valida erit, nam ut ex Scoto docent Vaſquez 3. *part. tom.* 4. *quæſt.* 84. *art.* 3. *dub.* 3. Suar. *tom.* 4. *ad* 3. *part. diſp.* 19 *ſect.* 1. Forma abſolutionis eſt ſufficiens, quoties ſignificat actum judicialem & ſententiam deciſivam.

Scotus. Vaſquez. Suar.

7. Hurtadus Quale autem peccatum ſit, ſi confeſſarius tali forma imperativi utatur? Hurtadus *diſp.* 5. *de Pœnitent. diffic.* 3. ait eſſe veniale; At tu dic eſſe mortale, cum ſit facere mutationem in re graviſſima, utpote in forma Sacramentorum; modus enim abſolvendi ordinarius ex conſuetudine graviter obligat, nec poteſt occurrere iuſta cauſa ad illum mutandum.

8. Si confeſſarius relicta communi forma: *Ego te abſolvo*: dicat, *nos abſolvimus vos*: utens plurali ad majorem auctoritatem, ut faciunt Reges & Epiſcopi, valide abſolvit, & ſufficienter exprimitur forma abſolutionis, peccat tamen mortaliter, cum omittat conſuetam formam Eccleſiæ. Ita Granadus *in* 3. *part. controverſ.* 7. *tract.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 4. *num.* 30.

Granadus.

9. Si vero detur caſus, quod plures ſacerdotes audiant confeſſionem unius pœnitentis v. g. moribundi, qui bene, ac ſufficienter eſt diſpoſitus, valide omnes proferentes formam abſolvunt, quia forma tunc prolata eſt à legitimo miniſtro ſuper materiam debitam, & non eſt major ratio, cur una abſolutio habeat effectum, quam alia: ita Card. Lugo *de Pœnitent. diſp.* 13. *ſect.* 7. *num.* 160. Diana *part.* 11. *tract.* 8. *Reſol.* 46.

Lugo. Diana.

10. Hæc verba: *Abſolvo te*: nullo alio addito ſufficiunt ad validitatem Sacramenti: ea enim verba ſunt eſſentialia formæ alicuius Sacramenti, quæ proprium eius effectum determinatè ſignificant, prout coniungentur debitæ materiæ; ſed ita ſe habent illa verba, ita docet D. Thomas 3. *part. quæſt.* 84. *art.* 3. & pro hac ſententia quadraginta tres Theologos refert Diana *part.* 11. *tract.* 6. *Reſol.* 11.

D. Thom. Dana.

11. Tamen ſi ſacerdos dicat tantum: *abſolvo*: non eſt ſufficiens forma, nam quamvis illa particula, *ego*, bene includatur in verbo *Abſolvo*, tamen ponenda eſt illa particula *te*: quia ſententia iudicis debet ferri determinatè circa reum, qui exprimitur per particulam *te*. Tamen ſi confeſſarius dicat: *Abſolvo à peccatis tuis*: videtur ſufficiens forma; nam in particula illa *à tuis*: includitur, & implicite continetur pronomen *te*. Ita Card. Lugo *de Pœnitent. diſput.* 17. *ſect.* 1. *num.* 14, Leandrus *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. At ſi ponitur particula *te* non ſunt de ſubſtantia Sacramenti ſequentia verba *à peccatis tuis.*

Lugo. Leandr.

QUÆSTIO IV.

Quàm utile ſit in verbis formæ ponere clauſulam, quidquid boni feceris; *& de inſtanti in quo producunt gratiam?*

SUMMARIUM.

12 *Illâ clauſulâ excuſantur confeſſores, ſi parvas imponunt pœnitentias, & n.* 13.
14 *Prima opinio agnoſcit productionem gratiæ in illis verbis*, à peccatis tuis.
15 *Producitur gratia in fine verborum* abſolvo te.

12. POſt peccatorum abſolutionem, communiter apponitur illa clauſula: *Quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris*: Quæ valde ſancte, ac utiliter additur ex more Eccleſiæ; illâ enim excuſantur confeſſores, ſi parvas imponant pœnitentias: quia homines ut plurimum aliqua bona; faciunt, & mala plura ſuſtinent: quæ ſic applicata rationem habent ſatisfactionis. Ita Beja *in Reſp. part.* 3. *caſu* 1. Reginaldus *in praxi to.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *ſect.* 1. *n.* 26. Filliucius *tom.* 1. *tract* 8. *cap.* 2. *n.* 47.

Beja. Reginald. Filliucius.

13. Ex quo Homobonus *in exam. part.* 1. *tract.* 5. *cap.* 15. *q.* 9. ait Admoneant Doctores confeſſarium, ut pœnitentiæ adjungere debeat hanc clauſulam, quod intelligitur, niſi pœnitentia ſit præſervativa, quia bona opera facienda non veniunt ad præſervationem peccatorum

Homobon.

rum sed ad evitandas illorum occasiones.

14. De instanti in quo præfata verba absolutionis producunt gratiam dubitabis. Joannes Prypositus Præpositus 3. *part. quæst. 6. de forma Sacram. Pœnit. dub. 1. num. 6.* ait, quod gratia producitur in fine illorum verbolum : *à peccatis tuis* : quia ibi completur sensus formæ legitimus, & verus, & in hac sententia est Vasquez *tom 4. ad 3. p. q. 84 art. 3. dub. 4.* Vasquez.

15. Tamen dicendum est cum Suar. *tom. 4. ad 3. part. disp. 19 sect. 1. n. 20.* Card. Lugo *de Sacram. Pœnit. disput. 13. sect. 2. §. 1. n. 34.* Quod quando proferuntur illa verba : *à peccatis tuis* : jam effectus gratiæ est productus in intrinseco instanti illorum verborum : *absolvo te* : quia in his suppositâ materia peccatorum, præfata verba faciunt integrum, & perfectum, sensum, verba autem quæ sequuntur, solum inserviunt ad id magis declarandum, ac exprimendum. Deinde illa verba : *absolvo te* : sufficiunt ad formam Sacramenti : ergo in eorum terminatione producitur gratia. Suar. Lugo.

Quæstio V.

Vtrum sit valida absolutio sub conditione de præsenti, præterito vel futuro?

SUMMARIUM.

16 *Absolutio sub conditione de præsenti, vel præterito est valida.*

17 *Conditio de præsenti, quæ non potest cognosci, reddit invalidum Sacramentum.*

18 *Absolutio data sub conditione de futuro, est illicita, & invalida.*

19 *Si vero conditio sit de futuro certo, juxta aliquos est valida.*

16. Absolutio sive à peccatis, sive à censuris, valide dari potest sub conditione de præsenti, vel præterito, ut si dicatur : *absolvo te, si indiges* : vel, *si dispositus es* : Tales conditiones actum non suspendunt, & absolutiones sub illis impensæ æquivalent absolutis ; sine causa rationabili illicitè ponuntur, habentur enim tanquam impertinentes, & irreverenter positæ, rationabiliter autem adhibentur, vel quando confessarius dubitat de materia, vel an absolutio fuerit data, ut si dicat, *si materiam habes ego te absolvo*, vel *si non es absolutus absolvo te.* Ita Vasquez *de Pœnitent. quæst. 84. art. 3 dub. 5.* Reginaldus *lib. 8. num. 6.* Sic etiam in absolutione à censuris ex usu Ecclesiæ dicitur : *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis* : vel, *si in aliquam excommunicationem incurristi absolvo te.* Vasquez. Reginald.

17. At vero si ponatur conditio de præsenti, vel præterito, quæ nullo modo moraliter cognosci potest, nec à sacerdote absolvente, nec à pœnitente confitente, tunc Sacramentum est nullum, ut si dicatur : *ego te absolvo, si modo Turca dormit*, vel *si Lusitani heri pugnarunt in India* : Absolutio data cum talibus conditionibus videtur impertinens, nec est verisimile, quod Deus instituerit pro forma Sacramenti formam veluti ridiculam, præterea forma Sacramenti talis esse debet ex natura sua, ut cognoscatur moraliter à pœnitente, ac sacerdote valide collatam fuisse ; modo pœnitens sit bene dispositus ; & ex hac de causa valeat accedere ad Eucharistiam. Ita Diana *p. 11. tr 4. Resol. 18. §. existimo.* Diana.

18. Absolutio Sacramentalis à peccatis, data sub conditione de futuro non solum est illicita, sed etiam omnino invalida. Fundamentum est : quia, vel illa absolutio valet quando datur, vel quando adimpletur conditio ; non primum, cum absolvens non intendat, quod tunc habeat effectum ; intentio enim ministri necessaria est ad Sacramenti effectum ; non secundum, quia tunc non adest materia, & forma, quia jam præcesserunt. Ita ex Vasquez, Reginaldo, ac aliis M. Lezana *verb. absolutio, num. 11.* At vero absolutio à censuris sub conditione de futuro : Ut *si restitueris*, vel *satisfeceris*, valida est de quo alibi dicam Vasquez. Reginald. Lezana.

19. At verò si conditio ponatur de futuro certo, & infallibili, tunc Hiquæus existimat, quod non impedit validitatem Sacramenti, ut si dicatur : *Absolvo te si Antichristus sit futurus*, idem valet, ac ita, *absolvo te*, cum verum sit, quod Antichristus sit futurus, & hæc conditio non suspendit effectum quantum ad cognitionem Ecclesiæ, pœnitentis, ac sacerdotis, quia certa fide credunt Antichristum futurum, & habetur pro cognitione de præsenti. Ita Diana citatus. Hiquæus.

Quæstio VI.

An si quis in forma Absolutionis, ac aliorum Sacramentorum mutet verba retinendo legitimum sensum, peccet mortaliter?

SUMMARIUM.

20 *Prima opinio negat peccare mortaliter.*

21 *Secunda & verior affirmat esse mortale.*

20. Præsens quæstio : si, exempli gratia, pro his verbis : *Ego absolvo te à peccatis tuis* : dicat sacerdos : *ego tibi peccata tua remitto, condono*, vel *remittuntur tibi peccata tua* vel *Sacramentum absolutionis tibi impendo* : non esse peccatum mortale tenent Sotus *in 4. disput. 14. quæst. 1. art. 3. in fine* & Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 2. punct. 3.* Sotus. Valentia.

21. Existimo tamen esse peccatum mortale, eò quod modus ordinarius absolvendi ex consuetudine Ecclesia graviter obligat, neque potest occurrere justa causa illum mutandi. Ita Vasquez *in 3. parte tom. 4. quæst. 84. artic. 3. dub. 3. num. 12.* Ioannes Præpositus *in 3. part. quæst. 6. de forma Sacram. Pœnitent. dub. 2. n. 8.* Vasquez. Præpositus.

Quæstio VII.

An eodem verbo, Abſolvo, *poſsit Confeſsor abſolvere pœnitentem à peccatis, ac cenſuris?*

SUMMARIUM.

22 *Eodem verbo*; Abſolvo, *poteſt dari abſolutio à peccatis, ac cenſuris.*

22. HOc eodem verbo: *Abſolvo te*: poteſt confeſſor ſimul abſolvere pœnitentem à peccatis & à cenſuris, modo intendat utrumque facere, hoc enim verbo: *Abſolvo te*, optime exprimitur ſenſus formæ Sacramentalis, & relaxatio vinculi cenſuræ. Navar. *de Pœnitent. dub. 6. cap. 1.* M. Cornejo *de cenſuris diſputat. 11. dub. 3.* In hoc tamen caſu abſolutio ab excommunicatione erit prior natura abſolutione à peccatis, nam modus abſolvendi prius à cenſuris, & poſtea à peccatis eſt communis ſecundum uſum Eccleſiæ, & ideo eo uti debent Confeſſarij ordinariè loquendo, tamen ſi detur caſus in quo pœnitens eſt valde proximus morti, ut non ſit tempus ad id faciendum v. g. ad dicendum: *abſolvo te à cenſuris, & à peccatis*: tunc poteſt ſimul uno verbo utrumque fieri Bonacina *de Cenſuris diſput. 1. q. 3. punct. 5.*

Navar. Cornejo. Bonac.

Quæstio VIII.

An neceſsario ſemper abſolutio danda in ipſa confeſſione?

SUMMARIUM.

23 *Confeſſio non poteſt dari inter abſentes.*
24 *An Abſolutio ſemper danda ſit in ipſa confeſſione.*

23. CErtum eſt hodie, quod Confeſſio Sacramentalis non poteſt fieri confeſſario abſenti, & ab ipſo pœnitente abſente recipi abſolutio, ut patet ex decreto Clementis VIII. *anno* 1602. de quo latius infra cum de confeſſione agam. Nunc vero quærimus: an ipſa abſolutio ſemper danda ſit in ipſa confeſſione, ut ſi, verbi gratiâ, Confeſſor inadvertenter non abſolvit pœnitentem, vel de hoc dubitat, poſſit illum abſolvere parum diſtantem.

Clem. VIII.

24. Ochagaviæ

Ad quod ſic reſpondit Petrus Ochagaviæ *de Sacram. tract. 2. de Confeſſion. Sacramento quæſt. 41. num. 6.* Ubi ſic ait: quod ſi confeſſor pœnitentem debitè diſpoſitum dimiſit ſine abſolutione per inadvertentiam, aut alia via, ſi poſſet ſine gravi incommodo, deberet illum revocare, & admonere; cum vero non poſſet ſine ſcandalo revocare, & pœnitens, vel expectat communionem, vel ex qualitate perſonæ cognoſcit, quod non incidat in novum peccatum, debet abſolvi, ſi eſt præſens, licet aliquantulum remotus, aliàs commoditas expectanda, & admonendus. Ita ex Ochagavia etiam Diana *part. 5. tract. 13. Reſol. 56.* At verò ſi pœnitens diſceſſit à confeſſore quamvis non multum diſtet, cum multa ſit fragilitas humana, tutius mihi videtur eſſe abſolvendum ſub conditione *ſi eſt capax.*

Diana.

Quæstio IX.

An ſi quis bona fide confiteatur cum ſimplici Sacerdote de venialibus, ac mortalibus valida ſit abſolutio.

SUMMARIUM.

25 *Prima opinio negat.*
26 *Secunda affirmat.*

NEgat Candidus *diſquiſit. 24. art. 66. num. 4* & citat pro ſe Nugnum, & alios; & idem dicit de peccatis mortalibus invincibiliter oblitis, ac de reſervatis, quæ ut non reſervata habebantur. 25. Candidus. Nugnum.

Tamen contraria ſententia tenenda eſt, quia pœnitens erat ritè diſpoſitus, & bona fide confitetur, & Sacerdos intendit abſolvere ſecundum omne id quod poteſt, etſi culpabiliter abſolvat, tamen pœnitens in bono ſenſu accipit abſolutionem, proindéque per illam directè ſanctificatur à venialibus indirectè verò à mortalibus, tenetur tamen pœnitens, ubi certior factus fuerit, quòd ille Sacerdos non habebat juriſdictionem ſuper mortalia, iterum peccata mortalia confiteri Sacerdoti approbato, ut directe ab his abſolvatur; ſicut ille, qui confiterur reſervata non habenti juriſdictionem. Ita ex Navarro & Caëtano Suar. *tom. 4 ad 3. part. diſp. 31. ſect. 2. num. 8.* Granadus *tract. 10. diſp. 4. num. 7.* Reginaldus *in praxi to. 1. lib. 8. n. 81.* Maruchell. *de caſib. reſervatis, diſput. 1. diff. 14. n. 43. & 44.* Amicus *tom. 8. diſp. 13. ſect. 10. num. 223.* Diana *part. 9. tract. 9. Reſol. 29 §. Dies*, & de reſervatis Fagundez *lib. 1. in Decalog. cap. 16. num. 12.* 26. Navar. Suar. Caëtan. Granad. Reginald. Maruchell. Amicus. Fagundez.

An Sacerdos regularis poſsit validè, & licitè abſolvere ab omnibus venialibus, ac mortalibus jam confeſsis ſine licentia ſuorum Prælatorum?

SUMMARIUM.

27 *Prima ſententia negat.*
28 *Secunda affirmat licitè, & validè, & num. 29.*

NEgat validè & licitè fieri Mirand. *tom. 2. quæſt. 45. art. 11. conc. 2.* tamen Paludanus *in 4. diſtinct. 17. quæſt. 3.* D. Anton. *3. part. tit. 17.* & Angelus *verb. Confeſſ. 10. n. 4.* dicunt fieri validè, ſed non licitè. 27. Miranda. Paludan. D. Anton. Angelus.

Tamen verior & probabilior ſententia eſt, quòd 28.

quòd talis religiosus validè & licitè illa absolvit, etiam si ad id non sit expositus à suis prælatis, dummodo tamen ipsi Religioso non sit impositum præceptum, ne adhuc illorum peccatorum excipiat confessiones, quia tunc licèt validè, non tamen licitè absolveret. Ita Navar. *cap.4. num.4.* Vasq. *tom.4. ad 3. part. quæst. 93.art.1. dub.6 num.5.* Granadus *tract.10. disput.4. num.6. pag. 1281.* Molfesius *tract.7. cap.15. num 71.* Leandrus *de pœnitent. tract.5. disp.11. quæst 15.*

Navar. Vasquez. Granad. Molfes. Leandr.

29. Probatur prima pars; quia omnis sacerdos in sua ordinatione ex iure divino accipit iurisdictionem super peccata venialia: ergo licite & valide illa absolvit. Secunda pars quoad peccata mortalia iam confessa probatur: quia illa peccata cum iam sint subiecta Ecclesiæ, & absoluta, non sunt materia necessaria confessionis: ergo sicut liberè possunt non explicari in confessione, ita & liberè possunt aperiri cuicumque sacerdoti, sicut & venialia.

Quæstio XI.

An possit absolvi, qui in occasione peccandi est, retinens; v. g. Concubinam in domo?

SUMMARIUM.

30 *Quid sit occasio proxima, & quid sit remota.*
31 *Negat prima sententia.*
32 *Secunda affirmat absolvendum esse.*

30. Duplex est occasio, proxima, & remota. Proxima est, in qua positus homo, consideratis circunstantiis, aut nunquam, vel fere nunquam, seu raro & difficiliter desinet peccare, sed ablata occasione non peccatet, ut v. g. qui habet concubinam in domo. Remota vero occasio illa dicitur, quæ talis non est, & tantum disponit valde remotè ad peccatum, ut sunt omnes creaturæ, quarum malus usus ex utentium culpa esse contingit. Ita Navarrus *in summ. cap. 3.* Suar. *tom. 4. ad 3. part. disp.42. sect.2. num.4* Sanchez *lib.1. in Decalog.cap.8.* Lopez, Henriquez, Bonacina, quos citat, ac sequitur Trullenchus *in Decalog lib.6.dub.6.num 3.*

Navar. Suarez. Sanchez. Lopez. Henriq. Bonacin. Trullench.

31. Qui omnes conveniunt in hoc, quod occasio remota, non impedit absolutionem; sed tantum proximæ. Ex quo dubitabis: An possit absolvi concubinarius, qui in domo sua retinet concubinam, de qua iam admonitus est ut expellat; Negant posse absolvi Angelus *verb. confess. num.6.* Tabiena, Suarez, Caëtanus, Armilla, quos citant, ac sequuntur Sanctius *in select.disp. 10. num.4.* Candidus *Disquisit.24.art.27, dub.9.*

Angelus. Tabiena. Suarez. Caëtan. Armilla. Sanct. Candidus.

32. Valde tamen probabile est, posse licite semel, iterum, ac iterum absolvi concubinarium antequam ejiciat concubinam, dummodo denuo proponat Confessario firmiter illam è domo ejicere: (aliter tamen dicendum, si sæpius iam admonitus adhuc in domo sua retinet, vel in alia domo ad quam ei libere patet aditus:) & ratio est, quia ex prima, secunda, & tertia promissione fracta de ejicienda concubina, aut alia occasione proxima, non sumitur efficax iudicium ex defectu dispositionis pœnitentis, quia cum tali fractione potest stare optima dispositio, ac præparatio, ergo licite, & valide potest absolvi. Ita Medina *lib. 2. summæ.* Corduba *quæst. 4. concl. 8. fol. 27.* Leandus *de pœnitent. disput. 7 quæst.35.*

Medina. Cordub. Leandr.

Quæstio XII.

An ex aliqua circunstantia absolvi possit concubinarius, non rejecta concubina è domo?

SUMMARIUM.

33 *Potest absolvi si cesset periculum reincidendi.*
34 *Potest absolvi: si non potest ejicere nisi cum magno detrimento, & n 35. & 36.*
34 *Et si filius habet concubinam & non potest ejicere.*
38 *Si non potest ejicere nisi amissa pecunia.*

33. Ad quæstionem breviter per varios casus respondeo. Et primo: bene potest absolvi concubinarius, si reincidendi periculum aliquo modo cessavit; quia tunc ibi abest periculum proximum, proximaque occasio peccandi v. g. quia concubina deformis facta est, vel inter eos subortus est contemptus, & tædium, aut morbus, vel senectus intervenit, tunc concubinarius si doleat de præteritis, & proponat firmiter in futurum abstinere; bene potest absolvi. Ita Graffis *1.part. decis.lib.1.c.28. num.9.* Lopez, Antonius Fernandes, quos citant, ac sequuntur Sanchez, *citat. disp. 10. n.12.* Candidus *citat.dub.2.*

Graff. Lopez. Anton. Fern. Sanch. Candidus.

34. Secundo: An absolvi possit concubinarius non rejecta concubina è domo, eo quod id facere non possit absque magno detrimento vitæ, honoris, famæ, ac pecuniæ? Negant Navarrus *cap.3. num.21.* Suar. *disp.32 sect.2. in fine.* Reginaldus *lib.8.n.19.* apud ipsos Graffis, Coriolanus, & alij.

Navarr. Suar. Reginald.

35. Tamen valde probabile est, quod licite, & valide potest absolvi, imo & debet toties quoties vere pœnituerit, non solum quando intervenit aliqua emendatio, sed etiam dum nullus apparet profectus, dummodo talis concubinarius verum dolorem habeat de peccatis, verumque propositum de illis in futurum cavendis. Ita Vivaldus *verb. Absolut. num.89.* Lugo *de Pœnitent. disp. 14. num 152. & 156.* Sanct *in selectis disp.10. n.16.* Hurtado *disp.18. difficul.23.* Bonacina *de Sacram.quæst 4.punct.4. n.11.§ Dixi regulariter* Sà *verb. Absolutio.* Veiga, Layman, Navarr. Graffis, quos citat, ac sequitur Baunius *tract.4 quæst.14.* & Leandr. *de pœnitent. disp.7.q.36.*

Graff. Coriolan. Vivaldus. Sanctius. Hurrad. Bonacina. Sà. Veiga. Layman. Navarr. Graff. Baunius. Leandr.

36. Probatur nostra resolutio; quia adhuc post experientiam quamvis nullus profectus appareat, potest stare verus dolor, verumque propositum necessarium absque voluntate auferendi

rendi occaſionem cum tanto detrimento ſpirituali, vel temporali; ergo poteſt abſolvi pœ-
D.Conſult. nitens, & maximè petendum auxilium à Deo ad reſiſtendum: ſic ait Pontifex, *in cap. Conſultation. de frigidis, & malefic.* Et confirmatur; quia in hoc caſu non dicitur pœnitens velle occaſionem peccandi, ſed tantùm illam permittere ad evitandum magnum damnum in vita, honore, fama, ac pecunia, tam ſuæ rei, quàm mulieris, ſeu concubinæ.

37. Tertiò: ex hac doctrina colligitur reſolutio plurimorum caſuum quos refert Navarrus *citato loco*, verbi gratia, filiusfamilias, qui rem habet cum ſorore, vel in domo Patris habet concubinam, cum qua ſolet peccare, illam tamen expellere non poteſt, niſi cum magno detrimento, ſi intervenit verus dolor cum firmo propoſito poteſt abſolvi. Ita Lugo *citat. n.* 52. & alij quos citat, ac ſequitur Bonacina *de Matrim. q.* 4. *punct.* 14. *n.* 13.

38. Quartò: Abſolvendus eſt concubinarius non rejecta concubina, quia dictæ fœminæ dedit mutuò, verbi gratia, centum aureos, & credit illos eſſe amiſſurum, ſi è domo illam expellat, dummodo habeat verum dolorem, & & firmum propoſitum non peccandi; nemo enim tenetur evitare occaſionem proximam cum magno ſuo detrimento, etiam temporali.
Sanch. Lugo. Bonacin. Ita Sanchez *citatus, n.* 20. Lugo Bonacina *citati.*

Quæstio XIII.

Vtrùm poſſint abſolvi pœnitentes, qui ſæpius relabuntur in eadem peccata, verbi gratia, periurium, molliti em, quorum occaſio nullo modo, aut vix expelli poteſt?

SUMMARIUM.

39 *Prima ſententia negat.*
40 *Secunda ſententia affirmat hunc relapſum poſſe abſolvi.*
41 *Aſſuetus mollitiei ordinariè abſolvendus.*

39. Ledeſma. Medina. Lopez. ETſi aliqui Doctores negent beneficium abſolutionis, his dandum; ut Petrus Ledeſma *tom.* 2. *ſummæ, tract.* 1. *cap.* 9. & Medina *in ſumma, cap.* 14. §. 2. Lopez 1. *part. cap.* 25. *num.* 282.

40. Tamen contraria ſententia eſt verior, & probabilior, quia ſi confeſſarius iudicat in his eſſe verum dolorem, ac propoſitum non peccandi, poſſunt abſolvi; nam diſpoſitio requiſita, eſt propoſitum præſens, & non emendatio futura: ergo etiam optimè poſſunt abſolvi, etiam ſi eorum reincidentia iudicetur; At verò ſi Sacerdos iudicat non eſſe verum dolorem, tunc pœnitens omnino eſt incapax abſolutionis. Ita Henriq. & alij, quos citant, ac ſequuntur Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *c.* 32. *n.* 45. & *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 18. Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 8. *in fine*, Reginaldus *in praxi. tom.* 2. *lib.* 18. *cap.* 87. Lugo *diſp.* 14. *ſect.* 10. *n.* 166. Azor. *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 3. *quæſt.* 4.
Henriq. Sanch. Suar. Reginald. Lugo. Azor.

41. Confirmatur: Et maximè quantum ad peccatum mollitiei, quia quamvis huiuſmodi occaſio ſit proxima, eſt tamen talis conditionis, ut nullo modo poſſit auferti, cum fundata ſit in propria carne, ac natura pœnitentis. Ita citatus Bonacina *n.* 14. & Lugo *n.* 159 Henriquez, Candidus, Granadus, Trullenchus, Hurtado apud Baunium *tract.* 4. *quæſtione* 15. *pag.* 96.
Bonacina. Logo. Henriq. Candid. Granadus. Trullench. Hurtad. Baunius.

Quæstio XIV.

An abſolui poſſint adoleſcentes, quicum fœminis verſantur, laborando, vel converſando, cum ex tali occaſione peccent mortaliter conſenſu, tactibus, & copula?

SUMMARIUM.

42 *Negat prima ſententia.*
43 *Si non cohabitant in eadem domo benè poſſunt abſolvi.*
44 *At ſi ſunt in eadē domo non poſſunt abſolvi.*

ABſolutionem eis eſſe dandam negant 42. Caëtanus, Lopez, Rodriguez, Ledeſma apud Granadum *tract.* 16. *diſp.* 9. *n.* 21. Trullenchus *lib.* 6. *in Deccalog cap.* 1. *dub.* 9. *n.* 3.
Caëtan. Lopez. Rodrig. Ledeſma. Granad. Trullench.

Meo videri, diſtinctione in hac re opus eſt, ſi talis converſatio ſit cum fœminis, quæ in eadem domo cum ipſis adoleſcentibus non cohabitant, bene poſſunt abſolvi; ſi tamen verus dolor, & firmum propoſitum non peccandi datur, tunc enim illa occaſio non cenſetur proxima, ſed remoia, nec enim in tali occaſione ſemper ſolent homines peccare mortaliter, aliàs homines tendent in eremum ad evitandum colloquia fœminarum. 43. Ita Navarr. *cap.* 3. *num* 17. Lugo *citata diſp.* 14. *num.* 150. Candidus, Beja, quos citat ac ſequitur Leandrus *de Pœnitent. diſp.* 7. *q.* 34.
Navarr. Lugo. Candid. Beja. Leandr.

At vero ſi adoleſcentes ſunt in eadem domo cum fœminis, & ſæpe ſunt admoniti, ut à pravis deſideriis, ac tactibus deſiſtant, non poſſunt abſolvi, niſi ipſi exeant à tali domo, vel fœminæ ab ea ejiciantur; quia ex præſentia fœminarum maxime fomenta ad illa turpia naſcuntur, quod intellgitur niſi magnum detrimentum, & damnum ſive ſpirituale, ſive temporale proveniat ex ſeparatione à tali domo, vel ipſis adoleſcentibus, vel ipſis fœminis. 49. Ita Thomas Hurtadus *tom.* 1. *tract.* 1. *cap* 6. *Reſol.* 23. Baunius *tract.* 4. *de Pœnit. quæſt.* 15. §. *Quòd ſi ex turpi.* Ut dictum eſt ſupra *q.* 12. *n.* 33.
Hurtadus. Baunius.

Quæstio. XV

An poſſit confeſſarius differre abſolutionem pœnitenti per aliquod tempus, ob occaſionem proximam, in qua verſatur?

SVMMARIVM

45 *Prima ſententia tenet abſolutionem non poſſe differri.*

46 *Secunda*

46 *Secunda affirmat.*
47 *Poteſt confeſſarius ex cauſa differe abſolutionem.*
48 *Non poteſt differre, ſi timet aliquod damnum.*

45. NOn poſſe confeſſarium abſolutionem differre pœnitenti cum vero dolore, aut eum ſtatim non abſolvere, tenet multis rationibus Ioannes Sanchez *in ſuis practicis diſputationibus, diſp. 9. num. 6. & ſeqq.* In hac etiam ſententia ſunt Maura, Henriquez, Sylveſter Navarrus apud Thomam Hurtaq. *tract. 1. Reſol. Moral. cap. 6. Reſol. 21. num. 206.* ex quo infert Sanchez *citatus*, quòd confeſſarius non habet ius ad interrogandum pœnitentem de conſuetudine peccandi, quia hoc erit cogere pœnitentem ad aperienda peccata iam confeſſa, Diana *part. 1. tract. 7. de circunſp. Reſol. 55.* quamvis hanc opinionem laudet, eam tamen non audet approbare.

Ioan. Sanch. Maura. Henriq. Sylveſt. Navar. Hurtad. Diana.

46. Alij verò abſolutè affirmant poſſe confeſſarium, etiam per menſem abſolutionem differre pœnitenti peccatis aſſueto, ad melius cognoſcendum ejus propoſitum non peccandi, ac firmum dolorem, deinde etiam, ut tali medicamento ipſe à peccatis cohibeatur. Ita Henriq. *lib. 4. cap. 14. num. 4.* Petrus Ledeſma *tom. 2. ſummæ tract. 1. cap. 9 in fine.* Toletus *lib. 3. cap. 18. n. 6.* Suar. *de pœnit. diſp. 32 ſect. 2. in fine,* Sanchez *in Decalog. lib. 2. cap. 32. n. 45. & lib. 3. cap. 5. num. 18.* Graffis *part. 1. deciſ. lib. 1. cap. 20. n. 24.* Bañez *in 2. 2. quæſt. 2. art. 8. dub. 2.* Villalobos *tom. 1. tract. 11. difficult. 25. in fine.* Delrius *in diſquiſ. Mag. lib. 1 cap. 5. quæſt. 4. ad finem*, Card. Lugo. *diſp. 4. num 169.*

Henriq. Ledeſma. Toletus. Suar. Sanchez. Graffis. Bañez. Villalobos. Delrius. Lugo.

47. In hac materia cum diſtinctione reſpondendum eſt. Et primò dico, licitè poteſt confeſſarius differre abſolutionem pœnitenti peccatis aſſueto, licèt aliàs rectè agnoſcat eius bonam diſpoſitionẽ; quia licèt facta confeſſione pœnitens legitimè diſpoſitus, habeat ius ad ſententiam, & abſolutionem, non tamen habet jus ad hoc, ut ſtatim ſententia proferatur; ſed ex cauſa poteſt judex illam differre, ac ſuſpendere. Confirmatur; quia confeſſarius nõ ſolùm eſt judex, ſed etiam medicus: ergo licèt in proferenda ſententia principaliter exerceat munus judicis, tamen ut medicus ipſa abſolutione debet medicamentum adhibere, quod magis cedat in remedium, & utilitatem ægroti, & ſæpè ad hoc expedit abſolutionis dilatio.

48. Dico ſecundò: non poteſt confeſſor licitè abſolutionem differre, quando pœnitens eſt bene diſpoſitus, & ex dilatione timetur potius damnum ſpirituale, quam utilitas pœnitentis ſperetur; ut v. g quod tædio affectus non redibit, vel in deſperationis actus prorumpet. Sic Lugo *cit. n. 168.* Sanch. *cit. loc. n. 45.* Azor, & alij.

Lgo. Sanchez. Azor.

QVÆSTIO XVI.

An confeſſarius poſſit abſolvere complicem ſui peccati, cum quo peccavit?

SUMMARIUM.

49 *Prima ſententia negat.*
50 *Secunda, & vera affirmat.*
51 *An duo Clerici, vel duo Religioſi ſe mutuò percutientes, poſſint ſe ad invicem abſolvere, & n. 52.*

QVæſtio eſt: An confeſſarius poſſit ſacramentaliter abſolvere cõplicem ſui peccati, cum quo peccavit carnaliter, v. g. vel furto ſeu alio crimine? Confeſſionem eſſe invalidam tenet Bonacina *tom. 1. diſp. 5. de Pœnit. quæſt. 7. punct. 5 §. 5. n. 11.* Quod probat ex Concil. 7. & 12. Mediolanenſi, ubi confeſſario adimitur poteſtas ſuum complicem abſolvendi; nos autem excitamus quæſtionem extra Mediolanum, ubi præcepta talis Concilij non vigent, nec obligant; & Bonacina nullum auctorem citat pro ſe, ſuáque ſententia. 49. Bonacin.

Dico, quod talis confeſſio eſt valida, & poteſt eſſe fructuoſa, ſi fiat abſque ſcandalo, & periculo alicuius pravitatis, ac reminiſcentiæ delectabilis; & ratio eſt clara & manifeſta, quia confeſſarius per illud peccatum quod commiſit cum pœnitente complice non amiſit juriſdictionem ad abſolvendum; ſuppono quod confeſſarius per illud peccatum non incurrit excommunicationem, vel ſuſpenſionem quia ſi illas incurrit, poterit priùs ab illis abſolvi, & poſtea ſic abſolutus poterit confeſſionem ſui complicis validè audire. Dixi (abſque ſcandalo, & periculo, quia ſi ex ipſa confeſſione, tanquam ex quodam colloquio ſequatur aliqua impudicitia, aut aliquid diſſonum, tunc fieri non debet. Ita Sotus *in 4. diſtinct. 14. quæſt. 4. art. 3.* Villalobos *tom. 1. tract. 9. difficul. 39. n. 2.* Portel. *in reſponſionibus Moralibus, caſu 50. num. 2.* 50. Sotus. Villalobos. Portel.

Circa hanc rem proponit Beja 4. *part. Reſponſionum Moralium caſu 6.* ſatis difficilem caſum. In quodam oppido erant tantum duo confeſſores approbati, & tempore jubilæi hi duo irato animo ſe percuſſerunt in præſentia multorum, & caſus fuit publicus in toto oppido: die ſequenti amicabiliter reconciliati ſunt, & ad invicem unus alteri confeſſus eſt Sacramentaliter, & virtute jubilæi ſe ad invicem abſolverunt, & ſtatim celebrarunt. Quæſitum eſt, an illi Clerici publicè excommunicati ob notoriam percuſſionem clerici, ſe potuerint abſolvere validè? Reſpondet Beja potuiſſe, dato quod urgeat neceſſitas celebrandi, vel miniſtrandi aliud Sacramentum, quod ſine ſcandalo differri nequeat: Probat; quia neceſſitas non habet legem: & pia mater Eccleſia non intendit in tam urgenti neceſſitate privare filios remedio neceſſario. Præterea, quia irregularis ad vitandum ſcandalum, & periculum famæ, poteſt celebrare, ut tenet Navarrus *in Manuali cap. 27. num. 279.* 51. Beja. Navar.

Et confirmatur ex ſimili caſu poſito à Sotbo Capucino *annot. ad Compend. verb. Abſolutio Ordinaria quoad fratres. §. ſi ſuccedat.* ubi probat, quod ſi duo religioſi ſe ad invicem percutiant, & aliàs habeant facultatem abſolvendi à tali cenſura potuerunt ſe ad invicem abſolvere. 52. Sotbo.

De hac re, Vide multa verb.
Bulla Cœnæ.
Bulla Cruciatæ.
Confeſſor.

RESOLUTIO V.

Accuſare, ſeu Accuſator.

QUÆSTIO PRIMA

Quid ſit Accuſatio, & quomodo diſtinguatur à denuntiatione, ac querela?

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit accuſatio.*
2 *Accuſatio tendit ad vindictam, denuntiatio ad emendationem.*
Ad accuſationem ordinariè non præmittenda correctio fraterna.
3 *Accuſator tenetur probare delictum, non vero denuntiator.*
4 *Denuntiator poteſt eſſe teſtis, non vero accuſator.*
5 *Accuſatio tendit in vindictam, querela in bonum partis læſæ.*

1. ACCUSATIO, eſt delatio rei de crimine ad vindictam publicam libello factam ad Superiorem zelo juſtitiæ, ut ex punitione uniusrei cæteri omnes ab hujuſmodi delictis abſtineant. Ita communiter Doctores apud Clarum *lib. 5. pract. fin. quæſt.* 14 dixi (zelo juſtitiæ) quia ſi fiat malo animo, tunc peccabit; & ideo ait Alderet. *lib.* 1. *de Religioſa diſcipl. cap. 4. num.* 13. quod debet jurare de calumnia, quod ſcilicet non calumniandi animo faciat.

Clarus. Alderete.

2. Accuſatio diſtinguitur à denuntiatione. Primò: quia accuſatio tendit, ut crimina puniantur in aliorum exemplum, ut omnes à malo abſterreantur; at denuntiatio, ſaltem Evangelica, ad emendationem delinquentis: unde nulla eſt cauſa denuntiandi ſi proximus putetur privatim emendandus. Leſſius *lib. 2. cap. 30. num.* 10 & 11. Ex quo ſequitur, quod accuſator poteſt crimen occultum deferre nulla præmiſſa correctione fraterna, quod aliter dicendum in denuntiatione *cap. Qualiter quando, de Accuſatione.* Navarrus *in manuali, cap.* 18. *num.* 3. Caſtr. Palaus *tract.* 6. *punct.* 15. *n.* 3. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 27. *num.* 23. Leſſius *citatus n.* 10. & 13. Qui etiã advertunt quod aliquando erit contra charitatem, non præmiſſa monitione, accuſare, v. g. ſi certo ſciatur fratrem privatis monitis emendandum, quod ut tutius eligendum. Leſſius *citatus, num.* 13. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 10. *cap.* 12. *n.* 45.

Leſſius. C. Qualiter Navarr. Caſtr. Pal. Lezana. Suar.

3. Secundò differunt, quod accuſator tenetur probare delictum, non verò denuntiator, ut tenent Sotus *de juſtitia & jure, quæſt.* 4. *art.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 4. Bañez 2. 2. *qnæſt.* 33. *art* 8. *dub.* 3. Unde ſi non probet, non ideo multandus; non enim ſumit ſuper ſe onus probandi, ſed tantum præparat viam judici, ut ipſi inquiunt; at verò accuſator ad probandũ tenetur: ut ex multis adnotat M. Fr. Thom. de Jeſu *de Viſitatione Regulari, tract.* 1. *cap.* 16. *n.* 13. aliàs tenebitur pœna Talionis, D. Thom. 2. 2. *q.* 68. *art.* 4. ſufficit, quod accuſator crimen obiectum probet ſemiplena probatione, ſcilicet, per famam, vel unum teſtem integrum vel per alia judicia. Navarrus *in manuali, cap.* 25. *& tit. de Pecc. Rei accuſat. & inquiſit. num* 35. Franſciſcus Aretinus *in pract. crimin. de Accuſatione, cap.* 5. M. Lezana *citatus, n.* 24. Qui etiam probant, quod hodie ſecundum communem conſuetudinem accuſator ſi non ſemiplenè probat, non punitur pœna Talionis, ſed mitiori pro arbitrio judicis, ne homines ab accuſatione deterreantur. Ita etiam Alderete *lib.* 2. *c.* 23. *n.* 5.

Sotus. Bañez. Fr. Thom. D. Thom. Navar. Aretin. Lezana. Alderete.

4. Tertiò: denuntiator poteſt eſſe teſtis, ſi aliunde non habet aliud impedimentum; eo quod non procurrat vindictam delinquentis, ſed correctionem. Navarrus *in manuali; cap.* 25. *num.* 33. Sotus 5. *de juſtitia, part.* 6. *art.* 2. *comm.* 4. ſecus eſt de accuſatore; neque enim ipſe, aut ejus cognati, & domeſtici poſſunt eſſe teſtes *cap.* 1. 2. 4. *q.* 4. *l.* 3. *teſtes.* Quartò, denuntiatio poteſt fieri verbalis; at accuſatio debet eſſe ſcriptis, vel coram notariis; de quo quæſtione ſequenti.

4. Navar. Sotus. Le 3. Teſtes

5. Diſtinguitur accuſatio à querela. Primò, quia querela non fit ſẽper propter publicam vindictam criminis, vel propter emendationem delinquentis, ſed propter bonum partis læſæ. Secundò, quia accuſatio fit oblato libello accuſatorio, ſ ſcriptione accuſatoris; at querela fit nudis verbis, & judex inde procedit ad accipiendos teſtes, & informationẽ cõtra Reum, Baſſeus *verb. Accuſatio. n.* 2. M. Fr. Antonius ab Spir. Sanct. *in Director. part.* 3. *tract.* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 7. *n.* 167.

5. Baſſeus. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

QUÆSTIO II.

Quæ conditiones requirantur ad veram accuſationem;

SVMMARIVM.

6 *Accuſatio ſit in ſcriptis, vel coram notario.*
7 *Non eſt adnotanda dies quo accuſatio intentatur.*
8 *Debet exprimi nomen accuſatoris, ac accuſati.*
Exprimenda ſpecies delicti.
9 *Exprimendus annus, dies, & hora, ſi petatur.*

AD veram accuſationem ſex conditiones proponuntur. Primò: requiritur, ut fiat in ſcriptis, tamen hodie communi conſuetudine ſat eſt, ut fiat verbis, dummodo adſit notarius, qui ſtatim eam in ſcriptis redigat, ut inde conſtet quid incumbit accuſatori probare. Ita Clarus *quæſt.* 12. *numero quinto, & numero ſeptimo* Leſſius *lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 2. Tamburin. *in praxi crim. tom.* 3. *quæſito* 4. *n.* 5.

6. Clarus. Leſius. Tambur.

Secundò, requiritur, ut exprimatur dies, & annus, quo accuſatio intentatur, ac obiicitur, ſed hoc hodie non eſt neceſſarium, &

7.

parum

parum ad rem facit, ut notant Doctores
Tambur. cum Tamburino *citato, num.* 9. Quod intelligitur nisi in Religione sit statutum determinans certum tempus, quo processus finiantur, ut apud nos Carmelitas, si fiunt à
Const.Car. Provinciali *part.*2. *Constitut.cap.*2.*num.* 8. intra duos menses.

8. Tertiò: ut exprimatur nomen accusatoris, & accusati quod est omnino necessarium, ut constet, quis sit accusator, & quis accusatus, & si nomen accusati omnino ignoretur, potest ex habitu, forma, officio, ac aliis circunstantiis notari. Quartò: species delicti, quod est etiam omnino necessarium; in hoc enim fundatur intentio accusantis.

9. Quintò: requiritur, ut assignetur locus tempus, & annus, ac mensis, quo crimen commissum fuit, aliàs accusatio incerta, & futilis reddetur, nō tamen tenetur accusans exprimere diem, vel horam criminis perpetrati, nisi aliàs Reus petat exprimendum diem ad intercludendum accusatorem, nempe, quod tali die, vel hora erat infirmus, & non in illo loco; &
Clarus. ideo ad petitionem Rei dies, vel hora danda,
Gomez. Emman. Ita Clarus, Gomez, Emmanuel. Soarez, quos
Soar. citant, ac sequuntur Lessius *n.*5. & Tambur.
Lessius. Tambur. *suprà n.*9. & Franciscus Aretinus *in pract.crim.*
Aretin. *de Accusatore, c.*6.

10. Sextò: inscriptio accusantis, ut colligitur
C. Qualiter ex *cap. Qualiter quando,* 2. *de Accusatione*, ubi dicitur: *Sicut ante inquisitionem præcedit clamosa insinuatio, ita ante accusationem debet præcedere inscriptio.* Vbi notat Suar. *tom.* 4. *de*
Suar. *Relig.tract.*10.*lib.*10. *c.* 11. *n.* 45. quod licet inter regulares non serventur omnes solemnitates juris, tamen maximè est necessarium, ut accusatio fiat in scriptis, ut sciat accusator, quod
D. Thom. probare debet, ut ait D. Thomas 2.2 *quæst.*68. *art.*2. & ut etiam ipse subscribat, ne postea negare valeat.

Quæstio III.

Vtrum procedere via accusationis conveniens sit inter Religiosos?

SUMMARIUM.

11 *Accusationis modus relegandus à Religione.*
12 *Quisque licitè potest accusare alterum.*
13 *Bono communi bene subvenitur per denuntiationem.*
Prælatus admoneat, omittatur accusatio. ibid.

11. Licet modus procedendi per accusationem maximè relegādus, sit à Religiosis, utpote quod Religiosorum paci, quieti, ac fraternæ unioni videatur repugnare, & proinde in aliquibus regnis non permittitur, eo vel maximè, quod per denuntiationem juridicam suppleri valeat. Vt advertit M. Fr.
F.Thomas. de Iesu. Thomas de Iesu *de Visitatione Regulari, tract.*1. Pellizar. *cap.*4.*num.*6. Pellizarius *tom.* 1. *tract.*9. *cap.* 4. *sect.*2.*n.*83.

12. Nihilominus dato, quod admittatur, fieri potest absque injustitia, ut v. g. qui injuriam passus est, contra injuriantem agat ad vin-

dictam justam, & sine peccato contra charitatem, si non ex odio, vel malo animo fiat, sed vel ex affectu Religionis, ne similes injuriæ in ea introducantur; & si tales excessus fuerint impuniti, alij ad similia fient audaces, vel etiam fieri potest ex affectu resarciendi justum honorem, & bonum nomen, cui unusquisque tenetur consulere. Ita Suar. *tom.*4.*de Relig.lib.*10.*c.*12. *num.* 45. M. Lezana *tom.*1.*c.*27.*n.*22. ex communi sensu Theolog. D. Thomas 2. 2. *q.* 68. *art.* 2. & Canonistarum *in c. Novit. de Iudiciis.*

Suar. Lezana. D. Thom. C. Novit.

Vnde bene advertit Sotus *Relect.de teg. secreto, membro* 2.*quæst.* 5. *conclus.* 2. quod cessat obligatio rigorosè accusandi: nam per denuntiationem sufficienter subvenitur bono communi. Ut concludit Suarez, quod licet accusare ob vindictam, & in recompensationem proprij nocumenti sit periculosum, & alienum à Regularibus, & inde ab eis maximè vitandum; tamen si accusatio legitimè fiat, debet superior illam per se, vel per notarium scriptam acceptare. Tamen adverto quod Prælatus Regularis ut Pater debet semper admonere, ut relicta accusatione procedatur per denuntiationem, quæ etiam lato modo est quædam accusatio. Vt nos Peirin. *de subdito, q.*1.*cap.* 16. *dicto* 5.

13. Suarez. Peirin.

Quæstio IV.

Quilibet Religiosus si velit poterit alterum accusare, tam pro damno sibi, quam Religioni illato?

SVMMARIVM.

14 *Idem est actor, ac accusator.*
15 *Quisquis tenetur crimen pernicioſum Religioni accusare, seu denuntiare.*
16 *In aliquibus casibus non tenetur denuntiare.*
27 *Quilibet potest alterum accusare debitis circunstantiis, & n.*18.
19 *Non tenetur quilibet alterum accusare.*

IN hac materia illud semper præ oculis est habendum, quod in præsenti sumimus pro eodem actorem, & accusatorem, quia qui in civilibus causis actor dicitur, *leg. Qui prior. ff. de judiciis*, in criminalibus accusator appellatur, *ff. de accusatione, & inscriptis.* 14. I. Cui priori

Dico Primò: tenentur Regulares non solum in visitationibus conventuum, sed etiam extra illas accusare, vel saltem denuntiare crimen, quod maximè contrariatur bono communi Religionis, vel Reipublicæ, ut proditio, & præcipuè si est in fieri, & repugnat reformationi, & cedit in dedecus, ac damnum Religionis; tunc etiam extra visitationē sub peccato mortali acusandum, ac denuntiandum, etsi aliquod grave nocumentum inde proveniat accusato, ac denuntiato. Bonum enim commune anteponi debet bono privato cuiuscunque & generalis regula est, quando crimen est pernicioſum, & alia ratione impediri 15.

non poteſt, extat obligatio illud accuſandi, vel renuntiandi. Ita D. Thomas 2.2.*quæſt.*68. *art.*1. Sylveſter, *verb. Accuſatio, quæſt.*2. Naldus *verb. Accuſare, n.*3.

D.Thom. Sylæeſt. Naldus.

16. Bene ſcio, quod ſunt aliqui caſus, in quibus non intervenit obligatio denuntiandi, verbi gratiâ, ſi crimen eſt occultum, vel ſub ſecreto ſcitur, vel ſi Reus eſt emendatus, vel ſi etiam ipſe eſt comprehenſus in delicto; de quibus ſigillatim agam, cum de viſitatione fuerit ſermo.

17. Dico ſecundo: quilibet Religioſus ſi velit poterit alterum accuſare pro injuria ſibi illata. Ita communiter Doctores apud Tamburinum *in praxi criminali, tom.*3. *quæſt.*4. *n.*10. & Peirinum *citatum dicto* 5. Baſſeum *verb. Accuſatio, num.* 5. & patet ex dictis *quæſt.*3. & Probatur: quia accuſatio, ſeu vindicatio ſi fiat publica auctoritate, eſt actus virtutis iuſtitiæ, ac proinde optimè fieri poteſt, & maximè pro iniuria ſibi illata; quilibet enim poteſt uti iure ſuo.

Tamburin. Peirin. Baſſeus.

18. Hoc tamen intelligitur, debitis circunſtantiis, nempe, ſine odio, ſed intuitu iuſtitiæ, & quando delictum in iudicio poteſt probari, & non eſt occultum, quia tunc debet præcedere correctio fraterna, ut dixi *q.*1.

19. Dico tertiò: licet quilibet poſſit pro iniuria ſibi illata alterum accuſare, ut diximus, tamen non tenetur, ſi velit poteſt iniuriam remittere, in quo conveniunt omnes AA. apud Doctores proximè citatos, unuſquiſque poteſt non ſolùm iniuriam ſibi illatam remittere, ſed etiam eius reſtitutionem; ut docet D. Thom. 2.2. *q.*64. *art.*5. & *quæſt.*73. *art.*4.

D.Thom.

QUÆSTIO V.

Reſpectu accuſationis maximè conſiderandum ſi delictum eſt factum, vel faciendum: & eſt in miniſtris de iuſtitia

SVMMARIVM.

20 *Si delictum eſt iam completum non tenemur dicere, niſi advocati.*
21 *Si eſt damnum tertiæ perſonæ pendens in futurum, tenemur accuſare.*
Miniſtri ex iuſtitia tenentur. ibid.

10. CIrca doctrinam traditam ſuperiori quæſtione, tres, vel quatuor caſus excipiuntur Primò, ſi delictum eſt in fieri, & adverſatur bono cõmuni, & eſt in damnum Reipublicæ: nam tunc neceſſario eſt accuſandũ, vel manifeſtandum, ut dixi *q.*4. *concl.*1. & dicam *q.*8. Secundo, ſi delictum etiam contra bonum commune, iam perpetratum, & completũ eſt, non tenetur accuſare, vel denuntiare, niſi vocatus in iudicium Toletus *lib.*5. *c.*7. Filliuc. *tract.*40. *n.*216.

Toletus. Filliuc.

21. Tertiò: ſi eſt damnum tertiæ perſonæ pẽdens in futurũ, & aliàs non eſt ſpes certa, ut per correctionem fraternã impediatur, tenemur accuſare, vel denũtiare. Ita D. Th. 2.2. *q* 33. *art.*7 Salon. 2.2. *q.*68. *controv.*1. Filliuc. Bonacina, Clavis Regia, quos citat Baſſeus *verb. Accuſatio, n.*7.

D.Thom. Salon. Filliuc. Bonacina. Clavis Reg Baſſeus.

Quartò excipiũtur, qui ex iuſtitia tenẽtur accuſare, vel denuntiare ut ſunt Prælati, officiales, ac cuſtodes, qui ex iuſtitia, & ex officio tenentur conſulere rei ſibi commiſſæ. Baſſeus *n.*8.

QUÆSTIO VI.

Religioſus poteſt ſuum Prælatum accuſare, & utrique neceſſariæ expenſæ ſunt dandæ à Conentu.

SVMMARIUM.

22 *Religioſus poteſt accuſare ſuum Prælatum.*
23 *Dandæ ſunt expenſæ neceſſariæ.*
24 *Dandæ expenſæ niſi habeat peculium.*
25 *Si Prælatus agat contra ſubditum dandæ expenſæ.*
26 *Prælatus accuſatus habet expenſas.*
27 *Accuſans tenetur obedire.*

RElIgioſus ſi velit, poteſt agere cõtra ſuum Prælatum, vel accuſando, vel denũtiando illius crimen coram competenti ſuperiore; & ad hoc non tenetur expectare licentiam illius, quem accuſat, utitur enim iure ſuo; & hoc frequenter cedit in utilitatem Conventus, & hoc habetur expreſsè, *c. Ex parte* 11. *de accuſationib.* ubi Gloſſa, & communiter DD. quos in magno numero citat Barboſa *in Collectan. ibidem.*

22. C. Ex parte Gloſſa. Barboſa.

23. Quando Religioſus ſuum Prælatum accuſat, non ſunt ei denegãdæ expenſæ, tam victus, quam aliæ neceſſariæ ad litem proſequendam; ita habetur expreſsè eodem *cap. Ex parte*, ubi dicitur *Quibus cum proprium non habeant, de rebus Monaſterij expenſa debentur.* Ita ibi *Gloſſa Monach.* Rebuffus, & alij apud Barboſam *in Collectan.* & notat Surdus *de Aliment. tit.*4. *q.*23. *num.*39. Quod debentur expenſæ neceſſariæ, & non utiles; & ut explicat Valaſcus *Conſul.*161. *n.*3. Expenſæ neceſſariæ ſunt, ſine quibus res non poteſt ſuſtineri, ſed omnino periret; utiles verò ſunt, quæ ad maiorem rei utilitatem, ac commoditatem inſervſunt.

C. Ex parte Gl. Monach Rebuff. Barboſa. Surdus. Valaſcus.

24. Limitatur hæc doctrina cum Sanch. *lib.*6. *in Decal.*11. *n.*21. niſi Religioſus accuſans habeat aliquod peculium; tunc enim non tenetur Monaſterium litis expenſas miniſtrare, quia ceſſat ratio appoſita *cap. Ex parte*, eo quod Monachus aliunde habeat expenſas.

Sanchez. C. Ex parte.

25. At verò ſi Prælatus agat contra Monachum eum accuſans de aliquo delicto: Etſi aliqui negent, communior, & verior eſt ſententia, quod Monacho dandæ ſunt expenſæ à Monaſterio, v.g. ad inquirendos teſtes longe diſtantes; magna eſt utilitas Monaſterij ut veritas agnoſcatur, & quod non pereat innocentia unius religioſi, qui eſt Monaſterij membrum. Ita Anchar. Filinus, Lupus, quos citat & ſequitur Sanchez *citatus, n.*25.

Anchar. Filin. Lupus. Sanch.

26. Similiter Prælatus accuſatus à ſubdito habet expenſas neceſſarias ad ſui defenſionem uſque ad finem litis: nam ſuperior pars eſt Monaſterij, & Monaſterij intereſt; quod Prælatus ſe defendat, & ſit immunis à culpa. Ita Gloſſa *n.*12. & cum multis aliis Surdus *de Alimentis, tit.*1. *q.*127. *num.*1. Quod limitat niſi Abbas habeat

Gloſſ. C. Ex parte. Abbas. Henriq. Surdus.

habeat ſufficiens peculium ; ut de Monacho modo diximus.

27. Notetur tamen hîc, quod Religioſus ſuum Prælatum accuſans, durante lite, tenetur ei obedire, ut antea ; adhuc enim Prælatus ſuo officio fungitur & ab illo non eſt privatus. Gloſſa *citato cap. Ex parte.* Lezana *verb. Accuſare, n.* 5. Sanchez *citatus, n.* 32. ubi advertit quod quando aliqui DD. contrarium dixerunt, quod non teneatur obedire Prælato, hoc intelligitur, quod non teneatur ei obedire ut à lite, ac accuſatione deſiſtat.

Gloſſa. Lezana. Sanchez.

Quæstio VII.

Religioſi non poſſunt eſſe Auctores, ſeu accuſatores in judicio forenſi ſine licentia ſuorum Prælatorum.

SUMMARIUM.

28 *Sine licentia Prælati non poteſt Religioſus aliquid agere in judicio forenſi.*

29 *Abbas, invito ſubdito, poteſt remittere injuriam ei factam.*

30 *Cauſa mota à Monacho ſine licentia Superioris eſt nulla.*

32 *Religioſus ſine licentia Prælati nec poteſt accuſare, nec denuntiare.*

28. CErta & communis reſolutio eſt, quod non poteſt ſine licentia ſui Ptælati. Ita Sanchez *lib. 6. in Decalog. c.* 12. *n.* 5. cum Sylveſtro, Armilla, S. Antonino, Navarro, Lopez; & aliis multis Canoniſtis. In hoc æquiparantur Religioſi cum ſervis, ac filiis familias, & quaſi pro mortuis habentur, ut tradunt DD. *cap. Cum dilecti, de Reſcriptis, & Authentica cauſa, quæ ſic cum Monacho, C. de Epiſcopo, & Cleric.* Monachus enim non eſt ſui juris, ac proinde non poteſt litem movere ſine Prælati licentia.

Sanchez. Sylveſter. Armilla. S. Anton. Navar. Lopez. C. Cum dilecti.

29. Ex quo inferunt Sanchez *citatus, num.* 6. & Pellizar. *tract. 6. cap.* 12. *num.* 31. Poſſe Abbatem, invito Monacho, remittere injuriam eidem Monacho illatam : cum is nullam actionem habeat, omnémque ſuam voluntatem tranſtulerit in Monaſterium ; ita ut ipſe neque habeat velle, neque nolle ; è contra verò Monachus non poteſt remittere talem injuriam, cum non ſit ſui juris, ac agendi jure deſtituatur.

Sanchez. Pellizar.

30. Ex qua ratione ſequitur, quod judicium agitatum cum Monacho abſque licentia Superioris in caſu non conceſſo (de quo ſtatim) ſit nullius momenti, cum perſona Monachi non ſit legitima ad comparendum in judicio ſive ut Actor, ſive ut Reus ſine licentia ſui Superioris : nam judicium, ut ſit legitimum, debet conſtare judice, actore, & Reo legitimis. *Cap. Forus, de verborum ſignificationibus* ; ex communi ſententia Doctorum : illud autem judicium caret actore legitimo. Ita Sanchez *citatus, numero duodecimo.* Lezana *verb. Accuſator, numero ſecundo*, & Pellizarius *num.* 32. Qui etiam advertunt poſſe Superiorem, ſi voluerit ratum habere illud judicium, in quo Religioſus actor fuit, ſeu accuſator, ſine licentia ipſius.

C. Forus.

Sanchez. Lezana. Pellizar.

Deducitur etiam, quod religioſi ſicut non poſſunt accuſare, ita nec poſſunt denuntiare, denuntiatione tendente ad punitionem perſonæ denuntiatæ, adeóque ſicut non poſſunt accuſare, niſi ſimul concurrant licentia Superioris, & utilitas Monaſterij. Ut notant Sanch. *citatus, n.* 27. Ex *cap. Monachi* 2. 16. *q.* 1. ita nec poſſunt modo dicto denuntiare, niſi illa duo ſimul concurrant. Ita Gloſſa *cap. Ex parte*, ſupra citato, *verb. Licet*, & DD. communiter Pellizar. *tom.* 1. *c.* 12. *n.* 34. 31.

Sanchez. C. Monach. Gloſſa. Pellizar.

Quæstio VIII.

Proponuntur aliqui caſus, in quibus Regulares ſine Superioris licentia poſſunt agere in judicio.

SUMMARIUM.

32 *Non requiritur licentia Prælati, quando Monachus ab eo diſtat.*

33 *Si agit contra Prælatos, vel ipſos accuſat, & num.* 34.

35 *In caſu hæreſis, ad accuſandum non eſt neceſſaria licentia Prælati.*

36 *Ad denuntiandum Confeſſorem ſollicitantem, talis licentia non eſt neceſſaria.*

37 *Idem eſt in crimine læſæ Majeſtatis.*

PRimò, quando Monachus eſt extra Monaſterium, videlicet, in ſtudio, aut alibi negotij cauſa cum licentia ſui Superioris, & quando Superior ita eſt abſens, ut commodè abſque periculo in mora non poſſit haberi ejus reſponſum; tunc poteſt agere in judicio ratione licentiæ præſumptæ in iſtis caſibus. Navar. *Comm.* 2. *de Regul. n.* 65. Azor. *lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 9. imò ratione licentiæ datæ poteſt agere in judicio: nam talis licentia ſic intelligitur data, ut convenienti modo ſe habeat, prout ad ipſum ſpectat. 32.

Navar. Azor.

Secundò : ſi Religioſus agere velit contra Prælatos, ut in Religione teneatur, vel ut ab ea expulſus admittatur, vel ne ei, quæ de jure ordinis debentur, denegentur; tunc poterit ſine licentia ipſius, litem agere, ſervatis tamen aliis ſervandis ; in hoc enim caſu ipſa Religio, & jus naturale dat talem licentiam. Sanch. *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 12. *num.* 16. Lezana *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 11. & etiam ab ipſo jure naturali habet licentiam quando à Prælato patitur Religioſus magnam violentiam, ut inde recurrat ad principem ; ut dicam cum de appellationibus fuerit ſermo. 33.

Sanchez. Lezana.

Tertiò : ſi velit accuſare ſuum Prælatum, ut facere poteſt, niſi aliqua rationabilis cauſa obſtet, verbi gratiâ, quod ſit excommunicatus, vel ejus inimicus declaratus, tunc ab ipſo jure habet licentiam. 34.

Quartò: in caſu hæreſis, vel ſuſpicionis hæreſis tenentur Religioſi accuſare, ſeu denuntiare omnes, & quaſcunque perſonas tam ſui Ordinis, quam alterius, etiam ſæculares, Dominis Inquiſitoribus, nulla expectata licentia, 35.

licentia, ſeu conſenſu ſuorum ſuperiorum.

Paul. V. Lezana. Vt conſtat Conſtitut. Pauli V. quæ incipit: *Romanus Pontifex:* quam refert Lezana *verb. Accuſare num.7.* & idem habetur ex quodam Decreto Dominorum Cardinalium univerſalis inquiſitionis, quod incipit: *univerſis, & ſingulis*: quod refert Peirinus *tom.2. Privileg. Minor. in Conſtitut.9. Pauli V.n.25.*

Peirin.

36. Quinto. Perſonæ ſollicitatæ à confeſſoribus tenentur eos denuntiare ſancto officio inquiſitionis, vel locorum Ordinariis juxta Conſtitut. Gregorij XV. & ad hoc non tenentur tales perſonæ religioſæ ſollicitatæ poſtulare licentiam a Prælatis, cum enim de hoc extet mandatum, nihil aliud eſt neceſſarium.

Greg. XV.

37. Fr. Ant. à Spiritu S. Sexto. Idem dicendum tenet M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto *tom.3. tract.4. diſp. 3. ſect.7.* Quando crimen eſt læſæ maieſtatis, conſpirationis in principem, rebellionis, falſificationis monetæ, ſubornationis ſuffragiorum in electionibus, & his ſimilia, à iure naturali quiſquis tenetur hæc denuntiare, inde videtur ab eo habere licentiam, & ratio eſt, quia unuſquiſque tenetur meliori modo, quo poſſit ſubvenire bono communi, ſed ſi alio modo non poteſt, niſi accuſando, ad hoc tenebitur ſub mortali, quod verum eſt etiam ſi delictum habeatur ſub ſecreto naturali, & iuramento, modo ſecretum non ſit confeſſionis.

Quæstio IX.

Qualiter, & quomodo Religioſus poſſit eligere procuratorem.

SUMMARIUM.

38 *Monachus non poteſt conſtituere procuratorem ſine licentia Prælati.*

39 *Quando Religioſus poteſt ſtare in judicio ſine licentia Prælati, poteſt, ſine illa facere procuratorem.*

38. EX dictis *quæſt.7.* bene ſequitur, quod Religioſus non poſſit licitè, & validè abſque ſuperioris licentia conſtituere procuratorem, qui eius nomine rem agat in judicio, nam ſicut ipſe per ſe non poteſt agere, ita nec per alium poteſt. Nam in *Clement. Religioſus de Procuratore*, talis procutationis coſtitutio prohibetur. Ponitur enim ibi clauſula: *non poteſt*: quæ actum reddit nullum, & invalidum, ſaltem quando res non interdicitur ob ſolam perſonæ honeſtatem, ſed ob ipſius vitium, ut in præſenti caſu, in quo propter incapacitatem monachi ad ſtandum in judicio ſine ſuperioris licentia, id interdicitur. Vt ex Sicca obſervat Sanchez *lib.6. in Decalog.c.12. n.10.* Lezana *verb. Accuſare n.6.*

Clem. Religioſus.

Sicca. Sanchez. Lezana.

39. Tamen quotieſcumque Religioſus poteſt ſtare in judicio abſque licentia Prælati, ut dixi *quæſt. ſup.* poteſt etiam ſine licentia Prælati eligere procuratorem, qui pro eo compareat in judicio, vel agendo, vel ſe defendendo, quæ enim poteſt per ſe ipſum præſtare, poteſt à fortiori per alium. Ita Caſtr. Palaus *tract.16. diſp.4. part.12. §.2. num.5.* Ex Gloſſa, Navarr. Sanch. & aliis, *Monens in hoc caſu formandum eſſe libellum nomine Religioſi, & in eius perſonam publicari debere ſententiam condemnatoriam, ſi Religioſus debet condemnari.*

Palaus. Gloſſa. Navarr. Sanch.

Quæstio X.

Qualiter, & quomodo accuſatio apud judices ſæculares in cauſa criminali ſit prohibita monachis?

SVMMARIVM.

40 *Monachi abſque irregularitate, poſſunt accuſare in judicio facta proteſtatione.*

41 *Hæc proteſtatio, quamvis fiat ficto animo, ſufficit.*

42 *Qui accuſat petendo vindictam, etiam cum proteſtatione, ſit irregularis.*

43 *Si accuſatio fit coram judice Eccleſiaſtico, non eſt neceſſaria proteſtatio.*

44 *Talis proteſtatio neceſſaria eſt laicis ad evitandam irregularitatem.*

45 *Forma, qua facienda ſit proteſtatio.*

CErtum eſt, apud omnes, quòd omnes Eccleſiaſtici prohibentur accuſare aliquem apud judices ſæculares in cauſa ſanguinis, patet ex *Cap Sententiam ſanguinis, tit. ne Clerici, vel Monachi.* Et tamen ne pravis hominibus larga eſſet facultas inferendi iniuriam Eccleſiaſticis ob periculum irregularitatis, ſtatutum eſt, *cap. Poſtulaſti de hominibus*, & *cap. Prælatis etiam, de homicidio in 6.* Quòd permiſſum ſit Clericis, & conſequenter Religioſis, non ſolùm ſine peccato, ſed etiam ſine aliqua irregularitate accuſare apud judices ſæculares ſuos malefactores in defenſionem ſui, ſuarumque rerum, etiam ſuper criminalibus, quibus pœna ſanguinis debetur, dummodo proteſtentur ſe non intendere dictam pœnam ſanguinis, etſi poſtea impoſita ſit à judice. Ita M. Cornejo *tract.5. de irregular. diſput. 11. dub.1.* Cotinch. *diſp.13. num.92.* Bonac. *diſp.7. de irregul. quæſt.3. punct.2. num.3.* Naldus *verb. Irregularitas, num.11.*

40.

C. Sentent.

C. Poſtulaſt. C. Prælatis.

Cornejo. Coninch. Bonac. Naldus.

41. An verò hæc proteſtatio debeat fieri ex animo vero, & ſincero, an ſufficiat animo ficto, & apparenti; dubitant Auctores, Multi affirmant requiri animum verum; ſed contraria ſententia ſimpliciter eſt tenenda, quòd ſufficiat animus fictus exteriùs apparens ad evitandam irregularitatem, nam *in cap. Prælatis.* allegato, ſolùm requiritur proteſtatio externa, & deſiderium illud internum, quandiu exterùs non oſtenditur, impertinens eſt ad contrahendam irregularitatem, nulla enim ratione influit in mortem Rei. Ita citatus M. Cornejo *dub.1. quæſt.6.* Suar. *de cenſur. diſp.47. ſect.2. num.3.* Filliucius *tract.19. cap.9. quæſt.9. num.248.* Turrian. Hurtadus, Præpoſitus, Henriquez, Coninchus, Avila; quos citat. ac ſequitur Diana *part.4. tract.2. Reſolut.75. §. Sed fallitur.*

C. Prelatis.

Cornejo. Suar. Filliucius. Turrianus Hurtad. Præpoſit. Henri. q Coninch. Avila. Diana.

Unde ſequitur, quòd ille, qui accuſat alium in cauſa criminali petendo externis verbis vindictam, fieri irregularem, ſecuta mutilatione, vel morte, etiam ſi proteſtetur ſe non

42.

inten

intendere pœnam mortis, vel ſanguinis. Ita Henriquez *cap.* 10. *nnm.* 4. Molin. *tom.* 1. *tract.* . *diſp.* 8. *num* 3. *& tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 74. Auila, Suarez, Filliucius, Reginaldus, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſput.* 7. *de irregul quæſt.* 3. *punct.* 2. *num* 2. Et ratio eſt, quia eo ipſo, quòd in cauſa criminali petit vindictam, vult Reum puniri pœna ſanguinis, quæ propter illius delictum à lege imponitur, & conſequenter cenſetur petere pœnam ſanguinis.

Henriq. Molin. Avila. Suar. Filliucius. Reginald. Bonacina.

43. Hæc autem proteſtatio non eſt neceſſaria, quando accuſatio fit coram iudice Eccleſiaſtico; ut ſi Religioſus accuſet aliquem apud ſuum Prælatum, vel apud alium indicem Eccleſiaſticum de crimine mortis pœna digno; & ratio eſt, quia textus dicti *cap. Prælatis* id exprimit dum dicit: *Penes ſæcularem iudicem*: Tum quia iudex Eccleſiaſticus, non poteſt inferre pœnam ſanguinis, & quamvis eum tradat brachio ſæculari, non cenſetur concurrere ad mortem, nec etiam accuſator apud eos. Ita Molina *tract.* 3. *diſp.* 8. *nnm.* 7. Sayrus *lib.* 8. *de cenſur. cap.* 18. *num.* 14. & alij communiter apud Bonacinam *de cenſur. diſput.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 1. *num.* 74.

C. Prælatis. Molina. Sayrus. Bonacina.

44. Advertunt tamen Filliucius *citatus*. Lezana *verb. Accuſare num.* 19. Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *ſect.* 4. *num.* 18. Quod talis proteſtatio non ſolum eſt vtilis, ſed etiam laïcis neceſſaria, ſi velint vitare irregularitatem incurrendam ex accuſatione facta in cauſa ſanguinis.

Filliucius. Lezana. Pellizar.

45. Si vero quæras: Quomodo facienda ſit talis proteſtatio ad evitandam irregularitatem; Dico, quod coram iudice ſeculari ita facienda: *Domine, peto mihi ſatisfactionem, aut reſtitutionem exhiberi à Titio, qui mihi damnum intulit: proteſtor tamen, me nulla ratione intendere pœnam ſanguinis, aut mutilationem, aut mortem.* Ita Bonacina *citatus num.* 9. Qui etiam addit, quod quamvis, non ſit neceſſe, ut talis proteſtatio fiat ſcriptis, cum id nullo iure oſtendatur, ea tamen debet eſſe expreſſa, ut colligitur *ex citato cap.* 2. *de homicid.* 1. *n.* 6.

Bonacina.

Quæstio XI.

An Regularis ſit immunis ab irregularitate accuſans coram ſæculari, cum proteſtatione ob ſuam, ſuorumque cauſam, etiam comprehenſo latrone?

SUMMARIUM.

46 *Non fit irregularis accuſans in cauſa criminali ob iniuriam illatam ſuis conſanguineis ſubditis, & num* 47.

48 *Eccleſiaſticus poteſt capere latronem, & cum proteſtatione tradere iudici ſæculari.*

49 *Theologus in periculo vitæ poteſt dare conſilium ad accuſandum.*

64. QVanquam graves Theologi teneant, quod non eviteatur irregularitas quando quis accuſat in cauſa criminali coram iudice ſæculari ob iniuriam ſuis illatam, tamen contraria ſententia eſt verior, & communior, facta proteſtatione, ante accuſationem. Ita Avila, Hurtadus, Coninchus, Villalobos, Præpoſitus & alij, quos citant, ac ſequuntur Diana 4. *part. tract.* 2. *Reſol.* 33. Layman *lib.* 3. *de Iuſt. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 7. *Aſſerti.* 3. *num.* 6. Caſtr. Palaus *de Cenſur. part.* 14. §. 2. *num.* 6. Bonacin. *citatus punct.* 2. *n.* 4.

Auila. Hurtad. Coninch. Villalob. Præpoſit. Diana Caſtr. Pal. Bonacina.

47. Dico ergo, quod accuſator excuſatur ab irregularitate, quando proteſtatione facta ob læſionem inflictam in propria perſona, aut propriis bonis, autob læſionem propriis perſonis, quæ ad ipſum attinent, ut ſunt eius propinqui, ut v. g. parentes, filij, fratres, ac conſanguinei, ac etiam ob læſionem factam eis, qui ſunt eius curæ commiſſi, ut ſunt eius ſubditi, ut conventus, ſi illius eſt Prælatus: & Probatur hæc reſolutio ex multis deciſionibus, quas adducit Riccius *collect* 618. *part.* 3. Quæ in hoc caſu militant, teſte Naldo *verb. irregularitas num.* 11. & Probatur, quia *cap. Prælatis de homicid. in* 6. conceditur ut quis conqueratur *de ſuis malefactoribus*; tui autem malefactores ſunt omnes iſti, qui tuis adverſantur: nam malum noſtrorum propinquorum; ac ſubditorum, moraliter noſtrum malum cenſetur, qui enim agit cauſam ſuorum propinquorum, agit cauſam ſui ſanguinis: nempe cognatorum intra quartum gradum exprimit Caſtr. Palatus, & qui agit cauſam ſubditorum, agit ea, quæ ſunt ſua, ratione officij, & maximè quia bona Eccleſiæ pro ſuis ab Eccleſiaſticis reputantur ut ait Bonacina *citatus n.* 5. poſt alios.

Riccius. Naldus. C. Prælatis. Caſtr. Pal. Bonacina.

48. Iuxta hanc doctrinam ſequitur, quòd regularis, ſive Eccleſiaſticus, poſſit capere, detinere, & tradere iudici ſæculari talem malefactorem; proteſtatione tamen præmiſſa; cui enim finis eſt permiſſus, etiam media neceſſaria permiſſa cenſentur; cum ergo illi permittitur accuſatio, etiam hæc, quæ ad ordinariam accuſationem ordinantur. Et confirmatur; nam *cap. Prælatis, de homicidio, in* 6. videtur concedere omnes actiones, quæ per ſe conjunctæ ſunt cum ipſa accuſatione, ne Eccleſiaſticus ſuam rem deperdat, Suar. *tom.* 5. *ad* 5. *diſp.* 47 *ſect.* 2. *num.* 19. & 20. cum Covarruvias, Tabiena, Franco, & aliis, & Lezana *verb. Accuſare, num.* 19. *ad medium*, cum aliis.

C. Prælatis. Suar. Covar. Tabiena. Francus. Lezana.

49. Imò etiam, poteſt Theologus ſacerdos dare conſilium alteri conſtituto in periculo vitæ, aut amiſſionis bonorum ſuorum, ut accuſet, ac denuntiet iudici laico perſonas ſibi infidiantes, ac ſpoliantes, præmittendo tamen proteſtationem. Ita Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *ſect.* 4. *num.* 180.

Pellizar.

Quæstio XII.

An dentur aliqui caſus, in quibus Religioſi abſque proteſtatione & irregularitate accuſent coram iudice ſæculari, licèt ipſe damnet ad mortem?

SVMMARIVM.

50 *Non fit irregularis, qui accuſat de levi, licèt iudex condemnet ad mortem.*

51 *Non eſt irregularis, qui accuſavit de levi, licèt poſtea fuerint teſtes ad mortem.*

52 *Qui accuſat propter obligationem, ex præcepto naturali, etiam ſine proteſtatione, non fit irregularis,& n.53.*

54 *Non eſt irregularis, qui accuſat de damno inferendo.*

50. PRimus eſt, quando crimen adeò eſt leve, ut non videatur dignũ morte, aut mutilatione, & tamen judex pro ſua malitia, aut ignorantia Reum condemnat ad mortem, tunc non accuſator, ſed judex cenſetur cauſa efficax mortis, & inde accuſator licet omiſerit proteſtationem non fit irregularis. M. Cornej. *tract. de irregular. diſp. 11. dub. 11.* Lezana *verb. Accuſare, num. 20.*

Cornejo. Lezana.

51. Secundus caſus eſt, quando quis accuſavit reum de levi crimine, tamen poſtquam reus detentus eſt in carcere, acceſſerunt accuſatores aliorum criminum propter quæ reus ad mortem damnatus eſt; & ratio eſt, quia mors non videtur imputanda propriè ipſi accuſatoti, etiam ſi proteſtationem omiſerit. Ita Sayrus *lib. 6. cap. 18, num. 6* Ugolin. *cap. 6. §. 4.* M. Cornejo *proximè citatus*, Covarr. Henriquez, Avila, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſp. 7. de irregularitate. quæſt. 3. punct. 2. num. 7. §. Secundus.* Quòd maximè procedit quando non prævidetur illud periculum; at verò ſi præviſum fuerit proteſtatio facienda eſt.

Sayrus. Vgolin.. Covarr. Covarr. Henriq. Avila. Bonacina.

52. Tertius caſus eſt, quod eximitur ab irregularitate Eccleſiaſticus, ſeu Religioſus, quando accuſat apud judicem quemcumque propter obligationem, quam habet ex charitate, vel juſtitia, verbi gratia, ſi accuſat volentem prodere Rempublicam, aut occidere innocentem; Canones enim non ſupponunt irregularitatem ob obligationem debitam ex præcepto naturali, vel divino charitatis, juſtitiæ, vel alterius virtutis, quòd maximè eſt verum, quando damnum imminens alio modo non poteſt impediri, ac proinde hic caſus non videtur comprehenſus, *cap. Prælatis, de homicidio, in 6.* Suarez *diſp. 47. ſect. 2. n. 15.*

C. Prælatis, Suar.

53 Sanchez. An verò adhuc in hoc caſu facienda ſit proteſtatio? Affirmat Sanchez *tom. 2. conſil. lib. 6. cap. 2. dub. 10.* Diſpoſitio juris ad hos caſus ſe extendit, ſed quod talis proteſtatio in hoc caſu non ſit neceſſaria, mihi videtur verius, quia nulla poteſt eſſe irregularitas in his adimplendis ad quæ tenetur homo ex præcepto divino, & naturali. Ita M. Cornejo *de irregularitate diſp. 11. dub. 1.* Layman *lib. 3. de juſt. tract. 3. part. 3. cap. 7. aſſert. 5. num. 6.* M. Lezana *verb. Accuſare. num. 21.* cum Molina, Avila, & aliis.

Cornejo. Layman. Molina. Avila.

54. Quartus caſus eſt; quando quis accuſat non de injuria illata extraneis, ſed inferenda, & præcavenda, quæ aliter caveri non poteſt niſi accuſando; ac denuntiando, ſi quidem non eſt æquum, ut perſona Eccleſiaſtica damnum patiatur, eo quòd præſtat quo ad id tenetur ex jure naturæ, quòd ſine dubio eſt magnum inconveniens ad quòd evitandum, dicendum eſt iſtum caſum non comprehendi, *cap. 2. de homicidio, in 6.* ita Bonacina *citatus, num. 7.* Pellizar. *tract. 7. cap. 5 ſect. 4. num. 184.*

C 2. de homicidio. Bonacina. Pellizar.

Quæstio XXIII.

Vtrum Religioſus omittens proteſtationem ex oblivione in cauſa criminis incurrat irregularitatem?

SUMMARIUM.

55 *Communis ſententia affirmativa.*

REſpondetur incurrere irregularitatẽ; ita Sayrus 6. *cap. 19. num. 5.* Bonac. *num. 8.* nam quamvis in eo caſu iſta irregularitas non ſit ex delicto, quæ neceſſariò ſupponere debet peccatum; eſt tamen ex defectu lenitatis, quæ contrahitur etiam ſine culpa contrahentis: Ut, verbi gratia, judex ſæcularis condemnans ad mortem. 55. Sayrus. Bonacina.

Quæstio XIV.

An Regulares incurrant irregularitatem accuſando, in cauſa criminis coram judice ſæculari, cum aliud detur medium ad evitandum damnum.

SUMMARIUM.

56 *In cauſa propria liberè poſſunt accuſare, non autem in aliena cauſa,& n.57.*

COmmunis eſt reſponſio cũ diſtinctione; vel Regularis accuſat in cauſa propria,& ſic, facta proteſtatione, poteſt liberè accuſare, ſive alia via poſſit res ſuas recuperare, aut ſuum damnum impedire, ſive non; in tali enim ſua cauſa, id non ſolùm licèt jure naturali defenſionis, ſed etiam ſpeciali jure poſitivo, *cap. 2. de homicidio, in 6.* Vbi Eccleſiaſticis datur facultas conquerendi de ſuis malefactoribus coram judice ſæculari, & talis facultas eſt libera, & non reſtricta, verbi gratia, dummodo aliud non detur medium, quòd nullo modo dicitur; & ideò tali via poteſt Eccleſiaſticus licitè uti 56. C. 2 de homicidio.

At verò ſi Regularis accuſat in cauſa aliena, & in ordine ad effugiendam irregularitatem, id non poſſunt facere, niſi quando aliter præveniti, ac præcaveri non poteſt damnum, aut periculum imminens, cum in tali caſu accuſatio ſolùm concedatur jure naturali defenſionis innocentis, quæ tamen non habet locum, ubi alia via averti poteſt malum imminens, Suarez *tom. 5. ad 3. part. diſputatione 47. ſectione 2. num. 16.* Filliucius *tom. 1. tract. 19. num. 149.* 57. Suar. Filliucius.

QUÆSTIO XV.

An ſi totus conventus conſtituat procuratorem ad accuſandum, ſecuta morte, ſint omnes irregulares?

SAMMARIVM.

58 *Qui fecerunt accuſationem ſine proteſtatione ſiunt irregulares, non verò alij.*

58. CUm diſtinctione reſpondendum eſt in hac re. Si accuſatio facta ſit abſq; debita proteſtatione, & ſinguli Religioſi talis monaſterij conſenſum præbuerunt in conſtituendo tali procuratore, ſeu ſyndico ad accuſandum coram judice ſæculari, & mors, ſeu mutilatio inde ſequatur accuſato, omnes manent irregulares; At verò ſi omnes non conſenſerunt, tunc quippe irregulares fiunt ij tantum, qui ſupradicto modo aſſenſum præſtiterunt, ſi quidem monaſterium, ut tale, cum non ſit perſona realis, ſed ficta, non eſt capax ordinis, & conſequenter neque irregularitatis niſi in ſuis membris. Ita cum Panorm. *cap. Dilectus, 2. n. 11.* Vgolino *de irregularitate, cap. 10.* Bonac. *diſp. 7. punct. 2. num. 13.*

Panorm. C. Dilectus. Vgolin. Bonacina.

QVÆSTIO XVI.

An totus conventus poſſit accuſari, ac criminaliter puniri?

SVMMARIVM.

59 *Si univerſitas collegij delinquit, caſtiganda.*
60 *Quomodo totum collegium caſtigandum.*

59. SI omnes delinquant, qui ſunt in conventu, præmiſſa publici conſilij convocatione ac deliberatione, tunc totus conventus ſecundum omnes ſuos Religioſos poteſt accuſari, ac puniri. Ita Abbas *cap. dilectus, & 2. num. 13. de Simon.* ex communi ſententia & alij quos citat, ac ſequitur Clarus *lib. 5. §. fin pract. quæſt. 16.* Monens, quod ſi omnes de collegio non ſunt delinquentes, matura deliberatione, tunc non punietur totum collegium; ſed tantum illi qui criminosè deliquerunt tanquam ſinguli, & particulares.

Abbas. Clarus.

60. Quomodo autem univerſitas, quæ deliquit, puniri poſſit; explicat ipſe Clarus, modo adimendo, abrogando eius privilegia, juraque illius impediendo quoad ſolutionem, modo ejus bona publicando, modo etiam imponendo multam pecuniariam. Ita etiam Pellizarius *tract. 9. cap. 4 ſectione 2. num. 83. §. Nota tamen.*

Pellizar.

QVÆSTIO XVII.

Religioſi non poſſunt accuſari à laicis vel à Religioſis alterius Ordinis;

SUMMARIUM.

61 *Non poſſunt conveniri niſi dum ſuam injuriam tueantur.*
62 *Iudex & accuſantes excommunicantur à Leone X.*

61. CONcluſio eſt communis, & vera, quod non poſſunt accuſari niſi in caſu, quod ſuam, vel ſuorum injuriam proſequantur; *cap De cætero, de teſtibus*; Ita Emmanuel Rodrig. *tom. 2. quæſt. 7. art. 7.* Alderete *lib. 1. de Religioſa diſciplin. cap. 4. num. 7.* M. Lezana *tom. 1. cap. 27. num. 25.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 41. n. 7.* Soto *de ſecreto, membr. 2. quæſt. 5. concl. 3.*

61. C. De cætero. Emman. Rodrig. Alderete. M. Lezana. Hier. Rodrig. Soto.

62. Imò tam accuſantes, quam judices talem accuſationem recipientes incurrunt excommunicationem latam à Leone X. in favorem Prædicatorum, contra omnes qui Religioſos ejuſdem ordinis adducunt coram judice extraneo, ipſo etiam judice talia admittente comprehenſo; vide Confetrium *in compendio Bullarum Leon. X. tit. 6. cap. 1.*

62. Leo X. Confetrius.

Et ratio eſt; quia accuſator, & accuſati debent eſſe ejuſdem fori, ad hoc, ut ſi accuſator deficiens non probet delictum ab eodem judicio puniatur, quòd minimè fieri poteſt, ſi accuſator non eſt ſubiectus judicij, coram quo facta eſt accuſatio.

QUÆSTIO XVIII.

An Prælatus teneatur aliquando non acceptare accuſationem, & acceptam abſolvere ac impedire accuſatorem, ne proſequatur?

SUMMARIUM.

63 *Prælatus aliquando poteſt imò & tenetur impedire accuſationes pro bono pacis.*
64 *Prælatus aliquando poteſt impedire accuſationes contra aliquem Religioſum.*

63. PRælati regulares, ut ſunt Generales, & Povinciales in ſua Provincia poſſunt, imò & ſæpè tenentur non acceptare accuſationem contra aliquos Religioſos, ſed alia via debent procedere ad remedium, ſi credant, quòd ex tali accuſatione naſcitura eſſent mala bono communi ordinis adverſantia, utpotè ſeditionis, perturbationes inter Religioſos, eorumque etiam mala fama; nam bonum commune præferendum eſt bono particulari; Deinde ſi lex obligat ad acceptandam accuſationem per epiiKiam, in his caſibus videtur non obligare; quia pax ut commune bonum maximè intenditur ab omni Prælato Ita ex Aragonio, Clavi Regia, Fegundez Card. Lugo *in juſtitia, diſput. 37. num. 74.* Vnde referunt citati

63. Aragonius. Clav Reg. Fagund. Lugo.

citati Auctores poſſe in Religione communi lege prohiberi, ne Prælati via accuſationis procedant in viſitationibus.

64. Ex quo etiam infertur poſſe Prælatos ex juſta cauſa accuſationem ipſis factam contra aliquem religioſum abſolvere, & etiam impedire accuſatorem, ne ultra procedat. Ita benè colligitur ex Sanch. *lib.6. conſil. cap. 4. dub. 1.* Sanchez. *num.6.* Rodrig. *tom. 2. quæſt. 7. art. 7.* & Cajet. Caietan. & Sotus citati à Sanchez, dummodo hoc fiat Sotus. ex juſta cauſa, & ſine ſcandalo, & hoc procedit, ſive injuria ſit publica, ſive privata, & damnum alia via poſſit reſtaurari, & probatur, quia ſi eſt ſupremus Princeps poteſt diſpenſare in lege, & ſtante juſta cauſa, utpotè communi pace conventus: & ſi eſt inferior, & non ſit facilis recurſus ad Principem ſupremum ex epiikia, poteſt inferior ita agere, quia pax, & quietudo maximè intereſt ad bonum commune, ac reformationem Religionis. Pellizar. Ita Pellizarius *tract. 9. cap. 4. num. 88.*

Quæstio XIX.

An accuſator poſſit deſiſtere ab accuſatione incœpta, ſi de Reo in particulari non conſtat?

SUMMARIUM.

65 Accuſator poteſt deſiſtere ab accuſatione incepta.

65. Dico, quòd inchoata accuſatione ſi de reo non conſtat, poteſt accuſator deſiſtere, vel ex charitate, vel ob petitionem alicuius, vel ad majorem pacem, & quietem habendam, quia ſi ad hoc non tenetur ex officio talis accuſatio fuit libera: ergo licitè poteſt deſiſtere ab illa; ſicut & Prælatus inchoatam accuſationem non proſequi; ut dixi ſuperiori quæſt. At verò ſi ad hoc tenebatur ex officio, tenetur obligationem ſui muneris adimplere, & accuſationem proſequi. Ita Card. Lugo Lugo. *de juſtitia, diſput. 56. num. 9.* Dixi niſi de reo conſtet quia ſi de illo in particulari conſtat, & maximè ſi de delicto eſt infamia nata, bonum commune poſtulat, ne Reus maneat impunitus, ut alij timore pœnæ à ſimilibus fugiant, & ideò accuſatio proſequenda.

Quæstio XX.

An ſubditus teneatur accuſare, vel denuntiare, quando certò ſcit Prælatum, nullum remedium adhibiturum?

SUMMARIUM.

66 Nemo tenetur accuſare ſi certò ſcit nullum remedium adhibendum eſſe à Prælato.

66. Reſpondeo, quòd quando ſubdito conſtat certò, & evidenter Prælatum nullum remedium adhibiturum, vel quia negligens, ſeu remiſſus eſt in puniendo, vel quia eſt amicus deliquentis; nullus obligatur ad accuſandum, ſeu denuntiandum delicta; quia nemo tenetur ad actum fruſtraneum, & ad opus inutile. Ita Caietanus, Sylveſter, Armilla, Tabiena, Durandus, Richardus, Paludanus, quos citat, ac ſequitur Sanchez *lib.6. Conſilior. cap. 2. dub. 8. num. 2.* Portel. *in dub. Regul. verb. Correctio fraterna, num. 19.* Lezana *verb. Iudex, num.7.* Advertunt tamen citati Auctores, quod ſi detur dubium de hoc effectu, præſumendum eſt pro Prælato, & illi eſt obediendum. Ita Portel. & M. Lezana.

Caietan. Sylveſt. Armila. Tabiena Durand. Richard. Paludan. Portel. Lezana.

Quæstio XXI.

Explicantur tria vitia, quæ contingere poſſunt in accuſatione?

SUMMAAIUM.

67 Calumnia, quando quis falsò, & dolosè accuſat.
68 Prævaricatores colorant crimina.
69 Tergiverſatores faciunt pactum de de non accuſando.

TRia vitia dari poſſunt in accuſatione; Primùm: calumnia. Secundùm; prævaricatio, Tertium, tergiverſatio: quæ breviter explico. Primum; calumnia quando quis aliquem ſcienter, ac ex propoſito accuſat falsò, ac dolosè, peccat mortaliter, & tenetur reſtitutione ad damnum; ut deciditur, *cap. 2. de calumniatoribus*, & *cap. Si quem pœnituerit, 2. quæſt. 3.* & expreſsè definitur, *cap. Accuſatio, 2. in fine, quæſt. 7.* 67. C. de calū C. ſi quem C. Accuſat.

Prævaricatores ſunt, qui colorant crimen verum ſceleratis hominibus, verbi gratia, vel exterius accuſando, & ſecretò iniquos in ſuis criminibus fovendo, vel qui ſubticent gravia crimina, & levia inculcant, hi graviter peccant, & in laqueum diaboli incidunt. 68.

Tergiverſatores ſunt, qui facientes pactum non proſequuntur accuſationem in grave damnum Reipublicæ, aut tertij; hi graviter delinquunt, maximè ſi fiat cum grandi præjudicio tertij, & cum pernicioſo mendacio, vel injuſta munerum acceptatione. Ita D. Thomas *2.2. quæſt. 68. art. 3.* Navar. Sotus, Bañez, Aragonius, quos citant, ac ſequuntur Salon *2.2. quæſt. 68. art. 4.* Rodrig. *tom. 2. quæſt. 7. art. 5.* Miranda *tom. 1. quæſt. 13.* Hieronymus Rodriguez *Reſol. 41. art. 5.* 69. D. Thom. Navar. Sotus Banes. Aragoni. Salon, Rodrig. Miranda. Hieron. Rodrig.

RESOLUTIO I.

Advocatus.

Quæestio Prima.

Religioſi, interveniente licentia Prælati, & utilitate conventus poſſunt eſſe advocati, ſeu procuratores pro ſæcularibus in judicio forenſi civili.

SVMMARIVM.

1 Religioſi cum licentia Prælati munus procuratoris poſſunt agere, & n. 2.

3 *Vtraque conditio simul requiritur.*
4 *In causis miserabilium personarum non requiritur utilitas conventus.*

1. RELIGIOSI non possunt exercere munus advocati, seu procuratoris in iudicio forensi pro sæcularibus, nisi simul concurrat licentia Prælati, & utilitas, saltem indirecta convenus, his conditionibus stantibus, tale munus ritè peragere possunt coram iudice sæculari in causa civili, coram autem iudice Ecclesiastico, etiam in causis criminalibus, ita habetur expressè, *cap.* G.Monach. *Monac. 16. quæst. 1.* ubi dicitur: *Nullus monachorum forensis negotij susceptor, vel executor existat, nisi quod monasterij exposcit utilitas, Abbate sibi nihilominus imperante.* Et quamvis textus loquatur de Monachis, ibi etiam comprehendit cæteros Religiosos, non tamen novitios, ut ex multis, & cum multis probat Sanch. Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 13. num. 1. & 2.* & alij communiter.

2. Si vero adversarius obijciat contra Religiosum procurantē in causa sæculari de licentia prælati, eum non esse admittendum, cum id non vertatur in conventus utilitatem, talis objectio non est audienda, cum eius non sit inquirere monasterij utilitatem, & hæc sæpe expediat, ut occulta sit, ita ut adversarium lateat.

3. Et cum prædictus textus indistincte loquatur, & utramque conditionem simul requirat, inde fit quòd una sine altera non sufficit, dispositio Textus firmiter hoc prohibet, & vetat, Pellizar. 4. ideò utraque conditio est necessaria. Ita Novar. Pellizar. *tom. 1. tract. 6. cap. 12. num. 12.*

Advertit etiam Novarius *in Lucerna Regular. verb. Procurator, num. 4* Quòd in causis miserabilium personarum, pro illis, scilicet, defendendis, ac patrocinandis bene possunt Religiosi de licentia sui Prælati, etiamsi inde non habeatur aliqua conventus utilitas, procuratoris munus exercere, hoc enim maximè pertinet ad statum Ecclesiasticum tales personas præsidio destitutas tueri.

QUÆSTIO II.

An officium procuratoris susceptum à Religioso sine licentia Prælati sit irritum, & quam necessaria sit hæc licentia pro omni causa?

SVMMARIVM

5 *Officium procuratoris sine licentia Prælati est invalidum, & n. 6.*
7 *Nec unam causam potest Religiosus patrocinari sine licentia prælati.*
8 *Si constitutiones non obstant, sufficit licentia Prælati immediati.*

5. AD primum; an officium procuratoris, seu advocati à Religioso susceptum absque Prælati licentia sit validum, illiusque gesta teneant; Affirmat Castro Palaus Castr. Pal. *tract. 16. disp. 4. punct. 2. §. 4. num. 5.* Tamen distinctione utendum est, si Prælatus scit, & videt Religiosum tale officium exercere, videtur dare suum assensum, & valida sunt gesta, si Prælatus ignorat, sine ejus licentia acta sunt nulla, Ita Pellizar. *tract. 6. cap. 12 num. 17.* Quia religiosus non habet personam legitimam standi in iudicio pro se, nec pro alio, absque superioris licentia, quippe æquiparatur servo, cum quo processus est nullus. Et confirmatur quia *Clement. Religiosus, de Procuratoribus*, utitur verbo: *Non potest*: Quòd reddit personam inhabilem, ut probat Sanchez *lib. 6. de Matrim. disp. 38. num. 20.* Pellizar. Clement. Relig. Sanch.

Inde benè sequitur, quòd pars opposita, cuius interest, vel iudex ex officio poterunt requirere à Religioso testimoniū licētiæ, & si non habeat, poterit repelli, ut optimè probat Bellamerus *cap. 2. n. 2. quæst. 1. de postulando.* 6. Bellamer. 7.

An autem hæc licentia Prælati, ita sit strictè necessaria, ut neque in una causa liceat regularibus patrocinari in iudicio absque illa? Palaus. Respondet affirmativè Castro Palaus *citatus*, G. Menoch. *§. 3. num. 6.* quamvis aliqui aliud in contrarium Clemen. de Procurat. dicant; nam *cap. Monach*, & citata *Clement. de Procuratoribus*, cuiuslibet causæ patrocinium prohibetur; unde Religiosi contra venientes peccant mortaliter, cum prohibitio de re gravi habeatur. Ita Sanchez *in Deccalog. cap. 13. num. 10.* Pellizar. *citatus, num. 13.* Fr. Anton. ab Spir. sanct. *in director. tom. 2. tract. 3. disp. 6. num. 1452.* Sanch. Pellizar. Fr. Antou ab Spir. sanct. 8.

Licentia autem sufficit, quòd sit Prælati immediati, ut Prioris, in Societate Iesu hæc licentia solùm potest esse à Generali, iuxta suas Constitut. Franciscani autem, nec de licentia suorum superiorum, possunt esse procuratores, ut ex multis probat Sanchez *citatus. n. 11.* Sanchez.

QUÆSTIO III.

An Religiosus de alterius mandato saltem possit constituere procuratorem, aut substituere sine sui proprij Prælati licentia?

SUMMARIUM.

9 *Sine licentia Prælati non potest*
10 *De alterius mandato cum licentia Prælati sine utilitate conventus poterit constituere.*
11 *Vt nuntius poterit de alterius mandato nominare.*

RESpondeo non posse, hoc enim ei prohibetur *in Clement. Religiosus, de Procuratoribus.* Et meritò sanè; nam licèt à primo constituente derivetur potestas substituti, non tamen potest ad alium transire, nisi mediante Religioso, qui sine licentia sui superioris talia facere non potest; ut optimè probat Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 15. num. 12.* ex quo infert ipse Sanch. *n. 15.* Quòd talis substitutio non solùm est illicita, sed etiam invalida; nam ad actum forensem nil valet Religiosus sine licentia Prælati. 9. Clem. Relig. Sanch.

Poteritne de alterius mandato cum licentia Prælati constituere procuratorem, etiam si 10.

non

non detur utilitas conventus : Affirmativè reſpondet Pellizar. *tract.6.cap.15. num.12.* nam ad hoc nec *Clementina Religioſus Procuratorib.* nec alij textus requirunt conventus utilitatem ſolùm enim hoc poſtulant, quando ipſemet Religioſus dicitur procurator.

Pellizar. ClemRel.

11. At verò ſi Religioſus non fuerit conſtitutus procurator, ſed ſimplex nuntius, poterit alterius nomine dicere, ac nominare procuratorem etiam ſine licentia Prælati ; nam hoc non eſt ſubſtituere procuratorem, ſed nomine alterius illum dicere, ac nominare. Ita Caſtro Palaus *tract.16. diſp.4. punct. 12.§.3. num.7.*

QUÆSTIO IV.

Vtrum ſi poſt litem conteſtatam, Procurator alicuius ingrediatur religionem, poſſit tunc illam cauſam proſequi?

SUMMARIUM.

12 *Non poteſt tale munus proſequi?*

12. REſpondeo non poſſe, tam tempore noviciatus, quàm poſt emiſſam profeſſionem, proindeque revocandum eſſe, ut conſtat tum ex *L. Aut Religionis iuxta legem præcedent. ff. de Procuratorib.* Tum etiam, quia procurator, interveniente iuſta cauſa, poteſt revocari: hic autem intervenit iuſta cauſa ratione ſtatus religioſi, ut patet. Ita Sanchez *in Decalog.lib.6. cap.15. num. 26.* ex Iacobino de S. Georgio, & aliis.

L. Aut.

QUÆSTIO V.

Prælatus regularis, tenetur religioſo Reo dare advocatum, & an hic poſſit eſſe ſæcularis?

SVMMARIVM.

13 *Advocatus dandus de iure naturali.*
14 *In cauſa graviſſima, & rara poteſt dari advocatus ſæcularis.*
15 *In Religione non ſervantur apices iuris.*

13. CEnveniunt omnes, Prælatum regularem teneri de iure naturali dari Religioſo reo advocatum ſufficientem, qui illum defendat, patrocinetur, ac conſilium præbeat: Advocati patrocinium pertinet ad ius naturale. Ita Alderete *lib. 1. Diſciplinæ Religioſæ, c.2.n.3.* & patet ex *cap. Ex litteris de officio iudicis* & Gloſſa *ibidem verb. implorando.*

Alderete. C.Ex litter Gloſſa.

14. Ex quo ſequitur, quod ſi in Religione nullus eſſet omnino ſufficiens religioſus, qui in re graviſſima reum defendat, tenetur Prælatus illi dare advocatum ſæcularem valdè idoneum, quia ſi ex iure naturæ requiritur advocatus, requiritur advocatus ad tale negotium ſufficiens. Dixi (in re graviſſima) quia in cauſis levibus, & ordinariis, id non concederem, pro hac ſententia ſtat Paulinus Bertus vir doctiſſimus Ordinis S. Auguſt. *in praxi criminali, fol.* 272. ubi ait : In ſua Religione numquam fuiſſe datum advocatum ſæcularem alicui religioſo, niſi ſemel tantùm in una cauſa, in qua agebatur de condemnatione cum periculo vitæ ; & in tali cauſa, advocatum ſæcularem recluſum fuiſſe cum reo in una domo ſecreta, ne ordinis fama, & ſecretum periclitaretur. Idem tenet Rodrig. *tom.2.quæſtionum, quæſt.19.art.4.* Affirmans non eſſe conſuetudinem in religionibus dari advocatum ſæcularem, maximè cum hodie in Religione ſint multi viri ; & maximè in praxi criminali ſufficienter verſati.

Paulin. Bert. Rodrig.

15. Pro hac facit etiam, quòd tradit idem Rodriguez *eodem tom.2. quæſt.3. §. Pro cuius, & §ſequenti.* Vbi dicit, ideò in Religionibus non ſervari apices iuris, ne Religioſi teneantur conſulere legiſperitos ſæculares, cum Rodrig. cohæret Miranda in ordine iudiciali, *quæſt. 14. art.7. concluſ. 4.* non enim decet ſecreta religionis ſciri ab advocatis ſæcularibus. Et confirmatur ; quia in cauſis, in quibus proceditur de plano ſine iuris apicibus, videtur quod non ſit obligatio dari advocatum, ut colligitur ex *Clementina, ſæpè contingit, de Verborum ſignificatione* Vbi dicitur, quòd quando cauſa committitur cum clauſula : *Vt procedatur de plano* : ait Pontifex ; & abſint *Partium, Advocatorum, & Procuratorum contentiones* : At Prælati Religionum, habent privilegium, ut in cauſis Religionum procedatur, de plano, non ſervatis iuris apicibus, ut infrà dicam.

15. Rodrig. Miranda. Clem ſæpe.

RESOLUTIO VII.

Alienatio.

QUÆSTIO PRIMA

Quid ſit alienatio?

SUMMARIUM.

1 *Propriè & ſtrictè, quid ſit alienatio.*
2 *Quid ſit dominium directum, & utile.*

ALIENATIO propriè, & ſtrictè, eſt omnis actus, per quem dominium transfertur, ſi latè autem ſumatur in materia favorabili, etiam comprehendit conductionem ad longum tempus, ſeu perpetuam donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuſim perpetuam, & etiam contractum ſub conditione factum ; patet ex *cap. Nulli liceat, de rebus Eccleſiæ non alienandis,* Hoſtienſi, Archidiacono, & Sylveſtro, *verb. Alien. & emphyteuſis, quæſt.6.* Leſſio *lib.2. de iuſt. cap. 24. dub. 11.* Covar. 2. *variar. cap.16. & 17.* Baſſeo *verb. Alienatio, num.1.* Villalobos 2.*part. ſummæ. tract.25. difficult.17.*

1. C.Nulli. Hoſtienſ. Leſſius. Covar. Baſſeus. Villalob.

Cum ergo alienatio importet actum, per quem dominium transfertur, ut diximus, duplex dominium conſideratur : *Directum & utile* : & ut explicat Leſſius *lib.2. cap.3. dub.1. num. 4.* Dominium directum continet ſolam rei proprietatem, unde continens hoc dominium

2. Leſſius.

nium, dicitur proprietarius; eius vero, ut notat Molina. Molina *de contractibus, tract. 2. disp. 464.* actus sunt venditio, donatio, & permutatio. *Dominium autem utile*, solam continet rei utilitatem, & commoditatem; eius actus, ut refert Quaranta. Quaranta *in summa Bullarij, v. Alienatio, n. 16.* sunt sex, videlicet, superficiarius, locatio, emphyteusis, libarius, feudus; & precaria; his etiam iuxta Molinam *citatum*, adde actus, quibus res alteri traditur, & nō pertinet neque ad dominium directum, neque utile; manet tamen periculo alienationis obnoxia, ut pignus & hypotheca; de his omnibus latè Iuristæ; de his autem, quæ solum ad regulares pertinent, agimus.

QUÆSTIO II.

De *multiplici prohibitione, quæ datur de rebus Ecclesiæ non alienandis maximè de Extravagante:* Ambitiosæ.

SVMMARIVM.

3 *Multiplici iure prohibita rerum Ecclesiasticarum alienatio.*
4 *Extravagans*: Ambitiosæ,
5 *Sententia affirmat, quod multis in locis non sit in usu.*
6 *Alia sententia affirmat esse receptam quoad nullitatem, non quoad pœnas.*
7 *Vera sententia asserit, receptam quoad omnia*
8 *Receptain Hispania & Lusitania.*
9 *Probatur vera sententia.*

3. VAldè solemnis omni communi iure positivo rerum Ecclesiasticarum alienatio est prohibita, iure civili *l. Iubemus*, & *Authent. Hoc ius porrectum, de Sacrosanct. Eccles.* & hoc determinatum, ac præceptum in multis decretis, ac decretalibus, & etiam in Conc. Trid. *sess. 25. cap. 11. de reform.* & de hac re multæ sunt constitutiones Apostolicæ talem alienationem prohibentes, præsertim à Paulo II. Paulo IV. Pio IV. *in Bulla, quæ incipit: Prov'dæ.* Et hoc etiam rigidè prohibent constitutiones speciales sacrarum Religionum; & in hac re valdè celebris est Extravagans Pauli II. *Ambitiosæ. de rebus Ecclesiæ non alienandis*: Est in corpore iuris, & sic habet.

I. Iubemus. Authent. Trident. Paul. II. Paul. IV. Pius IV. Extravag.

4. *Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omnéque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc cum evidenti Ecclesiarum utilitate, ac de fructibus & bonis, quæ servando servari non possunt pro instanti temporis exigentia, hæc perpetuo valitura constitutione fieri prohibemus.* Quod præcipit observari sub pœna excommunicationis. Prælatum verò alienantem, si pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ab ingressu Ecclesiæ interdicit; alios verò Prælatos inferiores suis officiis & dignitatibus, ipso facto, absque ulla declaratione, privatos esse denuntiat, quæ omnia per sequentes quæstiones altius sunt examinanda, & de his pœnis quæstione ultima.

An verò hæc Extravagans sit hodie usu recepta, & in praxi; maximè dubitatur. Sylvest. *v. Alienatio n. 15.* ait, non esse moribus utentium receptam. Bonac. *de Alienatione, disp. 2. q. unica. punct. 5. §. 1. n. 4.* testatur esse pauciss imis in locis usu receptam, non solùm quoad privationes officiorum, sed etiam quoad censuras, cui sententiæ videntur adhærere. Delben. *tom. 2. c. 17. dub. 4. sect. 2. n. 15.* & Ventigr. *de Alienat. art. 1. §. 4. n. 19.*

5. Sylvest. Bonacina. Delben. Ventigr.

Alij è contra dicunt, quod Extravagans recepta sit, & in usu, ac praxi quoad nullitatem contractus, nō verò quoad pœnas excommunicationis, ac alias. Ita Sarmentus, Toletus, Caietan. Salzedo, Quaranta, *Zenedo*, Gamma; quos citāt & sequuntur Sayr. Clavis Reg. *lib. 3. c. 4 n. 15.* Azor. *p. 2. lib. 9. c. 2. vers. Quod attinet.* Molina *de iustitia, tract. 2. disp. 466. n. 10.*

6. Sarment. Toletus. Caietan. Salzed. Quarantà. Zenēdo. Gamma. Sayrus. Clav. Reg.

Tamen simpliciter esse usu, ac praxi recepta, tenent Balbinus, Riccius, Henriquez, Redoan. Fachin. Mastrill. Camillus, Filliucius, Castro Palaus, Marcus Anton. Genoven. Gutier. quos citat ac sequitur Barbosa *de potestate Episcopi, 3. p. alleg. 95. n. 49.* & *in Collectan. ad dictam Extravagant.* Tamburin. *de iure Abbatum, disp. 13. quæsito 12. n. 13.* M. Lezana *in Consiliis, consil. 25. n. 35. & seqq.*

7. Azor. Molina. Balbin. Riccius. Henriq. Redoan. Fachin. Camillus. Filliuc.

Et quod sit communi usu recepta in tota Hispania, & Portugallia testatur Avendan. Salzedus, Dias Gutier. Molina, quos citat, ac sequitur Phœbus *decis.* 82. & quod in nostra Lusitania habeatur in communi usu affirmant Barbosa apud Tamburin. *citatum*, Gamma, Caldas, ut refert, ac sequitur Phœbus *suprà*, Rebellus *de iustitia, 2. lib. 10. q. 5 n. 9.* Molina & alij, ut testatur Fragosus *2. part. lib. 11. disp. 24. §. 5. num. 6.*

8. Castr. Pal. Marc. Ant. Gen. Guttier. Barbosa. Tambur. Lezana. Avendan. Salzed. Dias Gut. Molina.

Probatque hanc sententiam Filliuc. *tract. 44. l. 1. n 8.* cum Vasq. Quaranta, tum quia ex eo quod est inserta in corpore iuris, indéque præsumitur usu recepta, nisi contrarium probetur: tum quia quotidie ea citatur in foro iudiciali, & Romana Curia pro eius observantia pugnat: tum quia praxis Datariæ ita se habet, & juxta illam se regit in expediendis Brevibus: tum quia in Sacra Pœnitentiaria quotidie emanant absolutiones à censuris, dispensationes, & habilitationes quoad cōtravenientes, quod est signum Papam eam velle observari, absolutè loquendo. Ita Filliucius addens tamen *num. 9.* huiusmodi constitutionem in aliquibus partibus non esse usu receptam quoad pœnas, & censuras, maximè veró quoad nullitatem.

9. Phœbus. Barbosa. Tambur. Gamma. Caldas. Rebellus. Molina. Fragos. Filliucius. Vasquez. Quaranta.

QUÆSTIO III.

Proponitur aliud decretum Vrb. VIII. prohibentis alienationem rerum Ecclesiasticarum?

SUMMARIUM.

10 *Decretum Vrbani VIII. revocans omnia privilegia.*

10 *Excommunicatio contenta in dicto decreto, non eſt reſervata.*

11 *Recepta ubi ſufficienter authentica & recepta.*

In Luſitania non eſt recepta ibid.

10. Die 7. Septembr. anno 1624. manavit aliud decretum Sacræ Congregationis iuſſu Vrbani VIII. ſub excommunicatione latæ ſententiæ, ac privatione omnium officiorum, & inhabilitatis in perpetuo ad illa; ſi fiat alienatio abſque licentia Sacræ Congregationis, niſi tantum in caſibus expreſſis in iure; & confirmat Extravagantem, *Ambitioſæ*, & adhuc revocat omnia privilegia, ac indulta regularibus conceſſa; eam referunt Bonacina *de Alienatione, q. unic. punct. 1. n. 8.* Lezana *tom. 1 c. 10. n. 2.* Pellizar. *tract. 6. c. 8. n. 3.* & Tambur. *tom. 3. diſp. 13. q. 6. n. 2.* Excommunicatio ibi poſita non eſt reſervata, ut notant Gavantus *in manuali, n. 28.* & Lezana *eodem verb. Alienatio. n. 20.*

Bonacina. Pellizar. Lezana. Tambur. Cavant.

11. An verò hæc conſtitutio Vrbani ſit ubique recepta in uſu, ac praxi maximè dubitatur, ac proinde vi virtute illius, an etiam ſint revocata conceſſa privilegia Regularibus ad alienandum. Reſpondeo, quod ubi hoc decretum fuit ſufficienter authenticum, promulgatum, ac receptum, ibi obligat; ſecus vero, ubi non eſt ſufficienter authenticum, promulgatum, ac receptum; ad aliud ſimile decretum Vrbani VIII. ita reſpondet Quintanus multa adducens argumenta, & multos Auctores, ut refert Diana *9. p. tract. 6. Reſol. 5.* Vrbani *tract. 2. diſp. 1. c. 1. Regul. 7.* Fr. Martin. à S. Ioſeph *fol. 530.* Vidal. *tit. de caſib. reſervat. inquiſ. 1. n. 121.* Tambur. *in methodo Confeſſ. lib. 3. c. 7. §. 4. n. 17.* M. Ft. Anton. ab Spiritu Sancto *tom. 1. tract. 2. diſp. 1. ſect. 4. n. 160.* Vbi teſtatur hoc decretum non fuiſſe legitimè promulgatum, ac receptum in hoc noſtro regno Luſitaniæ: nam contrarium paſſim vidimus practicari, & multas alienationes fieri à Regularibus, non ſervato ipſo decreto.

Quintan. Diana. Vrban. Fr. Mart. à S. Ioſeph. Tambur. Vidal. Fr. Ant. ab Spir. Sancto

---

QUÆSTIO. IV.

Explicantur quinque caſus excepti à iure, in quibus licitæ ſunt rerum Eccleſiaſticarum alienationes.

SUMMARIUM.

12 *Excipiuntur neceſſitas, pietas, incommoditas, utilitas, inutilitas.*

13 *Prima cauſa neceſſitas ad debitum, vel ad ſuſtentationem.*

14 *Secunda pietas ad captivos redimendos*

15 *Tertia incommoditas, ut v. g. maior fiat expenſa, quam redditus.*

16 *Quarta evidens utilitas.*

17 *Quinta inutilitas, quia eſt infructifera.*

12. Paul. II. Vrban. VIII. TAm in Extravaganti Pauli II. *Ambitioſæ*, quam decreto Vrbani VIII. in quibus prohibentur alienationes rerum Eccleſiaſticarum ſubditur: *Præterquam in caſibus iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis.* Excipiuntur à talibus conſtiturionibus, ac diſpoſitionibus caſus expreſſi in iure. Quinam ſint hi caſus inquirendum eſt, & quinque communiter aſſignantur à Doctoribus: neceſſitas, pietas, incommoditas, maior evidens utilitas, & inutilitas rei.

Primus caſus eſt *neceſſitas Eccleſiæ*, ut ſi debitum urgeat ab ipſa Eccleſia contractum, vel ſi nullo alio modo poſſibili poteſt ſubvenire præſenti neceſſitati: *Authentica, Sancimus, C. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Marcus Antonius Genuenſis *practica Eccleſiaſt. q. 459. num. 2.* Caſtro Palaus *tom. 2. tract. 12. quæſt. unica, punct. 15. §. 2. n. 2.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi part. 3. allegat. 95. num. 23.* Et tanta poteſt eſſe neceſſitas, ut liceat ſine ſolemnitate rem aliquam alienare. Ita Rebuffus, Quaranta, quos citant, ac ſequuntur Dicaſtillius *de iuſtitia, lib. 2. tract. 15. diſp. 1. dub. 6. n. 186.* M. Fr. Anton. ab Spir. Sanct. *Director. tom. 2. tract. 3. diſp. 6. n. 1208.* 13.

Auth. Sanc. Marc. Ant. Caſtr. Pal. Barboſa. Rebuff. Quaranta. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

Secundus: *Pietatis cauſa*: verbi gratia, pro Redemptione Captivorum, vel pro alimonia pauperum, ad exemplum Sanctorum Patrum, ne fame, & frigore pereant. ita Gloſſa *c. 1. 12. quæſt. 1.* Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, part. 1. cap. 15. num. 9.* & *inſtituta de rerum diviſione, §. Sacræ, l. Sancimus, C. de Sacroſanctis Eccleſiis, c. Aurum Eccleſia, 12. q. 1.* 14.

Gloſſa. Franciſ. Leo Inſtituta. L. Sancimus

Tertius: *Incommoditatis cauſa*, ut quando res eſt Eccleſiæ incommoda, veluti ſi res aliqua potius afferret Eccleſiæ incommoditatem, quam utilitatem, ut quia nullus, ſeu modicus ex ea percipiatur fructus, vel quando expenderetur pluſquam redditus, tunc poteſt alienari *in d. c. ſine exceptione*, & *l. ſed an ultro, §. 1. ff. de negot. geſtis.* Marcell. Vulpe, quem citat, & ſequitur Barboſa *allegatus n. 24.* 15.

C. Sine excep. L. Sed an. Vulpe. Barboſa.

Quartus: *Maior, & evidens utilitas Eccleſiæ, cap. Vt ſuper 8. de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Vivir. *tom. 1. comm. opinionum, tit. 1. n. 36. verſ. 9. pag. 150.* & ita poteſt vendi unus ager, ut ematur melior. Riccius, Quaranta, & alij quos refert & citat Dicaſtillus *ſuprà, num. 188.* Barboſa *citatus, num. 45.* & inde probat cum Antonio, Gabriele, Maſcard. Rebuff. & Rodrigues, quod contractus ſi ſint utiles Eccleſiæ, quod ſunt validi, etiamſi fiant ſine ſolemnitate; & hoc non debet eſſe quælibet utilitas, ſed evidens cum multa ſecuritate, ac firmitate. 16.

C. Vt ſuper Vivir. Riccius. Quaranta. Dicaſtill. Barboſa. Ant. Gabr. Maſcard. Rebuff. Rodrig.

Quintus caſus, cum res eſt inutilis, tunc Prælatus illam alienare poteſt, *cap. Sine exceptione, 11. q. 2. cap. Non liceat, 12. q. 2. cap. Terrulas, Clement. 1. de rebus Eccleſiæ non alienandis l. Iubemus, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Unde ſi in refectione domus, maiores futuræ ſint expenſæ Eccleſiæ, quam utilitas, poteſt alieneri. *Authent. ſi quas, C. illo tit.* Ex quo patet, quod emphyteuſis perpetua bonorum Eccleſiæ fieri poteſt de rebus incultis parum utilibus Eccleſiæ, ut tenent Rebuffus, Capyc, Penedo, Quaranta, Camillus, quos citant, ac ſequuntur Gamma *deciſ. 105. num. 1.* Caldas Pereira *de nominat. emphyt. quæſt. 23. num. 55. 56.* 17.

C. ſine. C. Non liceat. C. Terrulas L. Iubemus Auth. ſi quas. Rebuff. Capyc. Penedo. Quaranta. Camillus. Gamma. Pereira.

QVÆ

QVÆSTIO V.

An in his prædictis casibus, ut fiat alienatio consulenda sit Sacra Congregatio?

SUMMARIUM.

18 *Status quæstionis.*
19 *Adhuc in illis casibus necessaria est facultas Sacræ Congregationis.*

18. Extravag. Vrb. VIII. IN Extravaganti *Ambitiosæ*: prohibetur quod non fiat alienatio, nisi *Consulto Romano Pontifice:* & Decretum Vrbani VIII. ait, quod non fiat, nisi *habita licentia à S. Congregatione;* & tamen in talibus Decretis excipiuntur casus à iure permissi, qui sunt illi quinque superiori quæstione annumerati; ideo in præsenti inquiritur; eam ad illos necessaria sit facultas S. Congregationis?

19. Lezana. Pellizar. Barbosa. Respondeo affirmativè. Ita M. Lezana *tom.* 1. *c.*10. *n.*4. Pellizar. *tract.*6. *c.*8. *n.*123. Barbosa cum multis *de potestate Episcopi, part.* 3. *allegat.*95. *num.* 2. quia Sacra Congregatio reservat sibi jus iudicandi, an in tali casu cum talibus circunstantiis detur vera causa, vera necessitas, utilitas: vel inutilitas ad alienandum; & quamvis hi casus sint permissi à iure, tamen non potest fieri alienatio, nisi interveniente causa, quæ iudicanda est à Sacra Congregatione, quæ sibi hoc judicium reservavit, & merito sanè, quia experientia compertum est, quod sæpè necessitas, utilitas, vel inutilitas ad alienandum fabricatur, ac cõponitur ob varios respectus, & ideo sanctissimè S. Congregatio judicium de tali utilitate, vel inutilitate sibi reservavit, ita observatur communi praxi in Curia Romana.

QUÆSTIO VI.

Quæ solemnitates requirantur ex iure ad alienandam rem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

20 *Quinque requiruntur.*
21 *Prima: licẽtia Prælati juxta suas constitutiones.*
22 *Secunda: tractatus Capituli, seu communitatis.*
23 *Tertia: Consensus Capituli, & n.*24.
25 *Quarta conditio: subscriptio, & sufficit per manum notarij.*
26 *Si minor pars cognoscit evidenter damnum esse, non tenetur subscribere.*
27 *Quinta conditio: licentia Congregationis, & num.*28.
29 *Si contractus sit in favorem Ecclesiæ est validus, etsi ei desit aliqua solemnitas.*

20. SEcundum jus antiquum, quatuor requirũtur conditiones ad alienandam rem Ecclesiasticam, scilicet, auctoritas Prælati, tractatus habitus cum Capitulo, illius consensus, singulorum subscriptio, saltem per Notarium; nunc verò ex decreto Vrbani VIII. addenda est quinta conditio, scilicet, licentia S. Congreg. Vrb. VIII

Prima conditio est *Auctoritas Prælati*, id est, illius licentia, Abbatis in Monachis, Provincialis in Mendicantibus, Generalis in Societate. Ita Molina *tract.*2. *disp.*468. *n.*12. Azor. *p.*2. *l.*9. *c.*1. *q.*4. Filliuc. *tract.* 44. *cap.*5. *num.* 11. & 12. Addit tamen Bordon. *tom.*1. *Resolut.*27. *num.* 28. de iure communi ad alienanda bona Monasterij, quod sufficit facultas Prælati localis, scilicet, Priotis; tamen in hac re consulendæ sunt propriæ Constitutiones uniuscuiusque Religionis, nostræ verò Carmelitanæ Constitutiones *p.*1. *c.*2. *n.*9. requirunt ad alienandum, licentiam Generalis, vel Capituli Provincialis. 21. Molina. Azor. Filliuc. Bordon. Const. Car.

22. Secunda conditio: *Vt fiat tractatus:* nempe, ut convocatis Religiosis Monasterij proponuntur, & examinentur causæ alienationis, an conveniant; ut habetur ex *Clement. de rebus Ecclesiæ non alienandis*; tamen ex privilegio Pij V. concesso anno 1566. & Gregorij XIII, anno 1575. sufficit consensus ipsius Generalis, ut advertunt Molina *proximè citatus*, & Filliucius *vbi suprà*, *num.*9. & alij apud eos. Castro Palaus *tract.*9. *disp. vnica*, *de rebus Ecclesiast. non alienandis*, *part.*15. §. 2. *num.*9. ubi advertit, quod ius requirit tractatum, in singulari, ac proinde vnius tractatus sufficit, nempe, à Generali. Clem. de rebus. Pius V. Greg. XIII. Molina. Filliuc. Castr. Pal.

23. Tertia conditio: *Vt detur consensus*, discusso tractatu, & examinata re, requiritur Capituli consensus, & debet esse expressus, *c.*1. *de his, quæ fiunt à Prælato*; & hic consensus sufficit, quod sit à maiori parte Conventus, uno suffragio excedente. Suar. *tom.*4. *de Relig. tract.*8. *lib.*2. *cap.*27. *num.*11. & hic consensus non requiritur, quod detur in ipso Capitulo congregato, sed sufficit quod detur singulariter: nam consensus singulariter datus, dicitur consensus Capituli. Ita Sylvester, Vasquez, Bonacina, quos citant, ac sequuntur Castr. Palaus *suprà*, *n.*10. Dicastillus *de iustitia, lib.*2. *tract.*15. *disp.*1. *dub.* 9. *n.*199. C.1. de his. Suar. Sylvest. Vasquez. Bonacin. Castr. Pal. Dicastil.

24. Qui advertunt, quod si Prælatus siue consensu Capituli alienat bona Monasterij, alienatio est invalida: *cap. Irrita, c. Continebatur: de his, quæ fiunt à Prælato.* Capitulum tamen potest postea illam ratam habere, *c. Cum nos iam pridem. de his, quæ fiunt à Prælato.* C. Irrita. C. Contin. C. Cũ nos.

25. Quarta conditio est: *Vt fiat subscriptio*, à Capitularibus, *c.*1. *de his quæ fiunt à Prælato*; sufficit tamen, quod fiat manu notarij ut tenent Molina, & Lessius, quos citat, ac sequitur Dicastillus *citatus. n.*214. C.1. de his. Molina. Lessius. Dicastill.

26. Tamen dubitatur, si minor pars Conventus non censensit alienationi teneatur subscribere? Respondeo non teneri, si id, quod determinatum est, agnoscitur esse in damnum, ac præjudicium Conventus, non tenetur subscribere, imo reclamare, & appellare ad superiorem; ita constat ex *cap. si quis Presbyter. de rebus Eccles. non alienandis*. Peirinus, quem citat Pellizar. *tom.*1. *tract.*6. *c.*8. *n.*123. Si verò dubitat an illud sit conveniens; tunc tenetur subscribere, & conformare se cum maiori parte communitatis, & ita obsevatur in Senatu Regio. C. Si quis. Peirinus. Pellizar.

27. Quinta conditio: *licentia S. Congregationis*: ex

Vrb.VIII. ex decreto Vrbani VIII. quia ad alienandum requiritur iuſta cauſa ; ut fatentur omnes. Filliuc. Filliucius *tractatu 44.cap.5.num.12.* ius autem iudicandi an in caſibus occurrentibus detur iuſta cauſa alienandi ſibi reſervat Sacra Congregatio. Lezana. Pellizar. Lezana *tom.1.cap.10.num.4.* Pellizar. *citatus,§.Quæres,num.47.* quæ licentia habenda eſt in ſcriptis, ut multipliciter declaratum eſt à S.Congregatione, & obſervat praxis Romanæ Curiæ.

28. Proindéque quamvis aliæ Religiones habeant indulta à Sede Apoſtolica alienandi ſua bona, ut Carmelitæ à Gregorio XIII. Greg.XIII. Patres Societatis ab eodem Gregorio, & Patres S.Auguſtini ab eodem Gregorio. Vrb. VIII. Vrbanus VIII. revocavit omnia privilegia regularibus conceſſa ad alienandum. At ſolùm videntur ibi revocari privilegia regularium quoad hoc, ut non poſſint fieri alienationes ſine conſenſu ipſius Congregationis ; non autem quoad alia quæ pertinent ad earum ſolemnitatem. Lezana *tom.2.c.19.n.62.* Pellizar. *citatus,n.111.* Lezana. Pellizar.

29. Advertendum tamen eſt cum Azor. Regin. Sylveſtr. Rodrig Naldo, & aliis, quos citat, ac ſequitur Diana *tom.1.tract.7.* Contractum initum in gratiam & utilitatem Eccleſiæ, etſi ei deſit legitima forma, ac ſolemnitas, eſſe validum, cum forma requiſita ad evitandas fraudes, ceſſantéque fraudis periculo, talis ſolemnitas non eſt neceſſaria, quæ introducta fuit in gratiam Eccleſiæ, ne vertatur in illius damnũ. Ita Gutier. *in qq.Canon.tom.1.lib.2.q.23.n.9.* Azor. Reginald. Sylveſt. Rodrig. Sylveſt. Rodrig. Naldus. Diana. Gutierr.

QUÆSTIO VII.

Proponuntur aliqui caſus in quibus licita eſt alienatio, vel pignoratio rerum Monaſterij abſque ſolemnitate iuris, vel licentia Sedis Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

30 *Si neceſſitas urget non eſt neceſſarium, & num.31.*
32 *Cauſa data vtilitatis Eccleſiæ ne elabatur.*
33 *Licet remittere hæreditatem nondum incorporatam Monaſterio.*
34 *Permutatio rei unius Eccleſiæ in aliam.*
35 *Donatio inter fratres, & Conventus eiuſdem Provinciæ, & n.36.*
37 *Si res eſt exigua, licet.*
38 *Alia remiſſivè, & n.39.*

30. MAteria huius quæſtionis valdè frequẽs eſt apud Religioſos. Primus caſus: ſi vehemens, ac urgens neceſſitas irruat, ut minimè poſſit expectari beneplacitum Papæ, v.g. ſi deficiat victus pro Religioſis, vel pro alendis pauperibus, vel ut captivi redimantur à Piratis, &c. tunc non ſolum bona immobilia, ſed etiam pretioſa mobilia, licitè non tantum pignorari, ſed etiam vendi poſſunt. Ita Abbas, Rebuffus, Vgolinus. Quaranta, quos citat, ac ſequitur Tamburinus *tom.3. de iure Abbatum, diſp.13. quæſt 9.n.4.* Molina *de iuſtitia, tom 2. diſp.468.* M. Lezana *tom.1. cap.10.num.4.* Peirin. *in ſuo formulario, lit. A,* Abbas. Rebuff. Vgolin. Quaranta. Tamburin. Molina. Lezana. Peirin.

cap. 11. num.3. Filliucius *tom.3.tract.44.cap.5. num 11.* & hanc reſolutionem eſſe communem inter omnes Doctores teſtatur Diana *p.5. tract.3. Reſol.6.* Filliucius. Diana.

Probatur : quia lex non ligat, quando de facto moraliter ſervari non poteſt, *l.1.§.Dies, ff.quando appellandum.* Deinde, quia lex ſervanda non eſt quando iniquus effectus ſequeretur, ſi ſervaretur, ut probat D. Thomas *2.2.quæſt.120, art.1.* Tandem quia in qualibet prohibitione, cenſetur excepta cauſa, quæ oppoſitum ſuadet, *cap.de cætero, cap. Quamvis de ſentent. excommun.* Denique quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l.impoſſibil. ff. de Regulis iuris.* 31. C.1.§ Dies. D.Thom. C. de Cætero. C.Quamvis C.Impoſſib.

Secundus caſus : Data occaſione magnæ utilitatis Eccleſiæ, & ſi expectaretur conſenſus Apoſtolicus elaberetur; tunc ſine tali conſenſu fieri poteſt. Ita Filliuc. ac Quaranta, quos citant, ac ſequuntur Ventigrilia *de alien.annot.1. §.3.num.1.* Delbene *tom.2.c.17. dub.23. num.2.* Quæ enim in favorem, & commodum ſunt introducta, non debent in odium, ac damnum retorqueri, *l. Nulla iuris ratio, ff. de lege reg. quod ob gratiam de reg. iur. in 6.* nam ut optimè notavit Cevallos, quem citat, ac ſequitur Belaſius *verb. Alienatio, num 7.* Alienatio prohibita eſt voluntaria, non neceſſaria, ſeu quæ fit ex cauſa neceſſaria ; quod eſt notatu digniſſimum, ait Belaſius, propter alimationes, quæ fiunt, quod etiam habet Bordon. *tom.1 Reſol.27.n.7.* 32. Filliucius. Quaranta. Ventigril. Delben. L.Nulla. Cevallos. Belaſius. Bordon.

Tertius caſus: an liceat remittere, ſeu repudiare legatum, ſeu hæreditatem Monaſterio præſcriptam, ac relictam, non tamen adhuc incorporatam Monaſterio? huius reſolutio erit manifeſta ex iis, quæ dicam *q.26.* coincidit enim cum his, quæ ibi dicenda ſunt. 33.

Quartus caſus eſt: ſi fiat permutatio, vel alienatio rerum in aliam Eccleſiã: nam tunc bene poſſunt res Eccleſiæ alienari ſine dictis ſolemnitatibus, ac conſenſu Apoſtolico; patet ex *c.Hoc ius porrectum.§.ſibi invicem, 10.q.2.* & *c.1. de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Ita Riccius, Peregrin. Megala, Bordon. Paſcalig. Ita Tambur. *citatus,n.8.* Delben. *tom.2.c.17. dub.13.num.5.* Quæ doctrina maximè procedit inter Religioſos, qui ſunt ſub eodem Generali, ac Provinciali, qui habet omnium regimen. 34. C.Hoc ius C.1.de reb. Riccius. Peregrin. Megala. Bordon. Paſcalig. Tambur. Delben.

Quintus caſus eſt : ſi fiat donatio inter fratres eiuſdem Monaſterij, vel à Regulari unius Monaſterij regulari alterius Monaſterij eiuſdem Provinciæ ; vel donatio ab uno Conventu ad alium eiuſdem Provinciæ, quia omnes Conventus unius religionis tanquam in unam Congregationem, ac corpus myſticum coadunantur, & ideo non videtur dominium tranſlatum, ſi res unius Monaſterij tranſfertur ad aliud. Ita Riccius, Tamburinus, Naldus, Delbene, quos citat, ac ſequitur M Fr. Anton. ab Spirit. Sanct. *in Direct.tom.1.tract.2. diſp.1.n.69.* 35. Riccius. Tambur. Naldus. Delben. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

Nec obſtat prohibitio Extravagantis *Ambitioſæ*, ac Decretum Vrbani VIII. quia hæc intelliguntur de alienatione per quam transfertur dominium, vel de alienatione ſæcularibus facta, vel aliis Conventibus alterius Religionis; nec etiam obſtat *cap.1. de rebus Eccleſiaſt. non alienandis.* In quo dicitur non licere Abbati, terram unius Eccleſiæ vertere ad aliam, quamvis 36. Extravag. Decretum Vrb. VIII. C. 1. de rebus.

quamvis ambæ ſint ſub eius poteſtate: nam
Gloſſa. ut ibi explicat Gloſſa; non poteſt Abbas illud facere pro ſuo arbitrio, & ſine cauſa, poteſt verò quando datur vera cauſa prudentis viri judicio, ut quando unus Conventus multis abundans, alteri pauperi ſubvenit. Ita Peirinus *tom.1.Privileg.c.3.n.22.*
Peirin.

37. Sextus caſus eſt: quando res eſt exigua, & modici valoris, ſine conſenſu Apoſtolico alienari poteſt. *c. Terrulas 12.quæſt.2.* & S. Congregatio declaravit Conſtitutionem Pauli II. & Conc. Trid. non derogaſſe *cap. Terrulas.* Ita Abbas, Rodoan. Quaranta, quos refert ac ſequitur Tambur. *tom.3.de iure Abbatum, diſp.13.q.9.n.2.* Si vero quæras: quando res reputanda ſit modici valoris? Reſpondet ipſe, quod hoc prudentis viri judicio judicandum ſit, Molina, Caſtr. Palaus, & alij, quos citat, ac ſequitur Delbene *tom.2.c.13. dub.23..n4.* Quod res modica alienanda ſine conſenſu Apoſtolico ſit res, quæ valet centum aureos.
C. Terrulas
S. Congr.
Abbas.
Rodoan.
Quaranta.
Tambur.
Molina.
Caſtr. Pal.
Delbene.

38. Septimus caſus eſt: quando bona immobilia ſunt relicta Monaſterio incapaci talium bonorum. Ita cum multis Sanchez *in Decal. lib. 7. cap.26.num.30.* & *cap.27.num.17.* Lezana *tom.1. cap.10.num.4.* Idem dicendum putat de re mobili pretioſa relicta Monaſterio incapaci bonorum immobilium, quæ bene alienari poteſt; cum Navar. Diana *5.part. tract. 13. Reſol.8.ad primum.*
Sanchez.
Lezana.
Navar.
Diana.

39. Octavus caſus eſt: ſi res eſt relicta cum tali onere, ut ſit alienanda ab Eccleſia; item ſi res eſt relicta cum tali onere: ut poſt aliquod tempus alteri reſtituatur. Ita cum Quaranta, Vgolino, & Caſtro Palao, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, parte tertia, allegat.96.num.61.* Item ſi ſunt bona ſolita infeudari, & in emphyteuſim dari. Ita Rodriquez, Molina, quos citat ac ſequitur Lezana *tom.1.cap. 10. numero quarto.* Item ſi fiat pro remuneratione meritorum, quia ad hoc poteſt Prælatus res Eccleſiæ alienare, quod cum multis probat Barboſa *proximè citat.c. 62.* dummodo tamen Prælatus remunerationis metas, & limites non excedat.
Quaranta.
Vgolin.
Caſtr. Pal.
Barboſa.
Rodrig.
Molina.
Lezana.
Barboſa.

QUÆSTIO VIII.

Quænam ſunt bona, quæ alienari prohibentur ab Eccleſiaſticis?

SVMMARIVM.

40 *Status quæſtionis.*
41 *Immobilia non poſſunt alienari.*
42 *Mobilia pretioſa veniunt ſub nomine immobilium.*
43 *Si hæc relinquantur religioni incapaci poſſunt alienari.*
44 *Bona inutilia poſſunt alienari.*

40. CUm Eccleſiaſticis prohibita ſit omnium rerum Eccleſiaſticarum alienatio, omnéque pactum, per quod transfertur dominium, omníſque hypothetica conceſſio, locatio, conductio ultra triennium, ut diximus *q.2.* & *3.* quærimus quænam ſint hæc bona, quæ ſub tali prohibitione veniunt?

41. Primò, certum eſt in hac materia, quod in hac prohibitione interdicitur alienario bonorum immobilium, ſub quibus veniunt non ſolum res corporeæ permanentes, ut vineæ, ac oliveta, ſed etiam actiones, & iura, redditus diuturni temporis, quale reputatur illud quod eſt decem annorum, ac etiam iura, vel debita rerum immobilium, quæ eorum naturam participant. In concluſione conveniunt omnes Doctores unanimiter.
Communis Doctorum.

42. Secundò, eſt etiam certum, quod res mobiles pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut ſunt vaſa aurea, vel argentea, gemmæ, veſtes aureæ, aut ſericæ maioris pretij, aut copioſa Bibliotheca Monaſtario relicta, & ingens grex ovium, aut ſimilium rerum, quæ utiles & fructiferæ ſunt, pari paſſu, tanquam immobilia communi æſtimatione reputantur, & minimè alienari poſſunt. Ita *l. Sancimus, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Azor. *Inſtitut. Moral. part.2. lib.9 cap.4.quæſt.5.* & 7. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi part.3. allegat. 95. num.39.* Suarez *tom.4. de Religione, tractatu 8. lib.2. cap.27. num.16.* & 18. Lezana *tom.1.c.10. n.4.* Res autem pretioſa dicitur, ſi excedit pretium vigintiquinque aureorum, ut declaravit Sacra Congregatio, & teſtatur Delbene *tom.2. cap.27.n.5.*
L. Sancim.
Azor.
Barboſa.
Suarez.
Lezana.

43. Adverte tamen primò, quod ſi Religioni incapaci habendi immobilia, vel vaſa aurea relinquatur etiam in teſtamento aliquid immobile, vel vas aureum, illa poſſunt abſque ſolemnitatibus, & licentia Apoſtolica alienari, quamvis relicta fuiſſent ſub hac conditione, ne alienentur. Ita tenet cum Rebuffo, Rolando, Hyppolit. Franco, Quaranta, Filliucius *tractatu 44. cap.4. num.32.* Moron. *reſp. 62. num. 27.* cum quibus convenit Sanchez *lib.7. in Decalog.cap.26. num.3.* & *cap.27. num. 17.* Quia prohibitio alienandi non eſt niſi pro bonis Eccleſiæ incorporatis, qualia non ſunt bona relicta Eccleſiæ incapaci. Ita Caſtro Palaus *tractatu 13. diſp. unica, de rebus Eccleſiæ non alienandis, part.15. §.1. num.12.*
Rebuff.
Roland.
Hypolit.
Franc.
Quaranta.
Filliucius.
Moron.
Sanchez.
Caſtr. Pal.

44. Adverte ſecundò: quod ſub hac prohibitione non cadunt bona inutilia relicta Monaſterio, verbi gratia, ſi Conventui Monialium relinquatur copioſa Bibliotheca librorum Latinorum, ſeu Græcorum. Pellizarius *tract.6. cap.8. num.21.* quia in hoc caſu ceſſat finis prædictæ prohibitionis: nam talis finis eſt, ut conſulatur utilitati, ac commodo Monaſteriorum, ne eorum bona diſſipentur; in præſenti autem aptius geritur negotium Monaſterij, ſi venditur illa Bibliotheca, redacto eius pretio pro re fructuoſa Monaſterio; ergo tali negotio optimè adimpletur finis legis; & ita in hoc regno Luſitaniæ à Collectore Apoſtolico in caſu ſimili, declaratum eſt, ut teſtatur Portel. *part.1. caſu 17. num.5.* nempe Bibliothecam librorum Latinorum relictam cuidam Monialium Monaſterio poſſe vendi, converſo pretio in rem fruſtiferam Conventui.
Pellizar.
Portel.

QUÆSTIO IX.

Pecunia ſervata in arca Monaſterij, quam naturam habeat, ut expendi valeat.

SVMMARIVM.

45 *Pecunia habita ex re immobili, vel mobili pretioſa, ut talis reputatur, & n.46.*

47 *Immobile venditum habens affixum onus Miſſarum, aliud immobile eſt emendum, & n 48.*

49 *Pecunia ad immobilia deſtinata poteſt in aliud expendi.*

50 *Pecunia, quæ eſt vtilis, & fructifera inter immobilia computatur.*

45. PEcunia vel comparata ex eleemoſynis, vel relicta ex legato teſtatoris vel habita ex redditibus Conventus, vel ex rebus Conventus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ut ex vino, oleo, & ſimilibus expendenda eſt in iis, quæ ſunt neceſſaria Conventui, quia pecunia vſui quotidiano deſeruit, & ad illum eſt deſtituta, & ſervata nullum fructum part. Molina *tom. 2. diſp. 465. ad finem.* Molina.

46. At vero ſi pecunia habita eſt ex re immobili, vel ex re mobili pretioſa vendita, ut renovaretur, nullo modo poteſt expendi ſine licentia Apoſtolica in alia re, ſed ex illa emenda eſt alia res immobilis, vel mobilis pretioſa, quia illa pecunia habet naturam illius rei, ex qua comparata eſt. Ita Azor. *p. 2. lib. 9. cap. 1. q. 5.* Caſtro Palaus *tom. 2. tract. 12. diſp. vnica, p. 15. §. 1. n. 5.* Azor. Caſtr. Pal.

47. Si autem illud immobile venditum habebat affixum onus miſſarum pretium, ſub pœna interdicti, convertendum eſt in aliud immobile fructiferum; ſic declaratum eſt à Sacra Congregatione *in decreto de celebratione Miſſarum*, ut referunt Gavantus *in Manuali, verb. Alienatio. n. 36.* Lezana *verb. Alienatio, n. 17.* S. Congreg. Gavant. Lezana.

48. At vero ſi pecunia, vel à teſtatore, vel auctoritate Prælati, & conſenſu Religioſorum, deſtinata eſt ad emendam rem immobilem, vel mobilem pretioſam, non poteſt in aliud expendi: nam talis pecunia deſtinata ad rem immobilem inter res immobiles computatur. Ita Cevallos, Caldas Pereira, Filliucius, Quaranta, Azor, & Bonacina, quos citat, ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p. 3. allegat. 95. num. 41.* Azor. & alij dicunt, quod ad hoc ſufficit auctoritas Prælati localis; idèmque etiam dicunt de dote Monialis, quia voluntas donantium eſt, ut illud perſeveret in Monaſterio pro ſuſtentatione Monialis. Ita etiam cum multis Dicaſtillus *de iuſtitia, lib. 2. tract. 15. diſputat. 1. num. 179.* Fr. Antonius ab Spiritu Sanct. *in director. tom. 2 tract. 3. diſp. 6. num. 1137.* Cevallos. Caldas. Filliuc. Quaranta. Azor. Bonacina. Barboſa. Dicaſtill. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

49. Hæc tamen doctrina in multis mihi videtur difficilis: nam verũ eſt, quod ſi pecunia à Prælato ſuperiori deſtinata eſt ad rem immobilem cum conſenſu Cor[illegible]tus: cum eodem conſenſu à Prælato inf[illegible] poteſt illud tranſmutari; at vero ab eodemmet Prælato cum Conventu, ex circunſtantiis occurrentibus, poterit in rebus neceſſariis Conventus expendi: namque eadem eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi, & decreta Summorum Pontificum loquuntur de bonis immobilibus; at verò illa pecunia tantum eſt in potentia ad immobilia ex hominum voluntate, quæ revocari poteſt. In hac ſententia eſt Menochius *de præſumpt. lib. 4. quæſt. 138. num. 3.* cam expreſsè tenet Bordon *tom. 1. Reſol. 27. num. 51.* de dote Monialium; quamvis id, quod dicitur de perſeverantia ad ſuſtentationem ſit commune inter Doctores; tamen in praxi in neceſſitatibus Conventus conſumi ſolet, ut experientia notum eſt. Menoch. Bordon.

Ex quibus facilè deducitur, quod pecunia, 50. quæ deſtinata eſt ad emptionem ſtabilium cenſuum, vel mobilium pretioſorum, vel quæ eſt fructifera, & non otioſa, qualis eſt pecunia in montibus, vel cẽſibus collocata, vel in bancis campſorum cum utilitate repoſita inter bona immobilia, ſeu mobilia pretioſa; quæ ſervando ſervari poſſunt, connemuratur; ac per conſequens ſine licentia Apoſtolica alienari non poteſt. Ita Sylveſter, Quaranta, & alij, quos citant, ac ſequuntur Bonacina *de Alienatione bonor. Eccleſiaſt. diſp. 2. quæſt. unica, punct. 2. num. 5.* M. Lezana *tom. 2. cap. 19. num. 59.* Sylveſt. Quaranta. Bonacina. Lezana.

QUÆSTIO X.

Quomodo, & pro quo tempore poſſint Regulares, res locales Conventus conducere?

SVMMARIVM

51 *Res Eccleſiæ poſſunt ad triennium, ſeu ad tres fructuum proventus conduci.*

52 *Res Monaſterij non poſſunt locari ad ſex, vel novem annos.*

53 *In locatione per decennium, v. g. ſi ſit diverſis actibus, primum triennium eſt validum, ſi uno actu nullum, & n. 54.*

55 *Si locatio fiat à beneficiario, vel Commendatario per totam vitam; quædam ſententia negat, quod ſit valida, alia affirmat, cuius ratio non procedit in regularibus, & n. 56. 57. & 58.*

59 *Locatio pro tempore incerto diſtinctione exponenda.*

60 *Locatio facta ab anteceſſore, vbi eſt conſuetudo eſt valida, & n. 61.*

REſpondeo, quod poſſunt res locales Con- 51. ventus, ut prædia, ad triennium conduci; & non ultra ordinariè loquendo, patet ex Extravaganti *Ambitioſæ*. Ubi expreſsè prohibetur fieri *locationem, conductionem vltra triennium*; at verò ſi res ſit ex illis, quæ ſolent fructum ferre, non quotannis, ſed alternis annis, tunc poterunt locari ad ſex annos; & ſi res locata non fert fructum, niſi de triennio in triennium, ita poteſt locari per novem: per tres, nempe, annos vtiles, ac feraces; & ratio

ratio eſt, quia annus in locatione non computatur ex ſimplici temporis decurſu, ſed ex decurſu, ac proventu fructuum; proindeque locatio rei computanda eſt ex tribus fructuum collectionibus. Ita Covarruvias, Henriquez, Vgolinus, Azor. Caldas, Pereira, Zenedo, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Leſſius *de iuſtit. lib.2. cap.24.dub.11.num.68.* Vaſquez *de reddit. cap.2.§.2. dub.9.num.30.* Barboſa *de poteſtate Epiſcop. part.3. allegation.95. num.3.*

Covarr. Henriq. Vgolin. Azor. Caldas. Zenedo. Leſſius. Vaſquez. Barboſa.

52. Si verò quæras, an res monaſterij valeant locari ad ſex, vel novem annos, appoſita clauſula, ut tot ſint locationes, quòd ſunt triennia, itaut elapſo primo triennio, pro tunc res denuò cenſeantur locari; Reſpondeo negativè; quia illa triplicata locatio præſumitur fieri in fraudem legis prohibentis locationes ultra triennium, ac proinde irrita eſt, & inanis, ſicut ſunt omnia pacta in fraudem legis facta. Ita Barthol. Covar. Valaſcus, & multi alij, quos citant, ac ſequuntur Molina *de iuſtitia, tract.2. diſput.466. ad finem.* Filliucius *tom.2. tract.36. cap.1. num.6.* Caſtr. Palaus *tract. 12. diſp. vnica de reb. Eccleſ. non alienandis; p.14. num.3.* tamen ut advertit Tamburin. *de iure Abbat. tom 3. diſp.14.quæſt.2. num.2.* Poterunt Religioſi promittere conductori ad alterum triennium ſe locaturos, dummodo de hoc ſcriptura publica non conficiatur.

Barboſa. Covar. Valaſcus. Molina. Filliucius. Caſtr.Pal. Tambur.

53. Gravius dubium hic inſurgit: facta locatione ultra triennium, verbi gratia, per decem annos, an ſaltem firma, & ſtabilis ſit pro parte triennali, licèt ſecundum quòd excedit triennium nulla ſit? & pro vtraque parte magni, & graves ſtant Auctores magnis, & gravibus rationibus, ut videre eſt apud Barboſam *citatum, à num.5.*

Barboſa.

54. Qui citatus Barboſa *num.11.* & Filliucius *tract.44. cap.2.num.11.* Pellizar. *tom.1.tract.6. cap.8. num.16.* Cùm diſtinctione ſolvunt quæſtionem, quia vel illæ locationes fiunt tanquam vnico contextu, quòd multum intereſt, quia in vno anno poteſt perdi, in alio lucrari vel fit tot diverſis actibus: & contractibus, ſi verò primum dicatur; pars negans validitatem actus tenenda eſt; quia Extravagans *Ambitioſæ*: punit locantem ultra triennium, & talem contractum nullum reddit, ac proinde cum hic non detur niſi unus tantum contractus; inde qui locavit afficitur pœnis Extravagantis; proindeque contractus nullus redditur. Si verò ſecundum dicatur, pars affirmãs validitatem contractus, quoad primum triennium ſuſtinenda eſt, quia utile per inutile non vitiatur in iis quæ ſunt ſeparabilia, ut pluribus Doctoribus oſtenditur in libello de principiis utriuſque iuris *litera V. num.78.*

Barboſa. Filliucius. Pellizar. Extravag. *Principia iuris.*

55. Maximè tamen dubitabis: an liceat locatio ad tempus incertum, verbi gratia, donec Bellum duret, vel uſque ad tempus vitæ locantis, ut beneficiarius locare valeat fructus ſui beneficij per totam vitam; Communiter Doctores reſpondent negativè cum Filliucio *tractat.44. cap.2.num.14 & 15.* Si illa locatio excedat trienium taxatum, ac appoſitum in Extravaganti *Ambitioſæ.*

Filliucius.

56. Tamen quòd beneficiarius, poſſit locare fructus ſui beneficij per novem annos, ſicut & commendatarius fructus ſuæ commendæ, quæ ſunt bona Eccleſiaſtica, ut patet ex decimis per novem annos, tenet expreſsè Vaſquez in *opuſculis, tract. de redditibus Eccleſiæ, cap.2. dub.6. num.31.* & citat Covarruviam. Idem tenet Azor. *tom.2. lib.7. cap.10.quæſt.3. in fine*, citans Abbatem, Fredericum, Hoſtienſem, Redoanum, & idem tenet Reginald *tom.2.lib.25. num.538.* Bonac. *tom.3. diſp.2.quæſt.4.punct.11. num.8.* & Camillus Borellus *tom.1. deciſior. tract.16. num.18.* Portel. *tom.2. caſu 9. num.1. in ſuis reſponſionibus.*

Vaſquez. Covar. Azor. Abbas. Frederic. Hoſtienſ. Redoan. Reginald. Bonacina. Portel.

Prima ratio huius rei eſt, quam tradit Vaſquez *citatus, num.31.* ex Covarruvia; quia dicta Extravagans ſolùm intelligitur de rebus Eccleſiæ, quæ ſunt immobiles, vel ſunt res pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut calix pretioſus, & ſimilia: At fructus annui beneficij, vel commendæ, non ſunt res immobiles, neque pretioſæ, quæ ſervando ſervari poſſunt, ut apertè conſtat. Secundò: quia ratio ob quam beneficiarius, vel Prælatus non poſſunt alienare bona immobilia Eccleſiæ ea eſt; quia non habent dominium bonorum, ſed tantum habent adminiſtrationem; manente dominio penes Eccleſiam, vel Summum Pontificem: nemo enim poteſt alienare id, cuius non eſt dominus; At beneficiarius habet verum dominium fructuum ſui beneficij: ergò poteſt alienare fructus ſui beneficij per totam vitam. Probatur minor, quòd, ſcilicet, beneficiarius, vel commendatarius ſit Dominus fructuum ſui beneficij. Primò; id expreſsè docent Covarruvias, Sarmientus, Sylveſter, Adrian. Corduba apud Vaſquez *citatum, cap.1. §.2.num.7.* qui ſunt graviſſimi Auctores.

75. Covar. Sarmient. Sylveſter. Adrian. Cordub. Vaſquez

Et probatur etiam expreſsè ex *cap.1.de Clericis non reſidentibus.* Vbi Pontifex ait, quod Clericus, vel Canonicus qui non reſidet non fit Dominus diſtributionum; ex quibus verbis Doctores argumentantur à contrario ſenſu, videlicet: ergo ſi Canonicus reſidet fit, verè Dominus fructuum ſui beneficij: tandem idem probant citati Auctores ex communi uſu, ac praxi totius Hiſpaniæ, in qua beneficiarij ex redditibus ſuorum beneficiorum, dant dotes in vita nepotibus ex fratre, vel ſorore: Item ex prædictis fructibus relinquunt legata perpetua in ſuo teſtamento, neque de hoc aliquis eos condemnat, quòd ſignum eſt illos verè eſſe dominos prædictorum fructuum, ac proinde ſicut in morte de illis poſſunt diſponere in perpetuum; item de illis poterunt diſponere per locationem, per novem annos, vel per totam vitam. Ex prima ratione patet reſponſio ad citatam Extravagantem, & vltima hæc ratio non procedit in prælatis Religionum, quia non ſunt Domini, ſed tantum diſpenſatores, ac miniſtri prædictorum bonorum.

58. C.1. de Clericis.

Si verò locatio fiat pro tempore incerto, ac ambiguo, verbi gratia, quantum bellum duraverit, ſi tempus illud eſt communi æſtimatione valdè longum, ut excedat triennium, eſt nulla licèt triennium non exprimatur, ſubintelligitur; quia in æquivalentibus eadem militat ratio; ſi verò locatio eſt pro breui tempore, quod includitur tempore legis valida eſt.

59.

Tandem in hac re quæres vbi viget conſuetudo, fieri locationem ultra triennium

60.

abſque conſenſu Sedis Apoſtolicæ ; ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare tali locationi, quæ facta fuit à ſuo anteceſſore ?

61. Reſpondeo : ſi locatio facta ſit nomine Eccleſiæ ; & in evidentem, ac manifeſtam ipſius utilitatem, teneri ſucceſſorem. Socinus, Calderinus, Rota, Vincentius, Francus, Sylveſter, Covarr. & alij quos citant, ac ſequuntur Quaranta *verb. Alienatio num.*10. Filliucius *tract.* 44. *cap.*2. *num.*22. Si verò facta eſt nomine perſonali, ſucceſſor non tenetur, nec illi viciſſim conductor. Covarr. lib. 2. *variar.cap.*15. Pariſius. *lib.*1. *de Reſign. quæſt.*16. Gutierr. *lib.* 1 *quæſtionum, Canonic. cap.* 36. *num.*8.

Socinus. Calderin. Rota. Vincent. Franc. Sylveſt. Covar. Quaranta. Filliuc. Covarr. Pariſi. Gutierr.

QUÆSTIO XI.

Ad maiorem cognitionem huius, explicatur, quid ſit locatio, emphyteuſis & feudum ?

SUMMARIUM.

62 *Quid ſit locatio.*
63 *Quid ſit Emphyteuſis.*
64 *Differentia inter locationem, & Emphyteuſim.*
65 *Quid ſit Feudum.*
66 *Differentia inter Feudum, & Emphyteuſim.*

62. DE aliis contractuum ſpeciebus non agimus, quia ad nos non pertinent. Locatio *Eſt contractus quo perſona, vel res aliqua ad uſum, vel fructum pretio conceditur.* Dicitur autem : *ad uſum, vel fructum* : quædam enim locantur ſolum ad uſum, ut ſervus, equus, domus, & ſimilia, quorum fructus non eſt alius, quam uſus ipſorum ; quædam verò ad fructum, ut agri, & paſcua, item iura, redditus, & vectigalia, dicitur : *pretio*, id eſt, pecunia.

63. Emphyteuſis, eſt contractus quo quis tradit tam ſuam immobilem alteri quoad dominium utile, ſub certa penſione reali ſolvenda in recognitionem dominij directi, *l.*1. *C. ad de iure Emphyteutico*, Res autem ipſa tradita, dicitur Emphyteuta.

L. 1. C. de Iure Emph.

64. Differt à contractu locationis. Primò, quod emphyteuſis ſolum conſtitui poteſt in re immobili, quæ cultura melior effici poteſt. Secundo ; quod per eam transfertur dominium utile, manente ſolo dominio directo apud priorem dominum. Tertiò, quod non fiat ad brevius tempus, quam decennij.

65. Feudum, quod dictum eſt à fide, ſeu fidelitate : eſt contractus, quo quis tradit feudatario, ſeu vaſſalo rem ſuam immobilem quoad dominium utile, cum onere obſequij, & ſervitij perſonalis, quod conceditur ex benevolentia, vel propter merita, Iulius Clarus *de Feudo quæſt.*4. & 5.

Iul. Clar.

66. Inter Feudum, & emphyteuſim, quamvis in utroque transferatur dominium utile in recipientem, remanente dominio directo apud tradentem, tamen differentia eſt, ratione penſionis, nam quatenus penſio eſt perſonalis, id eſt, conſiſtens in obſequio perſonali, dicitur Feudum, quatenus verò penſio eſt realis, id eſt, conſiſtens in pecunia, vel frumento, vel alia re ſimili, dicitur emphyteuſis, aliquando verò in feudo aliquid ſolvitur in recognitionem dominij directi, ſed ex hac parte declinat ad conditionem emphyteuſis. Vt notat Leſſius *lib.*2. *cap.*4. *dub.*4. *n.*5.

Leſſius.

QUÆSTIO XII.

Vtrum Regulares poſſint bona immobilia ſuorum conventuum infeudare, ſeu emphyteuticare ?

SUMMARIUM.

67 *Religioſi bona immobilia ſuorum conventuum non poſſunt infeudare, ſeu emphyteuticare.*
68 *Niſi ſint ab antiquo ſolito dari in emphyteuſim.*
99 *Quando res dicitur incorporata conventui, & num.*70.
71 *Bona prohibita ſunt tam generaliter, quam ſpecialiter accepta.*
Poſſunt Prælati dare ſuis conſanguineis ibid.
72 *Bona ſolita dari in emphyteuſim non poſſunt dari in feudum.*

67. DIco : Bona immobilia ſuorum conventuum non poſſunt regulares infeudare, ſeu emphyteuticare, niſi ſolita ſint ab antiquo infeudare, ſeu emphyteuticare. Filliucius *pract.*44. *cap.*4. *num.*36. Bonacina *diſp.*3. *quæſt.*8. *punct.*4. *num.*20. Caſtr. Palaus *tract.*12. Probatur primo : quia emphyteuſis, & infeudatio, eſt alienatio largè accepta. *L. Vlti c. de rebus, non alienandis.* Secundò : quia prohibita eſt locatio ad tempus longum, ut dixi *quæſt.*20. ergo multo magis emphyteuſis. Tertiò : quia expreſsè Extravagans: *Ambitioſæ* : prohibet contractum emphyteuticum, ut bene notat Molina *diſp.*470.

Filliucius. Bonacina. Caſtr. Pal. L. Vlti. Molina.

68. Dixi in concluſione : *niſi ſolita ſint dari in emphyteuſim* : antequam, nempe, incorporentur monaſterio, & fiant de menſa, ac uſu Religioſorum ; dummodo hoc fiat in evidentem, ac manifeſtam Eccleſiæ utilitatem, abſque ulla ambiguitate, & eodem modo, quo antea erat emphyteuſis ; quia ſi antea erat ad tres vitas, modo non fiat ad plures ; & ratio huius rei deſumitur aperte ex dicta Extravaganti : *Ambitioſæ* : ubi dicitur : *vel contractum emphyteuticum, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis.* Deinde quia in hoc caſu non intervenit nova alienatio, ſed potius continuatur prior emphyteuſis, hic autem non prohibetur continuatio alienationis, ſed tantum alienatio ſimpliciter. Vt rectè notarunt cum Iulio Claro Covarruvias Gregor. Lopez, Molina *diſp.*469 *n.*7. Barboſa *de offic. Epiſcop.*3. *part. Alleg.*95. *num.*29.

Extravag. Iul. Clar. Covar. Greg. Lop. Molina. Barboſa.

69. Res autem dicitur incorporata monaſterio, quando Prælatus una cum conventu determinat, ut ſit ad ſuſtentationem eius. Ita Panormitan. Gloſſa : & alij cum Filliucio *citato tract.*44.

Panormit. Gloſſa. Filliucius.

Ventigril. *tract.44 cap.4 num.39.* & Ventigrilia *Ann.de alienat.§.1. num.23.* ſi verò Prælatus tem retineat per aliquod tempus, quoad uſque inveniat bonum Vaſſallum, cui in feudet, vel ob aliam iuſtam cauſam, non ideo res cenſetur incorporata, & ſi longo tempore retineat,ut notvait Rodoan. *de rebus Eccleſ.non alienand. q.62.n.4.*

Rodoan.

70. Bordon. Bordon. *tom.2.quæſt.17.* contendit,quod ut res dicatur incorporata conventui, ultra requiri, quod manu notarij deſcripta ſit in Catalogo aliorum bonorum Conventus;ad cuius confirmationem adducit Bartol. Rinald. & alios; tamen ut dicatur incorporata Monaſterio, vel Eccleſiæ ſat eſt, quod ſit deſtinata ad illius ſuſtentationem, & ut dicitur de menſa Epiſcopi, vel Abbatis. Vt colligitur in Rota *Clementina unica,de exceſſib. Prælator.verb. Ad menſam.* Panormitan. & alij apud Filliucium *cit. num.39.*

Rota. Clement. Panorm. Filliuc.

71. Bona, quæ hic prohibentur emphyteuticari, ſunt bona tum generaliter, quam ſpecialiter accepta, quia licet in omnibus maneat dominium directum apud Dominum, tranſfertur tamen dominium utile, & utrumque prohibetur in Extravaganti. Ita Molina, Lezana, Barboſa, Caſtr Pal. Bonacina,Layman. apud Pellizarium *tract. 6. cap. 8. num.25.* Qui etiam omnes docent, quod Prælati Conventus bona ſolita in emphyteuſim, ſeu feudum concedi, poſſunt etiam ſuis conſanguineis,& cognatis dare omnibus conditionibus, & magna Conventus utilitate.

Molina. Lezana. Barboſa Caſtr. Pal. Bonacina. Layman. Pellizar.

72. An verò Prælatus bona Conventus ſolita dari in emphyteuſim, poſſit etiam in feudum tranſmutare; Reſpondeo negativè, quia mutatur ſubſtantia contractus,& deterior fit conditio Eccleſiæ: nam emphyteuta Eccleſiæ ceſſando à ſolutione cenſus per biennium, cadit à iure ſuo, *cap.Potuit. de locato, l.2.cap.de Iure Emphyteuſis.* An verò feudatarius Eccleſiæ, etiamſi per mille annos non ſolvat cenſum, à iure ſuo non cadit, ſed perſiſtit in eo.Ita cum multis Ventigrilia. *Annotat. de Alienat. §.1. num.23.*

C. Potuit. L. 2. c. de Iure. Ventigril.

QUÆSTIO XIII.

An Regulares poſſint trãſigere, aut compromittere ſuper bonis Monaſterij?

SUMMARIUM.

73 *Tales contractus ſunt prohibiti ſine licentia Apoſtolica.*

74 *Talis contractus factus non præiudicat ſucceſſori, & poteſt ab eo annullari.*

75 *Bene tamen talis contractus poteſt fieri à Religioſis ſuper re litigioſa.*

73. Rebuff. Redoan. Frederic. Barbari. Francus. Filliuc. Pellizar.

REſpondeo,tales contractus prohiberi decretis Pontificum. Ita Rebuffus,Redoan. Frederic. de Senis, Barbat. Philipp. Francus, quos citat, ac ſequitur Filliucius *tract 43.c.2. num.25.* cui adhæret Pellizar. *tractat. 9. cap.8. num.26.* & concluſio procedit de bonis iam incorporatis monaſterio, quæ ipſo iure ad illud ſpectant; & probatur, quia tranſactio,& compromiſſum cum fiunt ſuper re immobili ſunt veræ ſpecies alienationis; ut latè probant Craveta, Abbas, Pariſ. Valaſcus, apud citatum Filliucium:ergo cum ſint veræ alienationes includuntur in Conſtitutione Pontificia, ac proinde ſine illius facultate alienari non poſſunt, excipitur tamen, ſi eſt conſuetudo loci, ut ſine conſenſu Apoſtolico,ac aliis ſolemnitatibus fiat.

Craveta. Abbas. Pariſi. Valaſcus.

Advertunt tamen Filliciuius, & Quaranta *verb. Alienatio, num.20.* per tranſactionem,aut compromiſſum illegitimè factum ab anteceſſore, nihil præiudicari ſucceſſori, ab eoque poteſt legitimè invalidari, ac annullari.

74. Filliuc. Quaranta.

Concedit etiam Bordon. *Reſol.27. num.59.* Religioſos poſſe tranſigere, & compromiſſum facere ſuper re litigioſa, aut aliàs præjudiciali; & probatur, quia res litigioſa non cenſetur adhuc incorporata monaſterio, & ideò poſſunt Religioſi cedere, attento periculo damni impendentis, deinde, quia alienatio alicuius prohibita in iure non eſt alienatio neceſſaria; ſed libera, *l. 1. ff. de fundo, dot. l. Alienationes, ff. famil.* ut iam ſuprà dixi.

75. Bordon.

L. 1. ff L. Alienati.

QUÆSTIO XIV.

Vtrum, ſtante prohibitione Apoſtolica poſſint Regulares fideiubere pro aliis, aut etiam cum ipſis contractum aſſecurationis inire?

SUMMARIUM.

76 *Quid ſit fideiuſſio.*

77 *Quid ſit contractus aſſecurationis.*

78 *Prima ſententia affirmat, validum.*

79 *Secunda, & vera ſententia dicit, eſſe nullum.*

AD exactam explicationem eorum, quæ dicenda ſunt, ſupponendum, quod fideiuſſio, ſignificat fidem ſuam alteri iubere, ac dare, & eſt contractus, quo quis in ſe ſuſcipit obligationem alterius, promittens ſub fide ſua illius adimpletionem, ſeque in illius defectum obligans.Ita Gomezius *2.variar. cap.13. num.1.* Azor. *3. part. lib.11. cap. 22. dub. 10.* Rebellus, Leſſius, Reginaldus, quos citat,ac ſequitur Mantica *tom.2.de tacit.& ambig.lib.16. tit.9.*

76. Gomezius. Azor. Rebellus. Leſſius. Reginald. Mantica.

Contractus aſſecurationis, tunc fit,quando quis ob pretium, vel aliud intereſſe, vel gratis ſuſcipit in ſe periculum rei alienæ, obligando ſe ad compenſationem totius,ſi tota res perierit. Ita Sylveſter, Molina cum Bonacina *de contractibus, diſp.3.q.9.punct.3. n.1.*

77. Sylveſt. Molina. Bonacin.

In hac re Lezana *tom.1. cap.9 num 18.* Pellizarius cum Cardinali Lugo *tract. 6. cap.8. num.3.* dicunt cum licentia Prælati talem contractum licere, ut patet ex *cap. penultimo, fideiuſſione*; & quia huiuſmodi contractus, tam fideiuſſionis, quam aſſecurationis, non includuntur in Generali hypotheca: ergo non veniunt in communi ptohibitione, ac proinde ſine ſolemnitatibus requiſitis fieri poſſunt.

78. Lezana. Pellizar. Lugo. C.Penult.

Dico tamen, quod tales contractus non

79. poſſint

poſſint fieri à Regularibus ſine debita ſolemnitate, ac licentia Apoſtolica: nam per huiuſmodi contractus tam fideiuſſionis, quam aſſecurationis, regularium bona manent ſubiecta, ac obligata ſatisfactioni, ac alienationi; ergo ſicut non poſſunt alienari, nec alienationi obligari, ac proinde talis contractus ſine debita ſolmnitate eſt invalidus, & claudicat ad *cap. penultim. fideiuſſion.* verum eſt, quod ibi ad talem contractum requitur licentia Prælati, per hoc tamen non excluditur alia ſolemnitas requiſita in iure in Extravaganti *Ambitioſæ*, ac in decreto Vrbani VIII. & confimatur, quia ut fatentur Auctores contrarij, ea quæ alienari non poſſunt, neque etiam poſſunt pignorari, quia remanent ſubiecta alienationi; ergo neque in his contractibus obligari ob eandem rationem, & periculum.

C. penult.

Extravag. Vrb. VIII.

QVÆSTIO XV.

An Regulares bona mobilia pretioſa Monaſterij poſſint oppignerare?

SVMMARIVM.

80 *Regulares non poſſunt oppignerare mobilia pretioſa, & n.* 81.
82 *Maximè tamen in vrgenti neceſſitate.*
83 *Ad hoc non requiritur conſenſus Ordinarij.*
84 *Maximè notanda lex Regia Luſitaniæ.*

80. Regulares ſine prædictis ſolemnitatibus non poſſunt bona mobilia pretioſa, aurea, vel argentea, & veſtes magni valoris oppignerare, niſi in caſu, quo aliqua vehemens neceſſitas vrgeat. M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 4. & *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 55. Quaranta *verb. Alienat. num.* 27. Molina, Layman, Bonacina, Caſtro Palaus, Hieronymus. Rodriguez, Leſſius, Barboſa, quos citat, & ſequitur Diana 5. *part. tract.* 13. *Reſol.* 6. quibus adhærent Pellizarius *tract.* 6. *cap.* 18. *num* 28. M. Fr. Anton. ab Spir. Sanct. *tom.* 2. *tract.* 5. *diſp.* 6. *ſect.* 6. *num.* 1151.

Lezana. Quaranta. Molina. Layman. Bonacina. Caſtr. Pal. Hier. Rodr. Leſſius. Barboſa. Diana. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

81. Probatur: quia prohibita à iure alienatio, prohibita eſt etiam pigneratio, ex *l. fin. C. de rebus alienis non alienandis*; idque ob periculum, cui exponuntur res pigneratæ, ut omnino alienentur; tum quia, ut teſtatur Quaranta: Oppigneratio eſt quædam alienatio, præcipuè quando res tanti eſt obligata, quanti eſt; ita ut non ſit facilis redemptio, indéque probabili alienationis periculo ſubiicitur.

L fin. C.

82 Diana. Diximus tamen, quod *niſi in caſu, quo ſumma neceſſitas. urgeat*: quia in tali caſu, ut teſtatur Diana *citatus* omnes Doctores tenent, talem alienationem, ſeu oppignerationem eſſe licitam, abſque licentia Papæ, & Sacræ Congregationis; nulla enim lex ligat, cum de facto ſervari non poteſt. Vt oſtendi *ſuprà, quæſt.* 7. *num.* 30. & 31.

85. Peregrin. Nec audiendus eſt in hac re Peregrinus *in novo Compendio Privileg. verb. Alienatio. n.* 9. dicens ad oppignerationem in tali caſu faciendam, requiri conſenſum Ordinarij cum commodè haberi poſſit; at Doctores aſſerentes Regulares in caſu neceſſitatis poſſe oppignerare mobilia pretioſa ſine licentia Papæ; nullam faciunt mentionem de licentia ab Ordinario obtinenda; ipſa extrema neceſſitas ab omni lege excipitur.

Maximè notanda eſt lex Regia noſtræ Luſitaniæ, *lib.* 2. *tit.* 24. *Ordinationum.* Ubi pro omnibus Eccleſiis eſt ſtatutum, quod nullus in pignus accipiat aurum, argentum, vel veſtes Sacras Eccleſiæ cujuſcunque, ſive Regularis, ſive ſæcularis, etiamſi ſumma adurgeat neceſſitas abſque licentia petita, & obtenta à Rege; qui verò contra talem agunt, vel accipiendo aliquid Eccleſiarum in pignus, vel pretio emunt ſine prædicta Regis licentia, præcipit lex, ut amittat valorem dictarum rerum, ſolvendo exceſſum novem partium, & res ſic pignerata, vel empta abſque ullo pretio Eccleſiæ reddatur. De qua re videndus eſt Emmanuel Barboſa *in remiſſionibus ad Regiam Ordinationem. Ibidem.*

84. *Ordinationes Luſitaniæ.*

Emmanuel. Barboſa.

QVÆSTIO XVI.

An Regulares poſſint ſuper bona ſua conſtituere contractus ad uſum, vitalitios vel precarios?

SVMMARIVM.

85 *Qui ſit contractus ad vſum; vitalitius, vel precarius.*
86 *Contractus ad uſum eſt prohibitus.*
87 *Contractus vitalitius eſt prohibitus, & num.* 88.
68 *Contractus precarius eſt prohibitus.*

85. Contractus ad vſum, tunc fit, quando res datur, & conceditur ad vſum, ut vocant, ſeu ut quis illa vtatur; contractus vitalitius, cum res alicui datur ad eius vitam. Contractus precarius eſt, quo quis concedit alteri aliquid, cum poteſtate illud repetendi, quoties voluerit, ut ſi ego tradam tibi petenti librum, vel meam vineam, cum pacto ut poſſim huiuſmodi facultatem, ſeu meum librum, meámque vineam revocare quoties voluero; dicor tecum inire precarium. Ita Leſſius *lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 1. *num.* 4. Molina *diſp.* 298. Bonacina *diſp.* 3. *de Contractib. q.* 14. *punct. unico, n.* 1.

Dico Primò: Regulares non poſſunt bona ſua dare ad vſum, ut dicitur. Paſqualigus *tom.* 2. *quæſt.* 280. Pellizar. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 32. Probatur, quia talis contractus eſt ſpecies emphyteuſis, ut ex eius natura patet: emphyteuſis autem ſpecies eſt alienationis, proindéque ea quæ cadunt ſub emphyteuſi prohibita ſunt, itaque ſenſerunt Sapientiſſimi Theologi, ut teſtatur Pellizarius, ac proinde ſine debitis ſolemnitatibus fieri non poteſt.

Paſqualig. Pellizar.

Dico ſecundò: cum eiſdem. Auctoribus contra Bordonium *tom.* 1. *Reſol.* 27. *num.* 180. Quod contractus ſeu cenſus vitalitius cadit ſub hac prohibitione, quia eſt ſpecies emphyteuſis, ut Auctores fatentur, iudéque prohibitus;

Bordon.

bitus ; Deinde , quia alienatio ideo eſt prohibita ob periculum amiſſionis Eccleſiæ rei ; atqui cenſus vitalitius eſt in continuo periculo amiſſionis : ergo, ubi enim militat eadem ratio, militat eadem iuris diſpoſitio,

88. Ex quibus ſequitur, quòd Religioſi ſua propria auctoritate, non poſſunt concedere alicui domum monaſterij per totam vitam cum onere ſolvendi certam penſionem monaſterio , ut teneatur illam reſarcire , quando opus fuerit, quod ex quod hic contractus includit locationem dictæ domus ultra triennium ; quæ locatio prohibita eſt Eccleſiaſticis , ut patet ex dictis *quæſt.*10.*num.*51.

89. Dico tertio : Prohibitum eſſe regularibus conſtituere , ſeu inire contractum precarij in bonis monaſterij , quia per talem contractum transfertur dominium utile ad arbitrium concedentis , quòd ſecum importat alienationem ultra triennium,ac proinde includitur in præſenti prohibitione,Riccius *in praxi Eccleſiaſtica,dec.*64.Quaranta *verb. Alienatio.n.*16.M Lezana *tom.*2.*cap.*19.*n.*56.

Riccius. Quaranta. Lezana.

QUÆSTIO XVII.

An Regulares poſſint bona unius monaſterij ad aliud monaſterium transferre , eique illa donare , vel cum altero monaſterio bona ſua permutare,ac ei accommodare?

SUMMARIUM.

90 *Vnus Religioſus alteri religioſo ejuſdem monaſterij poteſt aliquid dare.*

91 *Prima ſententia negat poſſe dari alteri monaſterio.*

92 *Secunda & vera affirmat licitam eſſe talem donationem.*

93 *Naldus ait: quòd licita ſit permutatio de una Eccleſia ad aliam.*

94 *Extravagans loquitur de permutatione inter diverſos Prælatos.*

95 *Res unius cõventus poteſt accomodari ad aliũ.*

90. SUppono ut certum,quòd Religioſus unius monaſterij poſſit alteri religioſo ejuſdem monaſterij ſive immobile , ſive mobile pretioſum dare , Lezana *verb. Alienatio, num.*11. Quia conſtitutionibus. Apoſtolicis ſolùm prohibetur ea donatio , quæ eſt alienatio , donatio autem illa inter regulares ejuſdem monaſterij, non eſt alienatio , cum dominium illius rei non transferatur ; ſed maneat , ſicut antea, in monaſterio , Naldus *in ſumma verb. Alienatio,num.*4.

Lezana. Naldus.

91. Quæſtio præſens primò inquirit : An bona unius monaſterij poſſunt ad aliud monaſterium ejuſdem provinciæ ac religionis ſine licentia Apoſtolica transferri, illique dari ? Negativam ſententiam tenent Bonacina *de Alienatione bonorum Eccleſiaſtic. diſp.*2. *quæſt. unica, ca, punct.*2. *num.* 14.& 17. Lezana *tom.*2.*c.*19. *num.*56.& *tom.*3. *verb. Alienatio, num.*12. Pellizar. *tract.*6.*cap.*8.*num.*24. Et probatur ; quia per talem tranſlationem verè transfertur dominium , proindeque eſt alienatio verè prohibita.

Bonacina. Lezana. Pellizar.

92. Oppoſita ſententia,quod licita ſit talis permutatio , ac donatio de re immobili , de mobili pretioſa,de uno conventu ad alium ejuſdem provinciæ , mihi videtur vera , eam tenent Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici,deciſ.*38. & 74. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 95. *num.*62. Diana apud Pellizar. *citatum. num.*23. in eamque inclinat M. Lezana *citatus,num.*11. Probatur ; quia dominium talis rei adhuc manet ſub dominio talis Religionis , ac ſub eius Prælato, Generali,Provinciali, vel capite Provinciali,& hoc maximè video obſervari communi praxi in hoc regno Luſitaniæ; ut bona, ſive immobilia,ſive mobilia ob convenientem rationem à Provinciali, vel capite Provinciali dentur , ac transferantur à conventu pingui ad conventum pauperem , & hoc maximè in fundatione alicuius novi conventus.

Riccius. Barboſa. Diana. Lezana.

93. Sic Naldus *verb. Alienare num.* 4. ex Innocentia *in cap. quæſitum de rerum permutatione*, & Berojo. *Conſil.*124. *num.* 14. *vol.*1.Exiſtimat clericos ejuſdem Eccleſiæ poſſe permutare inter ſe res ejuſdem Eccleſiæ abſque legitima ſolemnitate, & confirmatur : quia dans ſorori ſuæ , non dicitur alienare Gloſſa *in cap. Apoſtolica ſedes verb. Alienare de iis , quæ ſunt à maiori parte* : ergo dans alteri Eccleſiæ , ut ſorori,non dicitur alienare.

Naldus. Innocent. Berojo. Gloſſa.

94. Unde dicendum ad Extravagantem. *Ambitioſæ*:quod in ea prohibetur permutatio , tanquã ſpecies peculiaris alienationis ; ibi non eſt ſermo de præſenti permutatione , ſed de ea quæ fit inter perſonas Eccleſiaſticas,& ſæculares diverſas, ac quando transfertur dominium de uno capite ad illud , ac de uno Prælato ad diverſum.

Extravag.

95. Ex quo bene ſequitur ; quod poſſunt Regulares accommodare ad breve tempus bona monaſteriorum , ita ut merus illorum uſus concedatur , non autem dominium directum, aut indirectum cùm per Extravangantem , ac decretum Congregationis ,ſolùm alienationes prohibeantur , id autem , quòd accommodatur,non alienatur.Ricciusdeciſ.74.& 68.Bonacina,*de Alienat.bonorum Eccleſiaſticorum,diſp.*2. *quæſt.unica.punct.*2.*n.*5.

Riccius. Bonacina.

QUÆSTIO XVIII.

Vtrùm Regulares ſuper pecuniam poſſint nire contractum Societatis , vel montis pietatis , vel recipere ad Cambium , aut mutuum cum ſolutione lucri ceſſantis , vel alios ſimiles contractus ?

SVMMARIVM

96 *Religioſi non poſſunt pecunias implicare in contractu ſocietatis.*

97 *Poſſunt ponere in Monte pietatis.*

98 *Religioſi non poſſunt dare pecunias ad Cambium , vel mutuas.*

99 *Reli*

99 *Religioſi non poſſunt accipere pecunias ad Cambium, & n.* 100.

101 *Poſſunt tamen in gravi neceſſitate.*

102 *Magna quantitas pecuniæ ſervata in monaſterio, non poteſt alienari ſine licentia Apoſtolica.*

96. Dico primo, quod ob prohibitiones Pontificias non poſſunt Regulares implicare in contractu Societatis pecuniam monaſterij cum onere, ut inveſtiatur in bonis immobilibus fructiferis. Pelizar. *tract. 6. cap. 8. n.* 47. M. Fr. Anton. ab Spiritu ſancto *tom. 2. tract. 3. diſp. 4. num.* 1156. Probatur; quia ordinationes Apoſtolicæ prohibent Regularibus alienationem ob conſervationem bonorum eorum; atqui ea, quæ ſubjacent contractui ſocietatis ſunt expoſita periculo perditionis, ipſaque ſocietate res perit, ut docent communiter Doctores, cum Navarro *cap. 17. num.* 271. Molin. *tract. 2 diſp.* 415. Azor. *part. 3. lib. 9. cap. 1.* Deinde, quia jus exigendi, quod oritur ex contractu ſocietatis non eſt fixum, ac ſtabile, & perpetuum, ut volunt jura pontificia, ſed eſt inconſtans, & incertum: ergo ex jure prohibitum eſt implicari in tali contractu.

Pellizar. Fr. Ant. ab Spir Sanct Navarr. Navarr. Molin. Azor.

97. Dico ſecundò: Non obſtante prohibitione Apoſtolica, poſſunt regulares deponere ſuper aliquo pietatis Monte pecuniam expendendam in bonis mobilibus, idque quotannis, excipiendo certum lucrum, verbi gratia, quinque pro ſingulis centenariis. Et probatur; quia tale jus exigendi quinque pro ſingulis centenariis, cum ex ſe ſit certum, & fixum, æquiparatur bono immobili, proindeque bona deſtinata ad emptionem immobilium poterunt in tali monte pietatis conſtitui, cum pecunia, quæ in tali monte conſtituitur nulli periculo ſubjaceat, ut obſervatur in Ferraria, & ſic Coſmas II. Magnus Ethruriæ dux aſſignavit pro præfato monte Florentino feudum reddituum ex vectigalibus illius civitatis; ſi verò in aliquo regno, vel civitate Mons pietatis verſatur in periculo, tunc pecunia Eccleſiaſtica, in eo non poteſt conſtitui.

98. Dico tertiò: Prohibitum eſt Religioſis, conſtitutionibus Apoſtolicis; dare pecunias ad Cambium, vel mutuum, ſeu aliquod lucrum, verbi gratia, quinque pro centenariis alicui homini, etiam diviti, quia talis pecunia ſemper eſt expoſita periculo, quod conſtitutiones Apoſtolicæ evitare intendunt, & quamvis hoc fiat cum magna ſecuritate, ſemper hoc eſt prohibitum Religioſis, quibus omnis negotiatio intercluſa eſt, ut probant Riccius, Ugolinus, Megala, Genuenſ. & alij apud Dianam *part. 1 tract. 8. reſol.* 72.

Riccius. Vgolin. Megala. Genuenſ. Diana

99. Dico quartò: Prohibitum eſt etiam, conſtitutione Apoſtolica, ne Religioſi recipiant pecunias ad Cambium, aut mutuum cum ſolutione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, ut conſtat ex Decreto Sacræ Congregationis 21. Maij, anno 1626. ſub Urbano VIII. Ubi expreſsè dicitur. *Regulares prohibentur cenſus imponere ſuper bonis ad eorum monaſteria pertinentibus, loco cenſuum hujuſmodi pecunias ad Cambium, vel mutua accipere, cum ſolutione lucri ceſſantis, & damni emergentis.* Et ſtatim imponuntur pœnæ contentæ in conſtitutionibus Apoſtolicis, *quæſt. 2. & 3.* Decretum refert Pellizar. *citato, cap. 8. num.* 37. Ubi expreſsè Sacra Congregatio prohibet pecunias acceptas ad Cambium, ac mutuum.

Sacr. Congr. Pellizar.

Dubitatur tamen: An ſaltem ex gratitudine poſſint regulares aliquid ſolvere mutuatoribus pro intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis? Aliqui graves Doctores affirmant, quia jura prohibentia Regularibus donationes, non prohibentur ea, quæ fiunt ex gratitudine, ut docent Rodriguez, Homobonus, Valerius, de la Crux, Azor. Molina, Zenedus, & multi alij apud Dianam 1. *part. tract. 6. Reſol.* 15. alij ut Pellizar. *citat. num.* 38. Simpliciter negant hoc fieri poſſe à Regularibus, quia fraus, & dolus nemini patrocinantur, quod autem dicto modo ex gratitudine ſolvitur, videtur eſſe in fraudem legis. Ego verò diſtinctione utendum exiſtimo, ſi ex pacto antecedenti aliquid ſolvitur ex gratitudinis titulo, videtur prohibitum, quia fit illo gratitudinis nomine in fraudem legis, ſi verò poſt pecunias acceptas aliquid largiatur ex mera gratitudine, non eſt prohibitum; nam gratificari beneficium acceptum, eſt ex jure naturæ.

Rodrig. Homobon. Valerius. De la Crux Azor. Molina. Zenedus. Pellizar.

110.

Dico quintò: quòd in caſu urgentis neceſſitatis, in quo non poteſt ſummus Pontifex vel Sacr. Congregatio adiri, poſſunt Religioſi pecunias ad Cambium, vel mutuum ſolvendo intereſſe accipere. Delbene *tom. 2. cap. 17. dub. 8. num.* 3. & hoc oſtendunt rationes, quas adduxi ſupra *quæſt. 7. num.* 30. & 31. Item Decreta Congregationis non tenent, ſi detur conſuetudo legitime præſcripta. Ita Delbene *citatus num.* 4. & in hoc Regno ſæpè ſæpiùs vidi, quod Religiones graviſſimorum hominum virtute, & literis, pro neceſſitate urgenti ſumerent pecunias mutuas, & ad Cambium.

101. Delbene.

Dico ſextò: quòd magna quantitas pecuniæ, quæ ſervatur in aliquo monaſterio, non poteſt alienari abſque aſſenſu ſedis Apoſtolicæ, & ita reſolutum fuit à Romana Rota in una Venetiarum; ubi fuit dictum, hoc procedere licèt præfata pecunia eſſet convertenda in Eccleſiæ utilitatem. Barboſa *de Offic. & poteſtate Epiſcop. Allegat. 95. num.* 43. M. Lezana *tom. 2. cap. 19.*

102. Rom. Rota. Barboſa. Lezana.

QUÆSTIO XIX.

Qualiter ſe debeant habere Regulares in extinguendo, ac redimendo cenſu?

SUMMARIUM.

103 *Si cenſus eſt conſtitutus ut redimatur, tunc fieri poteſt, aliter non.*

104 *Pecunia ex illo cenſu extincto eſt implicanda in re immobili.*

105 *Tali pecunia non poſſunt ſolvi debita conventus.*

Dico in hoc; quòd poſſunt Regulares ſine ſolemnitatibus juris admittere extinctionem, & redemptionem cenſus legitimè conſtituti, ſi talis naturæ eſt, ut redimi valeat quoties

105.

quoties debitor voluerit, quia tunc fieret ei magna injuria contra natutam contractus; ſi verò cenſus talis naturæ non eſt, ſed abſolutè, & veluti perpetuo eſt impoſitus, ut in manu Religioſorum ſit illum extinguere, vel non; tunc non poſſunt illius extinctionem admittere; hoc enim eſt alienare bona Conventus, & ita video obſervari in praxi.

104. Pecunia, quæ reſultat ex cenſu extincto, non eſt conſumenda à Regularibus, cum reſultet ex re immobili, ut patet ex ſupradictis, ſed aliud immobile ex illa eſt comparandum, vel ſi Conventus habet aliquem cenſum ſuper ſua bona conſtitutum, tali peccunia, ut advertit Pellizar. *ſuprà citatus, in.* 43. poteſt extingui, ac redimi ſine licentia S. Congregationis: quia tunc non fit alienatio bonorum, ſed potius acquiſitio.

Pellizar.

105. Tali autem pecunia ex cenſu extincto non poſſunt Regulares ſolvere debita Conventus, etiamſi quotannis pro debito ſolvant intereſſe: nam Sacra Congregatio declaravit, non debere alienari cenſus pro ſolutione æris alieni debiti, ut Gavantus tenet *in Enchiridio. verb. Alienatio. num.* 40. nec his advertatur, quod inde magnum commodum Conventus ſequatur, cum à ſolutione intereſſe ſolvatur, quod enim talis alienatio ſit utilis Eccleſiæ, non eſt alienandi ſufficiens cauſa, inconſulta Congregatione; ad ipſam Congregationem pertinet de hac utilitate iudicare.

Gavant.

QUÆSTIO XX.

An res gravatas debitis alienis poſſint Regulares alienare?

SUMMARIUM.

106 *Res gravatas debitis ſine ulla ſolemnitate poſſunt regulares alienare.*

107 *Si ſatisfacta parte, aliqua pecunia reſtat, implicanda eſt in rebus immobilibus.*

106. Dico, quod res gravata debitis alienis abſque ſolemnitate poteſt vendi, & alienari, ut parti ſatisfiat, etiamſi res iam ſit incorporata Eccleſiæ, quando alia via ſatisfieri non poteſt, quia illud legatum ſemper manet obligatum, & legatarius non poterat donare, vel relinquere, quod alteri erat debitum, ut ex Pariſ. & Grilen. tenet Bordon. *Reſolut.* 27. *uum.* 63. & non ſolùm ſtante judicis ſententia, vel petitione partis, ſed etiam abſque eorum interventu, ſatis eſt, quod neceſſitas urgeat ſatisfaciendi in conſcientia, ut tenet Rodoan, *quæſt.* 51. *de Alienatione, cap.* 8. *num.* 18.

Pariſius Grilem. Bordon.

Redoan.

107. Si res aſtricta ære alieno venditur, & ſatisfacta parte adhuc reſtat magna pecuniæ quantitas, non poteſt conſumi, ſed implicanda eſt in rebus immobilibus; ex illis enim habetur, ac reſultat, eorúmque naturam ſortitur ut ſupra diximus.

QUÆSTIO XXI.

An Regulares ſine licentia Sacræ Congregationis poſſint alienare bona ſibi relicta tali conditione, ut ea liberè poſſint alienare?

SUMMARIUM.

108 *Prima ſententia negat.*

109 *Secunda & vera aſſimat.*

110 *Solum prohibentur alienari res Eccleſiæ abſolutè datæ.*

111 *Res relicta ut nunquam alienetur urgenti neceſſitate poteſt alienari. & n.* 112.

IN hac re Armilla, Riccius, Quaranta allegati à Caſtro Palao citando, tenent quod talis res non poſſit alienari, talis conditio ut turpis, ac contraria iuri rejicienda eſt, & tanquam non appoſita. 108. Armilla. Riccius. Quaranta.

Oppoſita ſententia mihi videtur probabilior, eam tenent Caſtro Palaus *tract.* 12. *diſputatione unica, de rebus Eccleſ. non alienand. punct.* 15. §. 2. *num.* 14. Filliucius *tractatu* 44. *num.* 29. Bordon. *Reſol.* 27. *num.* 69. & Probatur: quia teſtator, ut dominus ſuarum rerum, poteſt eas relinquere cum tali, & tali conditione, quod verbi gratia, poſt aliquot annos tranſeat ad ſuos conſanguineos, & talis tranſlatio poteſt fieri abſque licentia Sacræ Congregationis, ut patet ex *l.* 1. *&* 3. *C. quando decreto opus non eſt.* In quo etiam conveniunt Quaranta, Vgolinus, Barboſa citati ab eodem Caſtro Palao; ergo in propoſito caſu poteſt inſtituere, ut ſua bona tranſferantur. 109. Caſtr. Pal. Filliu cius. L. 1. & 3. Quaranta. Vgolin. Barboſa.

Deinde illa conditio non eſt reijcienda ut turpis, ac iuri contraria, cum ius ſolum prohibeat alienare res, quæ ſunt Eccleſiæ abſoluté & perpetuo, non vero res, quæ ſunt datæ ei, ut eas retineat quandiu ei placuerit, vel vendat. 110.

Si verò quæras: An legatum relictum Regularibus ſub hac conditione, ut nunquam alienari poſſit, an occurrente iuſta cauſa, ſervata debita ſolemnitate, alienari poſſit? Reſpondeo affirmativè, interveniente urgenti neceſſitate, cui alio modo ſubevniri non poteſt, quia tunc alienatio non eſt voluntaria, ſed neceſſaria. Goffridus, Hoſtienſis, Innocentius, Panormitan. Sylveſter, Azor, Caſtro Palaus *num.* 15. quos citat, & ſequitur Pellizar. *tract.* 6. *c.* 8 *n.* 54. 111. Goffrid. Hoſtienſ. Innocent. Panormit. Sylveſt. Azor. Caſtr. Pal. Bellarm.

Idemque dicunt citati Auctores in caſu maioris utilitatis conventus, quia in hoc caſu illud iura concedunt, cui teſtator non poteſt contradicere; ſed hoc mihi non placet; quia teſtator ut dominus ſuarum rerum poteſt eas legare, ac donare prout voluerit, ut de facto vult illam hæreditatem perpetuò in monaſterio conſervari ad monumentum ſuæ memoriæ, ac nominis, vel ut onus affixum miſſarum, verbi gratia, exactius obſervetur, & in oblivionem non abeat. 112.

QUÆSTIO XXII.

Vtrum poſſint Regulares alienare bona immobilia, quæ tempore facta ſunt inutilia?

SVMMARIVM.

113 *Si in bonis ſterilibus nulla ſit ſpes utilitatis, poſſunt alienari, non verò ſi detur aliqua, & n.* 114.
115 *Probatur prædicta reſolutio.*
116 *Prædium relictum à teſtatore cum onere.*
117 *Domus relicta Monaſterio, & ſæculari, ſi ſæcularis vult vendere, poteſt & Monaſterium.*

113. BOna Conventus in duplici differentia conſideranda ſunt, vel ita ſunt de præſenti ſterilia, ut tractu temporis poſſint eſſe utilia, vel quia nulla eſt ſpes eorum utilitatis, ſed perpetuùm habentur ut infructifera.

114. Dico ergo, quod ſi talia bona ita facta ſunt ſterilia ut ſit ſpes aliqua eorum utilitatis, quod non poſſunt Regulares alienare; maximè verò ſi nulla ſit ſpes. Filliucius *tr.* 44. *c.*4. *num.*6. Banacina *de Alienation. bonorum, quæſt. unica. punct.*2. *num.*9. §. *Rurſus patet.* Quaranta *verb. Alienat. n.*37. cum Rebuffo, & aliis Lezana *tom.*2. *c.*19. *n.*55.

Filliuc. Bonacina. Quaranta, Rebuff. Lezana.

115. Probatur prima pars: quia lex Eccleſiaſtica prohibet alienationem bonorum Eccleſiæ pro eorum conſervatione tam de præſenti, quam de futuro; atqui illud de futuro poteſt eſſe utile: ergo ſine ſolemnitate requiſita alienari non poſſunt, nec in eis extingui cenſus impoſitus. Secunda pars inde oſtenditur, quia tale immobile idem eſt Conventui, ac ſi non eſſet, & ideo cenſus in eo impoſitus pro rata periit: nam iuxta Conſtitutionem Pij V. *de cenſibus.* Extincto prædio ſuper quod cenſus eſt impoſitus, extinguitur obligatio cenſus; & ideo talis remiſſio non eſt dicenda voluntaria, ſed neceſſaria, ut probatur ex *l.*1. *ff. de Fund. dot. l. Alienationes, ff. famil.* Megala 2.2. *lib.*2. *c.*91. *n.*92.

Pius V. L.1.ff. L. Alienat.

116. Similiter dicendum cum Molina, Leſſio? Medina, & aliis quos citat & ſequitur Bordon. *Reſolut.*27. *num.*3. de prædio relicto à teſtatore, qui antea inierat contractum cum alio de illius permutatione, poſſunt tunc Regulares ſine ſolemnitatibus talem permutationem facere, quia illa permutatio non eſt vera alienatio, ſed potius executio contractus initi à ſuo teſtatore, ac legatario, & res tranſit cum ſuo onere.

Molina. Leſſius. Medina. Bordon.

117. Idem etiam dicendum cum eodem Bordonio *citato, num.* 5. ſi domus, vel vinea, v.g. relinquatur diviſim Eccleſiæ, ac ſæculari: tunc ſæcularis ſi vult vendere ſuam partem, poteſt Eccleſia ſine alia facultate vendere etiam partem ſuam; ſæcularis enim tunc utitur iure ſuo, licet præiudicium afferat tertio, *l. Cum eo, ff. de ſervit. vrb. Prad.* Megala *ſecunda ſecundæ. lib.* 21. *cap.* 3. *num.* 11. Tamen pecuuia illa pertinens ad Eccleſiam, ſi fuerit bonæ quantitatis implicanda eſt in bonis immobilibus.

Bordon. L. Cum eo. Megala.

QUÆSTIO XXIII.

Vtrum Regulares ſine debita ſolemnitate gregem pecudum, armentum boum vendere, & arbores cædere in ſuis prædiis valeant?

SUMMARIUM.

118 *Regulares, greges pecudum, bene tamen eorum fructus, alienare non poſſunt*
119 *Arbores ſi utiles, non poſſunt cædi, ſecus vero, ſi inutiles.*
120 *Poſſunt cædi arbores, ut meliores ponantur, & ad reparandam Eccleſiam.*
121 *Poſſunt arbores moderate cædi pro uſu domus, & etiam ut vendantur.*

118. SUb communi prohibitione, quod bona, quæ ſervando ſervari non poſſunt, quæ nempe, per triennium durant, & uſu non conſumuntur, vel fructificant: veniunt grex pecudum, & armenta boum, eorúmque præſepium, & inde ſine debita forma iuris non poſſunt alienari: bene tamen fructus gregis & armenti, vendendo, nempe, oves, capras, vitulos, & pullos; hæc enim æquiparantur fructibus camporum, areæ, ac vineæ, & ſimiliter, aliqui boves, vel oves ex ipſo grege, ut ſolent facere alij paſtores, cum hoc non fiat multa ipſius gregis diſſipatione. Ita Suarez *tom.*4. *de Religione, tractatu* 8. *lib.*2. *cap.*27. *num.*19. Filliucius *tractatu* 44. *cap.*4. *num.*24. M. Lezena *tom.*2. *cap.*19. *num.*55. Molina, Quaranta, Leſſius, quos citat, & ſequitur Bonacina *de Alienat. quæſt. unica, punct.* 2. *num.*4.

Suarez. Filliucius. Lezana. Molina. Quaranta. Leſſius. Bonacina.

119. Quantum ad ſecundum dico contra Bonacinam *citatum, num.*8. & *de Contractibus, diſp.*3. *quæſt.* 8. *num.* 19. Quod arbores ferè caducæ, vel umbratiles, ſeu nimis condenſæ, quarum conſervatio prædiis potius eſt nociva, quam proficua, bene poſſunt cædi: at verò ſi arbores ſint fructiferæ, utiles, vel magnæ æſtimationis, & maximè inſerviunt ad ornatum, & elegantiam, quibus ablatis, prædium fit deterioris conditionis præſcindi non poſſunt. Ita Navarrus, Rodriguez, Quaranta, quos citant, ac ſequuntur Peirin. *tom.* 1. *Privileg. Conſtitut.*9. *Iulij l.* 1. *annot.* 17. Caſtro Palaus *de rebus Eccleſ. non alienand. punct.* 15. §. 1. *num.*7. & Probatur: quia arbores ſunt bona mobilia pretioſa, ac magnæ æſtimationis, quæ ſervando ſervari poſſunt; ergo veniunt ſub hac prohibitione.

Navarr. Rodrig. Gavant. Peirin. Caſtr. Pal.

120. Ex his deducitur, quod non incidit in cenſuras qui arbores extirpat, ac cædit, ut vineam, ac alias utiliores ibi conſtituat, ut docent Riccius *deciſ.*136. Rodriguez *quæſt.*27. *artic.*4. Navarrus *Conſil.*6. & 7. Nec etiam ligatur cenſuris, qui ſine debita ſolemnitate amputat arbores ad reparationem Eccleſiæ, quia hoc non videtur alienatio, ſed localis mutatio,

Riccius. Rodrig. Navar.

mutatio; & hic caſus videtur per Epiichiam
Bonacina. exceptus ob neceſſitatem. Ita Bonacina *de Alienat. loco citato, n. 8. §. Tertius caſus eſt.*

121. Tandem ſequitur, quod Eccleſiaſtici, ac Regulares poſſunt in utroque foro facere cæſionem arborum moderatam, abſque notabili damno pro uſu foci, ac domus, & etiam ad vendendum; ſecus verò ſi talis cæſio fuerit immoderata, ac indiſcreta. Et probatur: quia Eccleſiaſticus debet uti arboribus, & fundo arbitrio boni viri tanquam bonus Paterfamilias, *l. Item ſi fundi, ff. de uſufruct.* Vt etiam
L. Item. Quaranta. notat Quaranta *verb. Alienat. num. 33. in fine.* At boni Patresfamilias communiter, ſingulis annis cædunt aliquas arbores in ſuis fundis pro uſu foci, & etiam ad aliquam partem vendendam, teſte experientia: ergo & ſimiliter Eccleſiaſtici poſſunt ſe gerere. Caſtro Palaus *tract. 9. de rebus Eccleſ. non alienand. punct. 15. §. num. 7.* Ingenioſus
Caſtr. Pal. quidam Recentior apud Pellizarium *tract. 6. cap. 8. num. 98. §. Imo ingenioſ.* M. Fr. Anton. ab
Pellizar. Fr. Ant. ab Spir. Sanct. Spirit. Sanct. *tom. 2. tract. 3. diſput. 6. ſect. 6. num. 1182.*

QUÆSTIO XXVI.

An Religioſi poſſint alienare reliquias Sanctorum, ac oblationes ex devotione fidelium?

SUMMARIUM.

122 *Reliquiæ Sanctorum non poſſunt alienari.*
123 *Ratio Reſolutionis.*
124 *Vota fidelium magni valoris, non poſſunt alienari, maximè minimi.*
125 *Donata pretioſa cum clauſula, ut non alienentur, etiam Apoſtolicè confirmata, ſi fiunt inutiles, poſſunt vendi ad aliam rem utilem, & n. 126.*
127 *Quid Prælatus Eccleſiæ de his valeat ordinare, & n. 128.*

122. Dico in hac re, quod ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, ac aliis ſolemnitatibus requiſitis, non poſſunt Regulares inſignes reliquias Sanctorum, quæ in ſuis Eccleſiis habentur, & inde conſequenter reliquias, ſeu corpora, quæ in monumentis perpetuo conſtitutæ ſunt extrahere, & alienare. Ita Bonacina *de Alienatione bonorum Eccleſiæ, diſp. 2. quæſt. unica, punct. 2. num. 31.*
Bonacina. Diana. Dicaſtill. Diana *4. part. tract. 4. Reſol. 223.* Dicaſtill. *de juſtitia, lib. 2. tract. 15. diſp. 1. dub. 6. num. 27.* & alij contra Caſtrum Palaum *tract. 12. diſp. unica, de rebus Eccleſiæ non alienandis, punct. 15. §. 1. num. 8.* pro ſe citantem Riccium, Bonacinam ſibi contrarium *de Contractibus, diſp. 3. q. 8. punct. 4. num. 17.*

123. Et ratio noſtræ reſolutionis eſt: quia in hac prohibitione comprehenduntur bona pretioſa immobilia quamvis temporalia: atqui reliquiæ Sanctorum ſunt ſuper omnem temporalem æſtimationem, nec pretio æſtimari poſſunt: ergo à fortiori veniunt in hac prohibitione: cum hoc tamen bene ſtat, quod aliqua reliquia poſſit dari de una Eccleſia, ac de uno Conventu ad aliam Eccleſiam, ac ad alium Conventum, dummodo Eccleſia dans non ſit defraudata, vel ſi aliunde ei fiat magna recompenſatio, & in hoc ſenſu intelligenda eſt ſententia aliorum Doctorum.

124. Dico ſecundò, quantum ad oblationes, ac vota fidelium facta alicui imagini, ſi fuerint magni valoris, auri, & argenti, vel alterius eximij valoris, quæ ſervando ſervari valent, non poſſunt alienari; ſecus ſi fuerint parvi, & minimi valoris. Riccius
Riccius. *deciſ. 102.* Bonacina *diſputatione 2. quæſtione unica, de Alienatione, punct. 2. num. 6.* M. Le-
Bonacina. Lezana. zana *tom. 2. cap. 19. numero 57. prope finem.* & Probatur: quia huiuſmodi vota ſi ſint magni valoris habentur tanquam bona immobilia pretioſa, proindéque alienari non poſſunt, ut diximus, aliter ſi ſint minimi valoris; tamen eſto ſit magni valoris, ſi apertè & evidenter ſunt inutiles communi praxi video tranſmutari in aliud ad ipſius Eccleſiæ, vel imaginis ornamentum, ac obſequium.

125. Ex quo patet reſolutio cuiuſdam caſus. Quædam Regina cuidam Monialium Monaſterio in hoc Regno Portugalliæ donavit quædam mobilia pretioſa, conditione appoſita, ut nunquam alienari, vel vendi poſſent, & ad hoc impetravit Bullam à Romano Pontifice abſque ullis cenſuris, & inter illa pretioſa erat quædam Porta-pax; tamen per novum Miſſale Romanum, uſus illius inſtramenti dandi pacem ſublatus eſt; quæſitum eſt: An ille Conventus poſſet vendere, & alienare illam porta-pacem, & aliam pretioſam rem mobilem emere ad uſum altaris, ad cuius miniſterium relicta eſt à Regina?

126. Optimè reſponderunt Viri Doctiſſimi, quod talis res pretioſa bene poterat vendi, ac alienari, ut commutaretur in aliam rem ad uſum altaris. Fundamentum eſt: quia ceſſante fine legis, ceſſat lex, *cap. Cum*
C. Cum ceſſante. *ceſſante de Appellationibus, l. Finali, ff. de hæredum inſtitut.* Navarrus *in Conſiliis, titu-*
Navarr. *lo de ſententia Excommunication. Conſilio 57.*
Suarez *lib. 6. de leg. cap. 9. numero undecimo.*
Suar. Atqui in prædicto caſu ceſſavit finis donantis, & finis Papæ Confirmantis: nam mens donantis erat, ut ſerviret in altari; atqui talis uſus per novam Eccleſiæ cæremoniam eſt ablatus: ergo ceſſavit finis fundatricis, ac Papæ Confirmantis, quia iam non poteſt inſervire in altari. Et confirmatur: quia conſtitutiones Summorum Pontificum poſitæ in iure communi, interveniente rei inutilitate non obligat, ſed poſſunt alienari ad maiorem utilitatem Eccleſiæ, ut ſupra diximus; & per multos Textus ad Doctores citatos ad marginem probat Rodriguez *tom. 1. qq. Regularium, q. 27. art. 2.* ergo nec illa confirmatio
Rodrig. Apoſtolica obligat in prædicto caſu.

127. Si verò quæres: An teſtator inſtituens Monaſterium hæredem, cum ſufficientibus, poſſit hanc conditionem apponere, ut oblationes in tali Eccleſia factæ expendantur in pios uſus ipſius? Reſpondeo, quod laicus abſolute non poteſt talem conditionem apponere, cum non

non poſſit diſponere de rebus ſpiritualibus, ut ſunt oblationes, & teſtator non poteſt apponere conditiones iuri contrarias, *cap. Si ex laicis*, *cap. Sic quidem*, *cap. Noverint*, 10. *quæſt.* 1.

C. Si laicis. C. Sic quidem. C. Noverint.

128. Loquendo tamen de Eccleſiis ſubiectis Ordinario, ſi talis conditio appoſita à teſtatore ſit approbata ab Ordinario, tunc ſubſiſtit, quia ex officio diſponit de iis, quæ ſunt ſub jure ſuarum Eccleſiarum. *cap. Sic quidem*, 10. *quæſt.* 1. Poteſt enim ſtatuere, quod oblationes convertantur in uſus inſtitutos à teſtatore, ſic & Prælatus Monaſterij in hoc eodem caſu, talia præſtare poteſt, cum illius ſit conſentire, de cuius commodo agitur. Bonacina *de Alienatione*, *diſp.* 2. *quæſt. unica*, *punct.* 2. *num.* 6. Pellizar. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 32. §. *Concedo tamen.*

C. Sic quidem. Bonacina. Pellizar.

QUÆSTIO XXX.

An Regulares poſſint alienare capellas ſuæ propriæ Eccleſiæ?

SUMMARIUM.

129 *Capellæ Eccleſiarum non poſſunt vendi quoad dominium, maximè quoad uſum.*
130 *Locus Eccleſiæ dirutæ, ſi eſt inutilis Eccleſiæ novæ, poteſt vendi.*
131 *Iura, annui redditus, actiones ſervitutes, non poſſunt alienari.*

129. Dico, quod ſtante prohibitione Apoſtolica, non poſſunt Regulares vendere capellas ſuarum Eccleſiarum, ita ut earum dominium transferatur ad extraneos, poſſunt tamen illas concedere in uſum ipſorum, verbi gratia, in ſepulturam. Ita Quaranta, Menochius, & alij, quos citat, ac ſequitur Riccius *deciſ.* 42. quibus adde Bonac. *de Alien. diſp.* 2. *quæſt. unica*, *punct.* 2. *num.* 12. M. Lezana *cap.* 39 *num.* 56. Probatur prima pars: quia capellæ ſuut bona immobilia Eccleſiaſtica, proindéque comprehenduntur ſub hac generali prohibitione. Secunda pars ex communi praxi verificatur. Deinde illæ fiunt ad uſum ſæcularium; conceſſio autem illarum ſolum ad uſum non eſt alienatio.

Quaranta. Menoch. Riccius. Lezana. Bonacina.

130. Riccius *citatus*; & alij, quos citat, ac ſequitur Dicaſtill. *de iuſtitia*, *lib.* 2. *tract.* 15. *diſp.* 1. *dub.* 6. *num.* 311. de loco in quo fuit condita Eccleſia, quæ modo diruta, ac deſtructa eſt, adhuc enim cenſetur Eccleſiæ locus, & inde ſine debita ſolemnitate alienari non poteſt; ita citati Auctores. Tamen aliter mihi dicendum videtur, ſi talia loca, in quibus fuit Eccleſia, ſunt omnino inutilia, ac nullius commodi Eccleſiæ novæ, bene poſſunt alienari ſine ulla ſolemnitate, ut ſupra diximus, & docent citati Auctores de bonis immobilibus, quæ tractu temporis ſunt inutilia *ſupra*, *quæſt.* 22. *n.* 114. & 115.

Riccius. Dicaſtil.

131. Dicendum eſt etiam, quod ſine debita ſolemnitate non poſſunt alienari bona incorporata, ut ſunt iura, actiones, & ſervitutes annui redditus, & cætera ſimilia: nam ius ad res immobiles pertinet, & inter eas computatur, proindéque comprehenduntur in generali prohibitione. Sylveſter, Bonacina, Vaſquez, Molina, Quaranta, & alij, quos citant, ac ſequuntur M. Lezana *tom.* 2. *cap.* 19. *n.* 56. Dicaſtil. *citatus*, *n.* 313.

Sylveſt. Bonacina. Vaſquez. Molina. Quaranta. Lezana. Dicaſtil.

QUÆSTIO XXVI.

An Regulares, non obſtante prohibitione Apoſtolica, poſſint repudiare hæreditatem Monaſterio relictam, non ſervata ſolemnitate requiſita ad alienationem?

SUMMARIUM.

132 *Prima ſententia eſt negativa.*
133 *Secunda affirmativa.*
134 *Tertia diſtinctione utitur.*

132. Duæ ſunt ſententiæ in hac re. Prima contendit, quod talis alienatio fieri non poteſt. Molina *tract.* 2. *diſp.* 468. *num.* 11. Filiucius *tract.* 44. *cap.* 4 *num.* 34. Azor. *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæſt.* 12. Quaranta *verb. Alienatio. n.* 23. Naldus *verb. Alienatio. num.* 5. & alij apud Sanchez *lib.* 6. *de matrimonin*, *diſp.* 4. *num.* 11. & 12. Probatur; quia legatario mortuo, ipſo iure legata fiunt legatarij, licet ab ipſo, non apprehendantur, pro quo multa iuris loca adducit citatus Filliucius: ſed quæ ipſo iure ſunt Eccleſiæ, ab eius Rectore alienari non poſſunt, ergo nec iſta legata repudiari.

Molina. Filliuc. Azor. Quaranta. Naldus. Sanch.

Secunda ſententia ex oppoſito affirmat, quod talis alienatio fieri poſſit non ſervata ſolemnitate juris requiſita. Ita Sanchez *citatus*, *num.* 12. Suar. *tom.* 4. *de Religione*, *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 18. Layman, Bonacina, Peirin. Lezana *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 6. quos citat, ac ſequitur Pellizar. *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 6. Probatur: Quia in iure ſolùm prohibetur alienatio bonorum Eccleſiaſticorum; repudiatio autem legati, aut hæreditatis nondum rei acceptatæ, potius eſt non acquiſitio, quam alienatio, cum alienatio ſit diſtractio rei iam incorporaræ, qualis non eſt hæreditas nondum acceptata.

133. Sanchez. Suarez. Layman. Bonacin. Peyrin. Lezana. Pellizar.

In hac tamen re diſtinguendum puto. Si hæreditas repudiatur ob negligentiam Rectoris, vel ut ipſa hæreditas tranſeat ad alios fortè ſuos conſanguineos, vel amicos, vel ex aliquo doloſo pacto inito, tunc procedit prima ſententia, quia illa eſt doloſa alienatio juris iam acquiſiti in præjudicium Eccleſiæ; quod Conſtitutiones Apoſtolicæ maximè intendunt evitare, ſi verò talis hæreditas ſecum involvit lites; & controverſias, & odia: tunc ſecunda ſententia habet locum quia illud ius non eſt planè acquiſitum, ſed litigioſum, quod ſecum multa portat incommoda, & ius quod eſt conſtitutum in favorem Eccleſiæ non poteſt verti in eius præjudicium.

134.

QUÆSTIO XXVII.

In quas penas incidant Regulares alienantes bona Eccleſiaſtica?

SUMMARIUM.

135 *Alienantes peccant mortaliter.*
136 *Alienantes incidunt in excommunicationem non reſervatam, ſi ex dolo, non verò ſi ex ignorantia.*
137 *In nullam excommunicationem incidunt ex Tridentino.*
138 *Epiſcopi & Abbates incidunt in interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ.*
139 *Alii Prælati præter excommunicationem incurrunt privationem ſuorum officiorum.*
140 *Quia dicitur, abſque aliqua declaratione, in foro interiori ſtatim ligat.*
141 *Et præter prædictas pœnas talis contractus eſt irritus.*
142 *Ad incurrendas prædictas pœnas requiritur realis alienatio; & non ſufficit attentata, etiam cum inſtrumento.*

135 PRo bona intelligentia huius rei videnda ſunt ea, quæ ex decretis Summorum Pontificum retulimus *quæſtione* 2. & 3. & Primò: alienantes peccant mortaliter, & committunt ſacrilegium; cum irreverenter ſe habeant erga res ſacras Deo dedicatas. Caietanus *in ſumma, verb. Excommunicatio, cap.* 75. Quaranta *in ſumma Bullarij, verb. Alienatio num.* 49.

136. Secundò: incurrunt in ſententiam excommunicationis, ut expreſſè dicitur in Extravaganti *Ambitioſæ*: & cum ibi Pontifex Paulus II. uſus ſit illo verbo: *præſumpſerint*: ideo non incidunt in cenſuram, niſi qui malitioſè, ac cum dolo alienationem fecerint; non verò qui ex ignorantia probabili, vel culpabili talem alienationem perpetraverint. Quaranta *verb. Alienatio. numero* 50. Lezana *eodem verbo, num.* 20. Hæc autem excommunicatio nulli eſt reſervata, & patet ex contextu, ut omnes notant. Gavantus *in manuali, verb. Alienatio. num.* 28. Vnde Prælati regulares in foro conſcientiæ poſſunt abſolvere ſuos ſubditos; & Confeſſarii ſuos pœnitentes.

137. Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, cap.* 15. *num.* 8 §. *Nota circa.* Ait, quod quamvis illa excommunicatio non ſit reſervata in Extravaganti, eſt tamen reſervata in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 22. *cap.* 11. Sed Concilium ibi ſolùm loquitur de uſurpantibus; ac convertentibus in proprios uſus bona Eccleſiarum, ac proinde prædicta doctrina non eſt extendenda ad ſimpliciter alienantes; Filliucius *tract.* 44. *cap.* 6. *num.* 3. §. *Dico ſecundo.* Bonacina. *de Alienatione. diſp.* 2. *quæſt. unica, punct.* 2. *n.* 9.

138. Epiſcopi, & Abbates alienantes bona Eccleſiaſtica incidunt in interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & etiam ſuſpenſionis à regimine, ac adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, cui præſident in ſpiritualibus; & temporalibus, eo ipſo incurrendæ, ſi ſex menſibus elapſis ſequentibus ſub interdicto huiuſmodi animo perſeveraverint indurato.

139. Alij verò Prælati inferiores prædictas alienationes facientes, præterquam quod incidunt in excommunicationem, ut ſupra diximus, non reſervatam, addit tamen Pontifex, quod Prælati tales alienationes facientes, incidunt in pœnas privationis ſuorum officiorum, ac inhabilitatis in poſterum ad illa, abſque aliqua declaratione, & quamvis prædictæ pœnæ privationis ex vi Extravagantis non ſint reſervatæ; cum, ſine ſufficienti ratione induci non debeat reſervatio in pœnis, ut infra dicemus; tamen ex decreto Sacræ Congregationis ſub Vrbano VIII. de quo *q.* 3. ſunt reſervatæ, ut conſtat ex illis verbis; *Sublata etiam generali, & protectori illas moderandi, aut relaxandi facultate*, ex quo Sedi Apoſtolicæ reſervatæ cenſendæ ſunt, ut notant M. Lezana *verb. Alienatio. num.* 22. Pellizarius *tract.* 6. *c.* 8. *n.* 4. *ad finem.*

Vrb. VIII. Lezana. Pellizar.

140. Quia verò in dicta Conſtitutione dicitur, quod *abſque ulla declaratione* incurrant in dictas pœnas, ideò valdè communis, & recepta eſt ſententia, quòd tales pœnæ incurrantur ſaltem in foro conſcientiæ ante omnem declarationem. Et ratio eſt, quia nihil aliud videntur intendere Pontifices, ac latores harum legum, dum his terminis utuntur, niſi quod nulla expectetur ſententia ad hoc, quod illæ pœnæ teneant in foro conſcientiæ: nam alias ſuperfluè apponeretur illa clauſula: *abſque ulla declaratione.* Suar. *lib.* 5. *de leg. cap.* 8. Vaſquez 1. 2. *diſputatione* 170. licet tamen in foro exteriori, ſententia declaratoria judicis requiratur, quia nullus tenetur in ſe ipſum exequi pœnam ſui delicti. Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 1. 5. *num.* 65.

Suar. Vaſquez. Sanchez.

141. Præter prædictas pœnas, ponitur etiam irritatio alienationis factæ ſine legitima ſolemnitate inducta, tum in citata Extravaganti, tum in decreto Sacræ Congregationis *quæſtione* 3. & tenet abſque alia ſententia, vel declaratione; cum id in ipſa lege ſatis apertè explicetur, ut talis irritatio propriè non ſit pœna, ut ad incurrendam deſideretur ſententia; ſed inducta eſt ad præcavendum, ne aliter fiat & ideo factum conſtitutionibus Apoſtolicis, eſt nullum. Ita Suar. *tom.* 4. *de Religione, tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 20. contra Navarrum *Commentar. de Alienat. rerum Eccleſiaſtic. num.* 15. *& ſequentibus*; & alios exiſtimantes, interveniente juſta cauſa, ac utilitate Eccleſiæ ob ſolum defectum ſolemnitatis omiſſæ in alienandis Eccleſiæ bonis, non eſſe invalidum contractum: cum ſolemnitas prædicta poſita ſit ad præſumendam juſtam cauſam, & conſequenter ubi intervenit veritas ceſſat præſumptio. Hæc dixit Navarrus: non vidit ipſe decretum Sacræ Congregationis reſervantis ſibi judicium cognoſcendi de utilitate, ac vera cauſa ad alienandum, ut diximus cum communi ſententia *ſupra q.* 5.

Suar. Navar.

142. Si verò quæras: an ad incurrendas prædictas pœnas requiratur realis alienatio; an ſufficia

ficiat attentatio, inſtrumento facto? rectè reſpondet Filliucius *tract.44.cap,6.* ex Navarro & Covaruvia, requiri realem rei traditionem, & colligitur ex *cap. Si quis Presbiter. de reb. Eccleſ. non alienand.* & ex eo probatur, quia regulariter pœnæ impoſitæ intelliguntur de actu perfecto, ac conſummato, qualis non eſt attentatio alienationis, non ſecuto effactu; hæc diximus regulariter, qui attentantes, conſulentes, & conſentientes in infeudationem locorum Sedis Apoſtolicæ, ipſo facto excommunicantur, etiam effectu non ſecuto, ut notat idem Filliucius *loco citato.*

Filliucius. Navarr. Covar. Cap. Si quis

QUÆSTIO XXVIII.

An bona Confraternitatis, Collegij, Congregationis, ac Hoſpitalis alienari poſſint?

SUMMARIUM.

143 *Eorum bona non poſſunt alienari, ſi ſint auctoritate Epiſcopi fundata, ſecus ſi ſine illa.*

144 *Si dubitatur, an ſit erectum auctoritate Epiſcopi, affirmativè præſumendum.*

145 *De alienantibus bona Confraternitatis.*

143. HVjuſmodi bona Confraternitatis, Collegij, Congregationis, Hoſpitalis conſtituti, ac erecti Auctoritate Epiſcopi, non poſſunt alienari ſine debita ſolemnitate; ſunt enim loca pia, illa enim reputantur eſſe pia loca, quæ Epiſcopi auctoritate ſunt erecta, ac fundata. In Extravaganti autem *Ambitioſa*: expreſsè irritatur *alienatio piorum locorum*: aliter verò dicendum de Confraternitatibus Hoſpitalibus, Congregationibus, aliiſque ſimilibus locis fundatis ſine auctoritate, ac licentia Epiſcopi; hæc enim inter pia loca non recenſentur. Ita Riccius *deciſ.* 48. Rodoan. *quæſt,* 28. Quaranta *verb. Alienatio, num.* 28. *&* 41. Cardinalis Pariſius, Soporanus, quos citat, ac ſequitur Bonacina *de Alienat.bonor.Eccleſ.diſp.2.qui. unica, punct. 2.num.*10.

Extravag. Riccius. Rodoan. Quaranta Pariſius. Soporan. Bonacin.

144. Si verò in dubio habeatur ean talis hoſpitalis, vel domus ſit erecta auctoritate Epiſcopi, Reſpondendum eſt cum Maſcardo *tom.* 1. *de probat. concluſ.* 869. Quaranta *citato loco.* Rota *deciſ.*725.*diverſ.*1. Riccio, Soporano, ac aliis apud citatum Bonacinam, & Filliucium *tract* 44 *cap.*4.*queſt.*18.& aliis, præſumi auctoritatem Epiſcopi erectam; ad quam præſumptionem iuvat.

Maſcard. Quaranta. Rota. Riccius. Soporan. Bonacina. Filliuc.

Primò, ſi habeat, vel ibi ſint ſepulturæ; vel Cæmeterium.

Secundò, ſi in eo adminiſtretur Baptiſmus.

Tertiò, ſi recipiat decimas, vel ſit locus immunis à ſolutione collectarum.

Quartò, ſi habeat Campanile erectum cum campana, ibique divina celebrentur.

Alienantes autem huiuſmodi bona Confraternitatum, incidunt in pœnas Extravagantis *Ambitioſæ* ſunt nempe excommunicati, excommunicatione maiori non reſervata, ſimùlque habent privationem ſuorum officiorum, ac dignitatum.

145. Extravag.

RESOLUTIO VIII.

Altare.

QUÆSTIO PRIMA

Quid & quotuplex ſit Altare?

SUMMARIUM.

1 *Etymologia nominis Altaris.*

2 *Altare duplex, definitio portatilis.*

3 *Altare ſtabile, illius definitio.*

4 *Altare ſaltem maius quantum fieri poteſt, debet reſpicere Orientem.*

ALTARE ab altitudine dictum: nam ut teſtatur Theſaurus linguæ Latinæ, antiqui Diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacrificabant: Diis terreſtribus, in terra: Diis inferis, in foſſa terræ. Altare ergo idem eſt, ac *Alta ara*, & ut ait Varro *Divinarum, lib.* 5. Aras primum, anſas dictas, quia ſacrificantes tanquam velut per anſam neceſſe erat eas tenere; commutatione verò literarum, aræ poſtea cœperunt dici: Ara autem dicitur à verbo Græco, quod eſt orare, quia ſacrificantes orabant. De quo latè Durandus *in rationali, lib.*1.*c.* 2. *&* 7.& cum aliis multis Bellarm, *tom.*3.*Controverſ.lib.*1.*de Miſſa, cap.*14.*verb.Denique.* Aliis placet, quod altare dicitur, id eſt, Alta res.

1. Theſaur. Varro. Græcus. Durand. Bellam.

Duplex eſt altare, unum portatile, quod transferri poteſt de loco ad locum; & ex hac ratione *cap. de Privileg.in* 6 vocatur Viaticum, *ad l. Can. Concedimus de conſecratione.* Appellatur: *Tabula conſecrata:* vulgo dicitur *Petra ara:* Definitúrque communiter *Parvus lapis, continens in ſe foramen, cum conſecratione, ac ſigno ſuperpoſito?* requiritur, quod ſit capax pedis calicis, ac hoſtiæ conſecratæ. Ita Durantes, Graffis, Petrus Gregorius, Suarez, Henriquez, quos citat, ac ſequitur Fagandez *de quinque præceptis, p.*1.*lib.* 3.*c.*22 *n.* 1.

2. Cde Privil. Can. Conc. Durantes. Graffis. Petr.Greg. Suar. Henriq. Fagundez.

Alterum altare eſt fixum, & immobile, quale in Eccleſiis habetur communiter; definirique poteſt: *tota menſa, in qua integrum ſacrificium, ſeu tota Miſſa celebratur.* Ita Sylveſter, Azor. Fuſcus, Henriquez, Bellarminus, Lambertus, Lotter. & alij, quos citant ac ſequuntur Barboſa *de poteſt. Epiſp. part.* 2. *allegat.*27.*num.*20. Tamburinus *de iure Abbatum. tom.*1.*diſp.*23.*quæſt.* 4.

3. Sylveſt. Azor. Fuſcus. Henriq. Bellarm. Lambert. Lotter. Barboſa. Tambur.

Altare, ſaltem maius, debet Orientalem mundi plagam reſpicere, ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine hoc ſervatum eſt, ut verſus Orientem conſtituatur, Pariſius *in praxi nova Epiſcopali, part.*1. *cap.* 5. *num.* 2. Azor. *Inſtit. Moral.part.*2.*lib.*9. *cap.*3. *quæſt.* 12. Bonacina *de Sacrament.diſp.*4.*quæſt.ultima punct.* 4. *n.* 13. *verſ Præterea*, Barboſa *citatus, num.* 32. oppoſitum tenet Vaſquez *in* 3.*part diſp.*233. *cap.* 2. *num.*19. Ubi ait, hoc non eſſe neceſſarium, & aliquando obſervatur in praxi; nam in hac civitate

4. Pariſius. Azor. Bonacina. Barboſa.

civitate illuſtriſſimi conventus S. Franſciſci, S Antonij, Capucinorum, & B. Matiæ Virginis de Penha de Franca Ordinis Eremitarum S.Auguſtini,altare maius verſum eſt ad, occidentem; ac proinde quantum fieri poteſt, conſtitui debet ad Orientem; tamen ſi ratione ſitus loci, melioriſque diſpoſitionis Eccleſiæ ædificetur, ut reſpiciat Occidentem, non video in hoc magnum incoveniens.

Cum ergo duplex ſit Altare, portatile, & ſtabile,portatile neceſſarium eſt, quod ſit lapideum, & conſecratum; ſtabile verò ſi ſit totum lapideum poteſt eſſe conſecratum, & non poteſt eſſe ligneum, vel terreum; ut patet ex *cap Altare,de conſecrat.dict*, 1. eſt enim ſignum Chriſti, qui dicitur Petra 1. Cor. 10. *num.*4.Si verò non ſit lapideum, & per conſequens,nec conſecratum, indiget Altari portatili, ſeu petra aræ, ut notat Azor. *tom.* 1. *Inſtit.Moral.lib.* 10.*cap.* 17. *quæſt.* 2. Et tunc poteſt eſſe ligneum,vel terreum,non obſtante confirmatione Synodali, ut notat Barboſa *in in collect.Bullar. verb. Altare.*

C.Altare. 1.Cor.10. Azor. Barboſa.

QUÆSTIO II.

An Altaris conſecratio in omni caſu pertineat ad Epiſcopum, & qualiter Religioſi ſe debeant habere cum eis?

SUMMARIUM.

5 *Conſecratio Altaris, ſeu petræ aræ ad ſolum Epiſcopum pertinet.*

6 *Non poteſt Epiſcopus ſimplici ſacerdoti committere.*

7 *Si Epiſcopus requiſitus à Religioſis pro altaris conſecratione renuerit, poterunt vocare alium Epiſcopum Catholicum, n.* 8.

9 *In locis remotiſſimis poſſunt vocare Epiſcopum tranſeuntem.*

5. COnſecratio petræ aræ, ſicut Calicis,& patenæ, ad ſolos Epiſcopos ex iure ſpectat, ex privilegio, ſolus Summus Pontifex poteſt concedere, ut per ſimplicem ſacerdotem fiat.Ita Henriq.*lib* 9.*c.*28.§. 1. Suar. *tom.*3.*n.*3.*part.diſp*81.*ſect* 5.*verſ.* Tertio additur

Henriq. Suar. 6. Et in tantum conſecrare altare pertinet ad Epiſcopum, ut hæc facultas non poſſit per Epiſcopum ſimplici presbytero delegari: hoc autem proprium eſt Ordinis Epiſcopalis, & non juriſdictionis, Azor.Lotter Reginaldus, quos citat, & ſequitur Barboſa *de poteſt. Epiſcop.allegat.*27.*num.*23.

Azor. Lotter. Reginald. Barboſa. 7. Tamen ſi Ordinarius bis, aut ter requiſitus à mendicantibus intra diœceſum exiſtentibus pro ſuorum altarium conſecratione renuerit, poſſunt adire quenquam Catholicum Epiſcopum ad id peragendum; ex conceſſione Sixti V.& Concilij Lateranenſ.ſub Leone X. & hoc non eſt revocatum per Concilium Trident.*ſeſſ.*6.*cap.* 5. *de reformatione.* Nam hic caſus ob neceſſitatem videtur per epiiKiam exceptus, ut notat Lezana *verb.Altare*, *num.* 5. Deinde,quia etſi Concilium revocaverit omnia privilegia Regularium,hæc tamen facultas, potiùs eſt ius commune, quam privilegium, quia *cap.*1.*de ſupplenda negligentia Prælatorum*; expreſſe decernitur, quòd ſi Epiſcopus diœceſanus ter requiſitus noluerit Abbates benedicere, poterunt ſuos monachos benedicere,& alia, quæ ad eorum officium ſpectant,exercere; & ſubdit Textus: *Donec Epiſcopi ſuam duritiem recogitent*; quæ deciſionis ratio etiam in noſtro caſu militat, poſita neceſſitate, ubi enim militat eadem ratio ſtat eadem iuris diſpoſitio.Rodriguez *tom.*1. *q.* 19 *art.*4.Miranda *in manuali Prælatorum*, *tom.* 2. *quæſt.*39.*art.*1.*concl.*3.Azor.*tom.*1.*lib.*10.*c.* 27. *quæſt.*3.4.*&* 6.

C.1.de ſup. Rodrig. Miranda.

8. Idem dicendum eſt etiam, Sede vacante, ſi Epiſcopus fuerit requiſitus à fratribus ex Sixto I V.Eugenio I V. apud Bullarium, ut notant citati Auctores; & Hieronym. Rodrig. *Reſol.*9. *num.* 2.

Sixtus IV. Eugen. IV. Hieron. Rodrig.

9. Quia ſæpe in locis remotiſſimis, ut in India, & Braſilia non eſt copia Epiſcoporum, hoc privilegium conceſſit Sixtus IV. noſtris Carmeliticis in bulla *dum attenta*: & idem etiam Auguſtinianis, refert Rodriguez *citata quæſt.*19.*art.* 4. *Quia vero interdum propriorum Epiſcoporum, copiam non habetis, ſi quos Epiſcopos Romanæ ſedis communionem, & gratiam habentes, de quibus p lenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eis benedictionem vaſorum, & veſtium & conſecrationem altarium, authoritate ſedis Apoſtolicæ recipere valeatis*, & quamvis Rodriguez *citatus* dicat, quod ad executionem huius privilegij requiritur licentia Diœceſani, propter decretum Concilij Tridentini; tamen hoc mihi non videtur verum, & ratio eſt, quia caſus privilegii militat quando non eſt copia Epiſcoporum, & ſi in partibus remotiſſimis non eſt altare conſecratum, & eſt neceſſitas celebrandi, tunc tranſiens EpiſcopusCatholicus bene notus, poteſt altaria fratrum conſecrare, quæ tamen non ſunt revocata per Concilium Trident notat Lezana *citatus n.* 4. & demonſtrat ratio adducta ſupra *n.* 8.

Sixtus IV. Rodrig. Rodrig.

QUÆSTIO III.

Vtrùm Abbates, & alij religioſi habeant ex privilegio, altaria conſecrare?

SUMMARIUM.

10 *Abbates ex multis privilegiis poſſunt altaria conſecrare.*

11 *Obiectio ex decreto Congregationis.*

12 *Solvitur prædicta obiectio.*

13 *Hæc facultas conceſſa Abbatibus non extenditur ad Prælatos aliarum Religionum.*

14 *Privilegium Pauli III. Presbyteris Societatis Ieſu in terris remotiſſimis infidelium.*

10. REligioſi, etiam Abbates, ex iure non poſſunt conſecrare altaria, patenas, & calices, ut patet ex *cap. Abbates* iuncta Gloſſa *verb. Cenſura de Privilegiis in* 6. Bene tamen

C. Abbates Gloſſa.

Innoc. VIII. ex privilegio Innocentij VIII. conceſſo Ianni Abbati Ciſtercienſi, & quatuor primis coabbatibus pro tempore exiſtentibus, tam pro ſuis Pius. IV. Eccleſiis, quam pro aliis extraneis Pius IV. Abbatibus Benedictinis pro ſuis Eccleſijs tantum *Conſtitut. 97. in Ordine.* Idem etiam conHonori. II. ceſſerunt Honorius II. Adrianus VI. Six-Adrian. VI. tus IV. Eugenius IV. Ita Barboſa *de poteſt.* Sixtus IV. *Epiſcop. allegat. 27. n. 36.* Miranda *tom. 2. quæſt. 41* Eugen. IV. *art. 4.* Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 1.* Barboſa. *diſput. 23. quæſt. 13.* Rodriguez *tom. 3. ſummæ,* Miranda. *cap. 19. num. 2.* Portel. *dub. Reg. verb. Abbas,* Tamburin. *num. 3.* Hieron. Rodrig. *Reſol. 9. num. 2.* Diana Rodrig. *part. 3. tract. 2. Reſol. 15.* Portel.

Hieron. Tota difficultas eſt; an huiuſmodi facultas 11. ac poteſtas ſit revocata per decretum Sacræ Rodrig. Congregationis anno 1632. die 13. Martij: Diana. quod referunt Barboſa *collect. Bullarij, verb.* Barboſa. *Abbas*, Ioannes Maria Novariu. *Lucerna Re-*Novarin. *gul. verb. Benedicere*; & ita habet. *Abbates,* Sacr. Cong *Priores, Guardiani, & alii Regularium Prælati, etiam ex Societate Ieſu, habentes privilegia benedicendi veſtes ſacras, cœmeteria, & ſimilia, dicto privilegio uti non poſſunt, niſi in iis rebus, in quibus ſacra unctio non adhibetur, & pro ſervitio dumtaxat Monaſteriorum, & Eccleſiarum propriarum.* In quo decreto comprehenditur altaris conſecratio, quæ chriſmate fit, ſolùm permittuntur ea, *in quibus ſacra unctio non adhibetur*, ac proinde facultas conſe-Lezana. crandi altaria videtur revocata. Ita M. Lezana *verb. Altare num. 3.* Notans, quod ibi ponitur benedicere pro conſecrare.

12. Tamen oppoſita ſententia tot ſummorum Pontificum conceſſionibus corroborata, videtur in ſua firmitate ſtare, nec obſtat prædicta declaratio Sacræ Congregationis, nam Naldus *verb. Abbas num. 4.* Poſtquam eam retulit, ſubdit, quod inſtante procuratore Generali Congregationis Caſſinenſis, ac exhibente ſummarium privilegiorum, ac gratiarum ſuo Ordini conceſſarum; tunc Sacram Congregationem hanc declarationem feciſſe Reſponſio in hæc verba: *Deciſionem alias à ſe editam,* Sacræ Con-*quod Abbates, utrumque benedicti, benedicere* gregationis *non poſſunt ea, in quibus unctio requiritur, non obſtare, quo minus iidem munus prædictæ benedictionis, quoad ea (in quibus unctio requiritur impendere queant, ſi ſpecialibus ſedis Apoſtolicæ privilegiis, quibus Concilium Tridentinum, nequaquam derogat, muniti fuerint.* Cum ergo prædicta facultas data Abbatibus non ſit derogata per Concilium Tridentinum, eſt in ſuo Pellizar. vigore. Ita Pellizar. *tract. 8. cap. 5. num. 103.* Deinde illa declaratio Congregationis, cum non oſtendatur ſufficienter authentica, & publicata, non videtur derogare tot Pontificum privilegiis bullatis, & authenticis.

13. Suppoſita hac firmitate privilegiorum, quæ conceſſa ſunt Abbatibus, hæc tamen privilegia non communicantur aliis ſuperioribus aliarum Religionum; eſto generalem habeant communicationem cum aliis ordinibus, etiam monachalibus; nunquam enim iſta privilegia taliter fuerunt intellecta, & ex eo iſta privilegia Suar. conceſſa ſunt Abbatibus, quia ipſi habent Miranda. uſum pontificalium; quod non competit aliis Diana. ſuperioribus Regularibus, ut nocarunt Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 27.* Miranda *in manuali tom. 2. q. 40. art. 4.* Diana *tom. 3. tract. 2. de dubiis Regularib. Reſol. 15.*

Paulus III. in ſua Bulla anno 1549. con- 14. ceſſit ſacerdotibus ſimplicibus Societatis Ieſu Paul. III. ut in partibus remotiſſimis infidelium poſſent altaria conſecrare, ut de facto eſt in uſu.

QUÆSTIO IV.

Sub peccato mortali celebrandum eſt in altari conſecrato, & ſaltem portatile, debet eſſe integrum.

SUMMARIUM.

15 *Celebrans in altari non conſecrato, peccat mortaliter.*
16 *Petra aræ debet eſſe integra, ut ſimul recipiat calicem, & hoſtiam.*
Significatio ipſius Petræ. ibid.

NEceſſariò celebrandum eſt in altari con- 15. ſecrato, *cap. Altaria 2. de Conſecrat. diſt. 1.* aliter faciens, peccat mortaliter; eſt enim gravis tranſgreſſio legis, ac conſuetudinis univerſalis, in qua nec Epiſcopus poteſt diſpenſare, nec ſummus Pontifex unquam diſpenſavit, ut obſervat Suar. *tom. 3. in 3. part. diſp. 81. ſect. 5.* Si altare fixum totum fuerit conſecratum, ſufficit, & non requiritur altare portatile, ſeu petra aræ conſecrata.

Altare portatile, ſeu petra aræ, non poteſt 16. componi ex duabus lapidibus invicem colligatis ad modum tabulæ, qua inſtar libri claudatur, & aperiatur, ita ut in uno lapide hoſtia, in altero calix reponatur; hoc eſt contra uſum univerſalem Eccleſiæ, contraque ipſius altaris ſignificationem; illa enim petra ſignificat unam in Chriſto perſonam; ut bene Vaſquez. notat Vaſquez *tom. 3. ad 3. part. diſp. 233. cap. 2.* Sylveſt. *num. 16.* cum Sylveſtro *verb. Altare, quæſito 3.* Bonacina *de ſacrificio Miſſæ diſp. 4. quæſt. vltima. punct. 9. num. 12.* Ac proinde petra aræ debet eſſe integra, ut ſimul recipiat hoſtiam, & calicem. Bonacina.

QUÆSTIO V.

De Conſecratione altaris, an neceſſario in eo ponendæ ſint reliquiæ.

SVMMARIVM.

17 *Non eſt de eſſentia conſecrationis altaris, ut in eo ponantur reliquiæ, & n. 18.*
19 *Non obſtat oratio ſacerdotis in principio Miſſæ.*
20 *Loco reliquiarum non eſt ponenda pars corporalis, & n. 21.*
22 *Reſpondetur ad factum Leonis,*
23 *Reliquiæ ponendæ debent eſſe ſanctorum, qui approbati ſunt ab Eccleſia.*

PRo exacta explicatione huius rei videndũ 17. eſt Pontificale Romanum, ubi agitur de conſecratione Chriſmatis, & de aliis, quæ conſecrantur

conſecrantur, quantum ad præſens quæſitum multi fuerunt Canoniſtæ, qui exiſtimarunt de eſſentia conſecrationis altaris eſſe, ut in eo aliquæ reliquiæ ponerentur; & hanc ſententiam noviſſime tenent Thomas Hurtadus *tom. 1. variar. tract. 2. cap. 6. Reſol. 23. num. 254.* Scortia *de ſacrificio Miſſæ lib. 2. cap. 14. num. 4.*

Thom. Hurtad.

Scortia.

18. Oppoſita ſententia, quòd tales reliquiæ Sanctorum, non ſunt neceſſariæ ad conſecrationem altaris fixi, & permanentis, eſt communiſſima, & certa, eam tenet Panormitanus, Suar. Ægydius Coninch. Vaſq. Layman, Franciſc. Lugo, Dicaſtill. Gaſpar. Hurtad. Leander, quos citant ac ſequuntur Caſtr. Palaus *tom. 4. tract. 22. punct. 9. num. 5.* Diana *part. 11. tract. 6. Reſol. 25.* Et probatur; quia licèt concedamus, quòd tempore antiquo præceptum erat, ne ullum altare conſecraretur abſque reliquiis Sanctorum in ipſo poſitis, tamen communi, ac univerſali conſuetudine totius Eccleſiæ eſt abrogatum; nam in tota Eccleſia maximè multiplicata ſunt altaria, ut vix pro tot altaribus, certæ reliquiæ Sanctorum inveniri poſſint: ergo non eſt obligatio reponendi ibi reliquias.

Panormitã. Suar. Ægyd. Coninch. Vaſquez. Layman. Franc. Lugo. Dicaſtill. Gaſp. Hurtadus. Leandr. Caſtr. Pal. Diana.

19 Nec obſtat oratio ſacerdotis in introitu Miſſæ: *Oramus te Domine, per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hîc ſunt.* Explicat Palaus. Quorum reliquiæ hîc fuerint, vel dic, quorum reliquiæ hic ſunt in altaribus, nempe, per totam Eccleſiam: Cæremoniale autem noſtrum Carmelitanum *lib. 2. rubr. 53. num. 6.* diſponit, quòd in altari ubi non ſunt reliquiæ, non dicat Sacerdos: *Quorum reliquiæ hîc ſunt*; quòd etiam ex antiquis rubricis refert Sylveſter *verb. Altare. num. 1.*

Oratio ſacerdotis.

Palaus.

Cærem. Carmel.

Sylveſt.

20. Nec obſtat ſecundò id quod ait Thomas Hurtadus citatus, quod pro reliquiis ſaltem reponatur pars corporalis, quod probat ex facto Leonis I. qui dedit partem corporalis, ut loco reliquiarum poneretur, ſi enim veſtimenta alicuius Sancti, ac Crux Chriſti ex contactu pro magnis reliquiis habentur, à fortiori etiam corporalia ex contactu corporis Chriſti

Thom. Hurtad.

Leo. I.

21. Tamen conſtans eſt ſententia Theologorum cum Panormitano, Vaſquez, Suar. Ægyd. Coninchо, Emmanuele Sà, Cardinali Lugo, Paul. Fagundez & aliis, quos citat, ac ſequitur Diana *allegatus*, §. *ſed licèt*? quòd nempè pars corporalis tanquam reliquia non ſit ponenda in petra aræ, nam quamvis corporalia ſemper in Eccleſia fuerint habita in magna veneratione, tamen nunquam tanquam reliquiæ expoſita ſunt populo ad adorandum, illud tamen quod dicitur de veſtimento, ac cruce Chriſti, iſta habuerunt contactum phyſicum cum corpore Chriſti; quòd de corporalibus dici non poteſt.

Panormitã. Vaſquez. Suar. Ægyd, Coninch. Emman. Sà Cardinal. Lugo. Paul. Fagundez. Diana.

22. Ad factum Leonis Papæ; quòd, ſcilicet, dediſſet partem corporalis, imò & partem hoſtiæ conſecratæ, ut pro reliquia poneretur in petra aræ, ut Valdè dubium, & apocryphum reiicitur à proximè citatis Auctoribus; non eſt enim credendum ſanctum Pontificem talia feciſſe; & maximè contra reverentiam debitam Sacramento illud corruptioni apponendo Ita cum Panormitan. Vaſq. *tom. 3. ad 3. part. diſp. 233. cap. 2. num. 17.* Cardinalis Lugo *de Sacram. diſp. 20 ſect. 3 n. 75.*

Leo Papa.

Panormitã. Vaſquez. Lugo.

Adverte tandem; quod à Sacra Congregatione Epiſcoporum determinatum eſt apud Gavantum *in manuali verb. Altare num. 12.* quòd reliquiæ ponendæ in altari ſint ſanctorum, qui approbati ſunt ab Eccleſia. 13. Gavant.

QUÆSTIO VI.

De reverentia debita altari, ne ſub eo ſint cadavera, nec cùm Epiſcopus celebrat, alius eo die celebret.

SUMMARIUM.

24 *Sub altari conſecrato non ſint cadvera mortuorum.*

25 *In altari ſuper quod vel in eius medio eſt cadaver mortui, non eſt in eo celebrandum.*

26 *Ad altare renes non ſunt vertendi.*

27 *Eo die, quo Epiſcopus celebrat in altari; nullus alius celebret, niſi aliter ſit conſuetudine introductum.*

PRimo: Sacra Congregatio declaravit, non eſſe conſecranda altaria, ſub quibus recondita ſunt cadavera mortuorum. Gavantus *in manuali verb. Altare num. 9.* Secundò: eadem Sacra Congregatio apud eundem Gavantum *verb. ſepultura, num. 9.* declaravit, quòd cadavera mortuorum non reponantur; neque ſub altaribus, neque ſub gradibus eorum. 24. Gavant. Gavant.

Tertiò; eadem Sacra Congregatio, ut refert Naldus *verb. Miſſa, num. 33.* declaravit, quòd ſi darentur aliqua altaria, quæ ſuperiùs, vel in medio continerent cadavera ſive laicorum, ſive etiam prælatorum, non eſſe in eis celebrandum. Quartò: eadem Sacra Congregatio, ut teſtatur ipſe Naldus, ordinavit Epiſcopo Ternenſi, ut faceret amovere ſepulchra, quæ extabant ſubter altaria, vel ipſorum bradellam. 25. Naldus.

Quintò, eadem Sacra Congregatio declaravit pro altaris reverentia, quod renes non ſunt vertendi altari, & melius eſſe, ut Epiſcopus vertat renes, & terga Canonicis, quàm altari, Barboſa *collectan. Bullar. verb. Altare.* Sexto; eadem Sacra Congregatio, approbante Vrbano VIII. determinavit, & habetur ad initium Miſſalis Romani novi *Paramenta non debent ſumi de altari pro celebratione Miſſarum, cum id competat tantum Epiſcopis, ſive ſolemniter, ſive privatim celebrent, inferioribus vero habentibus uſum Pontificalium, non niſi quando in Pontificalibus celebrant.* 26. Barboſa. Miſſale.

In die etiam; quo Epiſcopus in altari celebravit, nullus ipſa die poteſt in eo celebrare abſque ipſius Ordinarij licentia pro reverentia ipſius Epiſcopi; ut expreſsè habetur *cap. finali, de conſecrat. diſt. 2.* & quamvis Textus dicant, ut notant Gloſſa *ibi*, & Ugolinus *de officio Epiſc. cap. 2. §. 2. num. 4.* Epiſcopo Miſſam Cantante; tamen ſummarium Textus habet: *Vbi celebravit Epiſcopus.* Videtur, quòd nulla ſit differentia inter Cantare, ac celebra- 27. Cap. finali. Gloſſa. Vgolin. Summar.

re,

re, ut tenent Naldus *verb. Epiſcop. num.* 31. Bonacina *de ſacrificio Miſſæ, diſp.* 4. *quæſt. ultima: punct.* 9. *num.* 15. Lezana *verb. Altare, n.* 11. admonent tamen Scorcia *lib.* 2. *de ſacrificio, cap.* 14. *num.* 6. Layman *de ſacrificio Miſſæ, lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 10. & Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 10. Quòd hic Canon videatur deſuetudine abrogatus aliquibus in locis, proinde conſuetudini patriæ, ac locorum ſtandum eſt.

Naldus. Bonacina. Lezana. Scorcia. Layman. Azor.

QUÆSTIO VII.

In quibus locis valeant erigi altaria?

SVMMARIVM.

28 *Religioſi in ſuis Eccleſiis, tam ſacratis, quam non ſacratis, ac intra eorum ambitum erigunt altaria, & n.* 29.

30 *Religioſi in ſuis miſſionibus poſſunt erigere altare.*

31 *Religioſi in cellulis infirmantium poſſunt celebrare in altari portatili.*

32 *Religioſi in prædiis, ac grangiis ſuorum monaſteriorum poſſunt in altari portatili celebrare.*

28. Dico primò; quòd Religioſi poſſunt erigere altaria in ſuis Eccleſiis, ac ſuo clauſtro, ac cappellis intra ambitum ſui monaſterij. Quamvis juri communi ſtando, in Eccleſiis conſecratis non poſſit erigi altare ſine Epiſcopi conſenſu, *Can. Nullus, Presbyter. de conſecrat. diſt.* 1. & *cap. Quamvis diſt.* 68. Et hoc tamen licitum eſſet Presbiteris in Eccleſiis non conſecratis, de quo latiùs Azor. *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 6.

Can. Nullus C. Quamvis

Azor.

29. Tamen Religioſi tam in ſuis Eccleſiis conſecratis, quam non conſecratis poſſunt altaria erigere, cum eorum loca ſint prorſus exempta ab omni juriſdictione Epiſcopali. Et in ius & proprietatem Sedis Apoſtolicæ ſumpta, & ad hoc adduco privigelum Ioannis XXII. conceſſum nobis Carmelitis; & refertur Mare Magnum Carmelitar. Sixti IV. & eſt in Bullario Rodriguez *fol. mihi* 177. *num.* 5. *In compendio Carmelitar. Diſcalceatorum, fol.* 24. & ita habet. *Propterea dilecti filij devotionis veſtræ ſpecialibus favoribus annuentes, vos & prædictum Ordinem, perſonas, Eccleſias, Oratoria, domos, res alias, & loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem quibus inhabitatis ad præſens, vel inhabitabitis in futurum, cum omnibus ruribus ac pertinentibus, ac perſonis degentibus in eiſdem, in ius, ac proprietatem Beati Petri, ac Apoſtolicæ Sedis aſſumimus*, & poſtea ſubdit. *Itaque nec locales Ordinarij, nec alia gravis perſona Eccleſiaſtica in vos, & ordinem, perſonas, ac Eccleſias, & oratoria, ac loca, utpotè prorsùm exempta, poteſtatem, ſeu juriſdictionem aliquam exercere veleat.* Cùm ergo noſtræ Eccleſiæ ſint exemptæ ab omni Ordinarij juriſdictione, inde paſſim in hac noſtra Eccleſia Vlyſſiponenſi conſecrata, ac aliis, Regulares erigunt altaria abſque Ordinarij conſenſu, quamvis prædictæ Eccleſiæ ſint conſecratæ.

Rodrig.

30. Dico ſecundò: Religioſi in ſuis miſſionibus pro Deo, ac fide, ac etiam in caſtris militum, poſſunt ſuper altare portatile Miſſas celebrare, ita conceſſit Paulus III. Religioſis Societatis Ieſu, & poſtea confirmavit Gregorius XIII. per ſuam bullam eiſdem Religioſis die 1. Octobris 1579. Quod privilegium videtur communicati ab aliis Religioſis, ut teſtatur Fagundez, *De præceptis Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 18. Qui in ſimili exercitio miſſionum; iuſſu ſuperiorum, Deo, & Eccleſiæ inſerviunt; nam cum Gregorius dictos Religioſos non excluſit, eos videtur voluiſſe includere.

Paul. III. Greg XIII. Fagundez.

Dico tertiò: poſſunt Regulares celebrare in altari portatili in privatis cellulis, ac cubiculis Religioſorum ægrotantium, ad hoc ut ipſi audiant miſſam, & Sacram Euchariſtiam communicent, eſt pro hac re magna conceſſio Pii IV. Canonicis Regularibus ſancti Salvatoris Lateranenſibus die 18. Maii 1565. quòd eſt poſt Concilium Tridentinum, cum clauſula derogatoria Synodalium Conſtitutionum Generalium, quòd obſervat Peirin. *in conſtit. Pii. num.* 34. & maximè eſt in uſu, & practicatur in tota Hyſpania, teſte Lezana *verb. Altare num.* 15. & in hoc regno Luſitaniæ video frequenter obſervari, & ut notat Paſqualigus *deciſ.* 176. *num.* 5. *Et ad hoc* non requiritur gravis morbus Religioſi; ſed ſat eſt, quòd non poſſit commodè exire à cellula

31. Pius IV. Peirin. Lezana. Paſqualig.

Dico quartò: poſſunt Religioſi in grangiis ac prædiis ſuorum monaſteriorum facere oratoria, erigere altare portatile; & in eo Miſſas celebrare, etiam contradicente Epiſcopo. Ita Rodriguez, Ioannes à Cruce, & Peyrinis, quos citat ac ſequitur Lezana *verb. Altare, num.* 15. & ratio eſt; quia Concilium Trident. *In decreto de vitandis, & obſervandis in celebratione Miſſarum*, (de quo latiùs quæſtione ſequenti) tantùm concedit Epiſcopis; ne permittant celebrare in domibus privatis extra Eccleſiã; atqui huiuſmodi prædia, ſeu grangiæ non ſunt privatæ domus, non enim ſunt domus privatarum perſonarum, aut ſæcularium, ſed communitatum Religioſorum, aut monaſteriorum, nec omnino ſunt Extra Eccleſiam, quia ſunt partes Eccleſiæ, ac bona ipſius.

32. Rodrig. Ioan. à Cr. Peirin. Lezana. Concil. Trident.

QUÆSTIO VIII.

An Religioſi nunc poſt Concilium Tridentinum poſſint ex urgenti neceſſitate celebrare privatis in domibus?

SUMMARIUM.

33 *Secundùm ius antiquum poterant Religioſi celebrare in quolibet loco honeſto.*

34 *Prima ſententia affirmat, poſt Tridentinum eſſe revocata privilegia.*

35 *Secunda, & vera non eſſe revocata, ſed dari facultatem Epiſcopis, ne patiantur.*

36 *Graves Auctores tenent fuiſſe revocata privilegia.*

37 *Graves Auctores tenent non revocaſſe pro foro interiori.*

38 *Sententia*

38 *Sententia Auctoris, quòd licèt, non permittente Epiſcopo, Religioſi non poſſint celebrare in altari portatili, optime tamen in neceſſitate, & n.39.*

CErtum eſt, quòd antiquitùs ante Concilium Tridentinum poterant Religioſi
33. Miſſas celebrare in quolibet loco decenti, ac honeſto cum altari portatili. Ita conceſſit Six-
Sixtus IV. tus IV. Prædicatoribus *Bulla* 33. & idem Pontifex hoc conceſſit Carmelitanis. *In mari Magno*, ut habetur *in ſpeculo Ordinis fol.69. & 89.*
Iulius II. & Minimis Iulius II. *Bulla* 2. Innocentius IV.
Innoc. IV. *Bulla* 24. Alexander IV. *Bulla* 14. Ita M. Le-
Alex. IV. zana *tom.1. cap. 21. num. 14.* Peyrin *ad conſtit.*
Lezana. *Pirrhi, num. 31.* Ioannes à Cruce *in epitome,*
Peyrin. *lib.2. cap.5. dub.7.concluſ.2.* Portel. *verb. Alta-*
Ioan. à Cruce *re, num.1.* Balaſ. *num.2. & 3.* Dicaſtill. *de Eucha-*
Portel. *riſtia, tract.5. diſp.4.dub.6. n.104.*
Balaſi.
Dicaſtill.

34. Tota difficultas huius rei eſt: an huiuſmodi privilegia ſint revocata; quia Concilium
Trident. Tridentinum *ſeſſ. 22.* poſt Canones de Miſſa, ponit quoddam decretum de obſervandis, ac vitandis in celebratione Miſſarum, §. *Neve patiantur*, ſcilicet, Epiſcopi, *Privatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam, & ad divinum tantum cultum dedicata oratoria ab eiſdem ordinariis deſignanda, & viſitanda, ſanctum hoc ſacrificium à ſæcularibus, aut regu-*
Navar. *laribus quibuſcunque peragi*; & poſt pauca ſubdit: *Non obſtantibus privilegiis.* Vbi privilegia
Duarantes. Hentiq. Regularium ibi videntur derogari; ut tenent
Suar. Navarr. Stephanus Duarantes, Henriq. Suar.
Miranda. Miranda, Molfeſ. Homobonus, Beja, Ioannes
Molfeſ. Valer. & alij multi, quos citant ac ſequuntur
Homobon. Coninch. *quæſt.83.num.226.* Barboſa *de poteſt.*
Beja. *Epiſcop. allegat.23.n.4. & in collect. ad Concil.*
Ioan. Valer. *num.22.*
Coninch.
Barboſa.

35. Veriùs tamen è contra Rodriguez *tom.1.*
Rodrig. *Regular. quæſt.43.num.5.* Villalobos *in ſumma,*
Villalob. *part.1.tractat.8. difficult.23. num.6. § Tambien,*
Ledeſma. Petrus de Ledeſma, Ioannes à Cruce, quos
Ioan. à Cruc. citat ac ſequitur Portel. *in dub. Regula, verb.*
Portel. *Altare, num.1.* M. Lezana *tom 3. verb. Altare,*
Lezana. *num. 13.* Hieronym. Rodrig. *Reſol. 9. num.4.*
Hier. Rodr. Qui omnes affirmant, poſſe Regulares hodie uti ſuis privilegiis, ſi Epiſcopi patiantur, & non contradicant: Quæ ſententia mihi eſt vera, & in multis conſului; nam Concilium non prohibet, ſed dat poteſtatem Epiſcopis, ne patiantur, & ne permittant, ut privatis in domibus Religioſi celebrent.

36. Imò Diana *4.part. tract. 4. Reſol.106.* cum
Diana. Ioanne Præpoſito *3.part.q. 83. num.151.* Con-
Præpoſitus. ſtanter videntur tenere privilegia Regularium non fuiſſe revocata per Concilium Tridentinum; nec obſtat, quòd in fine prædicti Decreti dicatur. *Non obſtantibus privilegiis, exemptionibus, conſuetudinibus quibuſcumque.* Hæc enim commodè poſſunt referri ad immediatè præcedentia, nimirum: *Atque ad ea inviolatè ſervanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, illorum arbitrio conſtituentur, fidelium populum compellere.* Vnde cenſet ipſe privilegium datum Prædicatoribus, ac Minoribus, *cap. In his*
C. in his. *de privilegiis.* Vt nempe ubicumque fuerint cum altari valeant viaticè celebrare, non eſſe revocatum per Concilium Tridentinum, quia ius non revocatur per clauſulas generales, niſi expreſsè, ac ſufficienter exprimatur, ut communiter tradunt Iuriſtæ; & ut dicam infrà de privilegiis, iuris revocatio eſt valdè odioſa, & hoc referi Pellizar. *tract. 8. cap.2.n.87.* Et Pellizar.
non impugnat, ſed quieſcit, de quo privilegio participant aliæ Religiones.

Et etiam ſacrum Concilium non revocaſſe 37.
privilegia pro foro interiori, ſecluſo ſcandalo, ſed tantum pro foro exteriori ad evitandas controverſias tenent Petrus ab Angelis noſter Petr. ab
Carmelita Diſcalceatus vir Doctiſſimus *in ſpe-* Angel.
culo privilegiorum, diſp.7. ſect.3.§.4.& 5. & citat Henriquez *lib.7.de indulg.cap.24.num.8. &* Henriq.
lib. 3. de excommunic. cap. 40. num.2 Rodrig. Rodrig.
tom.3.quæſtionum, quæſt.15.art.6. Sanch. *tom.2.* Sanchez.
in Decalog. lib.5. cap 4. num. 16. Veiga *4.part.* Veiga.
caſu 38. compendium Societatis *1. part.fol.68.* Compend.
Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro, lib.5 q.167* Soti.
num. 5. In eademque ſententia eſt Fr. Anton. Bartholom. à S. Fauſto. Fr. Ant. ab
ab Spir. ſanct. *tom.1. tract.5. diſp.1. num. 118.* Spir. Sanct.
De quo latiùs dicam agens de privilegiis.

Dico ultimò: ſtante Decreto Concilij Tri- 38.
dentini, ac Epiſcopo non permittente, non poſſunt Religioſi erigere altare, ac Miſſas celebrare in domibus ſæcularium, ac privatarum perſonarum, niſi in Oratorio approbato ab Ordinario ex licentia Sedis Apoſtolicæ, vel aliqua magna neceſſitate interveniente. Concluſio tres habet partes, & prima quòd Epiſcopo non permittente, non poſſunt celebrare eſt communis, & patet ex Decreto Concilij Tridentini. Ita Rodrig. *tom.1. quæſt.43. art.4.* Riccius.
& 5. Suar. *tom.3. ad.3. part. diſp.81. ſectione 3.* Suar.
§. *Quarta exceptio.* Secunda pars, quòd non niſi in Oratoriis ex licentia Sedis Apoſtolicæ, quàm Epiſcopus non poteſt dare, ut declaravit Sacra Congregatio, & refert Naldus *verb.* Naldus.
Miſſa, num.31. & 32. & cum multis tenet Fa- Fagundez.
gundez *de quinque præcept. lib.3.cap.13.n.8.*

Tertia pars concluſionis: quòd ex magna 39.
aliqua neceſſitate poſſint hodie Religioſi celebrare; etiam in domibus ſæcularium in loco honeſto, ac decenti tenet Pellizarius *tract.8.* Pellizar.
cap. 2. num. 90. in qua ſententia ſunt etiam multi viri docti ab eo conſulti. Probatur primò; quia multi doctores cum Sà *verb. Miſſa,* Sà.
num.20. tenent, ſecluſo ſcandalo, ac contemptu, non eſſe peccatum mortale celebrare in quovis loco honeſto, etiam ſine licentia Epiſcopi; dummodo celebretur ſuper altari ſacro. Secundò, Henriq. Navarr. Soto, Suar. Azor. Henriq.
Sylveſter, & alij apud Fagundez *citatum, n.14.* Navar.
exiſtimant, quòd quamvis Epiſcopis omnino Soto.
ſit ſublata poteſtas dandi licentiam ad cele- Suar.
brandum in domo privata, tamen in caſu ne- Azor.
ceſſitatis eam concedere poſſunt; nam neceſ- Sylveſt.
ſitas non habet legem, & attenta tali neceſſi- Fagundez.
tate cenſetur Papa, iure ipſo, interpretativè diſpenſare: ergo & Religioſi ex paritate rationis. Tertiò, ſi tetineas opinionem Ioannis Præpoſiti, & Dianæ ſuprà in hac quæſtione, *n.36.* Concilium non derogaſſe privilegium Mendicantium, fortiùs procedit Concluſio, ſicut etiam ſi teneas ſententiam modò ſuprà relatam *n.37.* Concilium non derogaſſe privilegia pro foro interiori, ſecluſo ſcandalo, quæ ſententiæ cum ſint graviſſimorum Doctorum, ſi Religioſus ſe illis accommodauerint, non condemnabo. Quartò; ſæpè vidi viros doctos, ac timoratos ſacra celebrare in altari portatili in domo ſæcularium ad dandam

commu

communionem Religioſo graviter infirmanti ob neceſſitatem, quæ in præſenti conſideratur, vel alia cauſa urgenti.

QUÆSTIO VIII.

Quid ſit altare privilegiatum, & quam utiliſſima ſit eius indulgentia animabus, pluſquam alia, etiam bulla defunctorum?

SVMMARIVM.

40 *In altari privilegiato datur indulgentia pro defunctis, quæ infallibiliter habet effectum.*

41 *Si anima non eſt in purgatorio, prodeſt miſſa magis indigentibus.*

44 *Cæteris paribus, utilior eſt miſſa in altari privilegiato, quam bulla defunctorum?*

43 *Tamen ratione certitudinis, ac cauſæ indulgentiæ conceſſæ, utilior videtur bulla.*

40. ALtare privilegiatum eſt illud in quo à Papa conceſſa eſt indulgentia plenaria pro animabus purgatorij liberandis, quæ indulgentia conceditur à Papa non per modum abſolutionis, ſed ſuffragij, ac ſubſidij, quæ indulgentia applicata pro defunctis habet infallibilem effectum, ut tenet Eccleſiæ traditio perpetua, ac antiquiſſima, daturque divina promiſſio, Matth. 19. num. 19. ait Chriſtus Petro: *Quodcumque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis.* Ac ſi dixiſſet Dominus; quæcunque tu ô Petre, tuuſque legitimus ſucceſſor ſolveris, ac feceris vivens, ac exiſtens ſuper terram, factum & ſolutum erit in cælo coram Patre meo. Ita D. Thomas *in 4. diſt. 21. quæſt. 2. art. 6. quæſtiuncula 2.* Sotus, Suar. Valentia, Coninch. quos citant, ac ſequuntur Caſtr. Palaus *tom. 4. tract. 24. diſp. unic. punct. 10. num. 4.* Leſſius *in 3 part. cap. 5. de indulgentiis, dub. 3. n. 31.* Villalob. *in ſumma, tom. 1. tract. 26. diffic. 7. num. 3.*

Matth. 16. D. Thom. Sotus. Suar. Valentia. Coninch. Caſtr. Pal. Leſſius. Villalob.

41. At verò ſi anima, pro qua applicatur Miſſa in altari privilegiato tali ſacrificio non indigeat, quia verbi gratia, vel eſt in cælo, vel in inferno, tunc ait D. Thomas *in 4. diſt. 45. quæſt. 3. ad 2.* Corduba. Adrianus, & alij apud Fraxinellum *ſect. 3. §. 11. num. 3.* ex Dei miſericordia applicari magis indigentibus; quia tamen Deus eſt cauſa univerſalis, & debet determinari ad effectum per cauſam particularem, ideò dicimus, quòd in eo caſu à ſuffragantibus, ac offerentibus, voluntate interpretativa, ac virtuali applicatur magis indigentibus in purgatorio. Ita Lavorius *de indulgent. part. 2. cap. 30. num. 140.* & inde monet Philippus à Cruce *in Theſauro Eccleſiæ, tract. 2. §. 6. num. 5.* Ut ita ſacrificium à Sacerdote offeratur pro tali, nempe, anima, ſi eſt in purgatorio, aliter verò pro magis indigente, vel magis ſibi coniunctis.

D. Thom. Corduba. Adrian. Fraxinel. Lavori. Philip. à Cruce.

42. Tanta eſt indulgentia altaris privilegiati, ut dicat Trullenchus *in Bullam Cruciatam, lib. 4. dub. 12. num. 4.* Cæteris paribus, id eſt ſuppoſita æquali cauſa, & certitudine utriuſque indulgentiæ, efficacius eſſe animæ purgatorij dicere pro ea Miſſam in altari privilegiato, quàm accipere pro ea Bullam defunctorum; nam licèt indulgentia, quæ conceditur ratione Bullæ defunctorum, & quæ conceditur ratione Miſſæ in altari privilegiato ſint æquales, eo quòd ſint totales ad effectum, differunt tamen in hoc, quia, videlicet, indulgentia conceſſa in altari privilegiato animæ, habet inſuper coniunctum gradum ſatisfactionia, quæ ex divina inſtitutione correſpondet ſacrificio Miſſæ, quem gradum non includit Bulla defunctorum, ac proinde ex hac parte, cæteris paribus, utilior eſſe poteſt Miſſa altaris privilegiati pro anima, quàm Bulla defunctorum.

Trullench.

43. Dixi: *cæteris paribus, ſeu ſuppoſita æquali cauſa & certitudine indulgentiæ.* Et ratio eſt: quia ad valorem indulgentiæ requiritur cauſa magna, certa, & proportionata, etſi ſemper ad concedendas indulgentias detur cauſa certa & proportionata, tamen regulariter loquendo inter cauſas concedendi indulgentias maior, & certior videtur illa, cuius ratione Bulla conceditur, nimirum, bonum commune Eccleſiæ, quale eſt belli ſubſidium contra infideles, altare autem privilegiatum conceditur ob devotionem alicuius ſancti, vel Eccleſiæ, quæ tantam certitudinem, & proportionem præ ſe ferre non videtur, ac bonum totius Eccleſiæ, & ideò ratione certitudinis indulgentiæ utilius videtur bullam defunctorum pro anima accipere, quam pro ea miſſam in altari privilegiato accipere. Ita Carilho *in expoſit. Bullæ defunctor. part. 2. cap. 6. verſ. Acerca n. 7.* Diana *part. 9. tract. 2. quæſt. 26.*

Carilho. Diana.

QUÆSTIO IX.

Sacerdos ad lucrandam indulgentiam defuncto, non eſt neceſſe, quòd ſit in gratia; maximè verò pro ſe, nec numerus ſacerdotum requiritur ad validitatem altaris.

SUMMARIUM.

44 *Ad lucrandam indulgentiam in altari privilegiato non requiritur, quòd ſacerdos ſit in gratia.*

45 *Maximè verò quando ſibi lucratur indulgentiam.*

46 *Numerus ſacerdotum non eſt neceſſarius ad privilegium altaris, & num. 47.*

44. SAcerdos miſſam celebrans in altari privilegiato ad lucrandam indulgentiam defuncto, non requiritur, quòd ipſe ſacerdos ſit in gratia; quamvis oppoſitum teneat Sà *verb. indulgen. num. 2.* excipit tamen niſi opus fiat nomine Eccleſiæ. Probatur ſententia: nam pro indulgentia applicanda defunctis, non riquiritur gratia, ut principium operis iniuncti, ut obicem tollat, & ſubiectum diſponat indulgentiæ ſuſcipiendæ; ſiquidem vivus, qui indulgentiam pro defuncto obtinet exequendo opus iniunctum, indulgentiam non ſibi lucratur, ſed conditiones pro conſecutione indulgentiæ defuncto exequitur: ergo ſtatus

Sà.

gratiæ

gratiæ in illo non neceſſariò requiritur, nec indulgentia inficitur ex malitia perſonæ operantis, ſicut nec ſacrificium Miſſæ, nec Sacramentum ex malitia perſonæ adminiſtrantis, quia ſuum valorem non habent ex perſona proximè operante, ſed ex meritis, ac ſatisfactione Chriſti.

45. Aliter verò dicendum, quando Sacerdos ſibi lucratur indulgentiam, requiritur ut tollat obicem peccati, & ſit in gratia; ex quo patet diſcrimen inter ſibi lucrantem indulgentiam, ac defuncto. Gratia enim requiritur in ſuſcipiente indulgentiam, ut fiat capax illius, non verò in applicante conditiones, ut alter eam lucretur, quando enim operans ſibi ipſi eam applicat, requiritur in ipſo gratia, non ut operans, ſed ut recipiens. Ita multi Doctores quos citat, ac ſequitur Caſtr. Palaus *tom.4. tract.24.diſp.unica, punct.10. n.* 10. Idem habet Amicus *tom.8. diſp.20. ſect.* 8.*n.* 2.3. Bardinus *in Bulla Cruciata, part.* 4. *tract.* 3.*diſp.2. ſect.3. n.23.* Granadus *in 3.part. contro.verſ.12. tract.5. diſp.6. n.1.* Quintanadueñas *in Theolog.tom.1. in Append.tract.1.ſing.16.n.4.*

Caſtr.Pal. Amicus. Bardin. Granad. Quintan.

46. Secundò: quando conceditur altare privilegiatum alicui Eccleſiæ, in qua debeant manere, & celebrare tot Sacerdotes, an valeat privilegium, ſi tot non adſint Sacerdotes, quot numero exprimuntur literis Apoſtolicis; non valere tenent Rodriguez, quem citat, ac ſequitur Lavorius *de indulgent.part.2. cap.30.n.115.*

Rodrig. Lavorius.

47. Oppoſitum tenet Bordonius *tom. 2. Reſolut.91. num.*8. quia regulariter numerus Sacerdotum expreſſus non eſt eſſentialis conditio neceſſaria ad valorem privilegij, ſed veluti ad maiorem decentiam, ac concurſum populi, aliter ſequeretur Eccleſiam perdere ſuum privilegium iam ritè acquiſitum ex defectu Sacerdotum; vel dic, quod ſufficit ab initio tot de familia fuiſſe Sacerdotes pro ſervitio Eccleſiæ, quot exprimuntur in Bulla altaris, quia ſufficit quod conditio ſemel fuiſſet adimpleta, licet poſtea deſit, *leg. ſi quis hæredem, ff. de inſtitut. & ſubſtitut.* In hac etiam ſententia eſt Diana *part.9. tract.2. Reſolut.9.*

L.ſi quis. Diana.

Quæstio X.

An ſi altare privilegiatum conceſſum eſt uni Eccleſiæ Regularium, per communicationem poſſit alia religio illo uti?

SVMMARIVM.

48 *Altaria privilegiata unius Eccleſiæ, vel Religionis non communicantur alteri.*

49 *At verò ſi Miſſæ privilegiati altaris conceſſæ ſunt Religioni, univerſiſque illius perſonis, videtur communicare, & n* 50.

48. ALtaria privilegiata conceſſa Eccleſiæ, vel capellæ Religionis non communicantur aliis, etiam habentibus generalem communicationem privilegiorum aliarum religionum; & Probatur: quia talia privilegia conceduntur tali loco ob ſpeciales rationes, quia ibi eſt ſpecialis concurſus, ac devotio populi, quæ rationes movent Pontificem ad talia privilegiata altaria concedenda; & privilegium pro uno ſolo loco dato, non valet pro aliis. Suarez *de legibus, lib.*8. *cap.*26. & quia ſtylus Curiæ ita tenet, ut teſtantur citandi Auctores; & tandem quia iuxta *regulam iuris in* 6. *In generali conceſſione, non veniunt ea, quæ quis in ſpecie veriſimiliter non eſſet conceſſurus.* Peyrinis *tom. Conſtitut.* 8. *Pauli III. num.*2. Lezana *verb. Altare, num.*19. Diana *part.9.tract.2.Reſol.*20. Bordon *tom.2. Reſol.*52. *n.*85. Tamburin. *tom.1.diſp.*17.*q.2.n.*4.

Suar. Regula.iuris. Peyrin. Lezana. Diana. Bordon. Tamburin.

49. Quia verò inter Religiones mendicantes, ac etiam alias datur magna communicatio, tam quoad privilegia, indulta, & conceſſiones; quam quoad perſonas ipſas Religioſas, & quoad Eccleſias, loca, ac feſtivitates, ut patet ex Bulla Pij V. Leonis X. & aliorū Pontificū.

Pius V. Leo X.

Unde in hac quæſtione diſtinguendum exiſtimo, quando privilegium altaris eſt conceſſum certo altari, Capellæ, Eccleſiæ, vel Conventui, hoc nullo modo communicatur alteri Conventui, vel altari, ſeu capellæ ejuſdem, vel diverſæ Religionis; at verò ſi talis gratia, vel indulgentia ſit conceſſa toti Religioni, univerſiſque illius perſonis; tunc videtur per communicationem alias Religiones participare, v.g. Paulus V. conceſſit noſtris Religioſis Carmelitis Diſcalceatis, ut Miſſæ, quæ pro eorum Religioſis defunctis dicuntur in quocunque altari privilegiatæ ſint, ac ſi in altari privilegiato dicerentur; ut refert M. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *in Director. tom. 1 tract.2. diſp.9.ſect.2.n.*45. Tale enim privilegium non eſt conceſſum alicui loco certo & determinato ob ſpeciales rationes, ſed eſt conceſſum univerſæ Religioni, omnibúſque illius perſonis ob generale motivum, ob gratiam, nempe, & favorem Apoſtolicum: ergo etiam in illo communicant aliæ Religiones, & de ſimilibus idem dicendum.

50.

Fr. Ant. ab Spir. Sancto

Quæstio XI.

An Miſſa celebranda in altari privilegiato pro anima purgatorij liberanda neceſſario de Requie ſit dicenda?

SUMMARIUM.

51 *Prima ſententia diſtinguit, ſi in Bulla exprimitur Miſſa de Requie.*

52 *Declaratio Congregationis tenet eſſe de Requie.*

53 *Probabilis ſententia, adhuc ſtante prædicta declaratione, contendit quamlibet Miſſam ſufficere, & n.*54.

55 *Dominica infra octavam Sanctorum poteſt dici Miſſa de Requie,*

IN hac re ſatis communis & trita eſt ſententia, quod, ad reſolutionem huius quæſtionis videnda, ac conſideranda eſt Bulla Summi Pontificis; ſi enim in ea dicitur,

quod pro anima liberanda à purgatorio dicenda ſit una Miſſa *de Requie* ad prædictam indulgentiam aſſequendam, talis Miſſa *de Requie* dicenda eſt, quia eſt conditio appoſita, ſine qua gratia non obtinetur; at verò ſi in tali Bulla habetur, pro una Miſſa dicenda in prædicto altari, una anima liberata ſit, talis Miſſa neceſſariò *de Requie* non eſt dicenda; eſt enim beneficium Summi Principis, quod latè, & non ſtrictè eſt explicandum. Ita Rodriguez, Philippus à Cruce, Hieronymus Garcia, Lavorius, Quintanadueñas, Hieronymus Rodriguez, Trullenchus, Zarola, & alij multi, quos citant, ac ſequuntur Fagundez *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 7. Fragoſus *tom.* 2. *part.* 2. *lib.* 8. *diſp.* 1. 9 §. 7. *num.* 19. Bordonus, Naldus, & alij multi apud Dianam *part.* 9 *tract.* 2. *Reſol.* 8. Qui maximè de ſe teſtatur quòd in hanc ſententiam abiret, niſi in oppoſitum ſtarent declarationes Cardinalium.

Rodrig. Philip. à Cruce. Hier. Garci. Lavorius. Quintan. Hier. Rodr. Trullench. Zarola. Fagund. Fragoſus. Bordon. Naldus. Diana.

52. Declaratio.

Contra prædictam ſententiam urget declaratio Sacræ Congregationis *Collectan.* 4. 8. *num.* 11. Quæ ſic habet: *Miſſa celebrata in altari privilegiato pro defunctis, non ſuffragatur, nec indulto ſatisfit, niſi ſit de requie, licet in indulto non exprimatur*, & M. Lezana *tom.* 3. *verb. Altare*, *num.* 19. ait, quod licet ſpeculativè prima ſententia videri poſſit probabilis, tamen huiuſmodi decreto eſt obtemperandum, & neceſſario ad lucrandam indulgentiam, Miſſa de requie dicenda eſt; in eadem ſententia eſt Diana *citatus*, & Franciſc. Nigron. *in Addition. Petrum Raiz*, *part.* 2. *Regul.* 8 *num.* 2.

Lezana.

Diana. Nigron.

53. Adverto tamen, id quod tenet Pellizarius *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 9. *ſectione* 3. *num.* 81. Adhuc ſtante prædicto decreto, oppoſitum ſententiam eſſe probabilem, quod in altari privilegiato ad animam liberandam ſufficiat quælibet Miſſa, cum illa declaratio non faciat univerſalem legem, non enim habet requiſita ad obligandum inſtar legis communis, ſolumque facit opinionem probabilem, non ablata probabilitate alterius opinionis oppoſitæ; ut tenent Fagundez *parte ſecunda*, *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 35. Layman. *lib.* 1 *tract.* 4. *cap.* 7. §. 7. Granado *ſecunda ſecundæ*, *controverſ.* 1 *tractatu* 15. *diſput.* 14. *ſect.* 2. *num.* 8. & eo maximè, quia illa declaratio non oſtenditur authentica nec ſatis publicata.

Fagundez. Layman. Granad.

54. S Congreg. Diana.

Et confirmatur hæc ſententia, quia eadem Sacra Congregatio, teſte Diana *part.* 4. *tract.* 4. *Reſolut.* 233., declaravit quolibet die non poſſe dici Miſſam de requie, pro ſupradicto altari aſſignato, ſi in eo occurrat feſtum duplex, vel de præcepto, & inde contingeret multos dies, privilegium prædicti altaris non ſuffragari animabus defunctorum, & conſequenter eas privari tanto ſuffragio, ac auxilio, quod facilè non eſt perſuaſum ex pietate Almæ matris Eccleſiæ, quæ valdè propitia eſt animabus purgatorij, maximè cum declaratio oppoſita non oſtendatur authentica, inde non tollit probabilitatem huius ſententiæ.

55. Sylvius.

An vero infra octavam omnium Sanctorum in die Dominica poſſit dici Miſſa privata, ſubmiſſa voce, *de Requie*; Sylvius & alij cum Diana *part.* 9. *tractatu* 2. *Reſolut.* 29. Affirmant, quia Pontifex in tali altari privilegium concedit per totum octavarium: ergo ad fructum privilegij dies Dominica includenda eſt, ad hoc ut in ea dicatur Miſſa de requie. Diana.

QUÆSTIO XII.

An Altaria privilegiata ſint Reuocata per Paulum V. & per annum Iubilei; ac Bullam Cruciatam?

SUMMARIUM.

56 *Altaria privilegiata non ſunt revocata per Paulum V.*

57 *Anno Sancto non ſuſpenduntur altaria privilegiata.*

78 *Probabilius eſt per Bullam Cruciatam, non ſuſpendi allaria privilegiata, & num.* 59.

56. PAulus V. anno 1606. revocavit omnes indulgentias Religioſis indultas, & alias denuò conceſſit, in quo decreto non comprahenduntur altaria privilegiata, quæ in Eccleſiis Regularium habentur: nam Paulus V. non revocavit indulgentias Regularium Eccleſiis, & altaribus conceſſas, ſed tantum conceſſas immediatè, ac directe ipſis Regularibus vivis, & quidem, qui de tali foro erant. Ita Quintanadueñas *in Theolog. Morali*, *tomo primo*, *tract.* 4. *Appendicis*, *dub.* 2. *num.* 5. Diana *part.* 9. *tract.* 2. *Reſol.* 21. Qui addit, quod ſi conceſſum eſſet à Pontificibus, ut quis, ſive ſæcularis, ſive Regularis aliquod opus pium faceret, vel Miſſam celebraret, pro anima à purgatorio liberanda, hæc indulgentia non eſt revocata, tum quia illa indulgentia non eſt Regularium, ſed earum Eccleſiarum, tum quia illæ indulgentiæ reputantur revocatæ: à Paulo V. quæ erant pro vivis non vero pro defunctis.

Paul. V.

Quintan.

Diana.

57. Dico ſecundò: quod altaria privilegiata non ſuſpenduntur per Iubileum anni Sancti. Ita M. Lezana *verb. Altare*, *numero decimonono*, Bordonus *tomo ſecundo*, *Reſol.* 91. *num.* 12. Layman. *lib.* 5. *tract.* 7. *cap. ultimo*, *in fine*; & Probatur primò: quia in Bulla anni Sancti nulla fit mentio ſuſpenſionis indulgentiarum pro defunctis, quod de iure erat neceſſarium, cum id ſit valdè ſpeciale. Deinde ratio ob quam Summus Pontifex illo anno omnes indulgentias ſuſpendit, ea eſt, ut fideles promptiores fiant ad poficiſcendum Romam, ut eas ibi lucrentur, quæ ratio non habet locum in mortuis, qui Romam profiſciſci non poſſunt.

Lezana. Bordon. Layman.

58. Rodrig. Villalob. Carrillus.

Dico tertiò: quantum ad Bullam Cruciatam, quod quamvis aliqui Doctores probabiliter teneant, huiuſmodi altaria privilegiata per Bullam Cruciatam ſuſpendi, ut Rodriguez, Villalobos *tract.* 27. *clauſ.* 12. *num.* 5. Tamen probabilior mihi eſt ſententia, quod non ſuſpendantur. Ita Carrillus, Trullenchus.

Trullench. Lezana. Quintan. Trullenchus *in expoſitione Bullæ, lib. 1. quæſt. 9. cap. 3. dub. 4. num. 3.* Lezana *verb. Altare, n 19.* & *verb. Bulla Cruciata, num. 41.* Quintanaduenas *in Theolog. morali, tom. 1. tract. 1. Appendicis, dub. 14. num. 7.* Diana licet alibi oppoſitum exiſtimaverit; tamen noviſſimè noſtram ſententiam, ut probabiliorem tenet *part. 9. tract. 2 Reſol. 22.*

Diana

59. Et probatur: quia in ſuſpenſione generali indulgentiarum per Bullam, non exprimitur iſta indulgentia pro defunctis conceſſa; quod videbatur neceſſarium, cum ſit ſpeciali nota digna, deinde quia indulgentia pro aliqua capella, vel Eccleſia literis ſcriptum ponitur edictum in ea: *indulgentia, ut Iubileum in hac capella, vel Eccleſia habenti Bullam Cruciatam.* Sed tale edictum ſcriptum non ponitur in altaribus privilegiatis: ergo ſignum eſt, &c. Tandem, quia ex ſummario conſtat, quod ſolùm illis ſuſpenduntur indulgentiæ quorum reſpectu revalidantur, qui ſolum viatores ſunt, cum hi tantum Bullam Cruciatam ſumant, ut tam indulgentias ipſius Cruciatæ, quam aliarum rerum lucrari valeant.

QUÆSTIO XIII.

Quot modis Altare conſecratum ſuam amittat conſecrationem?

SUMMARIUM.

60 *Tunc altare deſinit eſſe conſecratum, quando ita eſt fractum, ut non poſſit continere calicem, & hoſtiam, vel quando illius cornua non extant.*

61 *Altare fixum deſinit eſſe ſacrum, quando illius menſa à columnis amovetur, niſi aliud ſubſtituatur.*

62 *Si non ſit ſepulchrum ad reliquias non deſinit eſſe ſacrum.*

63 *Violata Eccleſia, violatur altare fixum, & è contra.*

64 *Altare ſive fixum, ſive portatile, non amittit ſuam conſecrationem, ex eo quod excommunicatus in eo celebret.*

65 *Lapis altaris profanatus poteſt vendi, & decenter retineri ab emptore.*

60. TUnc altare conſecratum deſinit eſſe conſecratum. Primò: quando ita eſt fractum ut nulla illius pars, quæ manet, poſſit commodè continere pedem calicis, & hoſtiam cum patena. Secundò: quando cornua, quæ inunguntur, fuerint fracta, tunc enormiter fractum altare reputatur. Ita *cap. 1.* & *cap. Quod in dubiis,* & *cap. Ligneis, de conſecratione Eccleſiæ, vel altaris.* Ita Noſter Bacconius *in 4. diſp. 11. art. 1.* Henriq. Suar. Coninch. Reginald. Azor. Nugnus, & alij quos citat ac ſequitur Bonacina.

Cap. 1. Cap. Quod. C. Ligneis. Bacconius. Henriq. Suar. Coninch. Reginald. Azor. Nugnus. Bonacina.

61. Tertiò: quando altaris fixi menſa à ſtipite, vel columnis, quibus innititur, removetur, ac ſeparatur, & in hoc ſenſu debent iura citata intelligi, *ex Can. ſi motum de conſecratione*: dicitur, quod altare exe-

Can. Si motum.

vetur à ſtipite ſuo, nempe, ſuſtentaculo; ita Bacconius *citatus*, Sylveſt. *in ſumma, verb. Altare. quæſtione octava*, Suarez *tomo tertio, in tertia parte, diſputat. 81. ſect. 5.* tamen ſi ipſa menſa ſuperior eſt lapidea conſecrata, ſi aliud ſuſtentaculum apponatur, exiſtimo, quod non perdit conſecrationem, ſed ritè in eo poteſt celebrari.

Bacconius. Sylveſt. Suar.

62. Quartò: addunt aliqui, altare fieri ineptum ad conſecrationem, quoties ſignum ſepulchri, ſeu repoſitorij, ſeu loci ubi reliquiæ reconduntur, frangitur, vel amovetur. Ita Sylveſter cum Azor. *tom. 1. lib. 10. cap. 27. quæſt. 12.* Tamburinus *tom 1. de iure Abbatum, diſp. 23. quæſt. 6. num. 4.* Barboſa *de Epiſcopo, allegat. 27.* Tamen cum à nobis ſupradictum ſit in hac Reſol. Reliquias non eſſe de eſſentia conſecrati altaris, inde per fractionem, vel remotionem talis repoſitorij non perdit ſuam conſecrationem: M. Lezana *verb. Altare, num. 20.* Advertit tamen Layman, *de ſacrificio Miſſæ, lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 9.* Quod in hoc ſit ſervanda conſuetudo Eccleſiarum patriæ.

Sylveſt. Azor. Barboſa. Tambur. Lezana. Laymann.

63. Quintò: violata Eccleſia, vel polluta, altare ſtabile, non verò portatile in ea contentum, aut poſitum, quod cum Eccleſia coniungitur, polluitur, & violatur, & è contra: nam ſi Eccleſia violatur, violatur ex toto, & non ex parte, ſi autem polluitur altare, quod eſt in Eccleſia, neceſſe etiam eſt, ut Eccleſia ex toto violetur, ac ut polluta habeatur. Sylveſter *verb. Altare, quæſtione undecima, ex Abbate in cap. Præpoſuiſti, de conſecratione Eccleſiæ.* Aliter verò dicendum, quando Eccleſia amittit ſuam conſecrationem, quod fit eius parietibus dirutis, vel exuſtis, ſi altare tunc integrum permanet ſuam retinet conſecrationem: & è contra altare fractum, amplius conſecratum non eſt, nec tamen idcirco Eccleſia deſinit conſecrata exiſtere. Ita Sylveſter, Abbas, Azor. *tom. 1. lib. 10. cap. 27. quæſt. 14.* Hier. Rodrig. *Reſol. 9. n. 12.*

Sylveſt. Abbas. Azor. Hier. Rodr.

64. Sextò; nullum altare ſive fixum, ſive portatile amittit ſuam conſecrationem, ex eo quod in ipſo celebraverint excommunicati, interdicti, degradati, &c. Ita colligitur ex *cap. 2. de Sacramentis non iterandis*; Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 23. q. 6.*

C. 2. de Sacr. Tamburin.

65. Tandem altaris lapis profanatus, ſeu fractus, & deformis, poteſt vendi, & licitè teneri ab emptore, ſed in loco decenti, & honeſto. Ita declaravit Sacra Congregatio apud Barboſam *in Collectan. Bullarij, verb. Altari*, & M. Lezana *verb. Altare, n. 24.*

S. Congr. Barboſa. Lezana.

RESOLUTIO IX.

Annus, Tempus, Dies.

QVIA ſæpè in utroque iure, tam Canonico, quam Civili, & in Bullis ac Decretis Summorum Pontificum, ac Conciliorum, & ſtatutis peculiaribus Religionum certus annorum terminus exprimitur, ac determinatur

valdè utile erit explicare quando annus intelligendus eſt completus, vel inchoatus juxta doctrinam.

Quæstio Prima.

Quid ſignificetur per annũ denotatum in genitivo, vel in ablativo cum præpoſitione, in, *vel, in accuſativo cum præpoſitione,* ad, *vel* , *per ?*

SUMMARIUM.

1 *Cum dicitur in anno intelligitur annus incœptus.*
2 *Cum lex utitur genitivo requiritur annus completus.*
3 *Si lex utitur accuſativo cum præpoſitione* , ad, *requirit annum completum.*
4 *Si lex utitur præpoſitione* , per , *requirit annos completos.*

1. PRimò : quando leges & decreta apponunt annum cum præpoſitione *in* , per ablativum , ut ſi dicatur , quod fiat aliquid in anno tertio ; tunc denotatur annus inchoatus , ac incœptus , ita ut in aliqua die illius anni tertij illud fieri poſſit : nam qualibet die , iam annus ille eſt inchoatus. Sylveſter *in ſumma , verb. Ætas , quæſtione* 2. Azor. *tom.*1 *lib.*5. *cap.* 28. §. *Dubia eſt quæſtionis.* Portel. *in Additionibus ad dubia Regular. verb. Annus , num.* 1. Idem dicendum exiſtimat M. Lezana *verb. Annus , num.* 2. Cum dicitur , quod aliquis ad aliquod officium non admittatur , niſi fuerit in ætate triginta annorum ; idem omnino valet ac ſi diceretur , quod ad illud officium non aſſumatur , niſi ſit in trigeſimo anno : tunc ſufficit annus inchoatus , unde cum noſtræ Conſtitutiones Carmelitanæ *part.*4.*cap.* 13. *num.*3. requirunt ad officium diffinitorum , ut ſint in ætate triginta annorum, ſat eſt, quod prædicti anni ſint incœpti.

Sylveſt. Azor. Portel. Lezana.

Conſtitut. Carmel.

2. Secundò : ſi lex utitur genitivo , dicens: ne quid fiat ab aliquo, niſi fuerit decem annorum, vel quid aliud ſimile, tali diſpoſitione exigitur annus completus. Ita Sylveſter, Azor. Portel. & Lezana citati.

Sylveſt. Azor. Portel. Lezana.

3. Tertiò : ſi lex utitur accuſativo cum præpoſitione *ad*, denotat tantum annum inchoatum , ut ſi dicatur, hoc fiat ad tres annos ; citatur Bartol. *l ſi qui, ff. delegati*, & *l Qui filium , ff. ad Trebellianum.* Ita Auctores citati.

Portel. L. Si qui. L. Qui filium.

4. Quartò : ſi lex utitur accuſativo caſu , cum præpoſitione *Per* , deſignans annos, v.g. per tres, vel quatuor annos; annos completos requirit ; & ad hoc adducitur lex. *Non putabam* , & lex *Si annos , ff. de conditione, & demonſtratione.* Ita citati Auctores ; ex quo colligit Portel. *num.*4. pro Minoritis, quod dum Sixtus V. conſtituit Abbatiſſas vacare per tres annos ; requirit annos completos, itaut ſi deſit una tantum dies, non poſſint reeligi. Sixtus enim V. uſus eſt in ſua Conſtitutione accuſativo cum præpoſitione *Per*, per tres annos.

L. Non putabam L. Si annos. Portel. Sixtus V.

Quæstio II.

Quomodo intelligendus annus, quando lex utitur præpoſitione Ante, *vel* Poſt?

SUMMARIUM.

5 *Si lex utitur præpoſitione* , ante , *annos inchoatos, ac incœptos , indicat.*
6 *Si verò utitur lex præpoſitione* poſt , *annos completos denotat.*

5. PRimò : quando lex aſſignans terminum annorum utitur accuſativo cum præpoſitione , *ante* ; ut ſi dicatur, ante viginti annos vel viginti tres ; tunc ſufficiunt anni inchoati , ut colligitur ex Tridentino *ſeſſ.* 13. *cap.* 12. determinans annos ad ſacros Ordines ſuſcipiendos , ait ; viginti duo , ante viginti tres, ante viginti quinque, quod de annis inchoatis tenet communis praxis Eccleſiæ, Hẽriquez *in ſumma, lib.*10. *cap.*10. §. 2. & *lib.* 13. *cap.*38 §.2. Reginaldus *in praxi, lib.*30. *tract.*3. *num.*166.

Trident. Henriq. Reginald.

6. Secundò : ſi verò lex aſſignat terminum annorum utens aucuſativo cum præpoſitione *Poſt* : Ut ſi dicat poſt unum annum , vel poſt duos annos , tunc de annis completis , ſermo eſt. Quod confirmat Portel. *in Additionibus ad dubia Regul. verb. Annus, num.* 4. §. *Quæris.* Ex quadam declaratione Gregorij XIII. nam Pius V. conſtituerat, quod nullus functus officio provincialatus poſſet reeligi , niſi poſt octo annos vacaturæ ? tunc Gregorius XIII. explicavit illud , non eſſe intelligendum de annis completis , ſed de vacatura duarum electionum intermediarum , ex quo etiam infertur , quod cum Concilium Tridentinum *ſeſſ.*23. *cap.*11. diſponat , ut nulli promoveantur ad ſacros Ordines , niſi poſt annum à ſuſceptione ultimi gradus Minorum Ordinum , intelligendum eſſe de annis completis, niſi aliter Epiſcopi judicio diſpenſatum fuerit, ut communiter explicant DD. *in Collectan.* apud Barboſam.

Portel. Greg. XIII. Pius V. Trident. Barboſa.

Quæstio III.

Quomodo annus in materia favorabili, vel odioſa ſit explicandus ; ac intelligendus.

SUMMARIUM.

7 *In re favorabili ſufficiunt anni incœpti, in re verò odioſa requirumtur completi.*
8 *In favorem matrimonij ſufficit ultima dies ſeptennij, ſicut & ultima dies duodenarij.*
9 *In reelectione Abbatiſſæ , anni debent eſſe completi, ſicut & ad ieiunium.*

7. SI nulla ex ſupradictis particulis explicatis in duabus quæſtionibus antecedentibus

cedentibus, apponitur, & res ſit conſtituta in dubio. In materia favorabili ſufficiunt anni inchoati; at vero in materia odioſa, requiruntur anni completi. Ita Azor. cum Portel. *in Additionibus ad dubia Regularia, verb. Annus num. 6.*

8. Ex quo fit, quòd cum ad contrahenda ſponſalia requiratur ſeptennium completum; Cap literas C. Acceſſit. *ex cap. literas, & ex cap. Acceſſit. de ſponſat. & impubertate.* proindeque in favorem matrimonij ad hoc ſeptennij complementum ſufficit quòd una dies ſeptennij ſit inchoata, ac incœpta; ſicut & in favorem teſtamenti idem inſtitutum eſt de anno duodecimo pro fœminis, & quatuordecimo pro viris deſtinato, Sanchez. ut multi Doctores tenent cum Sanchez *lib. 1. de Matrim. diſp. 16. num. 2. & lib. 7. diſp. 104.* Cornejo. *num. 2.* M. Cornejo. *tract. de Matrim. diſp. 2. dub. 3.* Sic etiam in favorem pœnitentiariæ Canonicus pœnitentiarius debet eligi in ætate quadraginta annorum, ſat eſt tamen, quod Diana. multis tenet Diana *part. 10. tr. 16. Reſol. 86* Hæc tamen Regula non habet locum in anno profeſſionis Regularium, in qua requiruntur anni omnino completi, ut ſuo loco dicam propter declarationem Cardinalium, ac communem praxim.

9. Secus verò in re odioſa in qua requiruntur anni completi, hinc deducitur: quòd cum reelectio Abbatiſſæ ſit res odioſa, ut teſtatur Rodrig. *in ſumma tom. 1. cap. 103.* Rodrig. Anni iniuncti pro illius vacatione debent eſſe completi, & non ſufficiunt inchoati, ut etiam habet Portel. *num. 6.* Ex quo etiam patet, quòd ille, qui complet ultimam diem anni vigeſimi primi ad ieiunij obligationem requiſiti, ſi in ea die incidat obligatio ieiunij, non tenetur ad illud, quia obligationis tempus non eſt completum, at verò ab illa hora, qua tempus explevit, tenetur jejunare, excipitur tamen, ſi ante illam horam plures refectiones ſumpſit, tunc iam ea die jejunij ſubſtantia deperdita eſt, & ipſe iam impotens eſt ea die ad jejunandum. Ita Sanch. Sanchez. *de Matrim. lib. 2. diſp. 24. num. 29.* Bonacina. Bonacina *de jejunio diſput. ultima quæſt. 1. punct. ultimo num. 7.*

Quæstio IV.

Quomodo ſit computandus annus bis ſextus, iuxta Kalendarium Gregorij XIII.

SVMMARIVM.

10 *Quid ſit annus Biſſextilis.*
In tali anno dies additus cum antecedenti prout una reputatur.
11 *In Reformatione Kalendarij Gregorij annus ſine decem diebus, pro integro reputatur.*

10. Annus biſſextilis. ANnus Biſſextilis, in quo bis dicitur ſexto Kalendas Martij, nempe, die 24. & 25. Februarij, & quamvis habeat unam diem pluſquam alij anni, (talis enim annus habet 366. dies, cum alij habeant ſolum 365.) tamen juxta uſum Eccleſiæ duplex illa dies, pro una computatur; & Ætas quæ habeat ſuum complementum die 24. Februarij tali anno ultimo completur die 25. & ratio eſt, quia utraque dies cenſetur una, & dies ſecunda eſt complementum diei præcedentis, quæ deerat ad complementum integri ſolis per Zodiacum circuli, ut ex multis probat Sanch. Sanchez *tom. 1. in decalog. lib. 4. cap. 55. nnm. 3. ad finem.* Ex quo apertè ſequitur, quod in anno biſſextili Annus vigeſimus quintus ætatis non completur die 24. Februarij, ſed ſequenti die 25. Sicut & annus requiſitus ad novitiatum includit diem illum ſuperadditum: tanquam novitiatus complementum, ut ſæpè declaravit Sacra Congregatio, ut ex pluribus Auctoribus habet Ioannes Maria Novarius *Lucerna Regulari verb. Annus num. 4.* Sacr. Cong. Ioan Maria.

11. Quantum ad ſecundum ſciendum eſt, quod Gregorius XIII. anno 1582. ut emendarentur tempora ad ſolis curſum, ordinavit, ut in prædicto anno decem adimerentur dies; hoc eſt, à quinta die Octobris uſque ad decimam quintam; & tunc talis annus civiliter, ac politicè debuit integer reputari, demptis illis decem diebus, tam quoad profeſſionem, quam quoad ætatem ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & ratio omnium eſt, quia ipſe Gregorius XIII. *in ſua Bulla, inter graviſſimas tom. 2. Bullarij inter ipſius bullas, num. 74.* diſpoſuit, quòd ille annus integer reputaretur ad quæcunque officia, ac beneficia & cætera omnia, & expreſsè excipit ea nimirum quæ ſunt in tertij præjudicium, ut ſolutiones cenſuum, & locationum. Ita cum Henriquez Rodriguez Greg. XIII. *tom. 3. quæſtionum Regular. quæſt. 15. art. 5 §. ex qua reſolutione.* Sanchez *tom. 2. in decalog. lib. 5. cap. 4. num. 5.* Henriq. Rodrig. Sanchez.

Quæstio V.

An anni poſſint dici completi quando deſunt pauci dies?

SUMMARIUM.

12 *Prima ſententia affirmat.*
13 *Communior & verior ſententia negat.*

12. PRima ſententia affirmat, quòd anni poſſint dici completi, quando ad ætatem deficiunt duo, vel tres dies. Ita Hoſtienſis, Vera Crux, Martin. de Ledeſma allegati apud Sanchez citandum cum quibus eſt M. Cornejo *tom. 2. tract. de Matrim. diſp. 2. dubio 3. §. Dico 2.* Nam in moralibus, quæ parum diſtant nihil diſtare videntur. Hoſtienſ. Vera Crux. Ledeſma. Sanch. Cornejo.

13. Oppoſita ſententia & negativa mihi videtur vera; eam tenent Abbas Cardinalis, Sotus, Celſus, & alij, quos citat, ac ſequitur Sanch. *lib. 7. de Matrim. diſp. 104. n. 3.* Nam illud ætatis tempus eſt taxatum à lege, quòd lex requirit completum, & non ſemiplenum ad majorem libertatẽ, & perfectum uſum rationis ut Sanch.

ut annus decimus ſextus ad profeſſionem, & confirmatur: quia communiter Doctores dicunt, quod ad ſponſalia requiritur ſeptennium completum, & in favorem matrimonij tenent quod ſufficienter ſit in ipſa die, in qua ſeptennium completur, & non antea, ut ſuprà dixi *q.3.num.* 8.

QVÆSTIO VI.

Quodnam tempus dicatur modicum, longum & antiquum, ac immemorabile?

SUMMARIUM.

14 *Decennium dicitur tempus longum, modicum infra decennium.*
15 *Tempus antiquum, juxta aliquos, eſt tempus decem annorum, juxta alios, centum.*
16 *Quomodo probetur tempus immemorabile.*

14. TEmpus decem annorum, dicitur tempus longum, modicum verò infra decennium Naldus *in ſumma verb. Annus, num.*4. & *verb. Tempus, num.*11. Suar. *lib.*7. *de legibus, cap.* 8. *num.*9. Qui etiam addit, quod tempus longiſſimum complectitur à decennio uſque vicennium; & patet *cap. de Præſcriptionibus longi temporis,* & ex *l.*1. & 2. *ex tit. ſequenti.* Ex quo fit apertè decennium ſufficere ad inducendam conſuetudinem legis, & præſcriptionem illius quod ex multis latè probat idem Suar. *lib.*7. *de legib. c.*11. *n.* 5.

Naldus. Suarez. C. de Præſcript. L.1. & 2. Suarez.

15. Quod autem dicatur tempus antiquum reſtat inquirendum. Naldus *verb. Tempus, n.*17. M. Lezana *verb. Annus, num.*10. dicunt, quod tempus decem annorum poteſt dixi tēpus antiquum; tamen communior, & receptior ſententia eſt, quod tempus centum annorum dicatur tempus antiquum; quod hominum memoriam excedit. Ita Menochius, Maſcardus, Surdus, Farinacius, Nicolaus Garcia, Gutierrez, Cevallos, Rota Romana, & alij multi, quos citat, ac ſequitur Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, part.* 1. *allegat.* 72. *num.* 35. & 36. Qui etiam tenet ex Maſcardo, Valaſco, Flamin. tempus antiquiſſimum, ac immemorabile eſſe tempus centum annorum.

Naldus. Lezana. Menoch. Maſcard. Surdus. Farinac. Nic. Græc. Gutierr. Cevallos. Rota Rom. Barboſa. Maſcard. Valaſc. Flamin.

16. Ad probandum autem huiuſmodi tempus immemorabile, ſufficit in teſtibus memoria quadraginta annorum, & quod de reliquo tempore teſtes deponant ſecundum auditum, & famam, iuxta Gloſſam communiter receptam *cap.* 1. *de Præſcriptionibus*, & multi Doctores apud eundem Barboſam *num.* 36. Molinam *de juſtit. tract.* 2. *diſput.* 76. Riccium *in praxi Reſolut.* 128. & bene etiam probatur per ſcripturas excedentes metam centum annorum Flaminius, Rota, Corduben. apud Garciam *de beneficiis, part.*5. *cap.*9. *n.*92. & *part.* 12. *cap.*2. *n.*165.

Gloſſa. C.1. de Præ Barboſa. Molina. Riccius. Flamin. Rota. Corduben. Garcia.

RESOLUTIO X.

Apoſtata, ſeu Apoſtaſia.

QUÆSTIO PRIMA

1 *Etymologia nominis Apoſtatæ.*
2 *Triplex, vel quadruplex eſt Apoſtaſia, & quid ſit.*
3 *Apoſtaſia à fide omnium graviſſima, quid ſit. Accidentaliter diſtinguitur à tribus ſpeciebus infidelitatis. Ibidem.*
4 *Circunſtantia Apoſtaſiæ, explicanda in confeſſione.*
Apoſtata à fide incidit in excommunicationem, ac alias pœnas Bullæ Cœnæ. Ibidem.
5 *Apoſtaſia latè ſumpta invenitur in omni peccato mortali.*

APoſtaſia ſecundum nominis etymologiam, idem eſt, quod retroceſſio, ſeu deſertio inſtituti ſemel ſuſcepti; Apoſtatare enim idem eſt, quod deficere, ſeu retrocedere, ſempérque ut notat Suarez *tom. de Fide, tract.*1. *diſp.*16. *ſect.*5. *num.*1. in malam partem ſumitur pro deſertione iniqua; hinc que ille, qui deficit ab inſtituto ſuſcepto, illúdque deſerit, dicitur Apoſtata. 1. Suar.

Et quia tripliciter, vel ut alij volunt, quadrupliciter homo poteſt ſpecialiter uniri, ac coniungi Deo, ſcilicet, per Fidem, obedientiam, & Religioſam profeſſionem, Quarto addunt Valentia 2. 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 1. Turrianus 2. 2. *diſp.* 57. *dub.* 1. *ſtatim in principio*; nempe, per Ordinem ſacrum, ac clericatum; ideo triplex eſt Apoſtaſia, vel quadruplex juxta Auctores proximè citatos, ſcilicet, à fide, obedientia, ac profeſſione Religioſa, ac ab ordine, & claricatu, de quibus D. Thomas 2.2. *quæſt.* 12. *art.* 1. Ibidem Bañez, Turrianus, & Valentia citati, & noſter Ioannes Beetz *in primo præcepto Decalogi Expoſit.* 1. *cap.* 9. 2. Valentia. Turrian. D. Thom. Bañez. Turrian. Valentia. Beetz.

Apoſtaſia à fide omnium eſt graviſſima: eſt receſſus à Fide Chriſtiana; quando ſcilicet, Chriſtianus recedit à Chriſtianiſmo, ſive in pluribus articulis, ſive in uno, & alio: nam ut ait Iacobus Apoſtolus: *Qui peccat in uno factus eſt omnium reus*: & talis recedens à Chriſtianiſmo, ſive fide Chriſti, ſive poſt, ſive ante Baptiſmum ſuſceptum, ut explicat Turrianus *citatus*, & convertitur ſive ad Paganiſmum, ſive Iudaiſmum, ſive hæreſim, ab hac, trium infidelitatis ſpecierum Apoſtaſiam non diſtingui, ſed eſſe illarum circunſtantiam cum D. Thoma, Sylveſtro, Angelo, Paludano, docent Suar. *de Fide, tract.*1. *diſp.*16. *ſect.*5. *num.*10. Arriaga *de Fide. diſp.* 19 *ſect.*4. §. *Tertio dico.* Indéque ille, qui ex Catholico fit Calviniſta eſt hæreticus, & Apoſtata, Hæreticus, quia Calvini ſectam amplectitur; Apoſtata, quia fidem Chriſtianam, quam tenuit, deſeruit; at verò ille, qui ab infantia eſt Calviniſta, & nunquam tenuit fidem Catholicam, eſt hæreticus, non verò Apoſtata debet 3. Iacob. Turrian. D. Thom. Sylveſt. Angel. Paludan. Suar. Arriaga.

debet dici; & ideo omnis Apoſtata, vel eſt Iudæus, vel Paganus, vel hæreticus; non verò è contra omnis hæreticus dicendus eſt Apoſtata ut eſt explicatum.

4. Hinc fit, quod circunſtantia Apoſtaſiæ ſit explicanda in Confeſſione; notabiliter enim aggravat hæreſis peccatum, ut tenent Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 7. num. 17.* M. Lezana *verb. Apoſtata, num. 2.* Quidquid in contrarium dicat cum aliquibus Diana *part. 1. tract. de circunſtantiis agravant. Reſol. 54.*

Sanch. Lezana. Diana.

5. Apoſtatæ incidunt in excommunicationem ac alias pœnas contentas in Bulla Cœnæ Domini, ut explicabitur *verb. Hæreſis.*

6. Apoſtaſia latè ſumpta intervenitur in omni peccato mortali, ut docet D. Thomas 2.2. *quæſt. 12. art. 1. ad 1.* juxta illud. *Proverbior. 6. num. 14.* & Eccleſiaſt. 10. num. 14. *Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo.* Tigurina. *Initium ſuperbiæ eſt defectio hominis à Domino, & à creatore ſuo.* Quam ſententiam D. Thomas *1.2 quæſt. 84. art. 2. ad 2.* Gregorius de Valentia, Cornelius à Lapide, ſic explicant, ut Apoſtaſia accipiatur pro conditione quadam omnium peccatorum communi; in omni enim peccato ſicut eſt quædam inobedientia, ingratitudo, ac contemptus Dei, ſic eſt quædam generalis Apoſtaſia, id eſt, defectio à Deo, ejúſque lege, mandatis, ac voluntate.

D. Thom. Proverb 6. Eccleſ. 10. Tigurina. D. Thom. Valentia. Cornelius.

De Apoſtata verò à Religioſa profeſſione, ac Clericatu, & ſacro Ordine, dicam latè in hac Reſolutione per ſequentes quæſtiones.

QUÆSTIO II.

Quid requiratur ad hoc, ut Religioſus verè, & propriè dicatur Apoſtata, vel fugitivus, ſive dimiſſo, vel retento habitu longo, vel brevi tempore?

SVMMARIVM.

7 *Qui dicatur Apoſtata, quive fugitivus.*

8 *Novitij fugientes non ſunt Apoſtatæ.*

9 *Moniales profeſſæ exeuntes à Monaſterio, animo non revertendi ſunt Apoſtatæ.*
Aliter dicendum de Tertiariis, ac Beatis. Ibidem.

10 *Qui exiit à Monaſterio animo non revertendi, ſive cum habitu, ſive ſine illo eſt Apoſtata.*

11 *Qui recedit à Conventu, ſive cum habitu, ſive ſine illo, animo vagandi per tres annos, intendit tamen revertere non eſt Apoſtata.*

7. ILle Religioſus profeſſus dicitur verè, & propriè Apoſtata, qui recedit à Monaſterio animo dimittendi in perpetuum obedientiæ jugum; qui ſic deſerit Monaſterium intentione ſe ſubtrahendi in perpetuum ab obedientia ſuorum Superiorum, & ſe abdicandi ab inſtituto Religioſo. Ille verò propriè dicitur fugitivus, qui ſine licentia Superioris recedit à Monaſterio, ut ad tempus fiat extra poteſtatem, ac obedientiam Religionis, habet tamen animum ad illam poſtea revertendi. Inde fit, quod ratio fugitivi eſt quid commune ad fugitivos, ac Apoſtatas: nam omnis Apoſtata eſt fugitivus, non tamen omnis fugitivus eſt Apoſtata, & diſcrimen aſſignatum inter utrumque eſt commune inter Doctores. Ita Angelus, Sylveſter, Caietan. Aragonius, Bañez Navarr. Valentia, Azor. Leſſius, Emmanuel. Rodriguez, quos citant, ac ſequuntur Sanchez *tom. 2. in Decalog. 6. cap. 8. num. 2.* Hieronymus Rodriguez *Reſolut. 11. num. 20.* & alij citandi.

Angel. Sylveſt. Caietan. Aragon. Bañez. Navarr. Valentia. Azor. Leſſius. Emman. Rodrig. Sanchez. Hieron. Rodrig.

8. Ex quo ſequitur primò: Novitios, qui à Religione fugiunt non eſſe Apoſtatas, etiamſi vota ſimplicia caſtitatis, obedientiæ, ac paupertatis emiſiſſent; & ratio eſt, quia tales non ſunt facti verè Religioſi, & conſequenter non comprehenduntur in ſupradicta diffinitione.

9. Secundo ſequitur Moniales profeſſæ de Monaſterio exeuntes animo deſerendi Religionem, & non ad illam revertendi, quod ſint verè Apoſtatæ, & pœnis Apoſtatarum puniendæ, & eodem modo de illis judicandum reſpectivè, ac de Apoſtatis religioſis. Ut colligitur ex *cap. Prævenit ad vos, 27. quæſt. 1.* Farinacius *tract. de Hæreſi. quæſt. 183. num. 68.* Aliter dicendum de mulieribus, quas vocant Beatas ſeu Tertiarias, non eſſe Apoſtatas: etſi habitum relinquant etiamſi vota ſimplicia emiſiſſent, quia non ſunt verè Religioſæ, nec habent vota eſſentialia: & ideo ſi matrimonium contrahant validum erit. Ita Bañez, Aragonius cum Sanchez *citato n. 7.* Sanctarellus *de Apoſtaſia, cap. 3. dub. 1. n. 5.* & ſic definitum fuiſſe à Rota Romana refert Puteus *deciſ. 136. lib. 1.*

C. Prævenit Farinacius. Bañez. Aragon. Sanchez. Sanctarell. Puteus.

10. Tertio ſequitur, quod ille, qui exiit à Monaſterio animo recedendi in perpetuum, ſive exterius, ſive interius abſconditum portet habitum, quod ſit verè Apoſtata. Ita Rodriguez *tom. 1. q. 30 art. 2.* Pellizar. *tom. 2 tract 8. c. 8. n. 45* ex Mandoſio teſtante ſic fuiſſe deciſum à Rota; & ratio eſt, quia dimiſſio, aut recentio habitus religioſi nihil refert ad Apoſtaſiam: nam ſicut habitus non facit Monachum, ſed religioſa profeſſio; ſic & Apoſtatam facit receſſus à profeſſione Monaſtica, eſto habitus non deponatur.

Rodrig. Pelizar. Mendoſi.

11. Quarto ſequitur, quod ille, qui recedit à Conventu ſine licentia, ſive cum habitu, ſive ſine illo, eſto habeat animum vagandi extra Monaſterium per tres, & quatuor annos, & ultra, cum animo tamen revertendi; talis non eſt Apoſtata. Ita Graffis, Sanchez, Aragonius Bañez, & alij quos citant: ac ſequuntur Perin. *Reſol. 3. quæſt. 1. cap. 26. notabili 2.* Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *in director. tom. 1. tract. 3. diſp. 6. num. 1403.* licèt contrarium teneat Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 1. n. 20. uſque 25.* Tamburin. *tom. 3. de Iure Abbatum diſp. 8. quæſito 1. n 13.* Ratio noſtra eſt: Quia Apoſtaſia conſiſtit in animo deſerendi in perpetuum ſtatum Religioſum, ſed hi fugitivi ſemper habuere animum revertendi: ergo non ſunt verè Apoſtatæ.

Craffis. Sanchez. Aragon. Bañez. Peyrin. Fr. Ant ab Spir. Sancto Suar. Tamburin.

Quæstio III.

Quæ mora poſt exitum à conventu, ac habitu dimiſſo ſufficiat ad excommunicationem tantùm, vel etiam ad apoſtaſiam incurrendam?

SUMMARIUM.

12 *Qui iter facit per loca periculoſa dimittens habitum, non eſt apoſtata.*
Qui recreationis cauſa dimittit habitum inter ſepta monaſterij, non eſt apoſtata. ibid.
13 *Qui exiit à conventu dimittens habitum, peccat mortaliter, & eſt excommunicatus, non tamen apoſtata.*
14 *Qui recedit à conventu animo ipſum deſerendi, & ſtatim revertitur, iudicandus eſt apoſtata interius, non exterius.*

12 CErtum eſt in hac re Monachum, qui ad ſe occultandum, dum per loca periculoſa iter agit vel habitum dimiſit, non poſſe dici Apoſtatam, nec in cenſuras incurrere; patet *ex text. Clerici officia.* Ubi Gloſſa *verb. cauſa in fine de vita, & honeſtate clericorum*, & *in cap. 2. eodem titul. in 6.* ibi etiam Gloſſa *in verb. rationabilis.* Certum eſt etiam Religioſum, qui inter ſepta monaſterij habitum dimittit, recreationis gratia, vel ut commodius ſe habeat; non eſſe apoſtatam, nec in excommunicationem incurrere; patet *ex cap. 2. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Ita Sylveſt. Navarr. Azor, & alij cum Suar. *de Cenſuris diſp. 23. ſect. 4. num. 27.* Sayrus *de Cenſur. lib. 3. cap. 33. num. 16.* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 8. num. 56.*

Text. Cleri Gloſſa.
Cap 2. eod. Gloſſa.
C. 2. Ne cle
Sylveſter.
Navarr.
Azor.
Suar.
Sayrus.
Sanchez.

13. Quando autem Religioſus remerè diſcedit à conventu dimittens habitum ad evagandū, etiam per breve, vel longum tempus committit peccatum mortale, atque incidit in excommunicationem, ipſo facto; patet ex dicto *cap. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Non tamen ſimpliciter cenſendus eſt apoſtata, quoad alias pœnas juris, niſi quando abſolutè dimittit habitum cum animo non revertendi. Ita Tamburin. *tom. 3. de iure Abbatum diſp. 8. quæſito 1. num. 14.* Ac proinde dimiſſio habitus in hoc eſt ſufficiens ad incurrendam excommunicationem, non verò ad contrahendas alias Apoſtatarum pœnas.

C. Ne cleri.
Tamburin.

14. At verò ſi Religioſus recedit à conventu animo deſerendi ſtatum Religioſum in perpetuum, tamen ſtatim meliori conſilio à pœnitentia ductus revertitur, in foro interno erit quidem Apoſtata; quia iam deliberato animo crimen commiſit, non tamen talis in foro externo iudicabitur: nam qui ab aliquo loco diſcedit, & ſtatim redit, non cenſetur receſſiſſe, quæ enim in moralibus parum diſtant nihil diſtare videntur; ita Maſcardus, quem refert, & ſequitur Fragoſus *2. part. lib. 11. diſp. 24. §. 14. num. 2.* Bordon. *Reſol. 41. num. 7.* Dicens egreſſum per ſemi horam revertentem non incurrere pœnas apoſtaſiæ, ratione parvitatis temporis. Oppoſitum tamen tenet Moronius. *Conſil. 86. num. 14.* Si de delicto conſtet in foro externo, ſed ob parvitatem temporis relevandum eſt, ut dixi.

Quæstio IV.

An ſit apoſtata, qui ſciens ſuam profeſſionem eſſe validam, eam reclamat, ut à conventu exeat?

SUMMARIUM.

15 *Talis Religioſus peccat mortaliter, & eſt Apoſtata.*

15. TAlis Religioſus mortaliter peccat, & incurrit pœnas latas contra Apoſtatas, ſive eius profeſſio fuerit expreſſa, vel tacita. ita Bonacina *de clauſura punct. 10. diff. 5 num. 1.* Belaſius *verb. Apoſtata num. 22.* Bordon. *Reſol. 41. num. 7.* Pellizar. *tom. 1. tract. 3 cap. 5. num. 6.* & probatur: quia talis Religioſus verè eſt apoſtata, recedit enim à propria Religione animo non redeundi ultra ad illam, & non ei ſuffragatur licentia propriij Prælati talis enim licentia fuit doloſè extorta, & fraudulenter habita, proinde enim eſt, ac ſi non fuiſſet obtenta, fraus, & dolus nemini patrocinantur.

Bonacina.
Belaſius.
Bordon.
Pellizar.

Quæstio V.

An ſit apoſtata Religioſus tranſiens abſque debita ſuperioris licentia ad aliam Religionem arctiorem, vel laxiorem, etiam in partibus remotiſſimis?

SUMMARIUM.

16 *Prima ſententia affirmat eſſe apoſtatam.*
17 *Secunda & communior negat.*
19 *Non eſt apoſtata, etiam ſi tranſeat ad Religionem æqualem, vel laxiorem.*
19 *Talis Religioſus cum non ſit apoſtata eſt fugitivus.*
20 *An verò ſit excommunicatus, aliqui affirmant, alij negant.*
21 *Talis in partibus remotiſſimis poteſt tranſire ad Religionem laxiorem.*

16. CIrca Religioſum, qui abſque legitima ſuperioris licentia tranſit ad Religionem arctiorem, eſſe verum Apoſtatam, & Apoſtatarum pœnis puniendum affirmat Suarius *tom. 5 in 3. part. diſp. 31. ſect. 6. num. 4.* Fundatur: quia relinquens ſtatum ſuum Religioſum, & alium aſſumens invalidè perinde eſt, ac ſi Religioſum ſtatum omnino deponeret: ergo eſt verus Apoſtata; actus enim omnino irritus immunitatem non præſtat, neque aliquid confert.

Suar.

17. Tamen oppoſita ſententia eſt valde communis, quòd talis non ſit verus Apoſtata, quamvis lethaliter peccat. Ita Hoſtienſis, Caietan. Bañez, Emmanuel. Rodriguez, Leſſius Azor, ac alia magna Doctorum turba. Sanch.

17. Hoſtienſ. Caietan. Bañez. Eman. Rodrig.

Leſſius. Azor. Sanchez. Lezana. Hieron. Rodrig. Pellizar.

tom.2. in decalog.lib.6. cap. 8. *n.* 8. *&* 9. M. Lezana *tom.1.cap.22.num.*21. Hieronym.Rodrig. *Reſol.*11.*num.*24.Pellizar.*tract.*3.*cap.*5. *n.*141. & ratio eſt: quia iuxta communem ſententiam Doctorum, Apoſtaſia eſt propriè retroceſſio ſimpliciter ab ſtatu Religioſo, at in præſenti caſu ſimpliciter non fit retroceſſioab ſtatu religioſo, ſed ſolùm à peculiari ſtatu, & quidem progrediendo ad maiorem perfectionem, ex quo fit, quòd talis retroceſſio ſit illicita in modo tantùm, non verò in ſubſtantia actus, cum ſemper maneat intra Religionis terminos, & ideo non eſt verè Apoſtata, nec apoſtatarum pœnis ſubiicitur.

18. Et quamvis tranſitus iſte ſit irritus, animus tamen tranſeuntis non fuit omnino à religioſo inſtituto diſcedere, ſed ad aliam Religionem tranſire; Apoſtaſia autem animum dimittendi religioſum ſtatum deſiderat; & quamvis quoad alios effectus idem ſit non efficere, ac irrite efficere, tamen in præſenti hocnon contingit,quia quamvis faciat ſecundam profeſſionem irritam, tamen nunquam deponit religioſum ſtatum, nec ab eo recedit, quòd erat requiſitum ad verum Apoſtatam, quæ ratio convincit, quòd quamvis tranſeat ad aliam religionem æqualem, vel laxiorem, nunquam erit verus Apoſtata, cum ab ſtatu religioſo non recedat.

19. Lezana. Sanchez.

Tamen hac noſtra ſententia dicendum exiſtimo cum M. Lezana *proximè citato*, ac Sanchez *num.* 9. talem religioſum à propria religione tranſeuntem, ſine ſui ſuperioris legitima licentia ad alium ordinem; ſive ſtrictiorem, ſi ve æqualem, ſive laxiorem, poſſe dici, & eſſe fugitivum: nam fugitivus ille communiter dicitur, qui ad tempus à monaſterio recedit ſine debita licentia, animo etiam redeundi, quamvis cum habitu, vel ſine habitu.

20. Suar. Azor. Sayrus. Rodrig. Sanchez. C.Ne cleri.

An verò iſte Religioſus tranſiens, dimittens proprium habitum, & aſſumens alium ſit excommunicatus? Affirmant cum multis Suar.*in* 3 *part.tom.*5.*diſp.*23.*ſect.*4.*n.*32. Azor. *lib.*12.*cap.*13.*quæſit,*3.*caſu* 16.§.*quares.* Negant. Sayrus *de Cenſuris lib.*3.*cap.* 38.*num.* 17. Rodriguez & cum multis aliis Sanchez *citatus*, *num.* 67. 68. Quia *cap. ne clerici, vel monachi in* 6. Vbi habitus dimiſſionem excommunicationi ſubiicit, quando attentis circunſtantiis ſit ad periculosè vagandum, quod non datur in præſenti, & de hoc alibi erit latiùs dicendum.

21. Suar. Rodrig. Portel.

Si verò Religioſus Apoſtata, aut fugitivus reſipiſcat in remotiſſimis regionibus, in quibus non habet monaſteria ſui ordinis vel ſtrictioris, nec poteſt ad hoc licentiam petere à legitimo ſuperiore ad tranſeundum, & non poteſt redire ad propriam provinciam, tunc abſque alia licentia poteſt tranſire ad talem odinem etiam laxiorem, in his enim circunſtantiis aliud non poteſt facere. Ita Suar. *tom.*4 *de relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 20. Rodriguez. *Additione ſummæ tom.* 4. *cap.* 113. *num.*23. Portel.*verb.religio. num.*17.

QUÆSTIO VI.

An Epiſcopus regularis renuntians Epiſcopatum vel ab ipſo depoſitus, ſi non redeat ad monaſterium ſit Apoſtata?

SUMMARIUM.

22 *Prima ſententia affirmat teneri, ne ſit Apoſtata.*

23 *Secunda & verior negat.*

24 *Tamen ſi ob demerita deponatur tenetur redire.*

Et certiùs ſi à ſua dignitate ſit degradatus.ibid.

22. Abulenſ. Aragon.

ABulenſis, *c.*30.*Numer.q.*109. Aragonius 2. 2. *quæſt.*88.*art.*11.*fol.*1036. & alij conſtanter affirmant,quòd talis Epiſcopus renuntians epiſcopatui teneatur redire ad conventum, ne aliàs veluti Apoſtata habeatur.

23. Navar. Federicus. Immola. Henriq. Emman. Sà Emman. Rodrig. Sanch, Laur. de Franch.

Tamen talis Epiſcopus manens in ſæculo, & non rediens ad Religionem, non eſt verè Apoſtata, ſed licite poteſt ſic manere in ſæculo: & Probatur: quia per Epiſcopalem dignitatem, fuit legitimè diſpenſatus, & exemptus à religionis iugo, hæc autem diſpenſatio non ceſſat depoſito Epiſcopatu,cum cauſa non ceſſet,ſed perſeveret, ſcilicet dignitas Epiſcopalis, ac perfectior ſtatus. Ita Navarr. Federicus, Imola, Henriq. Emmanuel Sà, quos citant,ac ſequuntur Emmanuel Rodrig.*tom.*3.*qnæſt.*52.*art.* 26. Sanchez *tom.* 2. *in decalog.lib.*6.*cap.* 6. *num.* 29. Laurentius de Franchis *in controverſ. Epiſp. & Regular.circa decreta Sacræ Congreg. de Apoſtate. & eiectis dub.*13.

24. Sanchez. Sylveſt. Lezana.

Addit tamen Sanchez *citatus,num.*29. idem eſſe dicendum ſi propter culpas Epiſcopus deponatur ab Epiſcopatu;ſed aptius videtur, quod docent Sylveſter *in ſumma verb. Religio. num.*4,*in fine* M.Lezana *verb.Apoſtata,num.* 7. quòd ſic ob demerita diſpoſitus teneatur regredi ad Religionem, & ſi non redeat veluti Apoſtata habendus; quia per depoſitionem redditur indignus privilegii ſuæ dignitatis. Certius tamen eſt id ſi degradaretur, quia per degradationem ſpoliatur ab omnibus privilegiis dignitati Epiſcopali conceſſis. Ita cum Gloſſa Sanchez *citatus, n.* 30.

Gloſſa. Sanch.

QUÆSTIO VII.

Vtrùm Religioſus fugiens ex carceribus, in quibus ex mandato ſuperioris detinebatur, ſit Apoſtata, vel fugitivus?

SUMMARIUM.

25 *Religioſus iuſtè detentus in carcere, non poteſt fugere licitè.*

26 *Quando pœna capitis; vel mutilationis eſt imponenda, poteſt fugere.*

25 Si

27 *Si iuſtè damnatus eſt ad pœnam carceris perpetuam, non poteſt fugere.*

28 *Quando ſententia iuſtè prolata iniuſto modo exequitur.*

29 *Quando ſententia ſecundum allegata, eſt iuſta, tamen coram Deo iniuſta, tunc poteſt fugere.*

25. Dico primo: Religioſus iuſtè detentus in carcere ex ſuis ſuperioris mandato, non poteſt licitè fugere non enim poteſt licitè à monaſterio egredi abſque ſui ſuperioris licentia: cum per votum ſuam voluntatem renuntiaverit, & totam in ipſius ſuperioris arbitrium tranſtulerit, *cap. quorundam*, & *cap. ſi Religioſus, de election. in 6.* Ita Caietan. Navarr. Bañez, Saytus, quos citant, ac ſequuntur Rodriguez *tom. 2. quæſt. 23. art. 6.* Sanchez *in decalog. lib. 6 cap. 8. num. 12.* M. Lezana *tom. 1. cap. 16. num. 9.*

Cap. quorundam. Cap ſi Religioſus. Caietan. Navarr. Bañez. Saytus. Rodrig. Sanchez. Lezana.

26. Limita tamen primò, quòd ſi in tali Religioſo pœna capitis, vel mutilationis imponenda erit, in tali caſu naturale deſiderium conſervationis vitæ, ius fugiendi præbet, etiam ſi ſuperioris præceptum permanendi in carcere urgeat, nihilominus fugere poterit. Ita Sylveſter, Sotus, Vaſquez, Leſſius, Sanchez *citatus num. 15.* quos citat, ac ſequitur Tamburin. *tom. 3. de iure Abbatum diſp. 8 quæſito. 2. num. 1.*

Sylveſt. Sotus. Vaſquez. Leſſius. Sanch. Tambur.

27. Secundò: hoc limitant aliqui, ut Bañez *2. 2. quæſt. 69. art. 4.* quando Religioſus damnatus eſt ad carcerem perpetuum; quòd ob rigorem pœnæ poſſit fugere, tamen mihi probabilius eſt contrarium, nam pœna carceris etiam perpetui, eſt convenientiſſima ſtatui Religioſo, nec eſt ita contratria iuri naturali, ut non poſſit ad illam obligari Religioſus ex vi ſuæ profeſſionis, quando crimen perpetratum proportionatum eſt tali pœnæ, & ratione gravitatis culpæ tali pœnæ ſubiicitur. Rodriguez *tom. 2. quæſt. 22. art. 6.* M. Lezana *tom. 1. cap. 16. num. 10.*

Bañez.

Rodrig. Lezana.

28. Tertiò limita. Quòd liceat fugere, quando illa perpetui cærceris pœna iniuſtè impoſita fuit, ac nullo juris ordine ſervato, Pariter etiam licet fugere, quando etſi ſententia iuſtè prolata fuit, tamen modo iniuſto exequitur, ut ſi cuſtos carceri ex ſuo proprio motu, vel etiam ſuperioris, vel judicis, ſeu alterius perſonæ, injuſtè illi cibum, veſtitum, ignem & cætera ad vitam neceſſaria denegat, vel dura ſævitia in eum ſe habet, ac multis moleſtiis afficit. Ita cum Navarro, Sayro, Rodriguez *citato art. 6.* Sanchez *dicto cap. 8. num. 14.* Tamburinus *allegato loco n. 4.*

Navarr. Sayrus. Rodrig. Sanchez. Tambur.

29. Quartò limita; etſi ſententia ſecundum allegata, & probata videatur iuſta, falſa tamen probatione; falſiſque præſumptionibus fundatur, ita tamen ut coram Deo, ac in conſcientia reus ſit innocens tunc licitè poteſt fugere; & ratio eſt quia ſententia veluti quædam privata lex ſe habet, nulla autem lex obligat ad id, quod eſt contrarium fini legis, ſed cum finis talis legis, ſeu ſententiæ, ſit tribuere cuique quod ſuum eſt, eique debitum ſecundum eius merita, cum autem ſecundum eius innocentiam tribuenda ſit non pœna; ſed abſolutio, inde ad obſervationem talis pœnæ non tenetur: hæc ſententia eſt communis. Ita Sotus *de iuſtitia, lib. 5. quæſt. 6. art. 4.* Leſſius *de juſtitia, lib. 2. cap. 31. dub. 4. num. 24.* Reginaldus *in praxi, lib. 24. num. 146. §. Adverte autem,* Bonacina *de legib. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 7. §. 3. ſub num. 1. verſ. Quinto dicitur, & in Decalogum diſ. 10. quæſt. 3. punct. 2. num. 22.*

Sotus. Leſſius. Reginald. Bonacina.

QUÆSTIO VIII.

Vtrum Religioſus damnatus ad triremes poſſit ab eis fugere?

SUMMARIUM.

30 *Prima ſententia negat fugam eſſe licitam.*

31 *Secunda & vera affirmat.*

30. QUæſtio eſt an Religioſus ſive iuſtè, ſive injuſtè, ſive ad tempus, ſive in perpetuũ damnatus ad triremes, ſive iam in illis exiſtens, ſive non, queatlicitè effugere ad declinandum à tam graviſſima pœna? Negant Sayrus *clavi Regia, lib. 12. cap. 18. num. 8.* Sanchez *lib. 6 in Decalog. cap. 8, num. 16.* In eo caſu, quod pœna eſt iuſtè inflicta, quia tunc debet eam patienter ſuſtinere.

Sayrus. Sanchez.

31. Tamen oppoſita ſententia mihi vera videtur, quod tunc bona conſcientia poſſit fugere. Ita Bañez, *2. 2. quæſt. 69. art. 4. poſt. 5. concluſ.* Bonacina *de clauſura, quæſt. 2. punct. 11. §. 1. n. 8.* Tamburin. *de iure Abbatum, tom. 3. diſp. 8. q. 2. num. 9* M. Lezana *tom. 1. cap. 19. num. 10.* Pellizarius *tom. 2. tract. 8. cap. 8, num. 48.* M. Fr. Anton. *Directorio, tom. 2. tract. 3. num. 1409.* Ratio eſt, quia hæc pœna eſt graviſſima, & tanquam mors perpetua computatur, *l. Servitium, ff. de regulis iuris*, ergo ſicut licitum eſt condemnato ad mortem, fugere ad evitandum tale ſupplicium, ut dixi ſuperiori quæſtione *num. 26.* ita etiamlicitum erit damnato ad triremes fugere ad tantùm malum evitandum, ex impulſu naturali datur omnibus animantibus à dura pœna fugere, deinde ipſe Sanch. *citato num.* concedit cum Corduba, Lopez, Bañez, Salonio, Petro de Ledeſma, quod ſæcularis damnatus ad triremes poſſit fugere, ergo & Religioſus: nulla enim apparet maior ratio, præcipuè cum Religioſum delinquentẽ tali triremium pœna punire videatur contra decorem, honeſtatem, & authoritatem, ergo licitè Religioſus poteſt fugere, non ad vagandum in ſæculo, ſed ut ad ſuperiorem, ac Summum Pontificem tendat, ad miſericordiam, & veniam impetrandam.

Bañez. Bonacina. Tambur. Lezana. Pellizar. Fr. Anton. L. ſervitiũ. Sanchez. Corduba. Lopez. Bañez. Salon. Petr. de Ledeſma.

QUÆSTIO IX.

An Religioſus valdè vexatus à ſuo Prælato abſque illius licentia, & ſine peccato poſſit ad ſuperiorem confugere?

SUMMARIUM.

32 *Affirmativa ſententia eſt communis.*

33 *Conci*

33 *Concilium Tridentinum nil habet contrarium.*
34 *Etiam licita eſt fuga ad amicum, ut eum deprecatorem habeat.*
35 *Fugiens ad ſuperiorem non tenetur petere licentiam ab inferiori.*

32. Dico quòd talis Religioſus dirè vexatus à ſuo Prælato, licitè poteſt ad ſuperiorem confugere, abſque eo quòd fugitivus dicatur, & inde cõſequenter fugitivorum pœna non eſt puniendus. Ita Baldus, Decius, Azor. Rodriguez, Sayrus, Sanchez, Fagundez, & alij, quos citant; ac ſequuntur Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. Barboſ. *in collectan. ad Trident. citand. num.* 10. Peyrinis *de Reſol.* 5. *quæſt.* 1. *cap.* 26. *notabili* 2. Sà *verb. Religio num.* 71. & ratio eſt, quia ius defenſionis eſt naturale, quòd unuſquiſque tenetur ſibi perquirere, ne eius vita, fama, & honor pereat; tum etiam, quia in hoc caſu præſumitur licentia Prælati ſuperioris, qui vult omnia iuſtè, & ordinatè fieri.

Baldus. Decius. Azor. Rodrig. Sayrus. Sanchez. Fagundez. Suar. Barboſa. Pegrin. Sà.

33. Contrariam ſententiam tenet Bañez. 2. 2. *quæſt.* 13. *art.* 1. ex eo, quia Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 4. *de Regular.* ait: *Non liceat Regularibus à ſuis conventibus recedere, etiam prætextu ad ſuos ſuperiores accedendi, niſi ab eis miſſi, vel vocati fuerint.* Ad quod rectè reſpondet Aragon. 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 3. Concilium intelligendum de eo; qui adit ſuperiorem ex cauſa levi, vel leviſſima, non vero ex cauſa urgenti ad defenſionem naturalem, quàm non eſt veriſimile Concilium impedire. Hanc doctrinam tamen limitant ipſe Aragonius, ac alij, ſi ex tali fuga ad ſuperiorem ſequatur ſcandalum, & perturbatio magna Religonis propter ignorantiam cauſæ, qua dictus Religioſus movetur ad fugam. At cum talis vexatio, ſeu iniuria ſit notoria, nullum poteſt eſſe ſcandalum, cum quilibet de ſua defenſione teneatur agere.

Bañez. Trident. Aragon.

34. Idem dicendum exiſtimat Ægidius Poſſius, D. Antonius Ricciullus, quos citat, ac ſequitur Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 8. *q.* 1. *num.* 6. de Religioſo ad amicum, vel alium confugiente, ut eum deprecatorem apud ſuperiorem habeat.

Boſſius. Riciullus. Tamburin.

35. Quæres, an talis Religioſus teneatur petere licentiam priùs Prælato inferiori ut tendat ad ſuperiorem, & ea denegata poterit confugere ad maiorem? Reſpondeo negativè, ſi ipſe timet quòd ex tali licentia, ac via manifeſta, ei ſit exitus impediẽdus, ac durius ſit recludendus, quia tunc erit apponere impedimentum ſuæ defenſioni. Ita Navarr. *comment.* 2. *de Regular. n.* 61. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 5. *c.* 6. *n.* 15. Tamen Suarius *tom.* 4. *de Reſol. tract.* 8. *lib.* 1. *n.* 7. & 8. ait quod ſaltem ex urbanitate petenda ſit licentia à Prælato inferiori, ſed hoc non dicam, quando prudentialiter timetur aliquod damnum, vel impedimentum ad viam, vel quod ſit deneganda.

Navarr. Pellizar. Suar.

QUÆSTIO X.

Quas penas incurrant fugitivi, ſive cum habitu, ſive ſine habitu fugientes?

SUMMARIUM.

36 *Ad maiorem diſtinctionem explicantur, quæ ſunt tractanda.*
37 *Qui ſine habitu fugiunt, incidunt in excommunicationem.*
Qui cum habitu faciunt iuxta peculiaria ſtatuta Religionum habent pœnas. ibid.

VT clarè, ac diſtinctè in hac re differamus de pœnis, in quas incidunt fugitivi, & Apoſtatæ, priùs agimus de fugitivis, deinde de Apoſtatis. Fugitivus, ut explicavi in hac reſolutione *quæſt.* 2. *num.* 7. eſt ille, qui recedit à Conventu ſine licentia, ac obedientia ſui ſuperioris, licèt ſit per tempus conſiderabile, habet tamen animum iterum revertendi: deinde vel iſte fugit cum habitu, vel ſine illo. 36.

Qui ſine habitu fugiunt, exeuntes à Monaſterio ſine illo incurrunt in excommunicationem latam, *cap.* 2. *ne clerici, vel Monachi, in* 6. Qui verò cum habitu fugiunt, exceptis quibuſdam caſibus expreſſis in iure, præter peccatum nullam aliam pœnam de iure incurrunt, M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 11. Pellizar. *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 6. *n.* 8. Nec obſtat prædictum, *cap. Ne clerici, vel Monachi*, quia ibi agitur de eo, qui vel recedit ſine habitu, vel ſine licentia ſuperioris accedit ad ſtudia. Quare ſupra hanc rem conſulenda ſunt peculiaria ſtatuta Pontificum, ac Religionum. In noſtra Carmelitana familia tales Religioſi decedentes à Conventibus ſine licentia, etiam per unum diem, habentur ut excommunicati, & ut tales puniuntur, & abſolvuntur ſecundùm conſuetudinem Religionis, ut teſtatur Lezana proximè citatus, ex eo quia *part.* 3. *noſtrarum Conſtitut. cap.* 12. *num.* 3. dicuntur iſti puniendi; ut Apoſtatæ autem incidunt in excommunicationem, ut dicam *quæſt.* 12. In familia Franciſcana tales per ſtatuta Toletana ſunt excommunicati, Portellius *in Additionibus ad dubia, verbo Apoſtata n.* 2. ait & credo iuxta communem conſuetudinem Religionum tales fugitivi habentur ut excommuncati. De quo Caſarubias *in compendio privilegiorum verb. Apoſtata ab ordine.* Miranda *tom.* 1. *quæſt.* 51 *art.* 1. 37. C. 2. Ne cl. Lezana. Pellizar. Lezana. Portel. Caſarubias Miranda.

QVÆSTIO XI.

Explicantur caſus, in quibus ſecundum ius fugitivi excommunicantur.

SUMMARIUM.

38 *Excommunicantur Religioſi fugitivi, ad partes ultra marinas.*
39 *Fugitivi accedentes ad curias Principum incidunt in excommunicationem.*

40 *Fugi*

40 *Fugitivi accedentes ad ſtudia, excommunicantur.*

Qui extra monaſterium audiunt leges, & medicinam excommunicantur. ibid.

45 *Excommunicantur, qui tranſeunt ad aliam Religionem.*

38. DIxi ſuperiori quæſtione & ſuperiori num. quòd fugitivi cum habitu ex communi iure, non afficiuntur aliqua cenſura, niſi quibuſdam caſibus exceptis, qui nunc ſunt explicandi. Primus eſt, ſi Religioſi ſe transferant ad partes vltra marinas, maximè ubi pauci fideles degunt, abſque ſuorum Prælatorum licentia, incidunt in excommunicationem reſervatam *in extravaganti ad noſtram de Regularibus.* De quo Bonacin. *de clauſura q.2. puncto 4.*

Extravag. ad noſtram. Bonacina.

39. Clement. in Agro. Suar. Bonacina. Filliucius. Sayrus. Secundò. Accedentes ad curias Principum ſine licentia ad effectum nocendi ſuis, incurrunt in excommunicationem non reſervatam in Clementina. *In agro de ſtatu Monachorum*; de quo Suar. *tom.5.ad 3.part. diſp.23.ſect.5.n.6.* Filliuc *tract.14.cap.8.quæſt.6. num.140.* Sayrus *de cenſur.lib.3. cap.34. num. 27.* Bonacin. *citata quæſt.2.punct.5.*

40. Cap. Vt periculoſa. Sayrus. Filliucius. Sanchez. Sanctarel. Tertiò. Accedentes ad ſtudia ſine ſuorum Prælatorum licentia incurrunt excommunicationem non reſervatam, *cap.2.ut periculoſa. Ne clerici, vel Monachi in 6.* Sayrus *citato lib.3. cap.33. num.20.* Filliucius *citato cap.8. quæſt.4. num.136* Sanch. *tom.2. in Decalog. lib.6. cap.8. num.72.* & ſequentibus Sanctarellus *in tractatu de Apoſtaſia cap. 2.* Quartò. Se conferentes extra monaſterium ad audiendas leges, aut medicinam; incurrunt excommunicationem non reſervatam, latam, *cap. Magnopere.* Ita Doctores proximè citati.

41. Rodrig. Azor. Leſſius. Suar. Sanchez. Quintò, illicitè tranſeundo ad aliam Religionem. De quo Rodrigues *tom.1. quæſtionum quæſt. 30. art. 1. cum ſequentibus.* Azor. *part.1. lib.11. cap. 16.* Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap.41. dub.15.* Suar. *de Relig.tom.4.lib.3.cap.2.* Sanch. *lib.6.citato cap.8.* Sed de hoc latiùs *verb. tranſitus ad Relig.*

QUÆSTIO XII.

Apoſtatæ an ſint excommunicati ex iure, vel ex peculiaribus conſtitutionibus?

SUMMARIUM

42 *Apoſtatæ fugientes ſine habitu ſunt excommunicati.*

43 *Vna ſententia affirmat fugientes cum habitu eſſe excommunicatos.*

44 *Secunda ſentia ex iure negat.*

45 *Ex multis privilegiis, ac ex uſu Religionum eſt affirmandum.*

42. APoſtatæ fugientes à Religione, vel diſcedunt cum habitu, vel ſine habitu, qui ſine habitu fugiunt, ſunt excommunicati. Vt habetur expreſsè, *cap. 2. Ne clerici, vel Monachi*, qui verò cum habitu fugiunt, animo deſerendi ſtatum religioſum, & ad illum non revertendi, quod eſt requiſitum ad Apoſtaſiam, ut excommuni ſententia dixi ſuprà *q.2. n.7.* de his

C. 2. Ne cler.

Tota quæſtio eſt, an iſte Apoſtata, qui fugit cum habitu, animo deſerendi religionem, ſit excommunicatus in iure, affirmant Rocela Tabiena, Henriquez, & alij, quos citant, ac ſequuntur Azor, *tom.1.lib.12. cap. 17 quæſt.6.* Miranda *tom.1.quæſt.51.art.1. concluſ.2.* Portelius *in Additionibus ad dubia, num. 7.* & fundantur in eo, quia in dicto, *cap. Ne clerici, vel monachi*, finis prædictæ legis eò tendit, contra habitum ſuæ religionis dimittentes, ut eiſdem periculoſa occaſio vagandi ſubtrahatur; ut in proœmio dicti capitis dicitur; liberè ergo evagantes extra clauſtrum ſine habitu induti, ſive eo exuti faciunt contra diſpoſitionem dicti iuris, ac proinde incurrunt in prædictam cenſuram. 43. Rocela. Tabiena. Henriq. Azor. Miranda. Portel.

Contraria ſententia eſt communis, & vera, ita Sylveſter Angelus, Tabiena, Aragonius, Bañez, Leſſius, Rodriguez *tom.1 ſummæ in 2. editione cap.43.num.1.fin.* Suar. *tom.5 ad 3 part. diſp.31.ſect.6.num.1.* Sanchez *tom.2. in Decalog. lib. 6. cap.8. num.20.* M. Lezana *tom.1.cap.16. num.12.* Probatur, quia in dicto, *cap. Ne clerici, vel Monachi*, ſolùm profeſſi temerè habitum ſuæ Religionis dimittentes excommunicantur. Nec obſtat finem eius excommunicationis eſſe ſubtrahere occaſionem vagandi religioſis, quia Textus non quamcumque occaſionem comprehendit, ſed occaſionem ex habitus dimiſſione provenientem, imò dum retinetur habitus, non datur tanta occaſio: nam Apoſtatæ ex habitu cognoſcuntur religioſi, & poterunt capi, & ſuæ religioni reſtitui. 44. Sylveſt. Tabiena. Aragon. Bañez. Leſſius. Rodrig. Suar. Sanchez Lezana.

Quamvis hæc ita ſint de iure communi, tamen certum eſt, quod Apoſtatæ à Religione incidunt in excommunicationem reſervatam ſuperioribus ſuæ Religionis. Ita Sanchez *citato cap.8.num.11.* Lezana *citato num.13.* Caſarubias *in compend.Privilegiorum mendicant. verb. Apoſtata ab ordine.* Hieronym. Rodrig. *Reſolut.11. n. 28.* ſufficiat proponere privilegium conceſſum à Pio V. Societati Ieſu, & habetur in Bullario ipſius Societatis *pag. 94.* & in Compendio Societatis *verb. Apoſtatæ §.1.* ubi dicitur. *Si quis poſt emiſſa vota ſecundum Societatis conſtitutiones, ab ea ad ſæculum receſſerit, etiam prætextu cuiuſvis indulti conceſſi, aut concedendi, abſque expreſſa ſui ſuperioris licentia, ad id ab eo ſpecialiter obtenta, ipſo facto eſt excommunicatus, & abſolvi nequit, niſi à Romano Pontifice, vel ſuperiore Societatis* De quo privilegio per viam participationis communicant aliæ religiones, ut teſtatur Pellizarius *tom.2.tract.8. cap.8. num.8.* Aliud privilegium conceſſum eidem Societati ex Gregorio XIII. refertur ad idem intentum. 45. Sanch. Lezana. Caſarubias Hieron. Privilegiũ Societatis Pellizar.

Secundùm ergo prædicta privilegia, ac alia multa, & communem praxim Religionum, tales Apoſtatæ habentur excomunicati excommunicatione reſervata ſuis ſuperioribus. In noſtra Carmelitana Religione eorum abſolutio reſervata eſt Priori Generali, vel Provincialibus, *ſub quorum obedientia prædicta crimina perpetrarunt, part. 5. conſtitut. cap.12.n.2.* & in omni Religione à ſuo Superiore, vel ex eius commiſſione ſunt abſolvendi. Suar. *tom.4. de Relig.tract.8.lib.3.cap.4.n.21* 46. Conſtitut. Carmeli. uar.

QVÆ.

QUÆSTIO XIII.

An Apoſtatæ ſint irregulares?

SUMMARIUM.

47 *Apoſtatæ ex iure nullam habent irregularitatem.*
Suſcipientes Ordines ſacros in tali ſtatu ſunt ſuſpenſi.
48 *Apoſtatæ cum ſint excommunicati, exercentes Ordinem ſacrum, quia ſunt excommunicati, fiunt irregulares.*
49 *Apoſtatæ ipſo iure ſunt infames, & inde irregulares.*

47. NOn loquimur de pœnis aſſignatis per particulares Religionum Conſtitutiones, ſed tantùm de jure communi. Etſi aliqui dicant tales Apoſtatas de iure communi eſſe irregulares, tamen hoc eſt falſum, ut advertit Lezana *tom. 1. cap. 16. numero decimotertio.* Ad hoc enim nullus oſtenditur Textus; ſi tamen Apoſtata in tali miſerrimo ſtatu ſuſcipiat Ordinem ſacrum, non poteſt in illo miniſtrare, ſed manet ſuſpenſus, donec à Papa, vel juxta aliquos à ſuo Prælato diſpenſetur, ut habetur *cap. finali, de Apoſtatis.* Suarez *tomo quinto, ad tertiam partem, diſputatione trigeſima prima, ſectione ſexta* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 8. num. 21.*

Lezana. Cap. final. Suarez. Sanchez.

48. Et quamvis Apoſtatæ ex vi juris communis non habeant irregularitatem; tamen frequenter cum ſint excommunicati exercentes Ordinem ſacrum; proindéque fiunt irregulares; & hoc non ex vi Apoſtaſiæ præciſé, ſed excommunicationis, qua tenentur. Suarez *citato tomo quinto, diſputatione trigeſima prima, ſectione ſexta, numero ſecundo.* Sanchez *citato capite octavo. num. 25. 26.* Dixi exercendo Ordinem ſacrum, quia Ordines Minores etiam à laicis exercentur ex communi conſuetudine, etiam cum ſolemnitate. Ita Avila *diſputatione nona, ſectione ſecunda.* Toletus *libro ſecundo, cap. 67. numero quarto.* Navarrus *in ſumma, verb. Irregular. num. 142.* & alij, quos citat, ac ſequitur Bonacina *de irregularitate, diſp. 7. quæſt. 3. punct. 5 num. 1.*

Suarez. Sanchez. Avila. Toletus. Navar. Bonacina.

49. Deinde Apoſtatæ, dum perſeverant in Apoſtaſia, ſunt de jure infames, & ut tales non admittuntur in teſtes; deindéque ex hoc capite ſunt etiam irregulares: nam omnis infamis eſt irregularis ſecundum ſententiam Doctorum, Graffis *libro tertio, de caſibus reſervatis, cap. 2. numero vigeſimo ſexto*, Peirinis *tomo primo, de ſubdito, quæſtione prima de obedientia, cap. 26.* Lezana *tomo primo, cap. 16. num. 12.* Pellizarius *tom. 2. tract. 8. cap. 9. num. 64.* & alij multi apud Belaſium *verb. Apoſtata.*

Graffis. Peirin. Lezana. Pellizar. Belaſius.

QUÆSTIO XIV.

Explicantur aliæ pœnæ, in quas incidunt Apoſtatæ.

SUMMARIUM

59 *Bulla Pauli IV. eſt moderata.*
50 *Apoſtatæ, & fugitivi ſunt privati voce activa, & paſſiva.*
Tempus, quo ſunt extra Religionem, non computandum inter annos profeſſionis. Ibidem.
52 *Privantur libris, & aliis rebus ad ſuum uſum.*
53 *Durante Apoſtaſia non poſſunt prædicare, nec audire confeſſiones.*
54 *Apoſtatæ privantur iure alimentorum de bonis ſuæ Religionis.*

MAximè in hac re refertur Bulla edita à Paulo IV. anno 1558. quæ incipit: *Poſtquam Divina Bonitas.* In quo Pontifex Apoſtatas ſuſpendit inperpetuum ab omni Eccleſiaſtici Ordinis executione, & abomni gradu, omnibúſque beneficiis obtentis, & eorum fructibus; eóſque reddit inhabiles ad quoſcunque gradus, ſed hæc Bulla non fuit recepta, ut teſtantur Sanchez *libro ſexto, in Decalog. capite octavo, numero trigeſimo.* Caſtro Palaus *tractatu 16. diſp. 4. part. 7. num. 2.* Deinde prædicta Bulla Pauli IV. fuit moderata, & ad formam juris, & ſacratum Conſtitutionum redacta per Pium IV. anno 1560. Conſtitut. quæ incipit: *Sedis Apoſtolicæ*, ut notat Proſper Aug. in additionibus ad Quarantam *in ſumma Bullar. verb. Apoſtata.*

50. Paulus IV. Sanchez. Palaus. Proſper Auguſtin.

Secundò, Tales Apoſtatæ ſunt privati voce activa, & paſſiva, ac iure primogenituræ, ſuáque antiquitate Religionis computato tempore, quo fuerunt extra Religionem, patet ex Decreto authentico edito à Cardinali Alexandrino qui poſteà fuit Pius V ex vivæ vocis oraculo facto ſuper hac re à Paulo IV. ex ſuo ſpeciali mandato 10. Aprilis 1559. quem ipſe Cardinalis edidit, ut ſupremus Inquiſitor in favorem Patrum Minorum, & inter cætera ad finem dicitur: *Dummodo tempus, quo manſerint extra Religionem inter ſuæ profeſſionis annos non computetur.* Quod prudentiſſimè ordinatum eſt, & ad hoc tendit ius primogenituræ, quo privantur. Prædictam Conſtitutionem referunt Peirinis *tom. 2. Privileg. conſtitut. 2. Pauli IV.* & Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 8. num. 65.* Qui etiam notant, quod quamvis ſit vivæ vocis oraculum, non eſt revocatum inter cætera, quia eſt editum à Cardinali ſupremo Inquiſitore ex ſpeciali mandato ſuæ ſanctitatis per literas authenticas Cardinalis, ut infra dicemus.

51. Pius V. Peirin. Pellizar.

Tertiò. Religioſi Apoſtatæ, aut fugitivi privantur libris, & aliis rebus ad eorum uſum conceſſis, patet ex quadam Bulla Pauli II. data in favorem Congregationis Lombardiæ Sancti Auguſtini, & alia Leonis X. facta Patribus

52. Paul II. Leo X.

Peirin. tribus Minimis, quam refert Peirinus *tom. 1. Privileg. Conſtit. 13. Leonis X.*

53. Quarta pœna. Religioſus Apoſtata durante Apoſtaſia non poteſt prædicare, nec docere, nec audire confeſſiones, nec ſimilia facere: patet ex proximo Decreto edito à Paulo IV. ubi expreſſè dicitur, quod tales Apoſtatæ ſint privati voce activa, & paſſiva, juréque ſuæ primogenituræ, necnon publica ad populum prædicatione, & confeſſionali ſæcularium audientia.

Paul. IV.

54. Quinta pœna. Apoſtatæ, & fugitivi privantur alimentis, ac iure alimentorum de bonis ſuæ Religionis. Ita Surdus, Sanchez, Pinellus, & alij, quos citant, ac ſequuntur Sanctarellus *de Apoſtata, cap. 3. dub. 2. num. 22.* Tamburinus *de iure Abbat. diſput. 8. quæſt. 9. num. 1.* & aſſignant optimam rationem, quia Pater non tenetur alere filium ſua culpâ, à patris conſortio, ac obedientia recedentem; ac proinde Apoſtata non poteſt alimentari de bonis inventis ſuæ Religionis, niſi in caſu extremæ neceſſitatis, nec Religio tenetur ad illius debita ſolvenda, niſi in caſu, quod ipſe ſecum afferat bona ſufficientia ad tale debitum.

Surdus. Sanchez. Pinell. Sanctarel. Tambur.

55. Sexta pœna ſtante iure antiquo erat, ut qui ter apoſtataverit, eiiceretur ab ordine; nunc verò iure novo Urbani VIII. quid dicendum, dicam verbo eiicere ab ordine.

QUÆSTIO IV.

An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegio Canonis, fori, immunitatis Eccleſiaſticæ?

SUMMARIUM.

56 *Apoſtatæ, & fugitivi portantes habitum clericalem gaudent privilegio Canonis.*
57 *Gaudent privilegio fori ab omni juriſdictione ſæculari.*
58 *Gaudent privilegio à vectigalibus.*
59 *Gaudent privilegio immunitatis Eccleſiaſticæ.*

56. Dico primò. Religioſi etiam veri Apoſtatæ, ſicut & eiecti gaudent privilegio Canonis, quia omnes veniunt ſub nomine Monachi: *Si quis ſuadente diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat.* Et reſervatur Pontifici Romano, quia quamvis iſti mereantur privari tali privilegio; de facto tamen non privantur ab aliquo iure; ergo cum verè, & propriè ſint Religioſi, gaudent tali privilegio Molina *tract. 3. diſp. 54. num. 2.* cum Panormitano, & Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 6. ſectione 3. num. 145.* affirmantes talem Apoſtatam, vel fugitivum gaudere tali privilegio, ſive portet habitum, ſive non. De quorum doctrina meritò dubitat Portell. *in dubiis, verb. Manus violentæ, num. 3. §. Quod ſi.* Et contraria doctrina mihi eſt vera, quia ut quis gaudeat privilegio Canonis, debet portare habitum, & tonſuram clericalem, ut docent Filliucius *tom. 1. tractatu 14. de cenſ. in particulari, cap. 1. num. 8.* Bonacina *tom. 1. diſputat. 2. de cenſur. quæſtione quarta, de excommunicatione, punct. 1. num. 1.* Nam qui percutit hominem ſine habitu, cum non agnoſcens Monachum, nullam facit iniuriam ſtatui Eccleſiaſtico.

C. Si quis. Molina. Pellizar. Portel. Filliuc. Bonacina.

Dico ſecundò. Privilegium fori, quod perſonæ Regularium legitimè eximuntur à quacunque poteſtate ſæculari in cauſis tam civilibus, quàm criminalibus, & patet ex *cap. Non minus, de immunitate Eccleſiæ*, de quo latè Molina *tomo primo, de juſtitia, diſputat. 31. concluſione 3.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. de immunitate Eccleſiæ, cap. 8. num. 2.* & multi alij apud Dianam *parte prima, tract. 2. Reſolut. 1.* tali prædicto privilegio gaudent omnes Religioſi etiam Apoſtatæ, ac perpetuo eiecti; hoc autem privilegium conceſſum eſt ſtatui Religioſo, nec conſtat aliunde Religioſis ſubtrahi per legitimam poteſtatem, quamvis ſint Apoſtatæ, & eiecti.

57. C. Non minus. Molina. Suarez. Diana

Dico tertio Privilegium immunitatis à vectigalibus, ac tributis competit omnibus Religioſis. Ut ſuo loco dicemus *verb. Tributum*, inter quos etiam computantur Religioſi Apoſtatæ: nam ratione Apoſtaſiæ non deſinunt eſſe tales.

58.

Quantum ad privilegium immunitatis Eccleſiaſticæ Apoſtatas, ac fugitivos eo gaudere negat Peregrinus *tractatu de immunitate, cap. 12. num. 16.* Bordon. *reſol. 1. num. 18.* contendit eo frui etiam in proprijs Eccleſijs, non verò in Conventibus. At Diana cum multis Auctoribus *part. 1. tract. 1. Reſol. 23.* affirmat, & ex eo probatur, quia Gregorius XIV. in ſua Bulla de hac re edita, non excludit Apoſtatas, cum ibi ſit poſita clauſula, tantum, quæ extenſionem excludit, tamen ab hac regula excipiuntur proprij Conventus, ac Eccleſiæ ſui Ordinis, aliàs tales Apoſtatæ nunquam poſſent puniri, incarcerari, ac capi: de qua re idem Diana *ſupra, Reſol. 25.* & *part. 6. tract. 1. Reſol. 26. quæſt. 10.* & ideo tales Religioſi poſſunt etiam à ſuis Prælatis vi, ac violentia capi, & teneri.

59. Peregrin. Bordon. Diana. Greg. XIV.

QUÆSTIO XVI.

An Religioſus Apoſtata gaudeat privilegiis, & indulgentiis ſuæ Religionis?

SVMMARIVM.

60 *Apoſtata, & fugitivus gaudet iudulgentiis, ac privilegiis ſuæ Religionis.*
61 *At verò ſi Apoſtata intendit annullare ſuam profeſſionem, non gaudet.*

60. Apoſtaræ, & fugitivi gaudent' privilegiis, ac indulgentiis conceſſis proprio Ordini ſuo. Ita Sanchez, & Lezana *citandi.* Pellizarius *tractatu 8. cap. 8. ſectione 3. num. 74.*

Pellizar.

num. 74. Si tamen ad earum conſecutionem ſint diſpoſiti, privilegiis quidem gaudent, quia nullum extat ius contrarium, & ſic ſtatus Religioſi, qui in Religioſo Apoſtata manet, eſt ſufficiens ratio ad hoc, ut gaudeat privilegiis ſuæ Religionis, ut pote verus illius Religioſus, etiam ſi erit ſufficiens ratio, ut gaudeat illius indulgentiis, eo quod nullum apparet fundamentum, ut à participatione illarum excludatur.

61. Hæc tamen doctrina limitanda eſt, & non habet locum in illis Apoſtatis, qui à Religione recedunt, & habitum dimittunt intendentes ſuam profeſſionem eſſe nullum; ita ex Mandocio Sanchez *lib.* 9. *cap.* 8. *numero* 34. M. Lezana *tom primo, cap.* 16. *num. duodecimo*, & pater ex Concilij Tridentini *ſeſſione* 26. *cap.* 19. *de Regularibus*, vbi dicitur: *Quod ſi antea habitum ſponte dimiſerit, tanquam Apoſtata punitur; interim verò nullo privilegio ſuæ Religionis iuvetur.* Et bene notant citati Authores, quod cum hoc Decretum ſit pœnale, non eſſe extendendum ad alios Apoſtatas, in quibus hæ conditiones annullandi profeſſionem non dantur.

Sanch. Lezana. Trident.

QUÆSTIO XVII.

Bona Apoſtatarum ad quem pertinent?

SUMMARIUM.

62 *Bona Apoſtatarum per fraudem pertinent ad eum, cui facta eſt iniuria.*

63 *Bona illorum ſi ad Religionem revertunt, ſunt Religionis.*

64 *Bona illorum, qui diſcedunt extra Religionem ſunt Cameræ Apoſtolicæ.*

65 *Si Apoſtata in vita dat Religioni poſt mortem ante ſententiam, non ſunt danda Cameræ Apoſtolicæ.*

66 *Quæ acquiſivit intuitu beneficij Eccleſiaſtici, ad illam Eccleſiam pertinent.*

62. Roſella. BOna Apoſtatarum contra juſtitiam acquiſita per furtum, fraudem, &c. reſtituenda ſunt eis, quibus facta eſt jniuria, Roſela *in ſumma, verb. Religio.* 1. *num.* 1. Sanchez *lib.* 7. *Decalog c.* 33. *n.* 6. Portellius *in dubiis, verb. Apoſtata, num.* 7. Sanch. Portel.

63. Ea autem, quæ Religioſus Apoſtata, vel fugitivus acquiſivit, ſi ad Religionem revertitur, ea ſecum defert, & ad Religionem pertinent, talis enim eſt verus Religioſus, & per conſequens debet monaſterio acquirere, & ita definitur, *cap. Abbas*, 18. *quæſt.* 2. Ita Sylveſter *verb. Apoſtata, quæſt* 9 *num* 12. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 8. *cap. num.* 20 quòd intelligitur etiam ut notat Lezana *verb. Apoſtata, num.* 8. de bonis etiam peccaminosè acquiſitis, non tamen contra juſtitiam, ut dixi ad initium quæſtionis. Cap Abbas Sylveſt. Suar. Lezana.

64. Nec cum his obſtat Conſtitutio Gregorij XIII. quæ incipit: *Officij noſtri*, ubi iſtorum bona applicantur Cameræ Apoſtolicæ, quòd intelligitur de illis Apoſtatis, qui decedunt extra clauſtra, in ſua apoſtaſia morientes, Rodrig. *tom.* 1. *quæſt.* 30. *art.* 12. §. *Sed contra*, Portell. *in dub. verb. Apoſtata num.* 7. Laurent. de Franchis, *in controverſiis Epiſcoporum & Regular. circa Decreta Sacræ Congreg. de Apoſtatis, & ejectis, quæſt.* 11. Rodrig. Portel. Laurent.

Tamen ſi præfati Religioſi Apoſtatæ, in vita ſua diſpoſuerint de ſuis bonis, tradendo ea Religioni, Religio non tenetur ea reſtituere Cameræ, niſi poſt ſententiam condemnationis, applicatio enim talium bonorum cameræ eſt pœnalis, & omnis pœna non obligat, niſi poſt ſententiam, nemo enim tenetur ad pœnam ante condemnationem Suarez *tom* 4. *de Religione tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 17. M. Lezana *cit. num.* 21. 65.

Si Religioſus fugitivus, vel Apoſtata impetrauit beneficium alicuius Eccleſiæ, ea, quæ acquiſivit intuitu talis Eccleſiæ, pertinent ad Eccleſiam, acquiſivit enim illa ut pars ipſius Eccleſiæ. At verò ea, quæ acquiſivit intuitu ſuæ perſonæ, ejuſque induſtriæ, acquirit Religio cum perſona illa ejuſque induſtria, ad Religionem pertineant. D. Anton. 3. *part. tit.* 16. *cap.* 5. §. 1. Azor. *tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. *quæſt.* 8. De his verò, quæ Apoſtata per negotiationem acquiſivit, *dicam infra verb. Negotium.* Suar. Lezana. 66. D. Anton. Azor.

QUÆSTIO XVIII.

Quis valeat Apoſtatas, & fugitivos à cenſuris abſolvere, & cum eis in irregularitate diſpenſare.

SVMMARIVM.

67 *Apoſtaſia, & egreſſio nocturna à Conventu eſt caſus reſervabilis à Prælatis.*

68 *Prælatio poſſunt abſolvere à tali excommunicatione.*

69 *Poſſunt Prælati diſpenſare cum eis in qualibet ſuſpenſione.*

70 *Poſſunt etiam diſpenſare in qualibet irregularitate.*

67. CRimen Apoſtaſiæ ſive cum habitu, ſive ſine illo, ſicut & nocturna egreſſio à Conventu ſine Prælati licentia, iuxta Decretum Clementis VIII. caſus eſt reſervabilis à ſuperioribus Religionum, ſeu poſſunt illum reſervare, & dato quòd talis caſus non ſit reſervatus in Religione, nec ex vi iuris ſit excommunicatio poſita Apoſtatis, ac fugitivis cum habitu, tamen per multa privilegia Apoſtolica Religionibus conceſſa impoſita eſt excommunicatio reſervata, ut ſuprà dixi *quæſtione* 12. *num.* 45. & ſi aliqui dixerunt apud Suarez, *tom.* 4. *de Religione tractatione* 10. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. quòd à quolibet Ordinis Confeſſore abſolvi poterunt, ex eo hoc dixerunt, quia exiſtimabant nullam eſſe excommunicationem reſervatam, quam dari iam diximus, & tenet ipſe Suarez. Suar.

68. A tali excommunicatione etiam reſervata

vata Religioſi Apoſtatæ, ac fugitivi etiam habitu dimiſſo, poſſunt abſolvi à ſuo Prælato ſive Generali, ſive Provinciali, ui ſuorum privilegiorum, quorum ratione poſſunt dicti Prælati ſuos ſubditos abſolvere ab omni excommunicatione reſervata Sedi Apoſtolicæ, etiam contenta in Bulla Cœnæ, excepta hæreſi, ut dicam infra *verbo Bulla Cœnæ*, & *Verb. Cenſura, per multa privilegia.*

69. Similiter & poſſunt prædicti Apoſtatæ, & fugitivi abſolvi à ſuis Superioribus etiam localibus à qualibet ſuſpenſione contracta ex indebita ſuſceptione Ordinum in tali ſtatu, ut ex Rodriguez, Portel. Vivaldo tenet Diana *tertia parte, tractatu 2. Roſolut. 85.* Ad hoc enim habent prædicti Prælati pleniſſimam iuriſdictionem, quamvis talis ſuſpenſio ſit reſervata Sedi Apoſtolicæ, niſi exceſſus fuerit enormis, ut hæreſis, ſchiſma, falſificatio literarum Pontificiarum, de quo Caſarrubias *verb. Abſolutio, Ordinis quoad fratres, num. 13.* ut latiùs dicam *verb. Diſpenſatio.*

Rodrig. Portel. Vivaldus. Diana. Caſarrub.

70. Poterunt & dicti Prælati Regulares cum his Apoſtatis, & fugitivis diſpenſare in irregularitate contracta ex indebito exercitio Ordinum, ſi detur, cum per talem fugam, ut diximus, ſint excommunicati, itémque cum eis diſpenſare, in qualibet alia irregularitate, exceptis tribus, bigamia, homicidio voluntario, ac mutilatione membrorum; ut patet ex multis privilegiis Pontificum, quæ adducit M. Lezana *tom. 1. cap. 18. num. 40.* & dicam *verb. Irregularitas*, & etiam circa illa tria excepta ſcilicet Bigamiam, &c. aliqua notanda.

Quæstio. XIX

Vtrum Religioſus Apoſtata, vel fugitivus poſtquam bonam opinionem recuperaverit, poſſit eligi ad prælaturas Ordinis?

SVMMARIVM.

71 *Talis bene poteſt eligi ſecundum ius commune.*

72 *Secundum verò peculiares conſtitutiones Religionis, tales conſulendæ ſunt.*

71. Sanchez. Sylveſt.

NEgant Sylveſter, & alij, quos citat, Sanchez *lib. 6 in Decalog. cap. 8. num. 31.* At contraria ſententia eſt vera, & communis ſtando in iure communi. Ita cum multis Sanchez *citatus, num. 32.* Azor. *lib. 2. inſtit. cap. 17. quæſtione ultima*, & Pellizar. *tract. 2. cap. 8. ſect. 3. num. 75.* Nullum enim ius aſſignatur talem pœnam, ac obligationem imponens. Nam *cap. Per tuas, de voto*, nihil probat ad rem; cum ibi ſermo ſit, non de culpa præſenti, ſed præterita; ſtatuitur enim ibi, quod electus in Epiſcopum, voto Religionis à ſe antea emiſſo, nondum impleto, cogatur reſignare; ergo à fortiori profeſſus, qui ſemel Religionem apoſtatando

Azor. Pellizar. C. Per tuas.

deſeruit, gravius enim peccat, ſed hoc nihil probat, non enim illud determinatur ratione culpæ præteritæ, ſed adhuc pendentis, eo quod illud Religionis votum, nondum impletum obligat.

Hæc dixi ſecundum ius commune: nam quantum ad ius ſpeciale, quilibet ſuas Conſtitutiones conſulat. In noſtra Carmelitana Obſervantia nihil circa hoc ſtatutum reperio; at in Carmelitana Diſcalceata, vere Apoſtata non poteſt eligi ad prælaturam iuxta duas Conſtitutiones, ut refert M. Anton. *in Directorio, tom. 2. tract. 3. diſput. 6. ſect. 11. num. 1426.* 72. Fr. Anton.

Quæstio XX.

An Prælati Regulares teneantur perquirere Religioſos Apoſtatas, & fugitivos, eóſque ad Religionem reducere?

SUMMARIUM.

73 *Prælati poſſunt apprehendere Apoſtatas etiam extra ſuum territorium.*

74 *Prælati tenentur Apoſtatas perquirere, quamvis detineantur ab Epiſcopis.*

75 *Hæc autem diligentia ſufficit moralis.*

76 *Apoſtatæ, & fugitivi benginè recipiendi.*

PRælati Regulares poſſunt Apoſtatas, & fugitivos ſui Ordinis ubique etiam extra ſuum territorium, apprehendere, incarcerare, ad ſuumque Monaſterium reducere, ut patet ex multis privilegiis Regularibus conceſſis; & Carmelitanis in ſuo Mari magno dato à Sixto IV. §. *Apoſtatas corrigi*, & alia multa privilegia, quæ referunt Navarrus *Commentario 3. de Regularibus, num. 50.* Rodriguez *tomo primo, quæſtione 30. artic. 6.* & ſi neceſſe fuerit ad hoc invocare brachium ſæculare, vel Epiſcopale, quod ipſi tenentur dare, patet ex *cap. Principes*, & ex *cap. Adminiſtratores, 23. q. 5.* ad quod multa adducit Rodriguez *citatus, quæſt. 8.* 73. Sixtus IV. Navarr. Rodrig. C. Principes

Et hoc adeò eſt verum, ut notant M. Cornyo *tom. 2. in tertia parte, tract. 5. de excommunicatione, diſput. 6. dub. 5.* Peirinis *tom. 2. in Conſtitutione 7. Pij V. numero 20* Quod etiamſi Apoſtatæ, vel fugitivi fratres detineantur ab Epiſcopis, poſſunt eos ſui Prælati compellere propter Conſtitutionem Pij V. quæ incipit: *Etſi Mendicantium*, quod non ſolùm eſt verum, quando Religioſus fugit ſine licentia, ſed etiam quando ivit cum illa per certum tempus, & eſt tranſactum. Lezana *tom. 1. c. 16. n. 16.* qui notat cum Authoribus citatis hoc poſſe Prælatum Regularem authoritate propria, ſine invocatione brachij ſæcularis, ſive Epiſcopalis. 74. Cornyo. Peirin. Pius. V. Lezana.

Perquirere autem fugitivos, & Apoſtatas non ſolùm debent Prælati facere, ſed etiam ad hoc tenentur ex præcepto impoſito *cap. Finali, de Regularibus*, ut præcipitur, quod *Prælati, & Abbates fugitivos ſuos de Ordine ſuo* 75. C. Finali.

ſuo requirant ſollicitè. Sed etiam hoc mandatur ex *Decreto Sacræ Congregationis iuſſu Vrbani VIII. anno* 1624. & ad longum refert Tamburinus *tomo tertio, de iure Abbatum, diſput.8. quæſt.3. §.4.* ſic habet: *Rurſus ſtatuit, ut fugitivi, & Apoſtatæ, ſive habitum Regularem deferant, ſine non, poſſint, ac debeant ab Epiſcopo loci, vbi moram trahunt, in carceres coniici, ac Superioribus regularibus conſignari, ſecundum regularia ſtatuta puniendi; neque ipſi Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur, ſalvæ tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa Decreto Concilij ſeſſione 25. cap. 4. de Regularibus.* Pro Decreto Concilij Tridentini notandum Ordinariis committi curam recolligendi Religioſos Apoſtatas, & fugitivos non abſolutè, & ſimpliciter, ſed tantum in caſu, quo eorum Superiores fuerint in hac re deſides, vel certè non habeant Monaſterium in illis diœceſibus, in quibus degunt prædicti Apoſtatæ, & fugitivi, ut notarunt Miranda *tom.1. Manual. quæſt. 51. artic. 3.* Pellizar. *tract.8.cap.8.ſect.3.n.56.*

S.Congr. Vrb.VIII. Tamburin. Trident. Miranda. Pellizar.

76. Hæc autem diligentia, quæ adhibenda eſt à Prælatis ad comprehendendos Apoſtatas, & fugitivos, non requiritur, quod ſit extraordinaria ſingulis annis, ſed ſufficit moralis prudentialiter data occaſione, ut notat Suarez *tom.4. de Relig.tract.8. lib.3.cap.3. num.17.*

Suarez.

77. Tandem adverto, quod Prælati regulares tenentur Apoſtatas &, fugitivos venientes ad Religionem, & tanquam ad ſuum Paſtorem benignè ac benevolè recipere, ut monet Decretum Sacræ Congreg. proximè citatum, dicens: *Superiores vero benignè illos teneantur excipere, & paterna charitate complecti*; & de hac re latè Tamburinus citata *diſp.8.quæſito 4.*

S.Congr. Tambur.

Quæstio XXI.

An Religioſi Apoſtatæ, & fugitivi debeant puniri ab Inquiſitoribus?

SVMMARIVM.

78 *Inquiſitores non agunt contra Apoſtatas ratione Apoſtaſiæ.*

79 *Aliqui Doctores affirmant poſſe Inquiſitores agere contra Apoſtatas per annum exiſtentes.*

78. Reſpondetur negativè ex vi Apoſtaſiæ, ſeu ratione Apoſtaſiæ. Ita Duardus, Pegna, quos citat, ac ſequitur Diana *part.4. tractatu 7. Reſolut.3. §. Quæro igitur*; ubi teſtatur, quod ita obſervat ſacrum Tribunal Inquiſitionis Romæ, non ſolere contra hos inquirere, & ita etiam obſervatur in Inquiſitione Hiſpanica; & inde Aloyſius Bariola *in Aphorſim. littera A, verb. Apoſtata, §.3.* ait: Apoſtatæ à Religionibus, non puniuntur ab Inquiſitoribus ex ſola Apoſtaſia, niſi habeant aliquid aliud adiunctum; ſicut procedunt contra ſæculares cum hæreticis communicantes, eorum conciones audientes, vel binas nuptias contrahentes.

Duardus. Pegna. Diana. Bariola.

Sunt etiam graves Authores aſſerentes poſſe Inquiſitores procedere contra Apoſtatas à Religione, ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, negligentes ad Religionem redire. Ita Sanctarellus *de hæreſi, cap. 41. dub. 3.* Laurentius de Peirinis *in Privileg. Minorum. tom.2. conſtitut. 2. Paul. 5. num. 13.* quia cum exiſtant per annum in excommunicatione videntur ſuſpecti. 79.

Sanctarel. Peirin.

Quæstio XXII.

Recipientes, auxiliantes, favorem, ac conſilium dantes Apoſtatis, & fugitivis, ipſo facto incidunt in excommunicationem Papæ reſervatam.

SVMMARIVM.

80 *Qui recipiunt, ac favent Apoſtatis, & fugitivis ſunt excommunicati.*

81 *Pius II. conceſſit Carmelitis invocare brachium ſæculare contra huiuſmodi fautores.*

82 *Excipiuntur ab hac regula Epiſcopi.*

83 *Excipiuntur receptores ratione conſanguinitatis, vel amicitiæ.*

84 *Excipiuntur etiam recipientes iniuſtè vexatos à ſuis Superioribus.*

80. Recipientes, ac detinentes in ſuis domibus fratres Apoſtatas, ac fugitivos, eoſque occultantes, ipſiſque favorem, vel conſilium impendentes, ſunt ipſo facto excommunicati excommunicatione Papæ reſervata, per multa privilegia conceſſa; & præcipuè ex Bulla Iudij II. conceſſa fratribus Auguſtinianis, ut referunt Caſarrubias *in Compend. verb. Apoſtata, numero vigeſimo ſexto*, Peirinis *tomo primo, Privileg. Minorum Conſtitut. Iulij II. §.23. num.47.* & ex *Conſtitut. Pij V. Patribus Societatis Ieſu*, refertur in eius Bullario *pag.9.* ubi imponitur excommunicatio Papæ reſervata in tales fautores, etiamſi tales fugitivos recipiant intuitu tranſeundi ad Carthuſiaons, & ad hoc etiam eſt alia Bulla conceſſa Ordini Prædicatorum, de qua D. Anton. *tertia parte, tit.24. cap.7.* Filliucius *tomo primo, Moral. tract.15. c.8.*

Iulius II. Caſarrub. Peirin. Pius V. Bullar. D. Anton. Filliucius.

81 Pius II. magnam proviſionem fecit Carmelitis per ſuum privilegium Bullatum, & referunt Caſarrubias *citat.num.17.* & Lezana *tom.1.cap.16.num.14.* contra omnes Principes, & Duces, ac alios Magnates fauentes Apoſtatis, & aliis fratribus inobedientibus dicti Ordinis, mandans quod poſſint contra illos procedere per cenſuras uſque ad invocationem brachij ſæcularis, de quo Miranda *tom.1. q.51.art.2.*

81 Pius II. Caſarrub. Lezana. Miranda.

82. Ab hac communi regula excipiuntur primò Epiſcopi, & quamvis iuxta conceſſionem factam à Pio II. Carmelitis comprehendantur in præſenti excommunicatione. Principes, Magnates, ac Duces; excipiuntur tamen Epi-

ſcopi, quia hi iure communi habent privilegium, ut non poſſint excommunicari, niſi de illis fiat expreſſa mentio, ut conſtat ex Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 5. de reform.* & ex *cap. Sedes Apoſtolica de reſcriptis*, pro quo multos Doctores citat Barboſa *in collectanea*, & in præſenti ita docent M. Lezana *tom. 1. cap. 16. num. 15.* Pellizar. *tract. 8. cap. 8. ſect. 3. n. 79.*

Trident.

Barboſa.

Lezana. Pellizar. 83.

Secundò excipiuntur, ut docent Miranda *1. part. quæſt. 52. art. 2.* & ex Rodriguez Peyrinis *ſuprà citatus, dicto 5. verſic. Nota.* Prædictas cenſuras fulminatas contra eos, qui favent, recipiunt, vel occultant Apoſtatas, non incurrere illos, qui prædicta præſtant ratione conſanguinitatis, neceſſitatis, amicitiæ, aut alio ſimili titulo: & ratio eſt; quia gravior eſt cenſura Bullæ Cœnæ impoſita contra auxiliantes, ac recipientes hæreticos, & tamen ut docent communiter Doctores ſtando in iure, tales fautores, ac receptores hæreticorum ratione conſanguinitatis, &c. excuſari à cenſura, ut infrà dicam agens de Bulla Cœnæ; ergo à fortiori idem in præſenti caſu dicendum.

Miranda. Rodrig. Peyrin.

Tertiò excipiuntur illi, qui tales recipiunt, quia dirè, ac iniuſtè vexantur à ſuis Prælatis: hi enim ut ſuprà dixi non ſunt Apoſtatæ, ac proinde eorum receptores à cenſuris excuſantur.

RESOLUTIO XI.

Appellatio, ſeu Appellare.

QUÆSTIO PRIMA

Quid, & quotuplx ſit appellatio?

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit Appellatio.*
2 *Non datur appellatio à Papa, à Rege ſupremo, nec ab æquali, nec quando frivola.*
3 *Appellatio in ſe eſt de iure naturæ, cum tali, vel tali modo de iure poſitivo.*
4 *Appellatio triplex.*
Quid ſit ſententia definitiva, quid interlocutoria, ibid.
5 *Appellatio tripliciter fit.*
6 *Appellatio etiam fit facto, ſumpto itinere ad ſuperiorem, etiam dimiſſo habitu ex timoris cauſa.*

1. APELLATIO, de qua ampliſſima materia eſt apud Iuriſtas, de ea hic tantum agimus, prout ſpectat maximè ad Regulares. Eſt ergo Appellatio provocatio à ſententia, ſeu regimine iudicis inferioris ad alium maiorem iudicem, ſeu Magiſtratum: colligitúrque ex *cap. Omnis oppreſſus*, & ex *cap. Placuit 2. quæſt. 6.*

Cap. omnis oppreſſus. Cap. Placuit.

2. Ex quo tria colliguntur. Primò, quod à Papa nullus appellare poteſt, cùm non habeat ſuperiorem in terris, & etiam hac ratione nec à ſupremo Rege in terris, *l. 1. ff. à quibus appellare non licet.* Secundò, nec in Religionibus ab æquali ad æqualem, nec à ſuperiori ad inferiorem eſt Appellatio, Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat. 55 num. 46.* Tertiò; quòd cum Appellatio inſtituta ſit in remedium ad juſtam defenſionem, & præſidium innocentiæ, *cap. Cum ſpeciali, §. Porrò de Appellationibus*, non eſt ad defenſionem iniquitatis, & ideò non admittitur caſu, quo lata ſit contra abſentem, vel manifeſtè, ac notoriè frivola, ac fictitia, Layman *lib. 3. ſect. 5. tract. 6. cap. 6. n. 1.* de quo infrà *quæſt. 8.* & latiùs.

L. 1 ff.

Barboſa.

Layman.

Vnde benè infertur, ut teſtantur Layman *proximè citatus*, Sylveſter *in ſumma, verb. Appellatio*; *num. 1.* Cùm omnibus Theologis, ac Iuriſtis, quòd Appellatio ſit de iure naturali quoad ſuam ſubſtantiam, cum ſit defenſio quædam, & præſidium innocentiæ: quo ad accidentia verò, quòd ſcilicet tali, vel tali modo fiat, & cum talibus circunſtantiis eſt de iure poſitivo. 3.

Layman. Sylveſter.

Quantum verò ad numerum Appellationum. Primò duplex eſt Appellatio, una iudicialis, alia extraiudicialis. Iudicialis verò eſt illa, quæ eſt de his, quæ contingunt circa iudicium, & hæc tantum datur à ſententia definitiva, non verò ab interlocutoria *l. Ante c. quorum appellationes.* Appellatio extraordinaria eſt, quæ interponitur extra iudicium, ob aliquod gravamen illatum, vel inferendum. Pro intelligentia huius rei adverte, quòd ſententia definitiva eſt, quæ fertur in cauſa principali, non verò in accidentibus, ac emergentibus, dum cauſa agitatur. Interlocutoria eſt illa, quæ fertur inter finem & principium litis in his, quæ in proceſſu cauſæ emerguntur. 4.

L. Ante.

Deinde. Appellatio vel eſt verbalis, vel ſcripta, vel facto: verbalis, quæ fit verbis, ſeu viva voce; debet tamen actuari per notarium ut de illa conſtet. Ita *Emmanuel à monte Oliveti in practica regulari part. 2. art. 7. num. 403.* de quo quæſt. ſequenti. Appellatio ſcripta eſt, quæ actis, & ſcriptis, fit & licet iure ordinario Appellatio interlocutoria non valeat niſi in ſcripris, cum expreſſione gravaminis, ac cauſarum illius, ut notavit Maranta *de ordine iudiciario part. 6. tit. de Appellationibus n. 153.* Hoc tamen non obſervatur, quando cauſa agitur ſummariè ſine figura, ac ſcriptura iudicij, ut cum Tuſco, Franc. Angelo notavit Fr. Emman. à monte Oliveti *proximè citat. n. 403.* 5.

Maranta. Tuſcus. Francus. Angel. Monte Oliveti.

Tertiò fit Appellatio facto, quando arrepto itinere tenditur ad ſuperiorem, ac ſi dicatur iudici inferiori; nolo amplius coram te litigare, ſed peto ad maiorem, quod eſt facto appellare, Velaſq. *allegat. 31. num. 232.* Sanch. *lib. 3. conſilior. cap. unic. dub. 32 num. 22.* cum Panormitano, & aliis: notans talem itineris arreptionem eſſe faciendam inter terminos iuris Canonici, & licitè ſine peccato talis itineris arreptio ſine licentia Prælati poteſt fieri à religioſo, etiam non ferendo Religionis habitum & timore ſeipſum detegendi, & comprehendi à Prælato iniuſtè gravante poſſe habitum dimittere, quia illum portare tenetur ex præcepto humano, quòd non obligat cùm tanto periculo; Portellus *in additionibus ad dubia, verb. Habitus, num. 3.* & Diana *part. 3. tract. 2. Reſol. 56. & 115. §. Non deſinam.* 6

Velaſquez. Sanch. Panormit.

Portel. Diana.

QUÆSTIO II.

Explicantur quinque, quæ ſunt neceſſaria ad appellationem.

SUMMARIUM.

7 *Quinque neceſſaria ad appellationem.*
8 *Monachus poteſt appellare.*
9 *Quo die, vel tempore fieri poteſt appellatio, & quantum tempus ad proſequendum.*
10 *Appellatio debet fieri coram iudice à quo, & ſi non adeſt coram iudice ad quem.*
11 *Et ſi iudex non vult deferre appellationi, fiat coram ſecretario, vel coram viro probo notario.*
12 *Non eſt neceſſarium, quod appellatio fiat ad iudicem determinatum.*
13 *Poteſt Religioſus omiſſo Generali, vel Nuntio ſtatim appellare ad Cardinalem, Protectorem, vel Papam.*
14 *Valet appellatio alternativa ad Generalem, vel Papam.*
15 *Appellatio à ſententia diffinitiva non eſt neceſſe quod fiat in ſcriptis expreſſa gravaminis cauſa.*
16 *Appellatio à ſententia interlocutoria debet fieri in ſcriptis cum gravaminis cauſa.*

7. QVinque ſunt neceſſaria ad appellationem itaut iis deficientibus appellatio ſit nulla, nempe ut interponantur à legitima perſona, intra legitimum tempus, coram legitimo iudice, & ad legitimum iudicem ſervata legitima forma, quæ omnia latè explicat Sanchez *lib.* 3. *conſilior. cap. unico, dub.* 32. *n.* 21.

Sanchez.

8. Primò: Perſona legitimè appellans, poteſt eſſe Monachus, dum iniuriam patitur, dummodo non ſit ligatus excommunicatione aliqua, pro quo notat Sanchez *proximè citatus, n.* 12. Excommunicatum poſſe appellare, non quidem extraiudicialiter, ſed iudicialiter, cum hoc ſit defendere ſe, illud verò non eſt agere, quod excommunicato intercludunt iura.

Sanchez.

9. Quantum ad tempus: Tria conſideranda ſunt; de die, in quo fieri poteſt appellatio, vel de tempore ad ipſam appellationem proponendam, vel proſequendam, Apoſtoloſque petendos.

10. Maranta. Cap. Concertarioni. Appellatio inter regulares die feriata, & dominica die fieri poteſt; ita cum multis Maranta *de ordine iudiciali, part.* 6. *tit de Appellationibus, num* 217. Tempus datum ad appellationem ſive à ſententia diffinitiva, ſive interlocutoria ſecundum ius Canonicum eſt ſpatium decem dierum, *cap. Concertationi de Appellat. in* 6. & hi dies computandi ſunt, non à die latæ ſententiæ, ut aliqui dixerunt, ſed à die notificationis, ac intimationis ceſſante impedimento, ut cum multis probat Sanchez *lib.* 1. *de Matrim. diſ.* 53. *num.* 40. Qui dies non incœpti, ſed completi, ac naturales de momento ad momentum computandi ſunt, ut latè probat Antonius Gomezius *l.* 70. *Tauri num.* 25. Tempus datum ad proſequendam appellationem, iure Canonico datur unus annus, imò duo ex cauſa neceſſaria, & evidenti *cap. Cum ſit Romana de Appellat.* Iudex verò à quo ex cauſa poteſt tale tempus moderare, breviare, vel prolongare, Sanches *lib.* 3. *conſilior. cap. unico, dub.* 32. *num.* 84.

Sanchez. Gomez. C. cum ſit

11. Tertiò requiritur ut appellatio fiat coram legitimo iudice ſcilicet à quo. Ita multi Canoniſtæ apud Sanchez, *citatum num.* 128. quia per appellationem ſuſpenditur eius iuriſdictio, tum quia talis honos deferendus eſt iudici; dato quòd non poſſit fieri appellatio coram iudice à quo, vel ob metum alicuius nocumenti impedientis, vel quia non adeſt copia illius, tunc poteſt interponi appellatio coram iudice ad quem, ſi adeſt, *cap. Biduum,* 2. *quæſt.* 6. *l.* 1. *ff. Quando appellandum, §. ſi quis ipſius.* Quòd ſi iudex fuerit ferus, & durus, ut nollet deferre appellationi, nec Apoſtolos refutatores concedere, ſecretarius tenetur ſub peccato mortali, ut omnes fatentur, dare plenariam fidem de tali re, ut appellans cauſam devolvat ad ſuperiorem, ut iubeat inferiori, ſeu iudici a quo exhibere acta, & ſi ſecretarius fidem noluerit dare, appellans eam poſtulet à teſtibus, coram quibus requiſiuità ſecretario, Fr. Emanuel Oliveti *in practicar. regulari, part.* 2. *art.* 7. *n.* 412. Et ſufficit quòd ſit unus teſtis bonæ, & probatæ vitæ, ut latiſſimè probat Tiraquel. *l. ſi unquam, C. de revocat. donat. à num.* 244. Deinde debet fieri proteſtatio intra tempus datum ad appellandum, *cap. finali de appellat.* intra tempus conceſſum in iure ad appellandum cum notario, ac viro in dignitate conſtituto, ut tenet communis praxis.

Sanchez. Oliveti. Tiraquel. C. finali.

12. Quartò: De eſſentia appellationis eſt, ut fiat ad iudicem ſuperiorem, an verò requiratur ut ſit iudex determinatus tam in iure Civili, quam Canonico, probabilius eſt non requiri, ut cum multis tenet Sanch. *lib.* 3. *conſilior. cap. unico dub.* 32. *num.* 159. Vt ſi dicatur: *Appello, appello, appello, ad iudicem competentem*; talis autem appellatio intelligitur facta ad ſuperiorem proximũ; non autem ad Papam, vel legatum iuris, præſumitur facta potiùs via communi, quam ſpeciali, ut notatur *l. quanquam C. de teſtam. militis, & l. precibus C. de impub.* Cùm quo bene cohæret ſecundum, ius ut appellatio fiat gradatim à Priore ad Provincialem, & ac hoc ad Generalem, deinde ad nuntium protectorem, & Papam; pro quo adducitur quædam declaratio Cardinalium, quæ authentica non oſtenditur, & ideo omiſſis mediis bene poteſt Religioſus ſtatim appellare ad nuntium, vel Papam, *cap. Romanam* 26. *quæſt.* 6. Covar. Velaſq. & alij, quos citant ac ſequuntur Portellius in dub. *verb. appellare n.* 3. Diana *part.* 5. *tr.* 2. *Reſol.* 54. Pellizar. *tom.* 1. *tr.* 6. *cap.* 7. *n.* 56.

Sanchez. C. Romana. Covarr. Velaſquez. Portel. Diana. Pellizar.

13. An verò valeat appellatio alternativa, verbi gratia, appello ad Epiſcopum, vel legatum, vel Papam, affirmat Nævola, *cap.* 2. *de appellat. num.* 25. *& Valbona* quem citat, ac ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 10. *Reſol.* 18. Quia ſi aliquid obſtaret in tali alternativa, eſſet incertitudo, quæ ſub illa latet, quæ benè poterit ab appellante ſequenti declaratione purgari, verbi gratia, ſi appellans unum ex alternatis iudicibus elegerit intra terminum appellationis determinatum à iure, videlicet intra decem dies à tempore ſententiæ latæ, intra quòd

Nævola. Valbona. Diana.

tempus debet appellare, ac determinare unum
L. finali. iudicem deſignatum, *l. finali, C. de temp. appellat.* Idem etiam dicendum eſt, ſi dicatur appello ad Generalem, vel ad quemlibet alium judicem competentem.

15. Quintò: Quantum ad formam eſſentialem appellationis conſiderandum, an appellatio ſit à ſententia definitiva, vel ab interlocutoria; ſi à ſententia definitiva, non requiritur, ut exprimantur gravaminis cauſæ in ſpecie, ſed ſat eſt in genere, dicens ſententiam eſſe
L. 2. ff. injuſtam, abſque alia cauſa, *l. 2. ff. de appellat.* Nec opus eſt ut appellatio fiat in ſcriptis, cum fiat illicò, ac in continenti, tunc fieri debet
L. 1. libelli. Sanchez. in ſcriptis, aliàs non valet, *l. 1. libelli, ff. de appellat.* de quo cum Franco, & aliis Sanchez *lib. 3. conſilior. cap. unico, dub. 32. n. 180.*

16. At verò ſi appellatio fiat ab interlocutoria, debet fieri in ſcriptis, gravaminiſque cauſæ neceſſariò exprimendæ, ſive appellatio ſit iu-
C. ut debitis. Sanchez. Maranta. dicialis, ſive extraiudicialis, *cap. Vt debitis de appellat.* Ita Sanchez citatus cum Miranda, Nævula, & aliis *à num. 180. uſque 199.* Qui notant ad valorem appellationis non requiri, quòd ſcriptura appellationis legatur coram judice à quo, ſed ſat eſt illi præſentari, *cap. Ap-*
C. Appellat *pellatio de Appellationibus, in 6.*

QVÆSTIO III.

In omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli?

SUMMARIUM.

17 *Quid in præſenti ſignificent Apoſtoli.*
18 *Apoſtoli in præſenti in quanto ſint numero.*
19 *Appellans tenetur petere Apoſtolos intra triginta dies.*
Quid faciet appellans ſi iudex non vult dare, ibid.

17. IN omni appellatione petendi ſunt Apoſtoli ſæpè, ſæpiùs, ac ſæpiſſimè, ideſt literæ teſtimoniales teſtificantes de facta appellatione; huiuſmodi autem literæ, quas unus iudex ad alium dimittit, dicuntur Apoſtoli, ſicut dici-
Gloſſa. mus de Apoſtolis, quia à Deo, vel de Cœlo miſſi fuerunt; ut explicat Gloſſa *ad cap. 1. de Appellat. in 6.* in idem recidit, quod ſcribit
Lexicon. Spiegel in Lexico *iuris Civilis*, quòd tales literæ dicuntur Apoſtoli, à verbo Græco, quòd eſt remittere.

18. Ex his Apoſtolis quidam ſunt teſtimoniales, tanquam dati in teſtimonium, & teſtificationem appellationis. Alij ſunt conventionales, tanquam ex conventione, vel pacto initi. Alij ſunt reverentiales, & dimiſſorij, & dantur ob revetenriam judicis ſuperioris ad quem appellatur, ut explicat proximè citata Gloſ-
Gloſſa. ſa. Alij ſunt refutatorij, quando ſcilicet judex expreſsè denegat appellationem, eamque
Sigiſm. Gravat. refutat; de quibus latè Sigiſm. Scace *de appellat. quæſt. 13. à principio*, Gravat. *de commiſſion. part. 1. de commiſſ. Appellatio, cap. 1. n. 15.*
Suar. à Pace Suarez à Pace *in proœm. 1. tom. 6. part. n. 42.*

19. Appellans tenetur petere Apoſtolos intra triginta dies à tempore, ac die intimatæ ſen- Cap. Ab eo
tentiæ. *Cap. ab eo de appellat. in 6.* & Clementi. Clementi.
Quamvis, eodem titulo. Iuncta Gloſſa *verb.* quamvis.
tempore. Et ſi iudex requiſitus renuerit dare Apoſtolos, vel noluerit reſpondere, appellans debet id proteſtari, & tunc proteſtatur ſuam appellationem, ac ſi dicti Apoſtoli ei fuiſſent dati. *Tuſcus litera A. concluſ. 429.* & ſi iudex Tuſcus.
noluerit dare Apoſtolos, Secretarius ſub peccato mortali tenetur dare fidem de hac re, ac de appellatione facta. Vt iam uotavi *quæſt. 3. §. Tertiò requiritur n. 11.*

QUÆSTIO IV.

An appellatio licita ſit Regularibus?

SVMMARIVM

20 *Appellatio prohibita eſt Religioſis, & etiam interponens eam incurrit in excommunicationem.*
21 *Interveniente manifeſto gravamine iuſta eſt appellatio.*
12 *Appellatio cum ſit de iure uaturæ. nemini negari poteſt.*
23 *Opponuntur multæ conſtitutiones Apoſtolicæ.*
24 *Prædictæ conſtitutiones intelliguntur de appellatione frivola, non verò ex iniuſto gravamine.*
25 *Opponuntur conſtitutiones Religionum.*
26 *Prædictæ conſtitutiones intelliguntur de appellatione à diſciplina Regulari. Quando datur gravamen, contra diſciplinam Regularem.*
27 *Appellatio inſervit ad refrænandum iudicem.*

SUMMARIUM.

CErtum eſt in hac materia, quòd Religioſus non poteſt appellare à diſciplina Regulari, quæ tunc datur, quando Prælatus iuſtè procedit infligendo pœnam taxatam in regula, vel conſtitutionibus Ordinis, & hoc caſu nulli fit iniuria, nullique gravamen, & talis appellatio non ſolùm prohibita eſt in iure, *cap. Ad noſtrum de appellat. &c. Reprehenſibilis eod. titul.* Sed etiam eam interponens in- C. ad noſtrum.
currit in excommunicationem Papæ reſervatam, & in privationem vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto abſque alia declaratione, ut conceſſit Clemens VIII. noſtris Patribus excalceatis; ut refert Pellizar. *tract. 6. cap. 7. n. 45.* Clem. VIII.
Tota difficultas eſt, quando prudentialiter loquendo ſubdito fit injuria, & gravamen à Pellizar.
Prælato; quo caſu.

Dico, quòd interveniente manifeſto gravamine licita eſt Religioſo appellatio à ſententia ſui Prælati ad ſuperiorem verbi gratia Generalem, Nuntium, vel Papam per modum querelæ. Reſolutio eſt omnium ferè communis, eam tenent Gloſſa, Panormitan. Decius, Gloſſa.
Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas *ad* Panorm.
citatum, cap. de Priore, & ad noſtrum de appellat. Decius.
Baldus, Bartol. Sylveſter, Armilla, Tabiena Fr. Innocent.
Ludovicus Lopez, quos referunt, & ſequuntur Hoſtienſ.
Navarrus, Rodriguez, Sanchez, Sayrus, quos Baldus.
citabimus *ad 1. argument.* cum Suarez *tom. 4. de* Bartolus.
Relig. lib. 2. c. 11. n. 5. Sylveſt.

Probatur,

22. Probatur : Quia appellatio est quædam defensio naturalis data ex iure naturæ omnibus tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis, *cap. Omnis oppressus 2. quæst. 6. cap. Cum inter de exceptionibus*, latè ibi Glossa, Panormit. Decius, & alij. S. Thomas 2. 2. *quæst. 69. art.* 3. Ergo cum appellatio data sit ex iure naturæ, nemi-
C. Omnis. oppressus. D. Thom. Decius.
in negari potest : Et confirmatur ex iure Canonico, *cap. de Priore, de appellationibus.* Vbi Summus Pontifex castigationem imposuit cuidam Priori, eo quòd non acceptaverit appellationem Religiosi cuiusdam sui subditi, & præcepit causam devolvi ad Sedem Apostolicam, ad quam appellatum fuerat. Confirmatur ex usu Christiani totius orbis, in quo Religiosi frequenter in multis causis ad suos superiores appellant.

23. Opponunt adversarij Primò : Multas constitutiones Apostolicas, quibus Summi Pontifices sub excommunicationis pœna, & aliis prohibent Religiosis appellationem. Vt
Bonifac.
Bonifacius VIII. *Minoribus*, & Prædicatoribus ; ut habetur in compendio, *verb. Appella-*
Sixtus IV. Eugen. IV. Alexan. IV. Paul. III. Iul. II. Clem. VIII.
re, num. 1. Sixtus IV. Carmeliticis, & Augustinianis *ibid. verb. General. n.* 11. *&* 12. *Patribus D. Benedicti*, Eugenius IV. *Cisterciensibus.* Alexand. IV. *Patribus Societatis*, Paulus III. Iulius II. Clemens VIII. & alij Pontifices.

24. Respondeo, quòd Summi Pontifices prohibent tantùm appellationem frivolam, quando nempe Prælatus iustè, & rectè secundum regulam, ac constitutiones Ordinis procedit, quia talis appellatio solùm inventa est ad impediendam disciplinam regularem, quòd omnino contrarium est bono regimini, ac rectæ rationi ; at verò quando appellatio procedit à gravamine iniustè illato à Prælato, tunc nec prohibetur, nec denegatur, est enim ex iure naturæ, quòd est immutabile. Ita communiter
Navar. Covar. Sylvest. Rodrig. Miranda. Sanchez. Azor. Sayrus Villalob. Portel. Remig. Ioan à S. Maria.
Navarrus, Covar. Sylvester, & alij, quos citant, & sequuntur Rodriguez *tom.* 1. *quæst.* 29. *art.* 2. *&* 3. Mirand. *in Ordine iudiciario, quæst.* 3. *art.* 2. Sanch. *tom.* 2 *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 110. Azor. *lib.* 12. *cap.* 11 *quæst.* 8. Sayr. Clavis Regia *lib.* 12. *cap.* 17. *n.* 38. *&* 39. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 16. *diffic.* 8. *num.* 5. *&* 6. Portel *in dubiis, verb. Appellare, num.* 1. Remigius *in opusculo de immunitate Professionis, dub.* 25. *num.* 26. Ioannes de S. Maria, *in Tribunali Relig. tract.* 5. *cap.* 10. §. 1. *num.* 3.

25. Secundò opponunt multas constitutiones sacrarum Religionum, quæ magnis pœnis intercludunt appellationem, & constitutiones
Monumẽta Ordinis. Armilla. Constitut. Carmelit.
Minorum in *libro Monumenta Ordinis fol.* 125. Prædicatorum verò ex quodam, *cap. generali in suis constitution. dist.* 2. & refert Armilla *verb. Accusatio*, Carmelitarum in suis *constitut. part.* 3. *c.* 3. Similiter Augustianinorum, & aliarum Religionum.

26. Respondeo cum Sanchez *citato.* Ioanne à S. Maria, *etiam citato Fragoso de statu Relig. cap.* 28. *num.* 19. Quòd Religionum statuti, ac
Sanchez. Ioannes. à S. Maria.
decreta explicanda sunt de appellatione frivola, non verò de illa, quæ est à manifesto gravamine, quia tunc ex iure naturali est licita. Deinde constitutiones solum prohibent appellationem à disciplina regulari, ex quo
Suar.
optimè notat Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 11. & ait, *Religiosorum regulæ non prohibent appellationem, nisi à correctione regulari, quando autem punitio gravis est, & cum manifesta iniuria, non potest dici correctio regularis. Sed potius correctio contra regulam.* Deinde constitutiones Ordinum semper concedunt appellationem ad Generalem, ac Dominum Papam, & inde etiam ad Nuntium, ac Cardinalem Protectorem, qui cum ipso Papa faciunt unum Tribunal, & merito reputantur tribunalia Regularium, ut notant M. Lezana *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. Thomas de Iesu *de usit. Regul. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 7.
Lezana. Thomas de Iesu.

27. Tertiò opponunt, quòd maximè appellatio indecens est Religiosis, inde enim oritur, quòd causæ extra Religionem prodeant, Religiosorumque defectus in sæcularium oculis fiant manifesti, concedimus, quòd argumentum probat, ut notat Aragonius 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 3. Quòd appellatio in levi causa non sit permittenda, sed magno fundamento ad grave damnum evitandum, ut advertit Monochius *de Arbitrar. lib.* 2. *casu* 368. *num.* 2. Ad tutelam nempe Innocentis, & ne graves causæ multotum Religiosorum pereant, & ut reprimatur pravus affectus iudicis, ac ut oculos aperiat, & dirigat mentem ad legem, & inde multa damna evitentur, *l.* 1. *ff. de appellationibus.* Et maximè in Religionibus, ut notat suprà citatus Navarrus, cùm frequenter fiant electiones, quarum respectu ad creanda, vel annullanda suffragia sæpè magni fiunt excessus.
Aragon. Menoch. L. 1. de Appel. Navarr.

QUÆSTIO V.

Ad quæ tribunalia, ac iudices liceat Regularibus appellare, ac recurrere ?

SUMMARIUM.

28 *Religiosi multa iniuria gravati non possunt recurrere ad tribunalia sæcularia.*

29 *Religiosus gravatus si non datur locus appellationi, verbi gratia quia superior longe distat, tunc potest fieri recursus ad Principem sæcularem per modum querelæ, ac protectionis, & n.* 30.

31 *Religiosi possunt appellare ab aliis Prælatis non regularibus, etiam in casibus, quibus subduntur.*

32 *Moniales appellantes Regularibus subiectæ incidunt in censuras.*

33 *Regulares non possunt appellare ad tribunalia Ecclesiastica, quibus non subduntur, verbi gratia Episcoporum.*

34 *Regulares gravati possunt appellare ad suos superiores, & Papam.*
Si dantur indulta, quòd non valeant appellare etiam ad Papam, intelliguntur de appellatione frivola.

28. Dico in hac re, quòd regulares etiam multa iniuria gravati, non possunt appellare, nec recurrere ad tribunalia sæcularia, & ad iudices sæculares, & ita facientes incurrunt in excommunicationem Papæ reservatam. Ita pro Franciscanis concessit Boniface. Sixtus. Iulius. Augustinianis Iulius II. pro Prædicatoribus, Casatrub.
Bonifac. Sixtus. Iulius. Casatrub.

ut refert Caſarrubias *in compendio Privilegiorum Mendicant. verb. Appellare* : Ubi etiam adducitur alia conſtitutio Gregorij XIII. motu proprio rigidè talem appellationem minoribus prohibens; ita etiam Peyrinis *de ſubdito, quæſt.1. cap.20. §. Dico quartò*, M. Lezana *tom. 1.cap.9.num.4.* Imò tales Regulares appellantes ad tribunalia ſæcularia incurrunt in cenſuras Bullæ Cœnæ, ut tenent Mirand. Rodrig.& alij cum Bordonio *num.2. Reſol.94. num.27.* & Suar. *tom.3. de Relig. tract.8. lib.2. cap. 11. num.13.*

Gregor. Peyrin. Lezana. Miranda. Rodrig. Bordon. Suar.

29. Hic tamen loquimur de appellatione propriè dicta, quia ut docent Fuſcus, Valaſcus, Zevallus, Bobadilla, quos citat, & ſequitur Portel. *in addition. ad dubia num. 3.* Vbi etiam dicit hoc eſſe de mente Suarij; nam ſi Religioſus notabiliter ſit gravatus, & non datur appellationi locus, ſive quia talis appellatio non admittitur, ſive quia ſuperior ad quem recurrendum ſit, non adeſt, vel longè diſtat; tunc poteſt recurrere ad Principem ſæcularem, Proregem, ſeu Gubernatorem, non per modum appellationis tanquam ad iudicem legitimum, ſed per modum querelæ, ac protectionis quærendæ, ut tantùm gravamen, ac malum evitetur, & ut etiam cohibeat Prælatum iniuſtè ſævientem, & hoc præter Doctores citatos tenent Magiſter Anton. de Souza *in Bullam Cœnæ. cap.15. diſp.78. n.2.* Delbene *tom.2. cap.9.dub.6. ſect.1. num. 13.* Et hoc video eſſe in praxi in Portugallia; ac Hiſpania.

Fuſcus. Valaſc. Zevallus. Bobadilla. Portel. Souza. Delbene.

30. Probatur, quia non eſt novum in iure Canonico, ut ad Principem ſæcularem fiat recurſus pro gravamine Eccleſiæ facto, nam *cap. filijs. vel neporibus 16. quæſt.7.* Diſponitur, ac definitur, quòd quando Eccleſiaſtici, Epiſcopi, vel Metropolitani bona Eccleſiæ diſſipaverint, ac defraudaverint, hoc deferatur ad Regem, ubi Gloſſa, *verb. Regis*, ait id faciendum eſſe, ut Rex Eccleſiaſticum corrigat; quia per Eccleſiaſticum iudicem corrigi non poteſt, iuxta *cap. Petimus, 11. quæſt.1.* Deinde quia ius Pontificium non derogat ius naturale, ius autem naturale præcipit ut quis defendat innocentem oppreſſum, ac vexatum, imò & tenetur ſi defendere poteſt; quòd videtur habere locum in præſenti caſu per reſpectum ad Principem.

Cap filiis. Gloſſa. C.Petimus.

31. Dico ſecundò, quòd Regulares poſſunt appellare ab aliis ſuperioribus non regularibus, verbi gratia, ab Epiſcopo eos puniente in caſu permiſſo, verbi gratia, ſi Religioſus abſque licentia ſit vagabundus extra clauſtrum, iuxta Concilium Trident. *ſeſſ.25 cap.4. de Regularibus.* Ita tenet Pellizar. *tract.6. cap.7.num.57.* Et probatur, quia iura, quæ prohibent Regularibus appellationem, agunt tantum de appellatione à Prælatis Regularibus, & inde non ſunt extendenda ad alios ſuperiores, cum hoc ſit res odioſa non ſolum Religioſis in particulari, ſed etiam univerſæ Religioni, ut eſt manifeſtum. Deinde rationes, ob quas appellatio prohibita eſt Religioſis, æqualiter non militant quoad alios ſuperiores, ut conſideranti patebit, & ubi non militat eadem ratio, non ſtat eadem iuris diſpoſitio.

Trident. Pellizar.

32. Ex quibus ſequitur, quod prohibitio non appellandi comprehendit moniales, ſi ſint ſubjectæ Prælatis Regularibus; ſecus ſi ſint ſubjuriſdictioni Epiſcopi: & ratio diverſitatis conſtat ex proximè dictis, quia iura tantùm prohibent à Prælatis Regularibus: atqui tales ſuperiores monialium exemptarum verè ſunt Prælati Regulares; ac proinde ab eis appellantes comprehenduntur in citatis iuribus. Quæ ratio non habet locum quoad Epiſcopos, cum ipſi non ſint Prælati Regulares ut diximus quoad alios Religioſos exemptos.

Dico tertiò; Regulares etiam gravati non ſolùm non poſſunt appellare ad tribunalia ſæcularia, ſed etiam nec Eccleſiaſtica, verbi gratia, Epiſcoporum, quibus non ſubduntur. Ita Valentia, Sotus, Rodriguez, & alij, quos citat, ac ſequitur Lezana *verb. Appellare, n.6.* Et probatur, quia nemo poteſt appellare niſi ad ſuum ſuperiorem; non eſt autem ſuperior, niſi ille, qui habet iuriſdictionem reſpective; at talia tribunalia etiam Eccleſiaſtica, ut Epiſcopi, verbi gratia, nullam habent iuriſdictionem in Religioſos, utpote exemptos, ut ſunt ferè omnes; ergo nullus eſt ibi locus appellationi, quæ non ſolum eſt invalida, ſed etiam prohibita ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, in quam incidunt Regulares ad tales, etiam ſuos conſervatores appellantes ex conſtitutionibus Bonifacij I X. Leonis X. apud Confetium in collectanea Bullar. Leonis X. *num. 10* Advertos tamen, quod per hoc non tollitur, quominus Religioſus poſſit recurrere ad Prælato Eccleſiaſticos, non ad petendam actionem iuridicam, ſed intereſſionem, ut Prælatus cum juſto moderamine ſe habeat. 33.

Valentia. Sotus. Rodrig. Lezana. Bonifac.IX. Leo X. Confetius.

Dico quartò, quòd Religioſus gravatus à ſuo Prælato contra formam regulæ, ac ſuarum conſtitutionum validè, & licitè poteſt appellare ad ſuum ſuperiorem Provincialem, vel Generalem, & etiam ad Papam, vel Nuntium. Hæc concluſio ſatis probata eſt, quæſtione antecedenti, propria enim defenſio eſt de iure naturali, ne innocens pereat; ſi verò aliquæ Religiones, ut Ciſtercienſes habent indulta Pontificia, quibus ſub pœna excommunicationis prohibentur appellare à ſuis Prælatis, etiam ad Papam, vel eius legatum, hoc intelligitur de appellatione frivola, & ſine fundamento, ut eadem quæſtione antecedenti eſt explicatum. 34.

Quæstio VI.

De Tuitivis, ac appellationibus ad iudices Coronæ ut vulgo dicuntur?

SUMMARIUM.

35 *Quid ſit Tuitiva, & cui ſpectat illã concedere*
36 *Prima ſententia negativa.*
37 *Affirmant aliqui.*
38 *Praxis Regni Luſitaniæ, nec exemplum adductum ac adverſariis aliquid probat.*

TVitiva datur ex mera gratia, & eſt inſtituta ad depellendam injuriam, & gravamen illorum Regis ſubditis. Proprium enim 35.

enim Regum eſt ex iure naturali occurrere violentiis, ac exceſſibus ſuorum vaſſallorum, taleſque exceſſus, reprimere, ſuoſque tueri, ac cuſtodire. Ita Cabedo *part.1 diſp.76.*

Cabedo. 36. Azor. Suar. Barboſa. Delbene.

An talis modus defenſionis per tuitivam liceat Regularibus, dubitatur; negant Azor. *part.1. lib. 5. cap.12. verſ. ex dictis cum ſequentibus*, Suarez *lib. 4. contra Regem Angliæ, cap.34.num.34.* & alij, quos citant, ac ſequuntur Barboſa *in collectan. Doctorum. ad cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut.* & Delbene *tom.2.cap.9. dub. 6.ſect.1. num. 23.* Talis enim recurſus ad judices coronæ maximè videtur repugnare cum libertate Eccleſiaſtica, & hoc revera eſt recurrere ad tribunalia ſæcularia, quod maximè eſt prohibitum, ut patet ex ſuperiori quæſtione.

37. Anton. ab. Spir. Sanct.

Magiſter Fr. Antonius ab Spiritu ſancto *in directorio, tom.2.tract.3.diſp.6.ſect.5. §.6.n.777.* ait: Hunc modum defenſionis quem tuitivam vocãt, vidimus his noſtris temporibus in Romana Curia approbatum in judicio contradictorio in cauſa cuiuſdam tuitivæ, quam Fratres Provinciæ Matris Dei in Indiis Orientalibus impetrarunt adversùs ſuum commiſſarium pro defenſione creationis novæ Provinciæ, in quo caſu Romæ fuit judicatum tuitivam licitè fuiſſe impetratam à judice ſæculari Regiæ Coronæ, & validam fuiſſe, ut teſtatur Fr Emmanuel à monte Oliveti *in practica Regulari part.2.art.7.num.495.*

Olivete.

38. Praxis Luſitaniæ.

Praxis tamen huius Regni eſt accedente Regio Decreto Regis Ioannis IV. in pleno Senatu, vulgò, *Rolacam*, die 7. Octobris 1651. ut Religioſus particularis, ob pœnitẽtiam impoſitam à ſuo Prælato, & ab eo appellans, & recurrens ad judices Coronæ non admittatur, nec ei concedatur tuitiva, quia hoc eſt appellare à diſciplina regulari, quod maximè iura intercludunt, maximeque repugnat libertati Eccleſiaſticæ; decori, ac auctoritati Religionis ſuæ, cui unuſquiſque ex omni iure tenetur conſulere, ac attendere, illud autem quod dicitur de tuitiva adversùs commiſſarium pro defenſione creationis novæ Provinciæ, non facit ad rem; quia talis tuitiva adversùs Prælatum non fuit ob diſciplinam regularem, nec ob pœnitentiam ab ea impoſitam, ſed ob conſervationem, & integritatem ſuæ Provinciæ, ne divideretur, quòd ex multis capitibus poterat repugnare Religionis bono, & hoc interveniente benè poſſunt Religioſi appellare, ac recurrere ad judicem Coronæ, à gravamine facto à judice extraneo ſive ſæculari, ſive Eccleſiaſtico.

QUÆSTIO VIII.

An ſubditus iniuſtè gravatus teneatur appellare ad ſuperiorem, & an etiam ſuperior teneatur acceptare talem appellationem.

SUMMARIUM.

39 *Cùm de bono famæ, ac honore agitur, tenetur Religioſus ſub mortali appellare.*

40 *Superior tenetur ſub mortali, imo iuxta alios ſub reſtitutione acceptare iuſtam appellationem, ac querelam ſubditi.*

QUæſtio duas habet partes: & prima inquirit, an Religioſus iniuſtè gravatus à ſuo ſuprriori teneatur in conſcientia appellare, cum exiſtimet appellationem futuram eſſe utilem vitæ ſuæ, famæ, honori, vel auctoritati ſuæ. Reſolutio affirmativa colligitur ex Salaz *de leg.diſp. 15.ſect.7. num. 93.* & ei adhæret Baldel. *lib.5.diſput.44.num.34.* Et ex eo hoc fit manifeſtum, quia non debemus prodigere vitam noſtram, noſtramque famam, ac honorem; ex quo dixit D. Auguſtinus *libro de bono viduitatis, cap.22.* Conſcientiam noſtram eſſe neceſſariam nobis, famam proximis: ac proinde crudelem eſſe, qui proptiam famam contemnit. Et hoc fortius militat, ſi dicamus quòd noſtra fama neceſſaria eſt bono communi, vel alicui familiæ, quia tunc non ſolùm de noſtro, ſed de aliorum damno agitur. 39.

Salas. Baldel.

Secunda pars quæſtionis eſt, an ſuperior teneatur admittere appellationem, quam inferior juſta querela interponit? Reſpondeo teneri ſub peccato mortali; imò & ſub reſtitutione parti læſæ, vel facere inter partes compoſitionem. Ita Decius, & Francus, *c. de Priore de appellation.* Boër. *quæſt.253. num. 3.* Navarr. *in manuali, cap. 25. num.* Rodriguez *tom.1.quæſt.29.art.4.* Probatur; quia judex, vel ſuperior tenetur ex officio adeſſe ſuo inferiori juſtè, & debitè ad eum confugienti, aliàs notabile damnum ei infert. 40.

Decius. Francus. Navar. Rodrig.

QUÆSTIO VIII.

Quoſnam effectus producat Appellatio

SUMMARIUM.

41 *Explicantur duo effectus appellationis, & Ordinationes Regni Luſitaniæ.*

42 *Si verò iudex non admittit appellationem, quia frivola, an valeat procedere?*

43 *Praxis Religionum, Prælatus procedit.*

44 *Valdè probabile iure Canonico, quod appellatione frivola non impeditur iuriſdictio iudicis à quo.*

INterpoſita appellatione duo producuntur effectus, primus devolutivus, quo cognitio cauſæ ad judicem ad quem devolvitur, *cap delictis, cap. ut debitis de Appellat.* Secundus eſt ſuſpenſivus, quo ſententia ſuſpenditur, non tamen extinguitur; *cap. venientes de iureiurando*: ex quo procedit, quod ratione prioris effectus litigans eximitur à juriſdictione judicis à quo, quantum ad illam cauſam, & ſubiicitur judici ad quem, cap, *cap. ad audientiam de appellationibus.* Sic etiam ratione ſecundi effectus, ligantur manus judicis à quo, totaque ejus juriſdictio ſuſpenditur abſque alia inhibitione, ita ut appellatione pendente nihil valeat innovare: de quo late Sanchez *lib. 3. conſiliorum, cap. unico diſp. 32. n. 27.* Hocque explicat aliquibus limitationibus adhibitis. Tamen noſtræ Regiæ Ordinationes Luſitaniæ *lib. 3. tit. 73.* Statim in principio, diſponunt quòd interpoſita appellatio- 41.

C. delictis. C. ut debiti C. venientes.

Sanchez

nes

tione, quòd judex ulterius non procedat, & Emmanuel Barboſa multos Doctores citat pro hac parte.

42. An verò quando appellatio interponitur judici à quo, & ipſe eam rejicit, & non admittit, quia ipſa appellatio evidenter eſt frivola, & inutilis, & tantum imponitur ad prorogandam, & implicandam litem, ejus juriſdictio ſit ſuſpenſa, maximè dubitatur, quia fraus, & dolus nemini ſuffragatur. Et latè tractat Oliva, *tom.1.part.1.quæſt.17 num.5.* & 10 *ac* 14. & circa appellationem frivolam adducâ aliqua juris loca ad finem huius quæſtionis, & quo ad judicium ſæculare, quidquid ſit de hac materia, quæ eſt multis implicata.

Oliva.

43. Quoad Religioſos verò, communis & univerſalis praxis inter Religioſos eſt, ut Prælatus non admittens appellationem ſubditi ultra procedat, verbi gratiâ, ſit una electio, unus ex capitulo reclamat, & appellat ab electione, præſidens non admittit appellationem, electus perſeverat in ſuo officio, quo uſque electio revocetur, & annulletur à ſuperiore. Vel Prælatus dat pœnitentiam ſubdito, & ipſe ſubditus appellat; prælatus non admittens licite compellit ſubditum adimplere pœnitentiam. Et ratio eſt, quia in Religione nõ ſervantur apices juris. Deinde quia appellatio maximè eſt odioſa, & prohibita Regularibus, tum ex iure, tum etiam ex Conſtitutionibus ſummorum Pontificum, ac etiam ipſarum Religionum, ut ſupra dixi in hoc, *cap.q.* 4. in limine, & ſolùm inter Doctores admittitur interveniente manifeſto gravamine contra regulam, vel Conſtitutiones Religionis, ergo quamdiu non conſtat de hoc manifeſto gravamine ex ſententia ſuperioris, appellatio cum ſit prohibita Regularibus, inter eos non admittitur.

44 Tertiò. Prælatus Regularis ex eo non admittit appellationem, quia eam iudicat frivolam, & inutilem, ut eſt Textus expreſſus, *cap. cum de appellationibus, de appellat. in 6.* Rodriguez, *tom.2. quæſt. 53. art. 10.* Zarola, Menoch. quos citat Barboſa ad citatum Text. & plures alios citat Langarot. de *Attentata Appellat. limit.6. num. 1.* Eſt etiam textus manifeſtus, *cap.cum. ſpeciali 61.* de appellationibus apud Decretales, §. *Porro.* Vbi Pontifex ait: *Cum appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum.* Et inde quod appellatio frivola non ſit admittenda, tenent Layman. citatus, *quæſt.1.num.2.* Lezana, *verb. appellatio num. 2.* Quòd inde mihi eſt probabile, quia fraus, & dolus nemini patrocinantur.

Cap.cum. de Appellat
Rodrig.
Zarola.
Menoch.
Barboſa.
Cap. Cum ſpeciali.
Layman.
Lezana

QUÆSTIO IX.

An Appellatio ſuſpendat ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti?

SUMMARIUM.

45 *Triplex quæſtionis ſtatus.*
49 *Diſtinctione utendum, ſi appellatio eſt ante; vel poſt ſententiam.*
47 *Poteſt fieri appellatio à publicatione, ac denuntiatione ſententiæ.*
48 *Apud Religioſos appellatio ſive fiat ante, ſive poſt ſententiam non ſuſpendit executionem.*

PRius loquimur in hac quæſtione de appellatione, quæ fit inter ſæculares, vel de illa, quæ fit à Regularibus coram judice ſæculari, & poſtea erit ſermo de illa, quæ fit inter ipſos Regulares. 45.

Dico primo loquendo de appellatione in primo, & ſecundo ſenſu, diſtinctione eſſe utendum; vel appellatio antecedit has ſententias & ita appellatio eas ſuſpendit; ita ut ſi poſt appellationem ferantur cenſuræ, ſint nullæ, ac nullius vigoris, quamvis talis appellatio non admittatur à judice à quo, ne litigans ſuam appellationem proſequatur. Ad ferendas enim tales ſententias, requiritur juriſdictio expedita, & non per appellationem ligata. Et idem dicendum eſt, ſi talis ſententia feratur ſub conditione, & appellatio interponatur ante conditionem impletam, *cap Præterea 2. de appellat.* vel ſecundò appellatio interponitur poſt prædictas ſententias, & tunc non ſuſpendit, nec tollit effectum, ſive quia prædictæ ſententiæ cum ſint ſpirituales, trahunt ſecum effectum, *cap. Paſtoralis §. verum de Appellationibus*: Sive ut ait Peyrin. *de Delict. ſubditi quæſt.1. cap. 20. §. unde.* Quia tales nullum effugium habent ad cenſuras evitandas. Ita Sanch. *lib. 3. conſilior. cap. unico diſp. 32. num. 246.* Pellizar. *tom. 1. tractatu. 6. cap. 7. num.27.* 46.

C. Præterea
C. Paſtorali Peirin.
Sanchez. Pellizar.

Cum hoc tamen ſecundo caſu bene ſtat, quod poſſit ſubditus appellare, à declaratione, ſeu denuntiatione excommunicationis, aliarumque cenſurarum, ne ſcilicet excommunicatus denuntietur, ac publicetur &c. Et tunc ſi denuntietur, denuntiatio nullius vigoris erit; quamvis delictum, ob quod excommunicatio profertur, ſit publicum, & notorium. Ita deducitur ex citato *cap. Paſtoralis*, ut bene expendunt Henriquez, *lib.13.cap. 16. num.2. litera M.* & Sanchez proximè citatus. 47.

C. Paſtorali
Henriq.
Sanchez.

Dico ſecundò. In tertio ſenſu quæſtionis prout appellatio profertur inter Regulares, quod licet appellatio antecedat, vel ſubſequatur ſententiam excommunicationis latam à ſuperiori Regulari erga ſuum ſubditum excommunicatio tenet, donec à ſuperiori annulletur, ita tenet communis praxis Religioſorum, ac proinde ſi Prælatus præcipit ſubdito ut obediat inter viginti quatuor horas, & hoc ſubditus non facit; quamvis appellet, valide eum declarare poteſt excommunicatum donec à ſuperiore revocetur, & hoc patet ex proximè dictis in fine ſuperioris quæſt. & ratio eſt, quia appellatio eſt maximè odioſa, & prohibita Regularibus cum ſit à diſciplinare gulari, & ſolum in raro caſu evidentis gravaminis admittitur, & quandiu hoc non declaratur à ſuperiori, cenſura lata à Prælato inferiori tenet. Vide finem antecedentis quæſt. & ſemper ſtandum eſt judicio Prælati, donec à ſuperiore aliud non declaratur. 48.

Praxis Religioſorum

QVÆSTIO X.

Explicatur appellatio frivola, quæ etiam non datur, nec à lege, nec à Iudice.

SVMMARIVM.

49 *Quid ſit appellatio frivola.*
A lege, vel pœna illius non datur appellatio. Ibidem.
50 *A Iudice executore non datur niſi excedat modum.*
51 *Iudex executor ſciens ſententiam injuſtam, vel habere intolerabilem errorem exercendo peccat.*

49. Rodrig. APpellationem frivolam explicat Rodriguez *tom.2.quæſt. Regular.quæſt.53.art.10.* ex Innocentio, Geminiano, Ioanne Andræa, Hoſtienſi, & ex aliis Doctoribus eſſe illam, cum quis appellat ſine cauſa, ut cum quis appellat non gravatus: vel eſt illa, quæ eſt vana, & inanis, vel quæ nullum poteſt ſortiri effectum. Addo etiam, quod injuſta eſt appellatio, quæ fit à lege, ſeu pœna legis, iuxta Panormitanum ſuper *cap. fin. de Conſtitut.* ubi quod ab ſtatuto non poteſt appellari, ut latè probat Miranda *in Ordine judiciario, quæſt. 30. art.9.concluſ.3.* Et ratio eſt: quia nemo poteſt appellare niſi à gravamine ſibi illato, vel comminato, lex autem, ſeu ſtatutum neminem gravat per ſuam diſpoſitionem.

50. C. Conſul. Eſt etiam appellatio frivola, & inepta, quæ fit à mero Judice executore, niſi modum executionis excedat. Vt habetur *cap. quoad conſultationem de re judicata*, & *cap. ſub illo 2. quæſt.6. §. ſunt quorum*, & per alios multos textus citatos à Gloſſa *in cap. Paſtoralis de officio; & poteſtate Iudicis Delegati, §. ſi ſciat* Indéque notatur, quod merus executor non poteſt exceptiones admittere, nec de eis iudicare, eique tantum committitur Decreti executio, ut docent Abbas *ibi à num. 3.* Cardinalis *quæſt.8.* Felinus *à n.16.* Covar. *Practicar. cap.16.num.vltimo.*

Abbas. Cardinal. Felinus. Covar.

51. Notandum tamen eſt ex Gloſſa *§. ſecus ſi ſciat illam nullum eſſe*, quod merus executor non tenetur, nec juſtè poteſt ſententiam notoriè injuſtam, & conſequenter continentem nullitatem, vel intolerabilem errorem exequi. Et hanc Gloſſam ſequuntur hic Abbas *num. 2.* Imola *num. 4.* ubi dicit ab omnibus approbatam, Felinus *in cap. de catero, column. infrà de re judicata*, Gratiano, Azevedo, Bellug. Navar. Roland. Salzedo, Menochius, ac alij, quos citat; ac ſequitur Barboſa *in dicto cap. Paſtoralis, num.14.* Quod confirmatur ex doctrina D. Thomæ *2.2.q. 64. art.6.ad 3.* ubi docet, quod eo nomine peccabant Martyrum carnifices, ex eo quod ſententias intolerabilem errorem, & notoriam injuſtitiam continentes exequebantur.

Gloſſa. Abbas. Felin. Gratian. D. Thom.

RESOLUTIO XII.

Arma.

QVÆSTIO PRIMA.

Quinam ſint Religioſi quibus prohibentur arma tenere inter ſepta Monaſterii, & ſub qua pœna?

SVMMARIVM.

1 *Quid intelligitur per ſepta Monaſterij, & quid per arma prohibita.*
2 *Prima opinio de omnibus Religioſis procedit.*
3 *Solum excommunicatio, comprehendit Monachos nigros, & non alios.*
4 *Qui habet arma ex ignorantia, non ligatur cenſura, nec qui veniens ad Conventum ſtatim admittit. Ibid.*
Qui tenet arma in alio Monaſterio, non ligatur. Ibid.
Si Prælatus ſit nivis durus, ſubditus non poteſt tenere arma. Ibid.
Hæc excommunicatio non eſt reſervata. Ibid.

1. VT clarè, & diſtinctè procedamus; in limine quæſtionis inquirendum eſt, quid per ſepta Monaſterij, & quid per arma intelligatur in præſenti. Per ſepta Monaſterij intelligitur totum illud ſpatium; extra quod non licet exire; ſine Abbatis licentia. Secundò per arma denotantur arma bellica ad pugnam, ac defenſionem inſtituta, ut lapides, ligna, baculi, ac gladioli ad menſam non veniunt ſub præſenti prohibitione. Ita tenent Navarrus *cap. 27.num.139. verſ.137.* Suarez *de cenſuris, diſput. 23. ſect. 5. num.8.* Filliucius *tract.14.cap.8. quæſt. 6. n.142.* Sayro *de cenſur.lib.3 c.34.* Unde dicunt prohibita ſunt gladij, lanceæ, ſclopi, tormenta ænea, galeæ, &c.

Navarrus. Suarez. Sayrus.

2. Quæſtio præſens eſt, quia Pontifex in Clementina prima de ſtatu Monachoram *cap. Ne in agro, §. Quia vero, ad finem*, ait: *Præfata quoque ſententia* (ſcilicet excommunicationis) *Monachos inter ſepta Monaſteriorum ſine licentia Abbatum ſuorum arma tenentes decernimus ſubiacere.* Quinam ſint iſti Monachi; eſſe omnes Religioſos, ſive Monachos nigros, ſive alterius Religionis, & habitus, tenent Sylveſter, Toletus, Sayro, quos citat, ac ſequitur Bonacina *de excommunicatione extra Bullam, diſp. 2. quæſt.8.punct.16. num. 6. ad finem*: nam Textus generaliter loquitur de Monachis, ac proinde generaliter ac ſine diſtinctione eſt intelligendus.

Cap. Ne in agro. Sylveſt. Toletus. Sayro. Bonacina.

3. Dico in hac re cum communi, & vera ſententia, quod ſolum in hac excommunicatione incidunt Monachi nigri, ſeu D. Benedicti, qui ſine licentia ſui Prælati tenent intra ſepta

Monaſterij arma offenſiva, ſive defenſiva; non verò hac cenſura ligantur Religioſi alterius Religionis, etiam Canonici Regulares. Hanc concluſionem tenent Suarez, & Filliucius *citato loco.* Miranda *in manuali, tom. 2. quæſt. 55. artic. 18.* M. Lezana *tom. 1. cap. 9. num. 27.* Et probatur. Quia dicta Clementina ſtatim in ſui exordio de Monachis nigris loquitur; ergo de eis tota eius diſpoſitio, niſi aliud exprimatur, eſt intelligenda. Deinde, quia ut ait Suarez *citata diſput. 23. ſectione 5. num. 4. & 8.* Textus loquitur de Monachis; verba autem in pœnalibus reſtringi debent, & non ſunt extendenda ad alios Religioſos Mendicantes: nam Monachus derivatur à voce Græca, id eſt, *Solitarius.* Quod autem Canonici Regulares non comprehendantur, ex eo patet; quia cum Pontifex immediatè antea aliam excommunicationem poſuiſſet contra Monachos ad Principum Curias venientes, expreſsè tunc nominavit Canonicos Regulares, non verò in hac contra arma tenentes, ut notat Gloſſa *in dicta Clementina. verb. Monachos.* Ex quibus,

4. Nota primò, quod cum in dicta Clementina ſæpè ponatur verbum *præſumpſerint*; quod hac excommunicatione non ligantur tenentes arma in Monaſterio bona fide vera, aut ſaltem putata, ſeu ignorantia, ita communiter Doctores, quos citant, ac ſequuntur Caſtro Palaus *tomo ſexto, diſput. 3. de cenſuris, parte 34. numero quinto.* Nota ſecundò. Quod Monachus veniens ad Monaſterium cum armis, & ſtatim ea foras dimittit, non incurrit hanc cenſuram, quia ut notat Caietanus *in ſumma, verb. Tenere*, dicit continuationem, & perſeverantiam. Nota tertiò cum Suarez, Navarro *citatis locis*, cum quibus eſt Graffius *in deciſ. aureis, lib. 4. cap. 21. num. 19.* quod Monachus tenens arma in alio Monaſterio diſtincto à ſuo non ligatur tali cenſura, quia mens Pontificis eſt ut non teneat arma ſecum. Nota quartò. Quod Sylveſter, & Navarrus dicunt, cum quibus eſt Lezana *verb. Arma, num. 1.* Quod ſi Abbas nimium ſæviret in Monachos, licitum eis eſſet habere arma ad ſui defenſionem; hoc tamen non approbo, eſt enim aperire oſtium ad multa mala contra Religioſam modeſtiam. Nota quintò, quod ab hac excommunicatione poſſunt abſolvere Confeſſarij Ordinarij Monachorum, quia nulli eſt reſervata, & ita omnes Auctores citati eam referunt inter non reſervatas, ut Toletus *in ſumma, libro primo, c. 39.* Navarrus *in manuali, c. 27. n. 139.* & alij.

Suar. Filliuc. Mirand. Lezana.

Gloſſa.

Palaus.

Sylveſt. Navar. Lezana.

QUÆSTIO II.

Quid dicendum de Regularibus in ſtatu Mediolanenſi?

SUMMARIUM.

5 *Decretum Congregationis circa ſtatum Mediolanenſem.*

9 *Hæc Conſtitutio obligat in ſtatu Mediolanenſi, & non extra illum.*

In dicto ſtatu ſolum prohibentur arma expreſſa in dicta Conſtitutione. ibid.

Comprehenduntur, qui ex dolo, & malitia faciunt. Ibid.

Hæc excommunicatio eſt reſervata. Ibid.

5. VT refert Naldus *in ſumma, verbo Religioſus, num. 50.* Sacra Congregatio Cardinalium: *Decrevit, ac ſtatuit ne in ſtatu Mediolanenſi quiſque Regularis cuiuſcunque Ordinis arma cuiuſvis generis prohibita præſertim vero ſclopetos rotatos, tam longiores, quam etiam breviores intra Eccleſias, ſuave Monaſteria in dicto ſtatu tenere audeat, aut præſumat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam ſibi reſervavit, ac inſuper privationis officiorum, & dignitatum, ac beneficiorum, ac inhabilitatis ad quæcunque officia in poſterum obtinenda ipſo facto abſque ulla declaratione incurrenda*, &c. Naldus. S. Congreg.

6. Circa quod aliqua ſunt notanda. Primò, quod hoc Decretum ſolum afficit degentes in ſtatu Mediolanenſi, non verò extra illum; ut patet ex ipſo verbo repetito *ſtatu Mediolanenſi.* Ita Peirinis *tom. 2. Privileg. Minimorum, in Conſtitut. 4. Clement. VIII. n. 9.* Deinde ſecundo, in dicto ſtatu Religioſis non prohibentur quæcunque arma, ſed tantùm expreſſa in dicto Decreto, ut patet ex ipſius verbis, unde alia arma, ſive offenſiva, ſive defenſiva, ut gladij, enſes. Nota etiam tertio, quod cum in dicto Decreto dicatur, *nec audeat, vel præſumat*, ſolum excommunicatio ponitur contra audentes, ac præſumentes, unde ſolum in illa comprehenduntur, qui ex dolo, vel malitia arma geſtaverint, vel tenuerint, non vero qui ex ignorantia id fecerint. Ita Pellizarius *tract. 7. cap. 21. n. 188.* Quartò, cum hæc excommunicatio ſit reſervata, tolli non poteſt niſi ab eo, qui habet facultatem abſolvendi à cenſuris reſervatis; de quo dicam cum de abſolutione cenſuratarum fuerit ſermo. Peirinis. Pellizar.

QUÆSTIO III.

Vtrum Iudex ſæcularis, eiuſve Miniſtri poſſint inventum Regularem cum armis probibitis, eum ab eis ſpoliare?

SUMMARIUM

7 *Miniſter laicus inveniens Eccleſiaſticum, non poteſt auctoritate propria eum tenere, ac capere, niſi animo ſtatim præſentandi ſuo Prælato.*

8 *Prima opinio affirmat inventum Regularem à Miniſtro laico poſſe ab eis ſpoliari.*

9 *Vera ſententia negat.*

10 *Eccleſiaſticus exercens venationem, vel piſcationem prohibitam, non poteſt privari ſuis inſtrumentis à Miniſtro laico.*

11 *Eccleſiaſticus inventus cum armis prohibitis non poteſt reſiſtere.*

7. MIniſter laicus noctu, vel die inveniens Clericum, vel Religioſum cum armis, ſive

ſive cum habitu, ſive ſine illo, auctoritate propria abſque facultate Sedis Apoſtolicæ, vel ſui Prælati, non poteſt ipſum capere, ac tenere; hoc eſt enim eis prohibitum in Bulla Cœnæ *cap.* 16. Poteſt tamen ipſe miniſter ſæcularis ipſum Religioſum capere, ac tenere conſulens utilitati, ac quieti Reipublicæ, honori, ac decori Religionis, ne taliter ipſe vagabundus degat, animo tamen deferendi eum, ac præſentandi ſuo Prælato. Ita Bellectus, Bobadilla, Souſa, Bañez, Lorca, & alij, quos citat, ac ſequitur Diana *parte prima, tractatu ſecundo, de immunitate, Reſolut.* 11. & ita obſervat Praxis. Advertit tamen Barboſa *in ſuis collect. tomo primo, libro tertio, titulo primo, capite ſecundo, numero ſeptimo*, Iudicem ſæcularem non poſſe Eccleſiaſticum detinere in ſuis carceribus, niſi tantùm ut citiſſimè moraliter deferat ad ſuum Prælatum ne fugiat.

Bulla Cœn. Bellectus. Bobadilla. Souza. Bañez. Lorca. Diana. Barboſa.

Magna difficultas eſt, an Iudex laicus, vel eius miniſtri poſſint privare, ac ſpoliare Regularem inventum cum armis prohibitis lege Principum, ac Regum? Affirmant multi ex Canoniſtis, ut Covarruvias, Azevedus, Plaza, Antonius Gomez, Cenedo, & ex Theologis, Rodriguez, Ioannes de la Cruce, Bañez, Graffius, Ortix, Lorca, Vaſquez, & alij, quos citat Diana *parte prima, tractatu ſecundo, de immunitate, Reſolutio* 9. Fundantur in eo, quia in tali caſu Miniſtri hoc faciunt, non inducendo pœnam legis, ſed faciendo ut lex ſervetur.

Covar. Azeved. Plaza. Gomez. Graffius. Rodrig.

9 Oppoſita ſententia, & omnino vera, quod Miniſtri talia facere non poſſunt, tenent multi Doctores, quos citat, & ſequitur Barboſa *in ſuis collectis, tomo primo, libro tertio, titulo primo, capite primo, numero ſexto, & tomo ſecundo, libro quinto, titulo* 39. *cap.* 25. *numero quarto.* Bonacina *de leg. tomo ſecundo, diſputat.* 10. *quæſtione* 2. *punct.* 1. §. 1. *num.* 2. & alij, quos citat, & adducit Diana allegatus, & Lezana *verb. Arma, numero quinto* Pellizarius *tomo ſecundo, titulo octavo, cap.* 6. *numero duodecimo.* Layman *libro quarto, tractatu nono, capite quarto, numero ſeptimo*, adducens pro ſe Suarium. Et ratio eſt, quia licet Eccleſiaſtici ſubiiciantur legibus civilibus pro publica civitatis quiete quoad vim directivam, non tamen quoad coactivam, armorum autem ſpoliatio, & amiſſio continet violentiam, ac ſuperioritatem, ac rationem pœnæ, quæ non poteſt exerceri à Iudice ſæculari propria auctoritate, & ideo res deferenda eſt ad Epiſcopum, vel Prælatum Regularem, à quibus talis Eccleſiaſticus ſuis amis ſpoliandus eſt.

Barboſa. Bonacina. Diana. Lezana. Pellizar. Layman.

Ex quibus nota. Primò contra Villalobos *in Summa, tomo ſecundo, tract.* 10. *difficult.* 16. *numero ſecundo.* Ledeſmam *in Summa, tomo ſecundo, tractatu octavo, capite nono, concluſione* 33. Cenedum *in collectis iuris, parte prima, collect.* 37. *num.* 19. aſſerentes Clericum exercentem prohibitam venationem, vel piſcationem poſſe ſpoliari à Iudice ſæculari, vel à ſuis Miniſtris, avibus, vel canibus, vel aliis inſtrumentis; quod non eſt dicendum, cum illud ſit exercere actum iuriſdictionis, ac violentiæ in

10. Villalob. Ledeſma. Cenedo.

Eccleſiaſticum, ſed res deferenda eſt ad ſuum Prælatum.

Nota ſecundò contra Riccium *part.* 3. *deciſ.* 299. *per totam.* An Clericus ferens arma poſſit reſiſtere cum armis Miniſtro laico, volenti eum capere? Reſpondet affirmative. Contrarium tamen dicendum eſt, non enim cuſtodienda eſt Eccleſia Dei more Caſtrorum, ſed tes deferenda eſt ad Prælatum Eccleſiaſticum. Nota tertiò contra Vaſquez 1. 2. *diſp.* 167. *cap.* 4. *num.* 31. Ubi excipit caſum, in quo armorum uſus prohibitus eſt, tanquam Reipublicæ pernicioſus, itaut nequeant domi retineri, tunc ait ipſe, à Civili Magiſtratu pro defenſione ſuæ legis poterunt etiam vi arma auferri ab Eccleſiaſtico; ſed ego dicam, quod prius ſuperior Eccleſiaſticus certior de hac re eſt faciendus, ut talia arma auferat à ſuo inferiori, etſi ſuperior Eccleſiaſticus non adhibuerit opportunum remedium, tunc auferenda à Magiſtratu civili pro conſervatione reipublicæ ex vi legis naturalis.

11. Riccius. Vaſquez.

QUÆSTIO IV.

An urgente neceſſitate Eccleſiaſticus, ſeu Regularis poſſit uti armis etiam prohibitis?

SUMMARIUM.

12 *Eccleſiaſticus poteſt ſecum portare arma etiam prohibita ad evitandum periculum ſuæ vitæ, ſuarúmque rerum.*

13 *Si in propoſito caſu percutiat, & occidat, non incurrit irregularitatem.*

DIco in hac difficultate, quod urgente neceſſitate, verbi gratia, ſi Clericus, vel Regularis timet ſibi mortem ab inimicis, vel latronibus, aut ſpoliari à ſuis rebus, licitè poteſt, non ſolùm communia arma; ſed etiam ſpecialiter prohibita ſecum portare, ſi tantùm periculum aliter non poteſt evitari, ius enim naturale conſervandi propriam vitam, réſque ſuas omni poſitivæ legi antefertur, Molina *tom.* 1. *de iuſtitia, diſputat.* 108. §. *Primus caſus.* Graffius *deciſ aureis, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 20. §. *Tertio ſciendum.* Barboſa *de Officio Parochi, cap.* 6. *num.* 53.

12. Molin. Graffius. Barboſa.

Si autem tunc percutiat, ac occidat pro conſervatione propriæ vitæ, certum quod nullam incurrit irregularitatem, ut deciditur in Clementina *ſi furioſus de homicidio*; & communiter ſupponunt Auctores, & ſpecialiter Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 47. *ſect.* 6. *num.* 1. Sic & etiam qui alterum occidit in defenſionem ſuarum rerum, irregularitatem non incurrit, ut docent Coninch. *diſp.* 18. *de cenſuris, num.* 89. Filliucius *tract.* 19. *num.* 151. Portel. *in dubiis, verb. Homicidium, n.* 34.

13. Clementin. Si furioſus. Suarez. Coninch. Filliucius. Portel.

RESOLUTIO XIII.

Explicantur quædam Axiomata, quæ frequenter veniunt apud Regulares.

QUÆSTIO PRIMA.

In Religione non ſervantur apices iuris, ſed ſolum quæ ſunt de ſubſtantia iuris.

SVMMARIVM.

1 *Religiones habent privilegia, ut in eis non obſerventur apices iuris, & n. 2.*
3 *Quinam communiter dicantur apices juris.*
4 *Quænam ſint de ſubſtantia iuris.*

1. DE Axiomatibus juris varij Auctores varios tractatus ediderunt, & maximè Auguſtinus Barboſa *in tom. cuius Titulus eſt Tractatus varij*; Nos verò pauca ponimus uſu frequentiora. Bonifacius VIII. Fratribus Minoribus conceſſit, ut in ſuis judiciis, & proceſſis non teneantur ſervare apice juris. Habetur Bulla in libris Monument. Ordinum *fol.* 125. & poſt medium Bullæ ſic conceſſit Papa.

Bonif. VIII.

Monumenta Ordinis.

2. *Nos piis veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, ut ad correctiones, & punitiones Fratrum ejuſdem Ordinis delinquentium infligendas, Prælati Ordinis ſupradicti (ad quos eadem ſpectare noſcuntur) rimulis iuris, & apicibus eius poſtpoſitis liberè procedere valeant ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia facta, vel facienda ipſius Ordinis ſtatuta. Neque volumus eiſdem licere Fratribus, ab eiſdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare* &c. Ita Summus Pontifex, de quo privilegio per communicationem participant aliæ Religiones.

3. Apices ergo juris ſunt dilationes tot, & tantorum dierum, ut ait Clemens Papa V. In *Clementina ſæpè contingit* de verborum ſignificatione, dicens: *Inter apices iuris cenſentur dilationes.* Imò & quod teſtes publicentur: nam in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, ubi omnia, quæ ſunt de ſubſtantia juris, perfectiſſimè obſervantur; tamen teſtes non publicantur, quia non ſunt de ſubſtantia juris, & alia ſimilia.

Clem. V.

4. De ſubſtantia iuris eſt, ut pars citetur, actorum copia detur; teſtes proferantur, ac examinentur. De quo Gratian. *deciſ.* 68. *n.* 12. Menochius *de arbitr. l.* 1. *q.* 51. *n.* 4. & *conſ.* 25. *n.* 12. & *conſ.* 263. *n.* 3. Marta *de clauſ.* 368. Caldas Pereira *de empt. c.* 33. *n.* 30. & alij multi, qui etiam omnes notant, quod maximè de iure divino ac naturali eſt, ut reus audiatur iuxta illud Ioan. 7. n. 51. *Nunquid lex noſtra judicat hominem, niſi prius audiatur ab ipſo, & cognoverit, quid faciat.*

Gratian. Menoch. Marta. Caldas Per

QUÆSTIO II.

Ex quibus argumentum ſumendum, ac formandum ſit?

SVMMARIVM

5 *Argumentum ejuſdem qualitatis cum ſuo principali.*
6 *In jure valet argumentum à ſimili.*
7 *Æquipollentium eadem eſt diſciplina.*
8 *Animus dignoſcitur ab operibus.*
9 *Actus agentis non operatur ultra intentionem.*
10 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

5. ARgumentum debet eſſe ejuſdem qualitatis cum ſuo principali, cui accedit, *lex etiam, Cod. de iure Dotum. leg.* 5. *ff. de pactis dotalibus*, Bartholom. Perez *ad Extravag. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienand.* Baldus *conſilio* 407. *in quæſtione, num.* 3. Tiraquellus *de retractu Lignag.* §. 1. Gloſſa 18. *numero quinquageſimo primo, quinquageſimo ſecundo*; & alij multi, quos citat Barboſa *Axiomat.* 34. *n.* 1.

Bartholo. Baldus. Tiraquell. Gloſſa. Barboſa.

6. Secundò. In iure valet argumentum à veriſimili, illúdque pro diſpoſito habetur, quod veriſimiliter fuiſſet diſpoſitum, ſi diſponenns, verbi gratiâ, ſuperior fuiſſet de illo interrogatus. Baldus, Paulus de Caſtro, & alij *in leg. Tale pactum*, §. *fin. ff. de pactis*? Sapientiſſimus Mag. Fr. Antonius de Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lege quarta, cap.* 9. *num.* 7.

Baldus. Paulus. Souſa.

7. Tertiò. Æquipollentium eadem eſt diſciplina, *l. ſi mater*; cum Gloſſa, Bartolus *Cod. de inſtitutione*, & alij cum Lezana *conſultat.* 30. *num.* 26. Et idem eſt. Vbi militat eadem ratio, ſtat eadem legis diſpoſitio, *leg. Illud, ff. ad l. Aquiliam, l. ſi poſtulaverit*, §. 2. *ad legem Iuliam, de Adulteris, l. Quidam nummularios, ff. de edendo*; unde ille, qui Miſſam celebrat abſque Ordine Sacerdotali, incurrit irregularitatem, & deinde alias pœnas impoſitas in jure.

Gloſſa Bortol. Lezana.

8. Quartò. Animus dignoſcitur ab operibus operantis, & talis præſumitur, qualem facta demonſtrant, *leg.* 1. §. *fin. ff. de dolo.* Maſcardus *de probationibus, concluſione* 95. *numero primo, & ſequentibus, conſilio* 1304. *numero vigeſimo quarto.* Farinacius *in praxi crimin. quæſtione* 89. *num.* 76. & maximè ſi verba etiam iunguntur, quia ex illis etiam cum operibus bene dignoſcitur animus, & intentio hominis, *l. Labeo, ff. de ſupellect. legat. cap. Secundo requiris, de Appellationibus.* Albanus *conſil.* 119. & *conſil.* 626. *numero nono.* Surdus *conſil.* 82. *num.* 33. & *conſil.* 471. *num.* 33. Quod fortius procedit, cum verba, opera, ſeu facta non ſolùm antecedentia; ſed conſequentia fuerint. Rota *deciſ.* 64. *num* 5. *part.* 2. & *deciſ.* 306. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* Menoch. *conſil.* 1. *num.* 294. *ac ſequent.*

Maſcard. Farinac.

Quintò.

Quintò. Actus agentium non operatur vltra intentionem eorum, *leg. Non omnis, ff. ſi certum petatur, l. in agris, ff. de acquirend. rerum dominio*, & actus ſemper iudicatur à principali intentione agentium, *l ſi quis nec cauſam, in principio*, ibi Baldus *ff. ſi certum petat. l. qui exceptionrm, ff. de conditione indebiti, l. 1. C. ad legem Cornel. de Sicar.* Baidus.

10. Sextò. De uno ad aliud non poteſt fieri illatio, niſi quando ſunt eiuſdem rationis, diverſorum enim diverſum eſt iudicium, *l. inter ſtipulationem, § Sacram. ff. de verbor. obligat.* Stephan. Gratian. *deciſ. 32. num. 8.* Unde Emmanuel Sà ait: Prælati exempti habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos, non poſſunt in eos quidquid poſſunt Epiſcopi in ſibi ſubditos, niſi ex ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ. Steph. Grat. Sà.

11. Septimò. Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi iniuriarum, ff. ſiquis caut.* ibi Bartolus, Baldus, Angelus, & alij: quod intelligitur, quando ſubrogatus eſt æqualis conditionis cum eo, cui ſubrogatur. Menoch. *conſil. 784. numero duodecimo*, Barboſa *Axiom. Iuris, Axiom. 273. numero primo*, unde inter Generalem, & Vicarium Genetalem militat differentia. De quo latè Lezana *in Conſult. conſult. 28. numero vigeſimoprimo*. Bartolus. Baldus. Angelus. Menoch. Barboſa. Lezana.

QUÆSTIO III.

Ex quibus præſumptiones efformandæ?

SUMMARIUM.

12 *Delictum in dubio non præſumitur.*
13 *Factum non præſumitur, niſi probetur.*
14 *Geminatio actus enixam voluntatem indicat.*
15 *Probabilis ſuſpicio metus ſufficit ad irritandum actum.*
16 *Tacens longo tempore conſentire præſumitur.*
17 *Veritas prævalet præſumptioni.*
18 *Præſumptio fortior tollit debiliorem.*

12. PRimò. Delictum in dubio non præſumitur, & ideo actus, qui poteſt ſonare delictum, interpretandus, ut delictum abſit, *l. Merito. ff. pro ſocio, l. Prætor, § docere, ff. de vi boni rap. cap. Hoſte de regulis iuris in Decret.* Ibi etiam Doctores, Adeo ut interpretatio ſemper facienda ſit, ut excludat delictum Abbas *in cap. Cum tu de teſtibus.* Maſcardus *de probationib. concluſ. 496.* Farinac. *in praxi criminali, part. 3. q. 85. n. 1.* Abbas. Maſcard. Farinac.

15. Secundò. Factum non præſumitur niſi probetur, *l. in bello, § facta, ff. de captivis, & poſt lim. reverſ. l ſi emancipat. 9.* vbi Iaſon, & alij. Nihil inde inferri poteſt. Deinde quia factum contra ius, pro non facto habetur, *l Iubemus, § Prædia, Cod. de Sacroſancta Eccleſ. cap. Quæ contra ins 64. de regulis iuris, lib. 6.* Tandem quia factum non attenditur, ſed quod debuit fieri, *leg. Nemo, Cod. de ſentent. & interlocut.* & ita de facto revocandum, quia facta de facto, etiam ſunt revocanda de facto iuxta notat. *in l. 1. § Nuntiatio, ff. de novi oper. & nuntiat. in & cap. 1.* ut lite pendente. Alexand. *conſil. 179.* Iaſon. Alexander

14. Tertiò. Geminatio actus enixam voluntatem, & majorem deliberationem indicat, *l. Baliſta, ff. ad Trebellian.* Bartol *in l. Cum ſcimus, num. 7. Cod. de Agricult. & cenſibus, lib. 11.* Decius *in l. 1. num. 30. C. de pactis*, & *conſil. 51. cap. 2.* & *conſil. 180. col. 3.* multi alij apud Barboſam *tractatu de Axiomat. Iuris, Axiom. 105. n. 1.* Bartol. Barboſa.

15. Quartò. Iuxta, & probabilis ſuſpicio metus ad irritandum actum ſufficit, quia illa habetur pro vero metu. Baldus *in leg. fin. num. 7. Cod. de iure delib.* Remin. Sen. *conſ. 15. num. 6.* Alban. *conſil. 77. num. 11.* quos citat, ac ſequitur Rota *deciſ. 374. num. 18. coram Gregorio XV. & Sigiſm. de bono, ſuprà, num. 15.* Quæ enim fiunt per metum non ſolùm irritari debent, ſed etiam pro iure irritæ ſunt, *cap. Bonæ memoriæ, de elect.* Navarrus *conſil. 5. n 2.* Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 2. q. 23. art. 1.* Baldus. Rota. Navarr. Miranda.

16. Sextò. Tacens longo tempore conſentire præſumitur. Baldus *in l. ſi filius, Cod. de petit. hæreditatis.* Angelus *in l. qui aliena, in principio, ff. de acquirenda hæreditate.* Alexander *in leg. 2. § voluntate, ff. ſoluto matrimonio* Maſcardus *de probation. volunt. 3. conſil. 1218. num. 50.* & tacens per longum tempus, iuri ſuo renuntiare præſumitur, ut per Rotam, & Doctores probat idem Maſcardus *concluſione 1263. num. 27.* Baldus. Angelus. Alexander. Maſcard.

17. Septimò. Præſumptio cedit veritati, quia veritas prævalet præſumptioni, quod ex multis iuribus probant Socin. *conſilio 164. colum. 5. verſ. Sed hanc obiectionem.* Pariſius *conſil. 29. num. 44. lib. 2.* Rolandus à Valle *conſil. 99. num. 11. lib. 1.* Surdus *conſil. 7. num. 61.* & *conſil. 16. num. 22.* & alij multi apud Barboſam *Axiom. 186. num. 1.* Unde infertur, præſumptiones ceſſant in claris. Anton. Menoch. *deciſ. 51. n. 49.* Socin. Pariſ. Roland. Barboſa. Menoch.

18. Octavò. Præſumptio fortior tollit debiliorem, *l. Divus. ff. de integritate reſtitut. l. Non ſolum, ff. de ritu nupt.* latè Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 30. num. & conſequentibus, & lib. 6. præſumpt. 64. num. 46.* Stephanus Gratianus *tom. 4. cap. 611. n. 33.* Menoch. Gratian.

QUÆSTIO IV.

Quomodo in dubio habendum ſit?

SUMMARIUM.

19 *Actus in dubio debet interpretari validus ad omnem diſpoſitionem.*
20 *Reus in dubio eſt abſolvendus.*
21 *Dubia in meliorem partem interpretanda.*
22 *In dubiis tutior pars eligenda, & etiam dubius ab ignorante non diſtat.*

19. PRimo. Actus in dubio debet interpretari, ut validus habeatur, *l. Quoties, ff. de rebus dubiis, leg. ſi quando, ff. de legatis 1.* Abbas *in conſil. 62. in controv. concluſ. 1. num. 7.* Roland. Abas. Roland.

à Valle *conſil. 61. num. 23.* ubi extendit ad omnem actum. Roman. *conſil. 180. §. ſi admittimus, num. 4. cum ſequentibus:* vbi extenditur ad omnem diſpoſitionem, videlicet contractum, teſtamentum, iuramentum, atteſtationes, & privilegia. Roman.

20. Secundò. Reus in dubio eſt abſolvendus, *l. Arrius, ff. de arte obligat. cap. Ex literis, de probat. l. Qui accuſare, C. de edend.* Tertiò In dubio de validitate actus debet interpretari quod valeat, *ff. de iniur. l. apud Labeonem, § ſi communem, ff. de ſerv. car. l. ſi quis ſervum, in fine*, Bartol. poſt Gloſſam *in l. Non ſolum §. ſed vt probari in 1. col. in fine, ff. de oper. novi nunc.* Bald. *in Rub. C. de fine inſtrum. 4. column. in verb. Iuxta hoc quæritur.* Quartò. Dubia in meliorem partem interpretanda. Bertachinus *in Repertor. 2. part. verb. Dubium.* Franciſc. Molina *de ritu nuptiar. lib. 1. compar. 16. num. 2.* Labeo. Bartol. Gloſſa. Baldus. Bertachin. Franc. Mol.

21. Quintò. In dubiis tutior pars eligenda, *l. ſi fuerit, § ultim. ff. de rebus dubiis, cap. Iuvenis, de ſponſalibus, cap. Ad audientiam, de homicidio*, Covar. *in cap. Alma mater, part. 1. § 2. num. 5. caſu 1.* Navar. *in manuali, cap. 27. num. 139.* Sextò Dubius ab ignorante non diſtat, *l. Manifeſtiſſimi, §. ſin autem neſcius, C. de furtis*, Gama *Luſitan. deciſ. 91. num. 1. in principio.* Imò comparantur ex Surdo *deciſ. 265. n. 17.* Limitat tamen, cum dubitans tenebatur inquirere, & de facili potuit certificari. Idem Surdus *conſil. 379. num. 18. & conſil. 528. num. 43.* Decianus *conſil. 39. num. 21. §. ſi fortè.* Odd. *de reſtit in integrum, part. 1. quæſt. 8. art. 9. num. 47.* Farinac. *Prag. crim. p. 2. tit. 1. n. 96.* Nauarr. Gama. Surdus. Decian. Farinac.

QUÆSTIO. V.

In diſpoſitione rerum, quomodo agendum ſit?

SUMMARIUM.

22 *Quilibet de re ſua poteſt diſponere, & teſtator legem ſuis rebus ponere.*

23 *Diſpoſitio intelligitur de rebus ſic ſtantibus.*

24 *Diſpoſitio generalis generaliter eſt intelligenda, limitatur tamen à ratione particulari.*

25 *Diſpoſitio limitata limitatum parit effectum.*

26 *Diſpoſitio non habet locum, ſi verba non conveniunt.*

27 *Diſpoſitio ſemper intelligitur de actu, & militat in dependentibus, & n. 28.*

22. DIſponere de re ſua quilibet poteſt, *l. Dudum, C. de contrah. emptione, l. in re mandata, C. mandati.* Anchar. *conſil. 155. num. 7.* ubi declarat hoc procedere, quando quis agit in re penitus ſua propria, ſecus ſi communis ſit, vel in ea alius prætendit *conſil. 157. num. 7. verſic. Secundò.* Vbi, quod licitum eſt cuilibet ſibi proſpicere, & meliorem ſuam conditionem facere, quando de re ſua diſponit, etiam cum alterius detrimento. Caſtrenſ. *conſil. 59.* Pro pleniore in principio per totum Alexand. *conſ. 12. lib. 1.* ubi ait procedere multo magis in ultima voluntate, quia poteſt teſtator legem ponere quam velit rebus ſuis, refert Card. Tuſch. *pract. conſil. tom. 1. lit. D. concl. 486. per totam.* Anchar. Caſtrenſ. Alexand. Tuſchus.

23. Secundò. Diſpoſitio omnis intelligitur, rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, *l. quod, ſi ſervus, ff. de condict. ob cauſam, cap. In Parochum 16. q. 1.* Gloſſa *in cap. 2. de reſcriptis*, & multi alij Doctores apud Barboſam *Axiom. 73. num. 3.* & adducit Anchar. *conſil. 84. Domina. num. 4. & conſil. 5. & conſil. 194. num. 3. in fine*, ubi ait, quod mutato, vel alterato ſtatu rei, aut diſpoſitione, ſeu perſonæ, mutantur res, diſpoſitio, & perſona. Gloſſa. Barboſa. Anchar.

24. Tertiò. Diſpoſitio generalis generaliter eſt intelligenda. Cravetus *conſil. 133. num. 5. & 6.* quod explicat, niſi adſit cauſa efficax teſtringendi, vel ratio per quam reſtrictio ſit facienda. Quod ſecundo limitat *conſil. 176. num. 4. & 5.* Tiraquel. *in l. ſi unquam, C de revocat, donat. in præfat. num. 119.* ubi quòd diſpoſitio generalis operatur generaliter, tam in odioſis, quam correctoriis, & pœnalibus. Tertiò limitatur, quia diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari, *l. cum prætor. §. Dulciſſimis, ff. de legatis 2. l. ſi decertare.* Girona *de privileg. ſeu exempt. ſignific. 277.* Oſaſch. *Pedemon. deciſ. 98. n. 10.* Surd. *conſ. 389. n. 9.* Lezana. *conſult. 2 n. 21.* Cravetus. Tiraquel. Girona. Oſaſch. Surdus. Lezana.

25. Quartò. Diſpoſitio limitata, limitatum produxit effectum, & non extenditur ultra limites. Petrus de Anchar. *conſil. 118. caſus talis eſt in principio, num. 4.* Cardin. Seraphin. *deciſ. 911. num. 2.* Cephalus *conſil. 284. num. 13. lib. 2.* & alij communiter, & ita loquuntur de iuriſdictione, de commiſſione data, de renuntiatione facta, vel gratia data cum limitatione Rolandus à Valle *conſil. 41. n. 16. lib. 3.* Cravetus *conſ. 361. n. 3. & 7.* Anchar. Seraphin. Cephalus. Roland. Cravet.

26. Quintò. Diſpoſitio non habet locum, ubi verba non conveniunt diſpoſitioni, *l. 4. §. Toties, ff. de damno infecto, l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtament.* Alexand. *conſ. 17.* Requiſit. *num. 1. lib. 1. & conſil. 17. viſis, num. 8. verſic. ultimo, l. 2.* Geminian. *conſil. 65. in principio. verſ. Secunda pars.* Imola *conſil. 9. in principio.* Alexand. Requiſit. Geminian. Imola.

27. Sextò. Diſpoſitio omnis ſemper intelligi debet de actu valido. Petrus de Anchar. *conſil. 6. viſo Themate, n. 5. & 5. & 6.* Bald. *conſ. 442.* verba ita dicunt. Avend. *l. 40. Tauri, Gloſſa 1. num. 28.* ubi, quod diſpoſitio regulatur ſecundum ius vigens tempore diſpoſitionis: Aretin. *conſ. l. 142. num. 12. verſ. Et ſimiliter.* Ubi quod diſpoſitio loquens de probatione, intelligitur de valida, & ſufficienti. Anchar. Baldus. Avend. Aretin.

28. Septimò. Diſpoſito in principali, cenſetur etiam diſpoſitum in dependentibus. Seraphin. *de privileg. iuram. privileg. 74. n. 148.* Seraph.

Octavò. Diſpoſitum in uno ex æquiparatis, etiam in altero militat, quamvis materiaſi t exorbitans. Reinoſus *in obſervat. practic. obſer. vat. 44. n. 3 obſervat. 70. n. 51.* Reinoſ.

RESO

RESOLUTIO XIV.

Bannitus.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex ſit Bannitus?

SUMMARIUM.

1 *Bannitus à quo verbo deducatur.*
2 *Bannitus dupliciter accipitur.*

1. BANNITUS deducitur à verbo bannio, quod idem eſt ac proſcribere, ac delere à numero civium, ſeu civitatis, iuxta Gloſſam *de foro competenti, in cap. Quod Clerici.* Unde Bannitus idem eſt, quod proſcriptus, ſeu deletus à civitate. Ita Sylveſter. *verb. Bannitus, num.* 1. Bannitus variè, ac multipliciter poteſt accipi, ut videre eſt apud Cardinalem Tuſchum *litera B, concluſ. 9. in præſenti*; & magis communiter dupliciter accipitur.

Gloſſa. Sylveſt. Tuſcus.

2. Magis tamen communiter dupliciter accipitur Bannitus. Primò, pro illis, qui exules effecti ſunt ab aliqua civitate; ſecundò vero pro illis, qui propter aliquod capitale crimen damnati ſunt ad mortem, impunè illis à quocunque infligenda; & hi propriè dicuntur Banniti, de quibus in præſenti agimus, qui modo ex communi acceptione vocantur Banniti, ſeu capitaliter proſcripti, priores autem exules tantum dicuntur. Ita Sotus *de juſtitia, lib. 5. quæſt. 1. art. 3.* Clarus *lib. 5. verbo Homicidium, num. 54. & 59.* Armilla *verb. Homicidium, num. 1.*

Sotus. Clarus. Armilla.

QUÆSTIO II.

Vnicuique licet Bannitum, ſeu proſcriptum occidere quibuſdam conditionibus poſitis.

SVMMARIVM.

3 *Bannitus per ſententiam licitè poteſt occidi à qualibet perſona.*
4 *Si Bannitus appellavit, pendente appellatione, non poteſt occidi.*
5 *Si verò Bannitus ſit ſub poteſtate judicis, iam non poteſt à quocunque occidi.*
6 *Non eſt licitum filio occidere patrem bannitum, vel è contra.*
7 *Banniti poſſunt ſemetipſos occidere.*
8 *Eccleſiaſticus non poteſt occidere bannitum.*

3. COmmunis reſolutio in hac materia eſt, bannitum, ſeu capitaliter proſcriptum per publicam mortis ſententiam licite in conſcientia poſſe à quocunque etiam privata perſona, dummodo non ſit Eccleſiaſtica, occidi; tunc enim quilibet publica auctoritate conſtituitur miniſter, ac executor juſtitiæ. In hoc conveniunt omnes Auctores proximè citati, & multi alij apud Layman. *lib. 3. ſect. 5. tract. 3. c. 2. n. 3.* Azor. *tom. 3. lib. 2. c. 2. q. 2.* & alij ſtatim citandi.

Layman. Azor.

4. Si tamen bannitus legitimè appellavit à mortis ſententia contra illum promulgata, pendente appellatione, nil eſt innovandum, nec poteſt occidi. Naldus *verb. Bannitus, n. 7.* & Lezana *eodem verb. num. 12.* Baſſeus *eodem verbo, n. 1.*

Naldus. Lezana. Baſſeus.

5. Secundò. Quando bannitus captus eſt à Judice ſæculari, aut ſe præſentavit poteſtati ſæculari, quia iam eſt ſub legitima Judicis poteſtate, ad quem ſolùm pertinet ei inferre mortem, & ad nullum alium. Ita Auctores citati quibus accedit Graffius *in deciſionibus aureis, p. 2. lib. 2. c. 19. n. 7.*

Graffius.

6. Tertius caſus eſt, quod quamvis aliqui, ut Bartolus, & Gomez, ac alij teneant, licitum eſſe filio occidere patrem bannitum, & è contra patri occidere filium bannitum, oppoſita ſententia mihi videtur vera, nempe non licere? non enim filius in tali caſu omittit obligationem naturalem, qua erga patrem ſuum tenetur, nec pater dato caſu omittit obligationem ac affectum conſervationis erga filium. Ita Iulius Clarus *in praxi criminali, lib. 5. §. Homicidium, num. 61.* Bonacina *de contract. diſp. 2. quæſt. ultima, ſect. 1. punct. 2. num. 3.* Diana *5. part. tract. 4. de homicidio, Reſolut. 25. ad finem.* Layman. *proximè citatus, num. 3.* excipiunt, niſi ipſi banniti ſint crudeles hoſtes communis boni, ac totius Reipublicæ.

Bartolus. Gomez. Clarus. Bonacina. Diana. Layman.

7. Quartò. Ex dictis ſequitur, quod ipſi banniti, ſeu proſcripti poſſunt ſemetipſos ad invicē occidere, militat in eis ratio appoſita in concluſione, ut bene advertunt Bonacina, & alij Doctores citati cum Diana *p. 5. tr. 4. Reſol. 25. §. Sed ego*; non tamen quilibet ex eis poteſt ſeipſum occidere.

Diana.

8. Excepimus in concluſione, *dummodo non ſit perſona Eccleſiaſtica*, quia licet Eccleſiaſticus occidens bannitum, immunis ſit à pœna temporali, quia tamen cauſa ſanguinis eis eſt illicita, inde mortaliter peccant, *cap. Sententiam ne Clerici, vel Monachi*, imò, & tales ſunt irregulares, irregularitate ex delicto proveniente, quia nempe delictum commiſerunt in tali morte; laici autem bannitos interficientes ſolum contrahunt irregulariratem ortam ex homicidio juſto. Si autem Eccleſiaſticus cū moderamine inculpatæ tutelæ occiderit bannitum volentem ipſum Eccleſiaſticum occidere, tunc nullam incurrit irregularitatem, ut dicetur *infrà, verb. Irregularitas, ex communi ſententia.*

QUÆSTIO III.

An liceat per inſidias, ac proditoriè occidere bannitum?

SVMMARIVM.

9 *Prima ſententia negat.*

10 *Secunda & vera affirmat.*
Licet occidere aggreſſorem in via,

9. NEgativam ſententiam tenent Menochius, Homobonus, & alij, quos citant, ac ſequuntur Bonacina *de contract. diſſ. 2. quæſt ultima ſect. 1. punct. 2. num. 3.* Iulius Clarus *in praxi criminali lib. 5. §. Homicidium, num. 61.* & ideo hanc ſententiam tenent, propter periculum damnationis, cui frequenter exponitur bannitus, ſi in tali ſtatu proditorie occidatur, & ideo dicunt Naldus *verbo Bannitus, num. 11.* & Lezana eodem *verb. num. 10.* quod taliter occidens bannitum peccabit non contra juſtitiam, ſed contra charitatem.

Naldus. Lezana

10. Molin. Filliuc. Azor. Diana

Dico tamen, quòd licitum eſt proditorie, ac per inſidias occidere bannitum Ita Molina *de juſtitia, tom. 4 tract. 3. diſp. 7. n. 1.* Filliucius *tom. 1. tract. 25. cap. 2. num. 25.* Azor. *tom. 3. lib. 2. cap. 2. quæſt. 3.* Diana *part. 5. tract. 4.* de homicidio *Reſol. 25.* Quæ ſententia, ex eo mihi probatur, quia quilibet eſt miniſter juſtitiæ in iſto caſu, & poteſt gladio occidere bannitum, abſque peccato contra juſtitiam, vel charitatem: ergo etiam cum poteſt occidere proditorie, ac per inſidias, nulla enim maior ratio apparet, nec ratio in contrarium urget. Quia bannitus ſua culpa à peccatis ceſſare non vult, maiorque ratio habenda eſt boni publici, quam particularis illius, qui cum ſibi proſpicere poſſet, non vult.

11. Molina. L. 1. C. quando

Ex quo accipe cum Molina, *citato loco*, juxta *l. 1. C. quando liceat unicuique ſine iudice*, &c. Vbi videtur conceſſum interficere graſſatorem, qui vias publicas tenet, quoniam in defenſionem ſuam, & aliorum, quibus iile mortem, & alia damna præparat, hoc videtur in j. ſtam vindictam publica auctoritate concedi.

Quæstio IV.

An liceat occidere bannitum extra territorium proſcribentis?

SUMMARIUM.

12 *Prima ſententia affirmat licitum eſſe.*
13 *Secunda, & communis negat.*
14 *Excipitur, niſi id fiat de conſenſu Principis territorij, & ſi fuerit bannitus à Papa.*
15 *Prima ſententia probabilis, ſi bannitus fuerit facinoroſus.*
16 *De pœna homicidij.*

12. ALiqui ſunt Doctores, qui abſolute affirmant licitum eſſe extra territorium judicis, vel proſcribentis occidere bannitum. Ita Graffius *part. 1. lib. 2. cap. 62. num. 57.* Megalius *tom. 1. variar. reſolut. 60 aum. 5.* cum Claro, *citato um. 66.* & Baldo *in l. cunctos populos n. 9.* Tum quia conſtitutio poteſt ligare perſonas extra territorium exiſtentes. Tum quia maximè conveniens eſt publicæ utilitati, ut tales ubicunque fuerint, perimantur, ac iterum revertantur, & provinciam cladibus, furtis; ac violentiis moleſtent.

Graffius. Megalius. Clarus. Baldus.

Tamen communis eſt oppoſita, quod ſcilicet nullus Bannitus occidi poteſt extra territorium principis, ac judicis, qui illum proſcripſit. Ita Toletus, Azor. Filliucius, Reginaldus, Sà, Bonacina, Layman, & alij, quos citant, ac ſequuntur Diana, *part. 5. reſol. 4.* Baſſeus, *verb. Bannitus, num. 3.* Et probatur, quia auctoritas occidendi non extenditur ultra territorium proſcribentis, deinde, quia fit magna iniuria Principi, in cuius territorio moratur bannitus, & qui talem mortem exequuntur, exponunt ſe periculo ſubeundi pœnam homicidæ. 13.

Toletus. Azor. Filliucius. Reginald. Sà. Bonacina. Layman. Diana. Baſſeus.

Excipiuntur tamen à citatis Doctoribus duo caſus. Primò, ſi princeps, vel Dominus talis territorij expreſsè, vel implicitè conſentiat, tunc non erit peccatum contra iuſtitiam ibi bannitos occidere. Secundò, niſi talis reus eſſet bannitus à ſummo Pontifice, qui cum habeat iuriſdictionem illimitatam per totum orbem, poteſt mandare occiſionem hominis à ſe proſcripti in quocumque territorio. 14.

Hæc ſecunda ſententia eſt valdè communis, tamen etiam probabilis eſt, quod ſi bannitus ſit valdè facinoroſus, bonoque communi pernicioſus, quòd poſſit occidi extra territorium bannientis. Ita colligitur *ex l. 5. §. fin. ff. de ſicariis*, ubi dicitur transfugas, ubicumque inveniuntur, licitum eſſe interficere: cum conſtitutio ligare poſſit perſonas extra territorium, *l. Magis puto §. illud ff. de rebus eorum*, de quo latè Soc. *conſil. 74. num. 17.* Tum quia valdè utile eſt reipublicæ viros facinoroſos perimi, cùm ubique iterum delinquant, ſicque intervenire videtur titulus iuſtæ defenſionis: Tum etiam quia in iſto caſu videtur adeſſe conſenſus alieni principis, ſicque ei non fit injuria, & eſto ſit invitus in caſu magnæ neceſſitatis eſt injuſte invitus, indéque de eius diſſenſu non eſt curandum, ita cùm Graffio ſentiunt Toletus *lib. 5. ſummæ cap. 6. verſ. Rurſus tertiò* Gomez *in cap. 2. ſi ſtatuto, num. 42. de conſtitutionibus.* Pellizar. *tom. 2. tract. 9. n 68. §. quòd ſi hic.* 15.

L. 3. §. fin. L. Magis. Socin. Graffius Toletus. Gomez. Pellizar.

Nec obſtat, quòd occidens bannitum in alieno territorio, puniretur, ut homicida, quia hîc in primis loquimur in foro conſcientiæ, ſi illud contingat, ex eo erit, quia ille princeps oppoſitam ſententiam tenet, à qua ſe occidens defendet, cùm hac ſententia, & quia occidit bannitum per ſententiam publicam damnatum in magnam Reipublicæ utilitatem. 16.

Quæstio V.

An liceat ſtatutum proponens præmium pro occidente bannitum?

SUMMARIUM.

17 *Quamvis aliqui negent, tamen tale ſtatutum licitum eſt, & ſæpè utile.*

SI proponatur, verbi gratia, ut quicumque ex bannitis alium bannitum occiderit, libertate nempe donabitur, vel quicunque alius 17.

bannitum occiderit, accipiat certam pecuniæ ſummam. Quamquam aliqui Doctores, ut Sotus cum Bonacina *de contract. diſp.2. quæſt. vltima, ſect.1. punct.2. num.3*, Tale ſtatutum non multum approbent. Tamen Azor. Filliucius, Homobonus, Megalius, Decius, Iulius Clarus, quos citant; ac ſequuntur Diana, ac Baſſeus *citati, num.4. affirmant.* Et ratio eſt, quia aliquando id expedit communi Reipublicæ bono, ut banniti, qui ſunt communes Reipublicæ hoſtes è medio tollantur, & vidimus hoc aliquando factum fuiſſe à Magnis Pontificibus, ut Sixto V. hoc tamen non debet fieri niſi ex magna, ac urgenti cauſa.

Sotus. Bonacina. Azor. Filliucius. Homobon. Megalus. Decius. Diana. Baſſeus.

QUÆSTIO VI.

An Bannitus iuſtè damnatus ad mortem occidere poſſit ſuum aggreſſorem?

SUMMARIUM.

18 *Prima ſententia negat.*
19 *Secunda, & ſatis probabilis affirmat.*
20 *Diluitur argumentum aduerſariorum.*

18. PRima ſententia, & communis tenet fas non eſſe bannito ſe defendere contra aggreſſorem eum occidendo, vel mutilando. Ita Azor. *part.3.lib.2.cap.1. quæſt.11.* Layman. *lib.3.de iuſt.tract.3.part.3.cap.2.num.3.* Sà *verb. Bannitus, num.4.* M. Lezana, *eodem verb.num.13.* Fundamentum eorum eſt, quia idem eſt, ac ſi reus, vel malefactor condemnatus ad mortem, ſe defenderet contra miniſtros juſtitiæ, & occideret eos. Secundò, quia ex eo ipſo, quòd poteſt licite offendi, & occidi, adimitur ei ius ſe tuendi: Non enim eſt permiſſa defendendi facultas, ubi offendendi eſt data libertas, alioquin neceſſe eſt dicere, dari poſſe bellum ex utraque parte per ſe, ac formaliter iuſtum, ſecluſa ignorantia, quòd omnes negant.

Azor. Layman. Sà. Lezana.

19. Dico, quòd contraria ſententia ſatis eſt probabilis, ut tenent multi Auctores: quos citat, ac ſequitur Iulius Clarus *lib.5 ſentent. §. Homicidium n.68. & ſequentibus*, & Baſſeus *verb. Bannitus, num.2. §. Nihilominùs ſuadetur his rationibus.* Quia Bannitus non amittit ius ſe defendendi, & in hoc non peccat. Tum etiam quia non perdit ius naturale, & gentium. Tum etiam & tertiò ius naturale non abrogatur per ſtatutum, & ſententiam humanam. Et confirmatur, quia adulter ſi occidit, ut ſe à morte defendat, non peccat, quamvis lege damnatus ſit ad mortem, ergo & ſimiliter bannitus.

Clarus. Baſſeus.

20. Nec argumentum de reo damnato ad mortem, quòd non poſſit ſe ipſum defendere, & miniſtros iuſtitiæ occidere, vrget in contrarium. Quia talis reus iam eſt captus, & ſub poteſtate iudicis detentus, ac patienter debet ſuſtinere ſententiam, deinde ipſe reus damnatus eſt ad mortem, facto proceſſu, & audita parte, quòd multoties erga bannitum non fit.

QUÆSTIO VII.

An retinere bannitos, ſeu Decoctores prohibitum ſit Regularibus.

SUMMARIUM.

21 *Clemens VIII. prohibet Regularibus recipere, ſeu retinere bannitos.*
22 *Non tamen prohibetur in caſibus, quibus immunitas ſuffragatur.*
23 *Epiſtolæ Clementis ſolùm obligant Neapoli, & in Aprutia.*

DE mandato Clementis VIII. editum fuit decretum à Sacra Congregatione Regul. *die* 17. Aprilis anno 1601. quo præceptum, ac prohibitum fuit Regularibus ſub pœna privationis officiorum, ne retineant bannitos, decoctores, ſeu fallitos in ſuis conventibus. In cuius confirmationem afferuntur litteræ Cardinalis Florentiæ ad vicarium Archiepiſcopatus Genuenſis ad Nuntium Neapolitanum. Scortia in Selectorum Bulla Theorem 357. Peyrin. *tom.2. Privilegior. Minimorum in conſtit.4.* Clement. VIII. *à n.5.*

21. Clem. VIII. Scortia. Peirin. Clem. VIII.

In his tamen Decretis: ac Epiſtolis id maximè notandum, non prohiberi recipere, vel retinere bannitos, ut immunitate Eccleſiæ gaudeant, ſi fuerint banniti tali crimine; ut immunitate Eccleſiæ gaudeant juxta conſtitutionem Gregorij XIV. qui tantum certos caſus excipit, propter quos immunitas eis non ſuffragatur. Et Clemens VIII. in ſuo Decreto, ac Epiſtolis non excipit alios caſus ultra exceptos per Gregorium XIV. In aliis verò caſibus Banniri non privantur immunitate Eccleſiæ, ſi recipiantur, ut notant Petegrinus, *de immunitate cap.11. num.14.* Farinacius *de immunitate cap.22. num.250.* Diana *tract.1. Reſolut.40.*

22. Greg. XIV. Clem. VIII. Peregrinus. Farinacius. Diana.

23. Qui etiam bene notat in fine prædictæ Reſolutionis, quòd prædictæ Epiſtolæ Clementis miſſæ tantum fuerunt Archiepiſcopis Genuenſibus, & Neapolitanis; ac proinde in prædictis terris obligare, & non in aliis locis: ex quo etiam colligit Peirin. *tom.2. privilegiorum Minimorum, conſtitut.4.* Clementis VIII. *num.5.* Quòd ſi aliquis Regularis reciperet, aut retineret in ſuo conventu aliquem bannitum propter homicidium ſine dolo commiſſum, ſeu non facinoroſum, non incurreret prædictas pœnas, quæ ſolùm contra receptores facinoroſorum impoſitæ ſunt. Caſus autem, quos excipit Gregorius XIV. in quibus immunitas Eccleſiæ non ſuffragatur, referam.

Peirin.

QUÆSTIO VIII.

De Conſtitutione Sixti V. in Regno Neapolitano, ac Provinciæ Aprutij.

SVMMARIVM.

24 *Conſtitutio Sixti V. pro prædictis terris.*
25 *Conſtitutio tantum procedit de viarum graſſatoribus.*

26 *A prædicta Cenſura excuſat parvitas materiæ, urgens neceſſitas, vel iniuſta Banniti condemnatio.*

27 *Excuſat ignorantia, vel violentia, vel ſalus Banniti ſi de illa agitur.*
Vel pietas patris, ac filij invicem.

24. SIxtus V. die 20. Martij anno 1589. Decretum edidit, & miſit ad Proregem dicti Regni Neapoli, cuius exordium, *Exponi nobis*, & inter cætera ſic ait: *Ne autem dicti banniti, & viarum graſſatores, condignas delicti ſui pœnas evadant, providere volentes, omnibus, & ſingulis quibuſvis perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorundam ordinum, & militarium Regularibus Regni, & Provinciæ huiuſmodi, ſub latæ excommunicationis pœna, à qua niſi à nobis, aut à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolvi nequeant diſtricte prohibemus, ne dictos bannitos, & viarum graſſatores, in monaſteria, domus, vel alia loca recipere, ſeu in eis occultare, aut illis auxilium, conſilium, favorem, ſeu victum, vel alia eis neceſſaria directe, ſeu quomodolibet præſtare audeant, vel præſumant: non obſtantibus*, &c. De quo Quaranta *in Summa Bullarij verb. Bannitorum fautores.*

Quaranta.

25. Circa quam conſtitutionem aliqua ſunt notanda. Et primò. In illa ſolum ſermonem eſſe de bannitis viarum graſſatoribus; unde recipiendo, ſive adiuvando alios bannitos, qui non ſunt viarum graſſatores, in hanc excommunicationem non incurrunt, proindéque à Sixto moderata eſt conſtitutio Gregorij XIII. quæ incipit, *Tanta*, ut notant Naldus *verb. Bannitus num.* 8. *&* 9. Theſaurus *in praxi part.* 2. *verb. Bannitus, cap.* 2. Secundò, à prædicta excommunicatione Sixti V. etſi reſervata ſit, poſſunt abſolvi Regulares à ſuis Prælatis habentibus privilegia abſolvendi à cenſuris Papæ reſervatis, quia in ea conſtitutione non revocantur expreſsè privilegia Regularium, ut notat M. Lezana, *verb. Bannitus, num.* 6.

Greg. XIII. Naldus. Theſaurus.

Lezana

26. Sunt aliqui caſus circa Regulares exiſtentes in Regno Neapolitano, qui excuſant à cenſura. Et primò. Parvitas materiæ; ſi nempe talis Bannitus ad paucas horas detineatur in monaſterio ad prandium nempè. Ita Pellizar. *tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 2. *num.* 60. Qui etiam notat, quòd talis prohibitio non obligat Religioſum, qui excipit bannitum, certo ſciens iniuſte fuiſſe damnatum, ac condemnatum; tunc enim præſumptio, in qua ſententia nititur, eſt falſa, & in particulari caſu non obligat in foro conſcientiæ. Tertiò. Urgens neceſſitas banniti excuſat à dicta cenſura, unde qui bannitum excipit graviter ægrotantem, vel in exterma neceſſitate ei cibum, & potum miniſtrat, nullam cenſuram contrahit: cum per epicicheiam tales caſus excipiantur, ne alias contraveniatur legi naturali, & divinæ, cui omnis lex humana cedit. Navarr. *de ſentent. excommunicat. conſil.* 57. *num.* 7. *&* 9. Quaranta *proximè citatus.*

Navar. Quaranta.

27. Quartò. Iſta cenſura non procedit interveniente ignorantia, ut ſi quis excipiat bannitos, neſciens eſſe tales, ignorantia facit involuntarium, & excuſat à peccato. Navarr. *citatus ſuprà conſil.* 59. *num.* 1. Proſper Auguſtin. *in additionibus ad Quaranta ſuprà citatum.* Quò maximè verum in conſtitut. Sixti V. Fulminatur enim contra audentes, & præſumentes; ac proinde ſolùm comprehendit operantes ex dolo. Quinto, ſi recipientes, & adiuvantes id faciunt coacti, ac violentati ab ipſis bannitis, adeo ut non poſſent aliter facere ſine grandi ſuo periculo, lex enim humana non obligat cum tanto diſpendio. Sexto, non obligat cenſura, ſi bannitus ad monaſterium recurrat, ut conſulat ſuæ vitæ, vel ſi Religioſus id fecerit animo retrahendi illum à ſuo malo ſtatu, tunc enim ceſſat finis prohibitionis, & bannitus non excipitur ut bannitus, ſed ut proximus, ex præcepto charitatis, ut de eius maiori bono, ac ſalute agatur, Navarr. *citato conſil.* 57. *num.* 7. Septimò, etiam cenſura non procedit in caſu, quo pater filium bannitum excipiat, aut è contra filius excipiat patrem bannitum, cum oppoſitum valdè repugnet pietati, maximè cùm hic non agatur de cauſa fidei, ac Religionis, in qua non parcitur, neque parentibus, neque filiis. Ita Azor. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *q.* 3. Vide quæ dixi ſuprà *q.* 2. *num.* 6.

Sixtus IV. Navar.

RESOLUTIO XV.

Beatificatio Sanctorum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Beatificatio, & ad quem ſpectet?

SUMMARIUM.

1 *Vnde derivatur nomen beatificationis.*
2 *Beatificatio eſt licentia facta à Pontifice pro aliqua provincia, vel Religione.*
3 *Et ſi canonizare, vel beatificare ſaltem particulariter olim ſpectaret ad Epiſcopos, hodie ad ſolum Pontificem Romanum.*

A Nomine beatificationis incipio, & deducitur à nomine Beatus, qui quamvis frequenter pro felici uſurpetur. Luc. 23. *Beatæ ſteriles, & ventres, quæ non genuerunt* 3. Reg. 10. num. 8. *Beati viri, & beati ſervi, qui ſtant coram te.* Tamen ex frequenti uſu Eccleſiæ ſumitur pro felicitate animæ in gloria Deum videntis. Ita D. Auguſt. *ſerm.* 201. Boëtius, & alij. Ex hoc derivatur beatificatio, id eſt declaratio facta de felicitate alicuius animæ Deum in gloria videntis. 1.

Luc. 23. 3. Reg. 10. D. Auguſt. Boëtius.

Beatificatio in præſenti iuxta uſum Eccleſiæ non fit per modum definitionis, nec ultimæ ſententiæ à Pontifice de ſanctitate, ac gloria alicuius, ſed eſt quædam indulgentia, conceſſio, ſeu licentia facta à Pontifice, ut in aliqua Religione, ſeu Provincia, aliquis defunctus beatus appellari, eique cultus aliquis cum recitatione officij divini adhiberi valeat, Ut Urbanus VIII. in bulla Beatificationis B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi Carmelitæ, ait, Vtipſa ancilla Dei Beata nuncupari, officium- 2.

Vrban. VIII

que,

que, & Miſſa de communi Virginum non Martyrum de ea in die obitus eius, in tali, & tali loco recitari, & celebrari poſſit, auctoritate Apoſtolica concedimus, & indulgemus &. Idemque conſtat ex bulla Beatificationis B. Franciſci de Borgia Societatis Ieſu ab eodem Urbano VIII. Vt Dei ſervus Franciſcus Borgia Beatus nuncupari, & de eo à talibus, & talibus ipſo die ſui obitus, Miſſa celebrari, ac officium de communi confeſſorum non Pontificum recitari, juxta rubricas Miſſalis, & Breviarij Romani reſpectivè libere valeant, auctoritate Apoſtolica, concedimus, & indulgemus.

3. Secundò quod inquirimus, ad quem negotium Beatificationis ſanctorum pertineat, etſi olim canonizare, & beatificare ſervos Dei, ſaltem canonizatione, ſeu beatificatione particulari pro uno Regno, vel Provincia ſpectabat ad Epiſcopos, ut ex. noſtro Vualdenſi, & aliis tenet Bellarm. *tom. 2. lib. 1. de Beatitudine, & canonizatione ſanctorum cap. 8.* ut latius dicam infrà, cum de canonizatione fuerit ſermo, tamen hodie ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat, ut habetur ex Alexãd. III. *cap. Audivimus*, & ex Innocentio III. *cap. ex eo de reliq. & veneratione Sanctor.* Et ratio eſt, quia Beatificatio ſeu canonizatio eſt quoddam judicium, & teſtimonium Eccleſiæ, quo declaratur honores eſſe dandos alicui defuncto, qui debentur ſanctis in cœlo regnantibus, ut probant Bellarminus *citatus, cap. 7.* & Fortunatus Scachus *de cultu, & veneratione ſervorum Dei lib. 1. ſect. 1. cap. 8.* Baldellus, & alij, atqui hoc ſolum ſpectat ad ſummum Pontificem, cum ipſe ſolus ſit caput, ac ſupremus judex in Eccleſia Dei.

Vualden. Bellarm. Alexand III Innoc. III. Bellarm. Scachus. Baldellus.

An verò ſummus Pontifex poſſit committere beatificationem, vel canonizationem Epiſcopo, vel Legato à latere, ſeu Concilio generali maximè dubitatur, de quo vide infra, verbo Canonizatio.

QUÆSTIO X.

Quæ differentiæ dentur inter Canonizationem, ac Beatificationem.

SUMMARIUM.

5 *Auctores, qui agunt de diſcrimine inter canonizationem, & beatificationem.*

6 *In beatific. Pontifex dat licentiam, in canonizat. definit.*

7 *Beatificatio non eſt ultimum judicium Eccleſiæ, ut eſt canonizatio.*

8 *Beatificatio eſt limitata pro una Provincia; canonizatio pro toto orbe.*

9 *Canonizatio fit cum multa ſolemnitate, non ſic beatificatio.*

10 *In canonizatione Pontifex dat cultum per modum legis, in beatificatione per modum indulti.*

5. Caſtellin. Galleſin. Troylus

HAs differentias ſatis latè, & diffusè explicant Iacobus Caſtellinus *de canoniz. Sanctor. pag. 10. & ſequenti. & pag. 86.* Galleſin. *part. 3. de canonizat.* S. Didaci *cap. 6.* Troylus *de canonizat. cap. 1. num. 15. & cap. 4. num. 64.* Cantelorius *de canoniz. cap. 4. num. 24.* Fortunatus Scachus *de cultu, & venerat. Sanct. lib. 1. cap. 8.* M. Lezana *in conſultationibus, conſult. 1. num. 49. 50. & 51.* Arriaga *tract. de Fide, diſp. 9. ſect. 6. breviter reſumendo.* Cantelor. Scachus. Lezana.

6. Prima, & principalis eſt, quia in beatificatione non utitur Pontifex verbo definiente, ac decernente talem defunctum eſſe in gloria, ſed tantùm dat licentiam, & indulgentiam, ut talis colatur ut beatus recitatione officij, ac celebratione Miſſæ in tali, & tali loco; ut patet ex ſuperiori quæſtione, *n. 2.* Quamvis ibi ſubponat illum eſſe beatum in gloria, tales enim honores non poſſunt exhiberi, niſi beato cum Deo regnanti. At in canonizatione Pontifex apponit verbum *definiendi*, decernendi, ut patet ex bullis canonizationis Sanctorum. Appono verba ex bulla canonizationis noſtri ſancti Andreæ Curſini ab Vrbano VIII. ſic ait Pontifex. *Ad honorem ſanctæ, & individuæ Trinitatis; & ad exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate ejuſdem Dei omnipotentis Patris, Filij & Spiritus ſancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, & de fratrum noſtrorum conſilio, decernimus, definimus bonæ memoriæ Andræam Curſinum Florentinum Ordinis Carmelitarum Epiſcopum Feſulanum Sanctum eſſe, ac Sanctorum Catalogo adſcribendum, ipſumque Catalogo huiuſmodi adſcribimus, ſtatuentes, ut ab univerſali Eccleſia anno quolibet in die obitus dicti Andreæ feſtum, & officium ipſius ſicut pro uno confeſſore Pontifice, devotè, & ſolemniter celebretur, &c.* Ecce conſueta forma canonizationis, quæ eſt cum definitione, ac determinatione Apoſtolica. At beatificationis forma eſt tantum quædam licentia, ac conceſſio recitandi officium de tali, ac tali viro, & ideo ut rectè notat M. Lezana *citatus, num. 60.* Papa in beatificatione non procedit ut judex, ſed ut Princeps dans licentiam; at in canonizatione procedit ut judex, ac caput totius Eccleſiæ per ſententiam deffinitivam, ſtatuendo ut de tali ſancto fiat officium. Vrban. VIII.

7. Secunda differentia eſt, quia beatificatio non eſt ultimum judicium Eccleſiæ in cauſa ſanctitatis talis perſonæ; ſed proceditur deinde ad novum examen, novaſque probationes, conſultationes, teſtes, & miracula, & antequam ad canonizationem deveniatur, quæ eſt ultimum Eccleſiæ judicium, poſt quod nihil amplius diſcutitur, ac deſideratur.

8. Tertia differentia eſt, quia beatificatio eſſe ſolet limitata, ut dixi *quæſt. 1.* ad unam nempe Provinciam; ſeu Religionem, ut tantùm in ea Miſſa, & officium celebretur, at canonizatio extendit ſe ad totam univerſalem Eccleſiam, ut omnes de eo Miſſam celebrare, ac officium recitare valeant, & ubique ei altaria, capellas, ac templa dedicare, ac conſecrare poſſint.

9. Quarta differentia; quia maior eſt ſolemnitas canonizationis præ beatificatione, hæc enim planè ſine ulla fit ſolemnitate, ſeu Papa tantùm in ſuo Palatio concedit licentiam recitandi officium de tali defuncto. At canonizatio ſummo, ac valdè pompoſo apparatu fit, ut conſtat ex bulla beatificationis S. Andreæ Curſini. Ubi inter alia ſic habetur. Præmiſſis

precibus

precibus, jejuniis, ac eleemoſynis die 22. Aprilis præſentis anni die 1629. Ad ſacroſanctam B. Petri Principis Apoſtolorum Baſilicam ſumptuoſiſſimo apparatu, varioque ornamentorum genere inſtructam, cereis, facibus innumerabilibus relucentem. Idem S.D.N. Vrbanus Pontifex, Pontificiis maximéque pretioſis veſtibus amictus, atque thiara, gemmis refulgente redimitus ſe cõtulit una cũ eiſdem Illuſtriſſimis S.R.E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopus ſacris veſtibus pontificiis indutis, ac Cæſareo, Chriſtianiſſimoque, & aliorum Principum Oratoribus, necnon Romanæ Curiæ Prælatis, & officialibus, familiaribuſque S.S. præcedentibus, univerſo regulari cuiuſque Ordinis, & ſæculari Clero Collegiatarum, & cæterarum Urbis Baſilicarum, & Eccleſiarum Canonicis, Cortis, & Rochettis pro cuiuſque more indutis, accenſoſque cereos deferentibus, Cantorum cœtu Hymnum Ave Maris ſtella à S.S. inchoatum decantare ſolemni ceremonia proceſſit &c.

Quinta differentia; in canonizatione pro-
10. cedit Pontifex præſcribendo cultum ſancto canonizato per modum legis præceptivæ ſingulos obligantis, ut patet ex bulla canoniza-
Vrban. VIII tionis S. Andreæ Curſini. *Statuente ut ab univerſali Eccleſia, anno quolibet in die obitus eius officium celebretur.* Et ſimilia habentur in bulla canonizationis S. Thereſiæ à Gregorio XV. In beatificatione verò procedit per modum
Greg. XV. conceſſionis, indulti, & privilegij particularis, qua privilegiatus uti poteſt, vel non poteſt; ut patet ex bulla beatificationis. B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, & B. Franciſci de Borgia; ubi dicitur quod poſſit de ea vel eo officium recitari in tali, vel tali loco; *quæſt. 1. num. 2.* Ea autem quæ fiunt pro bono univerſali attendunt bonum commune, pro bono particulari particulare. *l. 1. ff. de legib. cap. Abbate, de verborum ſignificat.* ibi Doctores.

Et quòd hæ differentiæ conſtituant diſcrimen non accidentale, ſed eſſentiale inter canonizationem, & beatificationem clarius conſtabit ex quæſtione ſequenti ad finem.

Quæstio III.

An de fide ſit ſummum Pontificem non poſſe errare circa Beatificationem Sanctorum?

SUMMARIUM.

12 *Certum de fide Pontificem habere poteſtatem ad beatificandum.*
13 *Prima ſententia affirmat Pontificem non poſſe errare in beatific.*
14 *Illius fundamenta.*
15 *Vera ſententia ait non eſſe de fide.*
16 *Illius fundamenta, & n. 17. & 18.*
19 *Solvuntur fundamenta adverſariorum.*
Colligitur diſcrimen eſſentiale inter beatificationem, & canonizationem.

CErtum de fide Papam habere poteſta-
11. tem ad beatificandum, in hoc conveniunt omnes Catholici, ut aſſertum eſt manifeſtum quia multi Pontifices ab antiquo beatificarunt tota Eccleſia conſentiente, atqui non poſſumus dicere Papam inique uſurpaſſe ſibi hanc poteſtatem, ergo in eo talis poteſtas reſidet. Deinde, qui poteſt id quod majus eſt, poteſt id quod minus, atqui Papa poteſt canonizare, quod eſt maius, ut infra dicemus, ergo id quod eſt minus, ut beatificatio. Tandem hoc pertinet ad mores, ad augmentum fidei Chriſtianæ, & Religionis Catholicæ, cuius Pontifex eſt caput. Tota difficultas eſt, an de fide ſit, quod circa hoc negotium Pontifex non poſſit errare?

Sententiam affirmativam, eſſe de fide Pon-
13. tificem non poſſe errare circa beatificationem Sanctorum, tenent Caſtro Palaus *tom. 1. tract. 4 diſp. 5. punct. 5. num. 4.* Megalius *verb. canonizat. num. 1.* Carena *de Officio ſanct. Inquiſitionis, part. 2 tit. 17. §. 12. num. 31.* Angelus Rocca *de Canon. cap. 38.* Contilorius *de canoniz. cap. 2. num. 4.* ex Peña, Tuſco, Baldellus *de canonizat. diſp. 12. num. 18.* M. Lezana *in conſult. 1. num. 50.* Verricellius *in quæſtionibus moralibus, tract. 8. quæſt. 25. num. 3.*

Palaus. Megalus. Carena. Rocca. Contilor. Tuſcus. Baldellus. Lezana.

Probant primò. Quia ſicut non poteſt errare
14. in canonizatione ſanctorum, ita nec in Beatificatione, ad utrumque actum præcedit inquiſitio vitæ, ſanctitatis, ac miraculorum, quòd verò ſit maior, vel minor non videtur inferre maiorem certitudinem in uno actu, quam in alio. Secundò, ad Religionem pertinet, quòd aliquis proponatur Eccleſiæ ut Sanctus, vel Beatus, atqui circa materiam Religionis Pontifex non poteſt errare; ergo. Tertiò; Pontifex beatificans aliquem, Miſſæ ſacrificium in illius honorem celebrari concedit, at Miſſa nomine totius Eccleſiæ offertur, ipſique ſacrificio tota Eccleſia medio Sacerdote aſſiſtit; ergo toti Eccleſiæ venerandus ut ſanctus proponitur; ergo ut de fide Beatus.

Dico tamen non eſſe de fide Papam non
15. poſſe errare in Beatificatione Sanctorum. Ita Turrian. *2. 2. tom. 5. diſp. 17. dub. 6.* Fortunatus Scachus *de cultu, & venerat. Sanctor. lib. 1. ſect. 1. cap. 8.* Troylus, Malverius *tract. de canonizat. Sanct. num. 54.* Amicus in Curſ. Theologico *tom. 4. diſp. 7. ſect. 4. num. 98.* Ioannes à S. Thom. *2. 2. diſp. 9. art. 2. fol. 770.* Arriaga *tom. 5 de fide, ſpe, & c. dip. 9. ſect. 6. §. ſecunda concluſio.* Diana *tom. 12. tract. 2. reſol. 19.*

Turrian. Scachus. Troylus. Amicus. Ioan à S. Thoma, Arriaga. Diana

Probatur primò. Si de fide eſſet Beatifica-
16. tum eſſe in cœlis, & in hoc Pontificem non poſſe errare, ut ipſius in canonizatione Pontifex procederet, non maiorem diligentiam faceret, nec maius examen adhiberet, nec novas congregationes, ac conſultationes inſtitueret quia quod de fide eſt certum, non eget ulteriori certitudine, imo cum iniuria certitudinis fidei tales inquiſitiones, ac probationes fierent; ſicut ſi modo fierent ad declarandum ſanctum Ioannem Baptiſtam eſſe Beatum; atqui Pontifex poſt beatificationem, ut ad canonizationem deveniatur, non eſt contentus priori examine, ac congregationibus pro beatificatione factis, ſed inſtituit novam diligentiam, novas probationes, idque non tantum ad externam ſolemnitatem, & pompam ſed ad maiorem certitudinem de ſanctitate canonizandi habendam, ut ſtylus, & praxis curiæ oſtendit.

Probatur

17. Probatur Secundò. Quia in canonizatione Pontifex ut Caput universalis Ecclesiæ utitur verbo definiendi, ac determinandi talem esse Sanctum, ut patet ex *quæst.* 2. *n.* 6. At in beatificatione solum ut Princeps dat licentiam, ut de tali recitetur Officium, ut dixi *quæst.* 1. *num.* 2. ergo cum in beatificatione non utatur verbo definiendi, non sequitur inde in tali actu esse infallibilitatem, in qua sit de fide non posse errare, nam multo maior certitudo denoratur actu definiendi, quam in concessione meræ licentiæ, ac indulgentiæ.

18. Probatur. Tertiò. Quia in beatificatione non fit ultimum judicium Pontificis, adhuc enim requiruntur probationes ad beatificationem: ergo in ea non est ultima certitudo; qualis est fidei, præcipuè, quia beatificatio est via ad canonizationem.

19. Ad argumenta in contrarium. Ad primum dicimus, quod maior inquisitio denotat maiorem certitudinem, & ideo talis maior inquisitio ad canonizationem fit Ad secundum quod cultus Sancti beatificati non permittitur pro universali Ecclesia, sed pro una Provincia, vel Religione, & licèt sit de fide quod tota Ecclesia universalis non possit errare, tamen non est de fide, quod una Provincia, vel una Religio particularis non possit errare maximè in aliquid proponendo. Ad tertium dicimus, verùm esse sacrificium Missæ offerri nomine totius Ecclesiæ, at verò ut offertur in honorem, & cultum talis beatificati, fit à peculiari sacerdote ex tali Provincia, vel Religione particulari, ex quo patet discrimen essentiale inter beatificationem, ac canonizationem, ut inter rem fidei, ac non fidei quo ad certitudinem.

Quæstio IV.

Quanta certitudine tenendum sit Pontificem non posse errare in beatificatione Sanctorum, & quali censura affirmans afficiendus sit?

SVMMARIVM.

20 *Opinio Ioanno à D. Thomâ.*
21 *Certissimum est Pontificem non posse errare in beatificatione Sanctorum.*
22 *Probationes huius veritatis, & n.* 23. 24.
25 *Asserens Pontificem posse errare in beatificatione Sanctorum erroneus, temerarius, scandalosus, ac impius est.*
26 *Solvitur argumentum Ioanis à D. Thoma.*

20. Joan. à D. Thom. Joannes à D. Thoma vir eruditissimus *secunda secundæ, disp.* 9. *art.* 2. *fol.* 770. tenet Pontificem practicè errare non posse in tali beatificatione, tamen speculativè circa veritatem sanctitatis talis personæ; existimat, quod ex vi solius beatificationis, id non excedit latitudinem certitudinis moralis, & probabilitatis maximæ, ita quod oppositum non esset censura dignum. Et probat, D. Thom. quia D. Thomas 3. *part. quæstione* 27. *artic.* 2. *ad tertiam* ait ex eo quod Ecclesia Romana suo tempore toleraret celebrationem Festi Conceptionis; dicit eam consuetudinem non esse totaliter reprobandam, nec aliquid amplius infert, ex tolerantia talis celebrationis, quam quandam probabilitatem, sed beatificatio est concessio celebrationis de aliquo Sancto cum tolerantia Sedis Apostolicæ; ergo ex vi præcisæ beatificationis non infertur nisi quod talis consuetudo non sit reprobanda, non vero quod sit omnino certum, quod persona beatificata sit in gloria, taliter quod oppositum censurabile sit. Ita Joannes à Divo Thoma.

21. Dico absque ulla distinctione, Summum Pontificem non posse errare in beatificatione Sanctorum, & Beatificatum esse in gloria, esse certissimum, ita ut nihil magis certum possit dari excepta certitudine fidei, itaut contrarium asserere sit erroneum, temerarium, scandalosum, & impium. Ita Turrianus *secunda secundæ, disp.* 17. *dub.* 2. Turrian. Arriaga *secunda secundæ, tom.* 6. *disp.* 9. *sect.* 6. *num.* 35. Arriaga. Amicus *tom.* 5. *disp.* 7. *sect.* 4. *num.* 99. Amicus. Franciscus Castillus *in* 3. *sentent. tom.* 2. *disp.* 16. *quæst.* 8. Castillus. *num.* 33. Franciscus Sylvius *in controvers. lib.* 4. Sylvius. *q.* 2. *art.* 15. Trullench. *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *dub.* 5. *num.* 5. Diana *part.* 12. *tract.* 2. *Resolut.* 20. Diana. Et pro hac sententia stant omnes Doctores *citati superiori quæst.* qui dicunt de fide esse Pontificem non posse errare in beatificatione Sanctorum.

22. Probatur. Primò, quia in negotio beatificationis Pontifex procedit maturo, & alto judicio, multis & exactis inquisitionibus, probationibus per multas Congregationes Illustrissimorum Cardinalium, perpensis, & examinatis, cum profunda indagine probitatis vitæ, ac fœlicissimi exitus mortis, multisque miraculis, ac signis adhibitis. Atqui hæc superabundant ad summam certitudinem humanam; ergo hæc in præsenti datur: & ita universus consensus totius populi Christiani, ut certissimum habet beatificatum esse in cœlo.

23. Secundò si Pontifex potest errare in beatificatione Sanctorum, poterit dare occasionem populo Christiano ad deceptionem, ac errorem: nam Pontifex, per beatificationem concedit, ut verbi gratiâ, Beata Maria Magdalena de Pazzi in altari ponatur cum signis sanctitatis, cum recitatione Officij, ac celebratione Missarum, ad ipsúmque beatificatum, Populus Christianus confluit adorans ut sanctum, ad ipsúmque fundens preces; ergo si non est certissimum Pontificem non posse errare in hoc negotio, nec est certissimum non dare occasiones ad errorem in re gravissima, & ideo ait Arriaga *citat.* in prima differentia, quod cum in beatificatione Pontifex dat licentiam ut colatur: tamen ibi implicitè videtur supponere illum omnino in gloria esse, quia non possunt tales honores exhiberi, nisi homini beato, & Deo fruenti.

24. Tertiò. Beatificatio est via valdè proxima, & intima ad canonizationem, ut patet ex Bullis beatificationis Sanctorum; & sic ait Urbanus VIII. in Bulla beatificationis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi. *Vt donec canonizationis honor dictæ ancillæ Dei*

Mariæ Magdalenæ ob ejus excelſa merita, divina inſpirante gratia ab Apoſtolica Sede decernatur, eadem ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atque Officium, & Miſſa de ea, ut infra recitari, & celebrari poſſit, &c. Et ideo beatificatio appellatur à multis, ut teſtatur Catena *de Officio Sanct. Inquiſit. parte ſecunda, titul.* 17. *paragraph.* 12. *numero* 51. *Canonizatio particularis*, aut *Canonizatio ſecundum quid.* Atqui canonizatio habet certitudinem fidei, ergo beatificatio, cum ſit illi proxima, habet ſummam certitudinem, quæ dari poteſt infra fidem.

Catena

25. Secunda pars concluſionis, nempe aſſerere Pontificem poſſe errare in beatificatione Sanctorum eſſe erroneum, temerarium, ſcandaloſum, ac impium. Ita Turrianus *citato dub.* 6. & Diana *citata reſolutione* 19. Dico quod ſi *erroneum* opponitur communi conſenſui fidelium, omnes enim tenent, beatificatum eſſe in cœlo. *Temerarium* adverſatur communi ſententiæ Doctorum. *Scandaloſum*, quia ex tali aſſerto oritur ſcandalum in animis fidelium. *Impium*, quia contra Chriſtianam Religionem, & cultum Sanctorum dicitur. Imò addit Turrianus, qui doceret Pontificem poſſe errare in beatificatione, eſſet ſuſpectus de hæreſi, quia videtur velle negare poteſtatem eſſe in Summo Pontifice ad juſtè, & rectè beatificandum hominem aliquem.

Turrian. Diana.

26. Ad argumentum M. Joannis à Divo Thoma ex Concept. Dicimus Pontifices apertè, & claris verbis in ſuis Bullis, ut Gregorius XV. relinquere certitudinem talis feſtivitatis intra terminos probabilitatis. At in noſtro caſu, ut tenent Doctores citati, contrarium manifeſtatur: nam per Decreta beatificationis, ſaltem implicitè, & inchoativè determinatur ſanctitas perſonæ beatificatæ; & ut bene advertit citatus Trullench. *numero tertio.* Per canonizationem, & beatificationem cognoſcitur hominem defunctum eſſe in cœlo: per canonizationem forma definitiva, & pronuntiativa; per beatificationem forma indultiva, & conceſſiva.

Greg. XV.

QUÆSTIO V.

Quæ requirantur ad beatificationem?

SUMMARIUM.

27 *In cauſis beatificationis, ac canonizationis Pontifex non procedit, niſi elapſis quinquaginta annis.*

28 *Ad canonizationem; ſeu beatificationem requiruntur miracula, ac vitæ ſanctitas.*

29 *Merita requiruntur magnis virtutibus comprobata.*

30 *Si fuerit Religioſus, requiritur exactiſſima cuſtodia eorum, quæ ad Religionem pertinent.*

31 *Requiruntur etiam miracula non tantum in vita, ſed etiam poſt mortem, & num.* 32. 33.

34 *Papa de potentia abſoluta poteſt beatificare abſque miraculis.*

35 *Ad canonizationem, vel beatificationem requiruntur miracula pro Sanctis Confeſſoribus, & Virginibus, non vero pro Martyribus.*

36 *Fama communiter non ſufficit, niſi ſit valdè notoria, & miraculis comprobata, & num.* 37.

AIt Sacra Congregatio habita anno 1642. *In cauſis canonizationum, & beatificationum propter earum gravitatem ſolet Sedes Apoſtolica procedere cum magna maturitate.* Et ideo diuturna tarditate, & conſiderata maturitate in tali negotio eſt agendum, *cap. Quieſcamus, diſtinct.* 40. *cap. Miramur* 61. *diſtinct. cap. Nuper*, 7. *quæſt.* 2. *cap. Vbi periculum, in principio*; ita Maſcardus *de probation.* Rocca, Paſqualigus, quos citat Lezana *in conſultis, conſulto primo, num.* 38. & ideo à Sacra Congregatione Rituum inſtitutum eſt, ut deinceps in præfatis cauſis beatificationis, ac canonizationis non procedatur: *Niſi elapſis quinquaginta annis ab obitu; & tunc niſi adhibita prius, & expreſsè obtenta licentia à ſanctitate ſua, vel ab ejus ſucceſſoribus.*

27. S. Congreg.

Ad beatificationem, ſeu canonizationem requiruntur ſanctitas vitæ, & miracula, ut expreſſit Gregorius IX. in Bulla Sancti Antonij de Padua, quæ incipit: *Cum dicat Dominus* apud Cherubin. *tomo primo, Conſtitut.* 4. *ejus, in cujus*, 3. §. ait: *Nos attendentes, quod licet ad hoc, ut aliquis Sanctus ſit apud Dominum in Eccleſia triumphante, ſolæ ſufficit finalis perſeverantia, juxta illud eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Ad hoc tamen ut Sanctus habeatur apud homines in Eccleſia militante, duo ſunt neceſſaria, virtus morum, & veritas ſignorum, merita videlicet & miracula, ut hæc, & illa ſibi ad invicem conteſtentur, cum nec merita ſine miraculis, nec miracula ſine meritis planè ſufficiant ad perhibendum inter homines teſtimonium ſanctitatis.* Sic docent, & latè explicant Maſcardus *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 260. Contilorius *de canonizat. Sanctor. cap.* 19. & ex aliis Carena *de Officio Sanct. Inquiſit. part.* 2. *tract.* 17. §. 12. *num.* 22.

28. Greg. IX. Maſcard. Contilor. Carena.

Merita requiruntur comprobata magnis virtutibus, non quæ ſunt communes, & ordinariæ, ſed illis, quæ à Theologis appellantur *heroicæ* ſeu in gradu heroico, & veluti divinæ, & ſuperhumanæ, per quas quantum fieri poteſt, homo conjungitur Deo; de quibus Ariſtoteles *lib.* 7. *Moral. cap.* 1. D. Thom. ibi Bonavent. *in* 3. *diſtinct.* 34. *quæſt.* 1. Gerſon 4. *part.* Piccolomineus *lib. de Moralibus gradu* 6. *cap.* 1. 2. & 3. Fortunatus Scacchus *de cultu Sanct. lib.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4.

29. Ariſtot. D. Thom.

Si canonizandus, vel beatificandus fuerit perſona Religioſa præter virtutes in gradu heroico requiritur quoque exactiſſima, & vigilantiſſima obſervantia, & cuſtodia illorum omnium, quæ ad ſuum religioſum ſtatum ſpectant: nam qui ab Eccleſia beatificantur, vel canonizantur, proponuntur fidelibus imitandi, ut norma morum, & virtutum, & per conſequens ut exacti, & perfecti obſervatores ſuarum obligationum, quales Chriſtus Dominus requirit

30.

ſuos

ſuos ſpeciales diſcipulos. *Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Matth. 5. Molfeſius *tomo ſecundo, Additionibus ad quæſtiones uſquales, conſil. 46. num. 5. & 6.* Deinde quia ita tenet communis ſtylus Summorum Pontificum in Bullis Canonizat. Beatificat. Innocentius IV. pro Sancto Petro Martyre. Eugenius IV. pro Sancto Nicolao Tolentino Sixtus V. pro Sancto Didaco. Clement. VIII. pro S. Hyacinto, & S. Raymundo. Urbano. VIII. pro S. Andrea Curſino; & B. Maria Magdalena de Pazzi. Ita *citat.* Fortunatus Scacchus *ſectione 6.* Contelorius *de canonizat. Sanctis cap. 15. n. 10.* ex variis Rotæ Relat. pro Sancto canoniz.

Scacchus. Contelor.

31. Præter ſanctitatem vitæ ad beatificationem, & canonizationem requiruntur miracula ut patet ex Bulla Gregorij IX. ſupra relata, quia poteſt contingere, quod ij, qui ſecundum apparentiam bonam vitam gerunt, in occulto tamen improbi ſint. Innocentius *cap. Audivimus, de reliquiis & venerat. in fine* Peirinis *tom. 1. Privil. Minor. in Conſtit. 16. Leon X. n. 8.* M. Lezana *ſupra citat. n. 12.*

Greg. IX.

32. Diximus communiter requiri miracula ad canonizationem, &c. quia abſolutè, & veluti de potentia abſoluta Papæ, fieri poteſt canonizatio alicujus, ex ſola vitæ ſanctitate, & finali perſeverentia, bene comprobata. Sic colligitur ex Leone X. in Canonizatione Sancti Brunonis ut refert Surius in ejus Vita; & ex Sixto IV. in Bulla canonizat. Sancti Bonaventuræ. Sic Auguſtinus Triumphus *de poteſtate Eccleſiæ, quæſt. 15. arr. 2.* Contelorius *de canonizat. Sanct. ſect. 19.* Baldellus *tom. 2. lib. 5. diſp. 12. num. 2.* Molfeſius *ſupra citatus, n. 59.*

33. Miracula autem, quæ requiruntur, debent eſſe poſt mortem patrata: nam quæ ſola fiunt in vita, non convincunt, nec apertè oſtendunt ſanctitatem, conſtat plures improbos dum viverent mirabilia patraſſe, quod fieri poterit ex dono quodam, & gratia gratis data, quæ poteſt haberi etiam ſine charitate, ut colligitur ex reprobis, qui dicturi ſunt in die judicij. Matth. 7. *Domine in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus.* Et ut adverti ibi *tomo ſecundo in Evangelia*; & notat Divus Auguſtinus *in Pſalm. 103. verſ. Qui tegis*; & habetur *cap. Prophetavit, 1. quæſt. 1.* Non dicetur eis. *Mentimini*, ſed dicetur, *Non novi vos:* quia ſcilicet poterat contingere, quod illa eſſent operati ope Dæmonum, ut Magi Pharaonis, Simon Magus, & alij. Ita Thomas 2. 2. *q. 178. art. 2.* Contelorius *ſuprà, citatus, cap. 20.* Baldellus *ſuprà, diſt. 14. n. 2.* Caſtellinus *de dilatione canonizat. pag. 134.*

Matth. 7. Auguſt. D. Thom. Contellot. Baldellus. Caſtellin.

34. Miracula, quæ requiruntur ad beatificationem, vel canonizationem, debent eſſe à ſolo Deo, & non quæ ex aliqua arte contingant, nec ex diabolo: nam aliquando talia per multos fiunt, quæ in oculis noſtris videntur miracula, *cap. Teneamus, 1. quæſt. 1. & cap. Prophetavit, quæſt. 7. § Ita Balaam.* Secundò, ut ſint ſupra naturam, id eſt, ſuper facultatem omnium cauſarum naturalium. D. Thom. *1. p. q. 110. art. 4. & 2. 2. q. 178. art. 2.* & ibi Theologi.

C. Taneam. C. Prophet. D. Thom. & Theol.

35. Ad canonizationem, ſeu beatificationem requiruntur miracula pro Sanctis Confeſſoribus, ac Virginibus, non autem pro Sanctis Martyribus, ut preponantur, ac declarentur, ut Sancti venerandi à tota Eccleſia, ſed de hoc latiùs *infrà verbo Canonizatio*, vel *verbo Martyr.*

36. Fama communiter, & regulariter non ſufficit pro probationem hujuſmodi cauſis, quia non facit plenam probationem, *l. 3. § ejuſdem quoque, ff. de teſtibus.* Accurtius *verb. Confirmat.* Bartolus *ibidem.* Cardinalis Albanus *tom. 2.* Decius *cap. 1. de probat.* Caſtellinus *ſupra citatus pag. 101.*

Leg. 3. Bartol. Albanus.

37. Tamen quando fama miraculorum eſt notoria, & probabilibus conjecturis, aut veriſimilibus argumentis innititur, magnum, & efficaciſſimum dat judicium ad effectum canonizationis, vel beatificationis, ut colligitur ex Bullis Summorum Pontificum pro canonizatione, vel beatificatione, ut patet ex litteris Paſchaſij II. *Dominum excelſum*, pro beatificatione Petri Epiſcopi Ananienſis. Alexandri III. *Redolet Anglia*, pro canonizat. S. Thomæ Cantuari. Gregorij IX. in literis *Mira circa nos*, pro canonizat. S. Franciſci. Honorij III. in litteris pro canonizat. S. Laurentij Epiſcopi Dublinenſis, & multi alij, quas ad intentum refert Fortunatus Scacchus *de cultu, & venerat. Sanct. lib. 1. ſect. 9. c. 7.* & patet etiam ex canonizat. & beatific. ut conſtat ex inſtrumentis. Canoniz. S. Andreæ Curſini, beatificationiſque B. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, ac multis aliis. Paſchaſius.

Paſchaſ. Greg. IX. Honro. III. Sacchus.

38. De exactiſſimis probationibus, inquiſitionibus, ac teſtibus, multiſque Congregationibus habendis ad effectum beatificationis, ac canonizationis, latiſſimè agunt Galleſinus *part. 3. de Canoniz. S. Didaci, cap. 6. § cujus ſingularis, & cap. 8. art 10. & ſequentibus* Jacobus Caſtellinus *de canoniz. Sanct. quæſt. 7. § Quæro qualiter.* Troylus *de canoniz. c. 1. num. 15. & cap. 4. num. 64.* Malverius *tract. de Canoniz. § Aggrediar. n. 53.* Fortunatus Scacchus *de canoniz. ſect. 1. cap. 8.* M. Lezana *in conſultis, conſulto 1. per totum.*

Galleſin. Decius. Caſtellin. Troylus. Maluerius Scacchus. Lezana.

QUÆSTIO VI.

Quibus datur officium recitare, & Miſſam celebrare de Dei ſerva Beatificato.

SUMMARIUM.

39 *Beatificatio cedit in gloriam Dei, beatificati, ac illius Religionis, vel provinciæ.*

40 *Decretum Sacræ Congregationis, & n. 41.*

42 *Pro Sancto beatificato quibus conceditur Officium recitare, hoc poſſunt, non tamen tenentur.*

43 *Quibus conceditur Officium recitare, & Miſſam celebrare, poſſunt Miſſam celebrare, in qualibet Eccleſia.*

44 *De ſancto beatificato non poteſt dici Miſſa votiva, niſi in magna aliqua ejus ſolemnitate, & n. 45.*

46 *Dies Sancti beatificati impeditus poteſt transferri ad diem non impeditum, & numero* 47.

39. PEr beatificationem, ſicut & canonizationem defertur aliquis ſacer cultus in honorem talis ſervi Dei, in utilitatem fidelium, qui inde ad devotionem inflammantur, ad taliſque juſti virtutes imitandas excitantur, & ad gloriam Dei, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis; opera enim, & miracula facta à tali Sancto, facta ſunt gratia, & virtute Dei, inſervitque etiam hoc ad magnum decorem Religionis, Provinciæ, ac patriæ, quæ tale germen produxit.

40. Innoc. X. Pro fundamento omnium, quæ dicenda ſunt in hac quæſtione, propono Decretum Innocentij X. nam cum in Sacra Congregatione Rituum delatæ eſſent multæ Auctorum ſententiæ (quas ſtatim referemus) exponentes Brevia Pontificia pro cultu Beatorum conceſſa, violenter, contra ipſorum verba, & mentem Sacræ Congregationis Innocentius X. condidit hoc Decretum ſequentis tenoris.

41. S. Congr. Sacrorum Rituum Congregatio die 5. Octobris 1652. *Cenſuit, & declaravit, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit, non potuiſſe, nec poſſe tam ſæculares, quam Regulares cujuſcunque Ordinis, & inſtituti etiam Societatis Ieſu, excedere limites verbales indultorum Sedis Apoſtolicæ ſuper beatificationibus, præſertim in celebratione Miſſarum, & Officij cum Octavis, niſi hoc Sedes Apoſtolica expreſsè eis indulſerit, & facta relatione per me Cardinalem Cornelium Epiſcopum Albanenſem die 16. Decembris 1652. Sanctitas ſua approbavit, & ſic ut præmittitur ſervari mandavit.* F. Epiſcopus Albanenſ. Cardin. Cornelius----loco ſigilli † Bernardinus Roccius Secretar. Rituum Congregat. Sacr. Romæ ex Typographia R. Cameræ Apoſtol. 1652. de quo vide *infrà, quæſt. 7. num* 54.

42. Ex quibus ſequitur. Primò, quod quando pro aliquo Dei ſervo beatificato conceditur pro aliqua Religione, vel Provincia, quod fiat de eo Officium, & Miſſa celebretur, Religioſi illius Religionis, vel Clerici illius Provinciæ non tenentur ſub peccato mortali, ſed tales Eccleſiaſtici liberè poterunt omittere tale Officium, quia in Bullis beatificationis ſtylus Curiæ habet, ut patet ex *q.* 1. tales Religioſi poterunt Miſſam celebrare, & Officium recitare; qui modus dicendi non infert obligationem, ut rectè obſervat M. Lezana *in conſult. conſult. 1. n. 63.* aliter dicendum de Sanctis canonizatis: nam in Bullis canonizat. dicitur ſtatuentes ut ab univerſis fidelibus Officium recitetur, & Miſſa celebretur, qui modus dicendi imponit obligationem. Lezana.

43. Notat etiam Granado 2. 2. *controverſ.* 1. *tract.* 7. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *num.* 17. quod quando pro aliquo beatificato conceditur alicui Religioni Miſſam celebrare de eo in die obitus ejus, quod Sacerdos talis Religionis ubique terrarum poterit de eo Miſſam celebrare in Eccleſia alterius Monaſterij, vel Parochiæ abſque culpa mortali, ait ipſe quod ſi ſemel, aut bis hoc fieret non videri peccatum lethale, quia cum celebratio ſit licita, quod ſolum mutatur Eccleſia, vel altare, non videtur gravis inordinatio, niſi ea mutatio toties fieret, ut merito judicari poſſet valdè contraria decreto Summi Pontificis: ita ille; & ultimum quod dicit, mihi non placet, quia ſi Religioſus per decem annos cum licentia ſui Prælati ſit in una Civitate, in qua non eſt Conventus ſui Ordinis, quotannis in die talis beatificati, verbi gratiâ, Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi, poterit Carmelita de ea Miſſam celebrare, quia conceſſio Miſſam celebrandi ſolum reſtringitur ad perſonas illius Religionis, non verò ad illius Eccleſias, vel loca; niſi expreſsè in Bulla beatificationis locus reſtringatur.

44. Maximè tamen dubitatur, an de Sancto beatificato poſſit celebrari Officium cum Octava, vel Miſſa votiva per annum dici, vel etiam de eo per annum dari illius commemoratio? Negativam partem conſtanter tuentur Turrianus 2. 2. *diſp.* 17. *dub.* 8. Amicus *tom.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 4. *num.* 100. Trullench. *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *dub.* 5. *num* 9. & 10. Ioannes à D. Thoma 2. 2. *diſputat.* 9. *artic.* 1. *folio* 772. Diana *tom.* 12. *tract.* 2. *reſol.* 19. §. *Obiicies.* Fundamentum eorum eſt, quia Sancto beatificato non poteſt deferri aliquis cultus, niſi tantum ille, qui in Bulla beatificationis exprimitur expreſsè, ut declaravit Innocentius X. atqui tantum declaratur, quod fiat Officium, & Miſſa de eo in die obitus ejus, ergo ultra non poteſt fieri Officium, ac Miſſa cum Octava, nec votivæ per annum; de Octava expreſsè prohibetur in dicto Decreto. Turrianus, Amicus, Trullench, Ioan. à D. Thoma, Diana.

45. Tamen ſalva pace tantorum virorum. Dico, quod bene poteſt Miſſa votiva celebrari de Sancto beatificato, quando primo ſolemnitas ejus beatificationis celebratur in aliqua Provincia, vel in aliquo Conventu Religionis ab his, quibus conceditur de eo Miſſa celebrari, ſicut & ab eis poteſt Miſſæ ſacrificium dici, quando primo altare, vel Capella dedicatur beatificato, vel præ aliqua magna neceſſitate, vel beneficio obtento. Probatur, quia talibus perſonis conceſſum eſt de tali Beato Miſſam celebrari, proinde declaratur illum eſſe dignum ut Miſſæ ſacrificio honoretur. Hi autem caſus ſunt magni, & magna nota digni, ergo per epieicheiam videntur excepti à communi lege, & ſi Pontifex de illis interrogaretur, valdè veriſimile eſt, quod concederet: loquimur ſecundum communem ſtylum beatificationis, quia ſi ſua ſanctitas conceſſerit, quod de eo, quodlibet die, & à qualibet perſona poſſit Miſſa celebrari, tunc ceſſat omnis difficultas.

46. Si tamen Sanctus beatificatus ex cauſa transferatur, verbi gratiâ, dies 25. Maij eſt feſtivitas Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi, ſi tunc inciderit ſolemnitas Aſcenſionis, an ejus feſtivitas poterit transferri in alium diem non impeditum? Multi apud Auctores citandos negant, alij plurimum dubitant. Ut Joannes à Divo Thoma *ſuprà citatus*, Diana *citato tractatu* 12. *reſolutione* 21. §. *Verum oppoſitum*, quia dies beatificati aſſignata eſt à Sacra Congregat. pro tali die, ergo in alium non poteſt transferri, quia juxta Decretum Innocentij X. beatificato non poteſt alius cultus deferri, niſi ille tantum, Ioan. à D. Thoma, Diana.

tantum, qui aſſignatus eſt à Sacra Congregatione; & ideo Auctores citati dicunt ſatius eſſe in hac re conſulere Sedem Apoſtolicam.

47. Tamen ego ſimpliciter dicendum exiſtimo, quod dies feſtus talis beatificati, poteſt transferri, quia conceſſio Apoſtolica intelligenda eſt fieri juxta regulas Breviarij, & ita in multis Bullis beatificationis exprimitur, ut in Bulla beatificationis Beati Franciſci de Borgia, dicitur ut recitetur Officium de Sancto Confeſſore non Pontifice iuxta rubricas Breviarij, & ita ſemper intelligenda eſt conceſſio, quamvis non exprimatur, quia mens Sacræ Congregationis videtur eſſe, ut quolibet anno eius feſtivitas celebretur, ac proinde ſi propria dies eſt impedita ad alium transferatur: & recitatio talis dici non videtur ita reſtringenda, cum favores ſint ampliandi; & conceſſio intelligenda eſt juxta rubricas Breviarij, ſis à quocunque celebrandis, & ſic cum taliter ſit declaratum, non eſt unde quilibet Sacerdos impediatur talem Beatum venerari per ſuas Miſſas, abſque alia Sedis Apoſtolicæ auctoritate, cum iam per ipſam Sedem Apoſtolicam declaratus ſit tali Miſſa dignus.

Dico tamen, quod oppoſita ſententia mihi ſimpliciter eſt vera. Eam tuentur Granado *ſecunda ſecundæ, controverſ.1.tract. 7. diſput. 4. ſect.2. num.* 18. Turrianus 2.2. *diſp.* 17. *dub.*8. Amicus *tom.*3.*diſp.*7.*ſect.* 2.*num.* 200. Pellizarius *tom.*2.*tractatu* 8.*cap.* 2.*num.*126. Anton. Eſcobar *in Theolog. Morali edition. ultima, exam.* 12. *cap.* 4. *num.* 42. Trullench. *in Decalog.tom.*2. *lib.*1. *cap.*9. *dub.* 5. *num.*9 *&* 10. Diana *p.*12.*tract.*2. *reſol.*21. & Ioan.à D. Thoma *ſuperiori quæſt. citatus.* Et probatur, quia maximè diſtinguitur cultus, qui defertur Canonizato, ac beatificato: nam cultus canonizati conceditur ſimpliciter pro omnibus, at cultus beatificati reſtringitur ad certam Provinciam, ac ad certam Religionem ut patet *ſuperiori q.* ergo ex eo quod reſtringitur ad certam Provinciam, ac Religionem, ut ab eis Officium recitetur, Miſſa celebretur, altare erigatur, excluduntur alij pro quibus non conceditur. 50. Granado. Turrian. Amicus. Pellizar. Eſcobar. Truſſench. Diana. Ioan.à D.Thom.

Probatur etiam ex Alexandro III. *cap. Audivimus, de conſecr.* quod non liceat ſine auctoritate Romani Pontificis aliquem venerari po Sancto, ergo eis, ad quos talis auctoritas non ſe extendit, ſed reſtringitur, non licet alicui venerationem exhibere; quia quidquid ampleus fit, ſine auctoritati Romani Pontificis fit; ergo cum concedit licentiam pro tali Provincia, vel Religione, aliis cenſetur denegata? in hoc enim diſtinguitur canonizatio à beatificatione, cultus canonizati eſt pro omnibus, beatificati vero pro certis, & determinatis perſonis. 51. Alex.III.

Nec obſtat, quod facta beatificatione, ſupponitur talem virum eſſe in gloria, & ſic deferri ei poteſt cultus? non inquam obſtat hoc, quia cultus publicus non ſolum requirit, quod homo ſit in gloria, ſed etiam judicium, aut licentiam Eccleſiæ, quæ quoad hoc eſt reſtricta. 52.

Confirmatur noſtra reſolutio ex declaratione S. Congreg. Cardinalium approbata à Sanctiſſimo Domino Papa, quod nullus cultus deferatur viris beatificatis, niſi ille, qui Bullis beatificationis eis expreſsè datur, ac conceditur, ut patet ex ipſo Decreto, quod retuli *ſuperiori quæſtione ſexta, in principio, num.*41. 53.

Non deſunt tamen, ut advertit Diana, Doctores qui preſſi ſupra dicto Decreto, quod ſatis urget, aſſeruerunt, vel non fuiſſe legitimè promulgatum, vel non fuiſſe uſu receptum, vel non tollere praxim, & conſuetudines communiter in aliqua Provincia uſu receptas, ſed his minimè ſtandum eſt: nam Decretum cum fuiſſet Romæ typis datum videtur ſufficienter promulgatum, & mens Sacræ Congregationis eſt; ut beatificatis nullus alius cultus deferatur, niſi ille, qui expreſsè in Bullis declaratur. 54. Diana.

Quæres tamen, verbi gratiâ, pro Beata

QUÆSTIO VII.

Suppoſito quod aliquibus conceditur licentia recitandi Officium, ac Miſſam celebrandi de aliquo Beato, an poſſint licitè omnes alij uti tali conceſſione?

SVMMARIVM.

48 *Status quæſtionis.*
49 *Prima ſententia affirmat.*
50 *Oppoſita ſententia vera, & num.*51.
52 *Diluitur fundamentum contrariæ ſententiæ, & num.*53.
54 *Frivola rejiciunt aliqui Decretum Congregationis non admittentes.*
55 *Si detur reliquia inſignis de Sancto beatificato in Eccleſia non propria, non debet de eo celebrari Officium, vel Miſſa, & num.* 56.

48. QVæſtio præſens: concedit ſua ſanctitas ut una Provincia, vel Religio Officium recitet, Miſſam celebret de tali beatificato. Quæſtio eſt, an non ſolum Eccleſiaſtici illius Provinciæ, vel Religionis poſſint illa ſolvere, an etiam Sacerdotes extranei, verbi gratiâ, alterius Provinciæ, vel Religionis poſſint, de tali Beato Miſſam celebrare, & commemorationem facere in Miſſa per annum?

49. Affirmativam ſententiam docet Thomas Tamburinus *Opuſculo de ſacrificio Miſſæ, lib.*2 *cap.* 6. §. 8. *num.* 15. citans pro ſua ſententia Fagundez, in qua etiam ſententia eſt Quintanaduen. *tom.* 1, *tractatu.* 6. *ſingul.* 5. *num.* 2. *cum ſequentibus.* Fundamentum eſt, quia una Miſſa ejuſdem eſt valoris, & dignitatis, ac quælibet aliæ, proindéque ut Pontifex declarat talem Beatum dignum eſſe una Miſſa, ut dicatur ab una perſona determinata, declarat illum eſſe dignum omnibus aliis Miſ- Tamburin. Quintanad.

Maria Magdalena beatificata conceditur Carmelitanis in ejus die Officium, ac Miſſam, celebrare; an verò ſi notabilis ejus reliquia ſit in alia Eccleſia Parochiali, verbi gratiâ, Sancti Nicolai, Clerici, vel Religioſi illius Eccleſiæ poſſint tali die de ea Miſſam,& Officium celebrare? Ratio dubitandi eſt, quia Sacra Congregatio die 8. Aprilis 1628. & antea die 23. Novembris 1603. decrevit; *De Sancto cujus reliquia inſignis habetur, & approbata, fieri poſſe Officium duplex*; ut refert Lezana *tomo primo ſummæ, cap. 12. num. 33.* Barboſa *de Paroch. parte prima, c. 10. n. 18.*

Lezana. Barboſa.

57. Tamen exiſtimo, quod de tali Sancto beatificato non poſſit recitari Officium in alia Eccleſia, præterquam illa, pro qua conceditur, verbi gratiâ, Carmelitana. Probatur, quia diſpoſitio generalis reſtringitur ex diſpoſitione particulari, *l. cum prætor*, §. *Dulciſſimis, ff. de legato 2. l. eſt de certa re, l. de Tranſactis.* Gironda *de Privileg. ſeu exemption. ſignific. num. 277.* Surdus *conſil. 389. num. 9. & ſequentibus*; ergo illa diſpoſitio generalis recitandi Officium de Sancto, cujus eſt reliquia nótabilis, reſtringitur à diſpoſitione particulari, in Sancto Beatificato pro tali loco,& Religione. Secundò, diſpoſitio generalis non comprehendit caſum ſpecialiter diffinitum, *l. cum in teſtament. §. final. ff. de hæred. inſtitut. lib. ſervo manumiſſo, ff. de pecul. leg.* Barboſa *Axiomata juris*; *Axiomata 73. numero nono.* Atqui de Sancto beatificato ſpecialiter diffinitur cultus pro certa Religione, ac loco, ergo illa regula generalisde officio pro habita reliquia, non comprehendit cultum pro tali Sancto diffinitum.

Barboſa.

Quæstio VIII.

Explicantur alij cultus, qui poſſunt Beatificato deferri.

SVMMARIVM.

57 *In honorem Beatificati poteſt erigi altare, & etiam Capella, non tamen templum conſecrari.*

58 *Ex communi uſu Beatificatus defertur in proceſſionibus, depingitur cum lumine, non tamen cum radiis, & n. 59.*

60 *Beatificatus vulgariter poteſt dici Sanctus.*

57. Turianus. Amicus. Granado Ioan. á D Thom. Diana.

EX doctrina data maximè *quæſtione ſexta*, inferunt ibi citati Auctores Turrianus, Amicus, Granado, Joannes à Divo Thoma, ac Diana, quod in honorem, ac venerationem Beatificati poteſt erigi altare ab his tantum, quibus conceditur Miſſam celebrare, in eorum Eccleſiis tantum, & non in aliis, nec etiam templa conſecrare, ab his etiam, quibus data eſt facultas Miſſas celebrandi. De altari inde oſtenditur, quia hic honor eſt intrinſecè connexus cum ipſo cultu ſacrificij, cum nequeat niſi in altari ſacrificium offerri, ex quo infero, quod ei etiam poteſt conſecrari Capella, quæ maximè requiritur ad decentiam, & ornatum altaris, & cum erectio altaris ſit in ordine ad ſacrificium, inde fit, quod ſolum altare erigi poteſt ab his, quibus datur ſacrificium offerre. Nec poſſunt Beatificato templa dedicari, inquiunt Auctores citati, quia honores beatificati reſtringuntur in Bulla ad certas perſonas, & ad certum cultus genus; ergo non eſt extendendum, quia ad ſacrificium Miſſæ celebrandum ſufficit altare, ergo non eſt ampliandum ad dedicationem templi, hoc enim pertinet ad cultum canonizati, qui ſuperior, & excellentior eſt.

58. Ioan. à D. Thom. Amicus.

Obſervant etiam Joannes à Divo Thoma *ſecunda ſecundæ, diſputatione nona, articulo primo, folio 772.* & Amicus *tomo quinto, diſputatione ſeptima, ſectione quarta, num. 100.* quod nempe ex uſu, & praxi communi videmus aliqua ſpecialia ſigna publici cultus exhiberi Beatificatis, quorum non fit expreſſa mentio in decreto Beatificationis: nam ſolent deferri eorum imagines, aut reliquiæ, in ſolemni proceſſione, & in templo, aut altari variis locis collocari, & cum lumine pingi, vel circulo in capite, non tamen cum radiis, hoc pertinet ad canonizatos.

59. Turrian.

Difficultas etiam eſt, an Beatificatus poſſit Sanctus appellari? Et ratio difficultatis eſt, quia in Decreto Beatificationis explicatur, appellandum eſſe Beatum. Tamen multorum ſententia eſt, ut teſtatur Turrianus *ſecunda ſecundæ, diſputatione decima ſeptima, dub. 8.* Beatificatum appellari poſſe Sanctum, quia beatificatus eſt. Primò, quia ita habet communis uſus, & praxis populi Chriſtiani. Secundò, quia eſt ſermo de Sanctis Beatificatis, in cujus beatificatione conceditur aliquibus, ut Miſſa, & Officium de communi poſſint recitari, & celebrari certo die, & Beatificatus vel eſt Confeſſor; & Pontifex, vel Confeſſor & non Pontifex, ſeu Abbas, & in oratione ſecreta utriuſque Miſſæ communi datur Sancti appellatio. Tertiò. Quia Sancti appellatio videtur incluſa in appellatione Beati: nam nomen Beati in hac materia ſignificat animam viri defuncti eſſe in beatitudine eſſentiali, & videre Deum clarè, omnis enim Beatus Sanctus eſt.

60. Obſervandum tamen eſt, quod Beatificatus dicitur Sanctus, non quod ita declaratus ſit auctoritate Apoſtolica, nec quod in Catalogo Sanctorum ſcriptus ſit ab Eccleſia, ſed quod cum per beatificationem declaratus ſit Beatus in gloria Dei, ac viſione beatifica eſſentiali, inde Sanctus nuncupatur. In quo maximè diſtinguitur hæc appellatio à viro pio, & devoto, quia aliquando dicitur Sanctus ſecundum vulgi opinionem, ac æſtimationem; at beatificatus dicitur Sanctus, ex eo quod ab Eccleſia Beatus declaratur.

RESO

RESOLUTIO XVI.

Bellum.

QUÆSTIO PRIMA

Quid, & quotuplex sit bellum, nominisque ethimologia, & quas conditiones requirit?

SUMMARIUM.

1 *Ethimologia nominis belli.*
2 *Quid sit bellum, & in quo differat à seditione, & rixa.*
3 *Quotuplex si bellum.*
4 *Explicantur conditiones belli justi.*
5 *Causæ, ob quas bellum juste indicitur.*

1. HÆc materia maximè pertinet ad summistas ac Theologos, 2. 2. Tamen prout ad Religiosos, ac Ecclesiasticos pertinet, breviter prælibabimus, & à nominis ethimologia incipio. *Bellum à belluis dicitur*; ut ait Festus, quia belluarum sit pernicioſa diſſenſio, ſeu ut ait Servius apud Theſaurum linguæ Latinæ, bellum dicitur eo quod quid minimè bellum ſit, & in hoc incidit, quòd ait Valentia *tom. 2. diſp. 3. quæſt. 16. punct. 1.* quod dicitur bellum per antiphraſim à bello, id eſt pulchro, quia nihil pulchrum habet.

Feſtus. Servius. Theſaurus. Valentia.

2. Bellum, ut docet D. Thomas 2. 2. *quæſt. 41. art. 1.* & Theologi ibi, eſt armorum conflictus, ſeu profeſſio nocendi, vi, & armis contrariæ parti: differt tamen à ſeditione, & rixa; bellum enim multitudinis eſt contra extraneos, ſeditio verò multitudinis contra multitudinem eiuſdem civitatis, ſeu communitatis. Rixa autem paucorum, vel ſingulorum contra paucos, vel ſingulos. Ita D. Anton. *part. 2. tom. 4. cap. 8. §. 1.*

D. Thom. D. Anton.

3. Bellum, aliud eſt publicum, aliud privatum. Publicum, quòd indicitur auctoritate ſupremi Principis, privatum verò, quòd tali auctoritate non indicitur, ſed alicuius principis ſuperiorem habentis, Secundò. Bellum aliud eſt offenſivum, aliud defenſivum. Offenſivum verò, in quo vis infertur, injuriæ vindicandæ cauſa, defenſivum autem id, in quo vis per injuriam illata repellitur. Tertiò. Aliùd eſt juſtum, aliud injuſtum. Iuſtum, quod habet conditiones infra aſſignandas; injuſtum verò, quod illis privatur, Reginaldus *tom. 2 lib. 21. cap. 110.* Filliucius. *tract. 29. cap. 9. num. 180.* Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 12. n. 2.* Rodrig. *in ſumma tom. 1. cap. 25.* Sylvius 2. 2 *quæſt. 4. art. 1.* ex D. Thoma.

Reginald. Filliucius. Laymau.

4. Ad bellum juſtum tres conditiones requiruntur ex D. Thoma 2. 2. *quæſt. 40. art. 1.* Prima legitima auctoritas indicentis, qualis reſidet in ſupremo Principe, ac perfecta Republica. Secunda conditio, quæ eſt populſatio gravis, ac certæ iniuriæ, vel in propria perſona, vel in re ſua, & non ſufficit qualiſcumque perſuaſio, de juſta belli cauſa, ſed requiritur certa vel ſaltem probabilis cognitio, quæ arbitrio prudentum ſufficere poſſit. Tertia, quòd non ex odio, & invidia, ſed ex motivo charitatis, vel juſtitiæ id fiat, ita ex Bacconio Michael de Bononia *in 4. diſt. 15. quæſt. unica.* Molina *diſp. 102.* Victoria *de bello, num 20. 21. & 27.* Bonacin *de reſtitut. quæſt. ultima, ſect. 1. punct. ultim. §. 1. num. 6.* Azor. *3. part. l. 2. cap. 7. quæſt. 1. & 5.*

D. Thom. Bacconius. Michael. Molina. Victoria. Bonacina. Azor.

5. Cauſæ, ob quas ille, qui habet auctoritatem juſte poteſt bellum indicere tredecim à Doctoribus ennumerãtur. Prima eſt infidelitas non quidem ſola, ſed ob aliquam circumſtantiam ei annexam, nempe quando infideles inferunt iniuriam Chriſtianis abducendo illos à vera religione, vel impediendo prædicationem Evangelij. Secunda; eſt hæreſis, requiritur tamen ut hæretici ſint ab Eccleſia denuntiati. Tertia; quando negatur aliquid, quòd iure naturæ debetur. Quarta; quando terræ, vel regna injuſtè ab alio poſſidentur. Quinta, quando populus injuſte opprimitur ſervitute, vel aliis injuriis, Sexta, quando populus præbet auxilium inimicis, qui gerunt injuſtum bellum Septima; quando legati alicuius Principis afficiuntur magna contumelia Octava cum quis ſeditionem movet, vel rebellionem contra Principem. Nona; cum quis defendit hominem ſceleratum, qui juſtè petitur ad ſupplicium. Decima; quando Princeps, vel populus non ſtant pactis, vel pollicitis. Vndecima; defenſio amicorum, & liberatio ex captivitate. Duodecima; cædes alicuius viri Principis ſanguine conjuncti. Decima tertia; quando populus confæderatus, & amicus habet juſtam cauſam inferendi bellum Ita Covar. *Reg. peccatum. part. 2. §. 9.* Molina *tom. 1. diſp. 104.* Azor. *citat. cap. 7. quæſt. 3. & 4.* Bonac. *de reſtit. diſput. 2. quæſt. ultima, ſect. 1. punct. ultimo, §. 2 num. 7.* Layman *lib. 2. tract. 3. cap. 12 num. 5.* Sylvius 2. 2. *quæſt. 40. art. 1. q. 2. & 4. concluſ. 1.* Baſſæus *verb. Bellum, n. 3.*

5.

Covarr. Molina. Azor. Bonacina. Layman. Sylvius.

QUÆSTIO II.

Vtrum dari poſſit bellum ex utraque parte iuſtum?

SUMMARIUM.

6 *Formaliter, ac per accidens poteſt dari bellum juſtum ex utraque parte, non tamen materialiter.*

REſpondeo cum communi ſententia affirmative, quòd dari poteſt formaliter, ac per accidens, ut propter invincibilem ignorantiam alicuius, aut propter opinionem probabilem, quam quiſque ſequi poteſt in bello indicendo. Sic ſit bellum ex utraque parte iuſtum, quod perpetrarunt Iſraëlitæ contra Chananæos: erat iuſtum ex parte Iſraëlitarum, quia habebant divinum mandatum: Erat etiam juſtum ex parte aliorum, quia divinæ voluntatis, ac mandati divini habebant ignorantiam. Materialiter verò, ipſa non poteſt eſſe bellum juſtum ex utraque parte, quia realiter

realiter uni ſoli competit jus ; & actus contrarij circa idem non poſſunt ex ſe pertinere ad eandem virtutem. Ita communiter Doctores, Covar. *p.2. ad Reg. peccatum,§.10. num.6.* Malderus *de virtut. quæſt. 40. dub. 4. articul. 1.* Victor. *relect. de jure belli,num.32.* Petr. Navar. *lib.3. de reſtitut. dub.13.* Molina *tom. 1. de juſtit. diſp. 103.* Sancius *in ſelect. diſp. 44. num. 60.* Diana *part.2. tract.13. Reſolut.8.*

Covarr. Malderus. Victoria. Petr. Navar. Molina. Sancius. Diana.

QUÆSTIO III.

Prælati Eccleſiaſtici ſupremi in temporalibus licitè poſſunt indicere bellum.

SUMMARIUM.

7 *Supremi Domini Eccleſiaſtici poſſunt indicere bellum.*

8 *Facientes tale bellum ſecuto homicidio non ſunt irregulares.*

9 *Non ſupremi Domini Eccleſiaſtici titulo defenſionis, & n. 10.*

11 *An non ſupremi Domini Eccleſiaſtici poſſint eſſe ductores.*

7. PRælati Eccleſiaſtici, qui nulli ſubiiciuntur, & habent ſupremam juriſdictionem temporalem, ut aliqui Germaniæ Epiſcopi, verbi gratia, Trivirenſis, Moguntinus, & Colonienſis, interveniente juſta cauſa poſſunt indicere bellum, exercitum convocare, belli ducem conſtituere. Ita Sylveſter. *in ſumma, verb. bellum,3.quæſt.1.* Valentia *tom. 3.diſp.3.punct.4. §.quintò certum eſt,* Suar. *tom.de Fide,tract.3.diſp. 13. ſect. 3. num. 2.* & apertè conſtat ex *cap. Epiſcopus, ne Clerici, vel Monachi, in 6.* ubi ad finem dicitur. *Licèt Clericis cauſas ſanguinis agitare non liceat, eas tamen cum juriſdictionem obtinent temporalem, debent, & poſſunt, metu irregularitatis ceſſante, aliis delegare.* Et ratione convincitur, quia tales non ſunt inferioris conditionis, quàm alij Domini temporales, nec habent minus jus ad ſuum ſtatum, ac rempublicam tuendam, quam alij, cum tale jus pertineat ad illam ſupremam poteſtatem, quæ perfecta, & integra eſt in hujuſmodi principibus.

Sylveſter. Valentia.

8. Ex quo deducunt citati Auctores, quod tale bellum facientes iſti Principes Eccleſiaſtici, etiamſi ſequantur homicidia, non ſunt irregulares, ut conſtat ex citato textu, & ex hoc etiam fundamento, licet his Principibus conſtituere judices, qui juſtè judicent, & damnent in cauſis criminalibus.

9 Sylveſter. Addit tamen Sylveſter *citatus, num. 2.* hoc jus indicendi bellum poſſe convenire Epiſcopis ex vi ſpiritualis poteſtatis, indirectè tamen quòd neceſſarium ſit ad bonum ſpirituale, verbi gratia pro extirpandis vitiis, vel bonis Eccleſiæ defendendis, ſed hoc ut ait Suar. citatus, de ſummo Pontifice facilè creditur, de aliis verò non ſupremis Dominis temporalibus ſolum titulo defenſionis, nam ad aggrediendum non ſunt ipſi ſupremi in ſpiritualibus, & facile poſſunt ad ſupremum caput Eccleſiæ habere recurſum.

Nec textus *cap. Maximianus 23. quæſt. 3.* quem adducit Sylveſter, aliud probat, ſed ſolum quòd poſſunt Epiſcopi convocare Principem ſæcularem, qui bella gerat pro defenſione ſuæ Eccleſiæ, prout facit Textus. Maximianus. Bañez 2. 2. *quæſt. 40. art. 2. dub. 3. concluſ 4.* Sic autem facientes non incurrunt in irregularitatem. Toletus *in ſumma lib. 1. cap. 85. num. 8.* M. Lezana *verb. bellum,n.6.*

10. C. Maxim. Bañez. Toletus. Lezana.

Qui etiam addit, quòd non poſſunt tales Epiſcopi habentes temporalem juriſdictionem eſſe exercitus ductores propria præſentia ; ut colligitur ex citato *cap. Epiſcop. ne clerici, vel Monachi,* ex illo verbo *aliis delegare*, quo denotatur, ſolum per alios poſſe id munus exercere. Layman tamen *lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 19. §. Deinde*, tenet id intelligendum, niſi adſit neceſſitas, aut diſpenſatio Pontificis, vel dicam etiam, magna utilitas, quia nempe ex eorum peæſentia magnum erit excitamentum militibus ad pugnam, ac etiam aliis ut ad bellum ſe conferant.

11. C. Epiſcop. Layman.

QUÆSTIO IV.

Utrùm Eccleſiaſtici poſſint bellum juſtum ſuadere, ad illudque conſilium dare?

SVMMARIVM.

12 *Licitum eſt Eccleſiaſticis bellum juſtum ſuadere.*

13 *Aliqui Textus de bello injuſto intelligendi.*

14 *Eccleſiaſtici ſuadentes, conſilium dantes, & exhortantes non incurrunt irregularitatem.*

12. DIco in hac re licitum eſſe Eccleſiaſticis nempe clericis, ac religioſis bellum juſtum ſuadere, ad illudque conſilium dare. Ita Covarruvias, & Navarrus citandi. Valentia *tom. 3.diſp.3.quæſt.16.punct.1.§. Quarto certum eſt.* Suar. *tom.de fide, tract.3. diſp. 13.ſect.3. num. 7.* Layman *lib.2.tract.3. cap.12. num.19. §. Deinde licet.* Probatur, quia hoc nullo jure invenitur prohibitum. Deinde hoc videtur conceſſum 23. *quæſt.8. cap. quicunque cap.ſi quis Epiſcopus,* ex quo expreſsè ait D. Thom. 2. 2. *quæſt. 40. art.2. ad 3. Ad clericos pertinet diſponere, & inducere alios ad bellandum bella juſta.* Non enim tunc conſulitur homicidium, ſed actus juſtitiæ, ac fortitudinis, ſicut conſilium recte judici damus, ut juſtè judicet.

Covarr. Navarr. Valentia. D. Thom.

13. Ex quo intelligendus eſt Innocentius III. *cap. quòd in dubiis de pœnis*, dicens enormiter peccare clericos, qui alios incitant ad pugnandum, quòd interpretandum eſt de bello injuſto, exponunt Valentia, & Layman citati, de illis, qui in particulari ſuadent occiſionem aliquorum.

Innoc. III. Valentia. Layman.

Unde fit quòd clerici, vel Religioſi ſuadentes, conſulentes bellum juſtum, vel exhortantes ad illud fortiter agendum, nullam incurrant irregularitatem, neque enim talis exprimitur in jure, neque ipſi cooperantur mortaliter homicidio, nam talis animatio, ac

14.

exhorta

exhortario est quid extrinsecum ad homicidium, dummodo id faciant solum in communi, non autem in ordine ad occidendum aliquem in particulari, & ita non contrahunt aliquam irregularitatem. Ita Navar. *cap.* 27. *num.*216. Couar. *relect. in Clement. si furiosus part.*2.§.3.*num.*2. Bonac. *de censur. disp.*7. *q.*4. *punct.* 4. *num.*5. Quidquid in contr. dicant Sylvester, Hostien. apud Filliucium *tract.* 19. *n.*274. Diana *part.*9. *tract.*6. *Resol.*7.

Navarr.
Covarr' Bonacina. Sylvest. Hostiens. Filliuc. Diana.

QVÆSTIO V.

Vtrum Ecclesiastici possint assistere in bello, in eoque pugnare?

SVMMARIUM.

15 *Religiosi possunt bello iusto assistere ad danda consilia.*
16 *Et etiam sine licentia prælati nulla afficiuntur irregularitate.*
17 *Etiam possunt assistere in bello iniusto ad spiritualia.*
18 *Tota doctrina procedit de Religiosis in sacris, laicis, & eiectis.*
19 *Non verò de novitis in rigore.*

15. DIco quòd Ecclesiastici tam clerici, quàm Religiosi de licentia suorum Prælatorum possunt bello iusto assistere, ut consilia spiritualia dent, Sacramenta ministrent, eosque moneant, ac exhortentur ad fortiter pugnandum pro fide, pro patria, ac republica. Conclusio est communis communi usu recepta. Colligiturque *ex cap. multa de voto §. de clericis*, Suar. *tom.*5. *de censur. disp.*47. *sect.*6.*n.*7.

Cap. multa de voto. Suar.

16. Filliuc. Advertit Filliucius *tract.*19. *num.* 275. probabile esse Religiosos interessentes bello sine licentia superioris nulla affici irregularitate; quantumvis exhortentu modo dicto, ad strenue pugnandum: peccare tamen utpote violantes prohibitionem ipsis factam, de non assistendo bello, non servantes debitum ordinem, ac decentiam status religiosi.

17. Etiam dico, quòd in bello iniusto possunt Ecclesiastici assistere ad dissuadendum principes, duces, ac milites à tali bello, & ut periclitantibus, ac morientibus Sacramenta ministrent, hoc enim postulat Christiana charitas, de quo infra *quæst.*9.

18. Quinam verò sint hi Ecclesiastici maximè dubitatur, & certum est, quòd tota hæc doctrina procedit de Religiosis in sacris constitutis. Et idem dicendum est, de Religiosis laicis, ac eiectis, quia quantumvis in perpetuum eiectis, non desinunt esse religiosi. Nam *c.*1. *Ne clerici, vel Monachi, & cap. ex multa de voto*, ubi generaliter prohibentur Ecclesiastici pugnare in bello aggressivo, quantumvis iusto, & ideo isti pugnantes in tali bello sine debita licentia, ac circumstantia, de quo *quæst. sequenti*, peccant mortaliter. Molina *disp.*103. §. *secundum est.* Lezana *verb. Bellum num.*20.

C. Neclerici C. ex multa. Molina. Lezana.

19. De novitiis verò stando in rigore iuris, cum in odiosis non veniant nomine Religiosorum, neut personæ Ecclesiasticæ habeantur, ideo in præsenti non comprehenduntur prohibitionibus factis circa Religiosos. Dicimus, *in rigore iuris*, quia novitio, qui mortificationibus, ac experimentis Religionis probandus est; non licet se intromittere etiam ad tempus in his, quæ sæcularibus negotiis militant. Pellizar. *tom.*2. *tract.*7. *cap.*5. *n.*203.

Pellizar.

QVÆSTIO VI.

Vtrum liceat Ecclesiasticis pugnare in bello iusto sive defensivo, sive offensivo?

SVMMARIVM.

20 *Pugnantes Ecclesiastici in bello iusto defensivo nullam incurrant irregularitatem, si pro vita, vel patria pugnant.*
21 *Pugnantes in bello offensivo, esto percutiant, non incurrunt irregularitatem, nisi occidant, vel mutilent, & n.*22.23.

20. DIco. Primò, quòd Ecclesiastici pugnantes in bello iusto, sive reputato iusto defensivo, occidendo, sive mutilando, ac percutiendo pro defensione propriæ vitæ, vel patriæ, vel boni communis licite hoc faciunt, & nullam incurrunt irregularitatem, ita contra Caietanum & Bañez docent ac tenent Valentia *tom.*3.*disp.*3. *quæst.*16.*punct.*4. Molin. *de iustit. tom.*1. *tract.*1. *dis.*109. Sayrus *de censur. lib* 6. *cap. ultim. num.*9. Cardinalis Hugo *in responsa. lib.*5.*dub.*14. Præpositus, Turrian. Hurtado, quos citat, ac sequitur Diana *part.*9. *tract.* 9. *Resol.*8.& probatur, si enim quis non incurrit irregularitatem, quando occidit alterum necessario ad iustam proximi defensionem, multo minus incurret, quando id præstat ad bonum, quod requirit Respublica. Et confirmatur. quia valdè durum videtur, quòd privatus incurrat irregularitatem propter actum, ad quem ex iure naturæ obligatur, cum ex hac ratione multi excusentur ab observatione præceptorum, ergo pugnantes pro defensione propriæ vitæ ac patriæ, quòd ius naturæ dictat, ergo non incurrūt irregularitatē.

Caietan. Bañez. Valentia. Molina. Sayrus. Lugo. Præpositus. Turrian. Hurtado. Diana.

Dico secundò, quòd licet Ecclesiasticis, verbi gratia Religiosis prohibitum sit pugnare in bello offensivo, seu aggressivo iusto, tamen pugnantes non incurrunt irregularitatem, esto aliquos percutiant, dummodo non occidant, vel mutilent. Ita Navarr. *in Manuali cap.*27. *num* 215. Suar. *tom.*5. *de censur. disp.*47. *sect.*6. *num.*9. Toletus *in summa lib.*1. *cap.*85. *num.*5. M. Cornejo *de irregul. disp,* 11. *dub.*2. Candid. *tom.*1. *disquis.*17. *art.*14. M Lezana, *verb. Bellum num.*9. Filliuc. *tract.*19. *cap.*10. *qnæst.*5. Pellizar. *tract.*7. *cap.*5. *sect.*4 *n.*199.

21. Navar. Suar. Toletus. Cornejo. Candidus. Filliuc. Pellizar.

Prima pars conclusionis, quòd veritum sit Ecclesiasticis pugnare in bello iusto offensivo Probatur *ex cap. clericum cap. de his clericis dist.* 50. *c. eos qui* 20. *q.*3. *c. quicunque clericus, & cap. quicunque ex clero* 13. *quæst.*8. *& cap. ex multa* § *ultim de voto.* Et pro hoc expresse stat D. Thomas 2.2. *quæst.*40. *art.*2. Valde enim indecens est, ut qui spirituali militiæ se tradiderunt,

22. C. clericum Cap. de his Cap. eos. C. quicûque C. ex multa D. Thomas

diderunt, arma, vel negotia ſæcularia exercẽant.

22. Secunda pars concluſionis. Quòd non incurrunt irregularitatem, niſi mutilent, vel occidant, probatur apertè ex *cap. Petitio tua de homicidio.* Vbi cùm quidam Clericus pugnaſſet in bello iuſto, & percuſſiſſet aliquos, & tamen Pontifex interrogatus, reſpondit non eſſe cenſendum irregulatem, niſi aliquem interfeciſſet. Et probatur, quia licet Eccleſiaſtici indebitè pugnantes in bello delinquant contra prohibitionem Eccleſiaſticam, id tamen eſt valdè exttinſecum ad irregularitatem, indéque non ſufficit ad eam conttahendam: talis enim prohibitio facta eſt Eccleſiaſticis, ob periculum homicidij, non cuiuſcunque, ſed quòd infligitur ab ipſis Eccleſiaſticis præliantibus, atqui hæc ratio in præſenti caſu ceſſat, in quo ſupponimus homicidium fieri ab aliis, & non ab ipſis Eccleſiaſticis, Et confirmatur, quia cùm bellum ſit iuſtum, ut ſupponimus, etiam homicidium erit iuſtum, & quia tamen eſt voluntarium, & non neceſſarium, vtpotè in bello aggreſſum, eiuſdem rationis eſt, ac homicidium factum publica auctoritate, ideò inducit irregularitatum ex defectu lenitaris, *cap. Siquis, & cap. Aliquando, diſt.51.* Ita Filliucius citatus.

C. Petitio. Cap. ſi quis C. aliquãdo Filliuc.

QUÆSTIO VII.

Explicantur, & proponuntur aliqui caſus, in quibus Eccleſiaſtici in bello iuſto mutilantes, ac occidentes non incurrunt irregularitatem.

SUMMARIUM.

23 *In bello iuſto ex licentia Papæ licitum eſt occidere, & mutilare.*

24 *Sicut & quando intervenit magna Eccleſiæ vtilitas.*

25 *Sicut etiam pro conſervatione propriæ vitæ.*

26 *Eccleſiaſtici exiſtentes in nauis, quæ ab inimicis impetitur occidendo, non incurrunt irregularitatem; ſecus ſi nauis eorum inuadat.*

27 *Non incurrunt, quando vrget grauiſſima Reipublicæ vtilitas.*

23. PRimus caſus. Si Eccleſiaſtici pugnent in bello iuſto ex diſpenſatione Papæ, an licitũ ſit eis abſque irregularitate mutilatè, ac occidere; Reſpondeo affirmatiuè, & eſt communis ſententia cum Panormitano; Tabiena, Philiarc. Henriquez, quos citant, ac ſequuntur Banez 2.2.*quæſt.*40.*art.*2.*dub.*4. Valentia *tom.*3. *diſp.*3. *quæſt.*16. *punct.*4. §. *ſeptimò certum eſt*, Sayrus *lib.*6.*de cenſ. cap.* 19.*num.*14. Probatur, quia irregularitas inducta eſt humana conſtitutione, atqui in tali poteſt Summus Pontifex diſpenſare; ergo etiam in tali irregularitate; benè tamen advertit Suar. *tom.*5.*de cenſur. diſp.*47. *ſect.*6. quòd hoc intelligitur quando Papa expreſsè concedit facultatem pugnandi propriis manibus, imò exiſtimo, quòd ſat eſt concedere facultatem pugnandi, ſecus verò ſi rantùm concedit facultatem, aſſiſtẽdi in bello.

Panormit. Tabiena. Philiarc. Henriq. Bañez. Valentia. Sayrus. Suar.

Secundus caſus eſt quando in bello offenſivo interuenit magna Eccleſiæ neceſſitas, ob magnam victoriam aſſequendam, redundantem in maximam Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem. Tunc præſumitur Papæ diſpenſatio, non enim eſt credibile eo tempore, quo tenentur iure naturæ pugnare, in irregularitatem incidere. Deinde ſi irregularitas non incurritur defendendo ſeipſum, neque videtur incurri defendendo tempublicam in tanta neceſſitate, Ita Banez 2. 2. *quæſt.*40. *art.*2. *dub.*4. Valentia cum Frlliucio *tract.* 20. *cap.*9. Bonac. *diſ.*7. *de cenſur. quæſt.*4. *punct.*4.*n.*11. 24. Bañez. Valentia. Filliucius. Bonacina.

Tertius caſus, quando hoc neceſſarium habetut pro conſeruatione propriæ vitæ non excedendo in moderamine inculpatæ tutelæ, quia tunc naturæ ius maximè ad hoc obligat, Molin. cum aliis *tom.*1.*de iuſt. diſp.*108. §. *Primus caſus*; & tuuc in hoc caſu occidens, & mutilans pro conſeruatione propriæ vitæ, mullam incurrit irregularitatem. Vt determinatur in Clement. ſi furioſus de homicidio, Suar.*tom.*5. *de cenſur, diſp.*47. *ſect.*6. *num.*1. 25. Molina. Clem. ſi furioſus. 26.

Ex quo benè infertur, quòd Clerici, ac Religioſi exiſtentes in navi, quæ ab inimicis impetitur, licitè poſſunt occidere, & militate in ſui, ſuorumque defenſionem; ut habet Molina *citata.diſp.*108. §. *Primum eſt*; nec tunc contrahunt irregularitatem, ut patet ex dictis. Aliter verò dicendum de exiſtentibus iu naui, quando navis ipſa iuvadit ſuos inimicos, quia tunc conſiderandum eſt, an illis inuaſio ſit iuſta, & tunc, ſicut ſuprà diximus de bello, de illa dicendum. Etſi iuaſio ſit iniuſta, inquiendum eſt eodem modo, ac de bello iniuſto, ut diximns. Ita Lezana *verb. Bellum, n.*16. vide ſuprà *quæſt.*5. & 6. Molina. Lezana.

Quartus caſus eſt, quando urget grauiſſima, ac extrema Reipublicæ neceſſitas, in tali caſu pro ea defendenda licitum eſt Clericis, au Religioſis pro ea pugnare, occidere, ac mutilare, imò ad hoc tenentur, lex enim naturæ hoc præcipit, & ius Eccleſiaſticum pro tali tempore non obligat, Caietan. 2. 2. *quæſt.*40. *art.* 1. *ibid.* Bañez *dub.*3. Ex quo benè ſequitur ſic mutilantes, ac occidentes non fieri irregulares, Valent.*tom.*3.*diſp.*3.*quæſt.*16.*punct.*4. §. *contraria ſententia*. Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſp.*47. *ſect.*6. *num.*2. 27. Caietan. Bañez. Valentia. Suar.

QUÆSTIO VIII.

An Religioſi occidentes, & mutilantes in bello iniuſto putato iuſto incidant in irregularitatem?

SUMMARIUM.

28 *Incurrunt irregularitatem non ex delicto, ſed ex defectu lenitatis.*

29 *Multum probabile poſſe Epiſcopum, & Prælatum regularem diſpenſare in irregularitate ex defectu lenitatis.*

28. REſpondeo cum Pellizario *tom.*2. *tract.*7. *cap.*5.*num.*205. incurrere irregularitatem non tamen eam, quæ dicitur ex delicto, quæ ſupponit Pellizar.

ſupponit peccatum mortale, ſed eam, quæ ex defectu lenitatis nuncupatur, & contrahitur ab occidente, aut mutilante in bello injuſto, ut infrà dicam *quæſt. ultima.* Ratio eſt quia reſpectu Religioſi non agnoſcentis injuſtitiam belli, bellum non eſt injuſtum, niſi tantùm materialiter, ac proinde ex bona fide, ut ſuppono, interveniente in præſenti caſu excuſatur dictus Religioſus ab incurrenda irregularitate, quæ ex delicto oritur, quæ ut ſuo loco dicemus, prærequirit delictum.

29. Advertendum tamen eſt, quòd ad effectum obtinendæ diſpenſationis multum refert, quòd irregularitas contracta ſit ex defectu lenitatis, & non ex delicto, ſiquidem quæ incurritur ex defectu lenitatis probabile exiſtimant Covarr. Sà, Bañez, Medina, & alij cum Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 39. numero 47.* quòd poteſt diſpenſari ab Epiſcopo, & Prælato & de Prælato diſpenſandus ſit Religioſus, Regulari, ſi Regulari multò certiùs exiſtimat Filliucius. Hieron. Rodriguez, Veiga, M. Cornejo, M. Lezana, & alij, quos citant, ac ſequuntur Diana, *part. 4. tract. 2. reſolut. 70.* Bordon. *tom. 1. reſolut. 13. num. 14.* Tum ex variis privilegiis: Tum etiam quia privilegium datum diſpenſandi in irregularitatibus excepto homicidio voluntario, eſt etiam ad diſpenſandum in irregularitate, quæ provenit ex defectu lenitatis, ſiquidem ſub homicidio voluntario non comprehenditur illud, quòd ſit juſtè, ſed tantùm injuſte, ut docent Navarr. Caietan. Vivald. Henriq. Sayrus, & alij apud Filliucium teſtificantem in facti contingentia, ita Romæ reſolutum fuiſſe.

Bañez. Medina. Barboſa. Sà. Filliucius. Navarr. Caietan. Vivald. Henriq. Sayrus. Filliucius.

Quæstio IX.

Referuntur aliqui caſus, in quibus milites in bello injuſto excuſantur ab irregularitate.

SVMMARIVM.

30 *Miles pugnans in bello injuſto occidens pro defenſione vitæ propriæ, non fit irregularis.*

31 *Miles pugnans pro parte injuſta, ſi dicat ſe velle tranſire ad partes juſtas, poteſt occidi.*

32 *Qui invaditur ab hoſte, nec valet aliter effugere, ſi occidat, non fit irregularis.*

33 *Qui ſe conferunt ad bellum ad adjuvandum in ſpiritualibus, ſi aliquem occidant, non fiunt irregulares.*

30. PRimus caſus eſt. An miles pugnans in bello injuſto incurrat irregularitatem, ſi occidat inſequentem ſe, ipſumque defenſionis cauſa confodiat? Affirmat Avila *de cenſur. p. 7. diſp. 8 ſect. 3. dub. 1. concluſ. 2.* Tamen oppoſitum ex Præpoſito, Giballino, tenet Diana *part. 11. tract. 7. Reſol. 8.* Quorum ſententiæ adhæreo, quia quamvis miles dum ſequitur tales partes, faciat bellum injuſtum, tamen hic & nunc pro defenſione propriæ vitæ ex jure naturæ videtur bellum juſtum, dummodo ſi advertat, habeat animum deſerendi bellum injuſtum, ab eoque diſcedendi.

Avila. Præpoſit. Giballin. Diana.

An miles juſtè pugnans, ſi occidat talem fugientem paratum ad ſatisfaciendum, ac ad ſequendas partes belli juſti, mortaliter peccet? Reſpondet citatus Diana, exiſtimo, quia uterq; ducitur optima ratione, fugiens quidem dum ſe defendit, & inſequens etiam, qui ſapienter exiſtimat, ſe ſui Principis juſtè pugnantis partes agere, & ejus injurias ulciſci; atque ita uterque occidere ex opinione probabili ſui juris, & tunc tantùm eſt bellum utrinque juſtum formaliter, quòd ſæpius contingere certiſſimum eſt, neuter igitur in eo caſu fit irregularis. Hæc probabiliter ſunt dicta; tamen exiſtimo, quòd miles fugiens, qui ſuſtinebat partes belli injuſti, ſi dicat ſe velle tranſire ad partes oppoſitas Principis juſtè pugnantis, tunc nullum jus eſt, ut occidatur à privato milite. 31. Diana.

Ex quo benè deducitur cum Leſſio 3. *parte, cap. 2. de irregularit. dub. 4. n. 13.* Quòd ſi quis prior invadatur ab hoſte, nec valens aliter effugere, eum occidat, non fiet irregularis, etiamſi pugnaverit ex parte injuſta. 32. Leſſius.

Notat etiam Avila citatus, ut advertit jam ſuprà *quæſt. 5.* quòd illi, qui ſe conferunt ad bellum, non ad pugnandum, nec ad milites excitandos, nec inducendos, ſed ad eos in ſpiritualibus adjuvandos, non eſſe irregulares, quãvis ad propriæ vitæ defenſionem, aliquem occidant, ſuppoſito quòd legitima defenſione utantur. Ita Sylveſt. *verb. Homicid. 3. quæſt. 6.* Bonac. *diſp. 7. quæſt. 4. punct. 4 n. 10.* 33. Avila. Sylveſt. Bonacina.

Quæstio X.

An milites pugnantes in bello injuſto, ſecuto uno homicidio, fiant omnes irregulares, ſicut & etiam qui ſarcinas cuſtodiunt?

SVMMARIVM.

34 *Prima ſententia affirmat, omnes, qui militant in bello injuſto, ſecuto uno homicidio, eſſe irregulares.*

35 *Oppoſita ſententia verior, n. 36. & 37.*

38 *Cuſtodientes ſarcinas probabiliter non ſunt irregulares.*

39 *Dux belli injuſti tot committit irregularitates, quot fiunt homicidia.*

AD primum; an omnes, qui militant in bello injuſto, ſecuto uno homicidio fiant irregulares? Affirmant Doctores cum Villalobos *in ſumma tom. 1. tract. 1. difficult. 14.* quia omnes illi tanquam una cauſa cooperantur in tali homicidio. 34. Villalob.

Oppoſitam ſententiam cum Giballino ad Coninch. tenet Diana *p. 11. tr. 7. reſol. 8. §. Sed Giballin.* Multum probabile videtur, eos tantùm milites eſſe irregulares, qui moraliter dici poſſunt juvaſſe occidẽtes, aut mutilantes, quales ſunt tantùm aliqui circunſtantes, ac commilitones, non verò totus exercitus per planitiem diffuſus; non enim benè intelligitur, quomodo multa millia ſint cooperata in uno homicidio: Nam ſæpè magnus exercitus occupat 35. Giballin. Coninch. Diana.

cupat duas leucas, quomodo ergo miles, qui diſtat ab occidente per ſpatium duarum leucarum poteſt dici cauſa moralis talis homicidij.

36. Et confirmatur à Coninch, quia non videntur ſinguli milites teneri ad reparandum damnum, quòd à toto exercitu in exciſione Urbis injuſta illatum fuit, ut tenet Paludanus Paludan. *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. art. 30.* quòd etiam docuit Leſſius *lib. 2. cap. 14. num. 37.* quia ſinguli milites non juvarunt iniquam expugnationem, niſi faciendo partem ſuam, ut partem illius exercitus, & ſicut totus exercitus eſt cauſa totius damni, ita ſinguli ſuæ tantùm partis, niſi alia ratione alios adjuvarent, ac excitarent, quæ ratio æquè valet in irregularitate ad reſtitutionem damni, cum utraque oriatur ex cooperatione ad damnum, & mortem inferendam.

37. Fundamentum verò Doctorum, qui tenent contrariam ſententiam, in eo nititur, quia omnes illi faciunt unam cauſam moralem; ſed hoc non eſt verum, ut jam dixi, ſed ſolùm faciunt unam cauſam unitate ordinis, eodemque modò conflant unum exercitum, quo in toto collectivo ſingulæ partes illud faciunt

38. Quantum verò ad cuſtodientes ſarcinas militantium in bello injuſto an fiant irregulares? Villalobos. Affirmant Villalobos *tom. 1. tract. 21. diffic. 24.* Avila. Avila *de cenſur. part. 7. diſp. 8. ſect. 3. dub. 2.* Giballin. *concluſ. 3.* Tamen ſatis probabiliter ex Gibal- Diana. lino tenet Diana *citata reſol. 8. §. Quæro tertiò, negans*: Quia iſti valdè remotè cooperantur militibus occidentibus, & pugnantibus, ut etiam de vendentibus arma communiter dicitur. Et idem etiam dicendum videtur de vendentibus alimonia, & obſonia, eaque ad exercitum deferentibus, non enim magis hi cooperantur ad homicidium, ac illi, qui ſarcinas ſervant.

39. Notandum eſt etiam cum Giballino, & aliis Giballin. Auctoribus citatis, quòd dux belli injuſti, tot contrahit irregularitates quot in illo perpetrantur homicidia, quia ipſorum omnium cauſa principalis eſt, & in omnibus militibus pugnat, ſiquidem ejus imperio, & ductu milites pugnant, indéque ipſe totius damni cauſa eſt, ita Villalobos *citatus n. 2. & 5.*

Quæstio XI.

An liceat Eccleſiaſticis expoliare adverſarios, & an ipſi Eccleſiaſtici, reſque Eccleſiaſticæ poſſint expoliari ab adverſariis?

SUMMARIUM.

40 *Licet non ſit licitum Eccleſiaſticis pugnare in bello, tamen ſi in eo aſſiſtunt, poſſunt hoſtes expoliare.*

41 *Nec Eccleſiaſtici, nec bona Eccleſiaſtica poſſunt ab hoſtibus explicari.*

42 *Capta civitate, bona Eccleſiaſticorum ablata ſunt reſtituenda.*

43 *Eccleſiaſtici pugnantes in conflictu belli poſſunt expoliari, non verò poſt obtentam victoriam.*

44 *Aliquando Eccleſia poteſt devaſtari ob victoriam obtinendam.*

40. In caſibus ſupradictis, in quibus licitum eſt clericis, ac Monachis pugnare in bello, licitum eſt etiam hoſtes expoliare, & alia facere, quæ jure belli licita ſunt aliis militibus, nec enim ex eo quòd ſunt Eccleſiaſtici fiunt deterioris conditionis, imò & dato caſu, quòd adſint in bello juſto, & non liceat eis pugnare, poſſunt tamen ſibi acquirere, ac uſurpare bona, ac ſpolia hoſtium, ſicut & alij milites, ſunt enim ipſi valdè utiles in exercitu ad ſpiritualia, ac proinde debent gaudere commodis belli ſicut alij milites, niſi oppoſitum expreſsè conſtet de voluntate Principis, ac ducis. Valentia *tom. 3. diſp. 3. quæſt. 16. §. Tertiò certum eſt.* Molina *tom. 1. de juſt. diſp. 108. §. Meo quidem judicio.* Layman *lib. 2. tract. 3. num. 20.* Valentia. Molina. Layman.

41. Tamen è converſo non poſſunt ipſi clerici, ac Monachi, reſque Eccleſiaſticæ expoliari ab hoſtibus, gaudent enim ipſi, eorumque bona immunitate Eccleſiaſtica. Et ratio eſt. Primò, quia perſonæ Eccleſiaſticæ communiter ſunt innocentes in his bellis inferendis, ergo bona illarum ob delictum alterius non ſunt occupanda. Secundò, quia ſunt ſpecialiter Deo dedicata, ac juriſdictione ſæculari exempta, ac proinde non debent ob delictum aliorum gravari. Tandem, quia Eccleſiaſtici partem conſtituunt diſtinctam à republica civili, ergo propter ejus culpam puniri non poſſunt. Ita Suar. *tract. de charitate, diſp. 13. ſect. 7. num. 14.* Coninch. *diſp. 33. dub. 7. num. 118.* Bonacin. *diſp. 2. de reſtit. quæſt. ultima, ſect. 1. punct. 12. §. 3. num. 18.* Molina, Filliucius, Hurtadus de Mendoça, Caietanus, Sylvius, Layman, Malderus, Caſtrus-Palaus, Villalobos, Dicaſtillus, & alij multi, quos citat, ac ſequitur Diana *part. 11. tract. 3. de reſol. 1. §.* ſed in ordine, quòd multis hiſtoriis, ac documentis probat Hugo Grotius de jure belli *lib. 3. cap. 11. num. 10.* Suar. Coninch. Bonacina. Molina. Filliuc. Caietan. Sylvius. Hurtadus. Diana.

42. Civitate capta verbi gratia bona ſæcularium poſſunt diripi, non tamen bona Eccleſiæ, nec Eccleſiaſticorum, hæc omni jure ſunt exempta, & ſi ablata fuerint ſunt reſtituenda. Sylveſter *verb. Bellum. 3. quæſt. 3.* Lezana *eodem verb. num. 18.* Theophilus Alarius *in can. conſcientiæ lib. 7. verb. Bellum. n. 8.* Sylveſt. Lezana. Theophil.

43. Ex quo ex pluribus Doctoribus notandum, quòd & ſi clerici, verbi gratia Luſitani, in conflictu belli actu pugnent contra Anglos ante obtentam victoriam, poſſunt bonis expoliari, & occidi, quia tunc clerici ſe habent tanquam milites; at poſt obtentam victoriam minimè poſſunt occidi, ac expoliari; nam Princeps ſæcularis non eſt judex clericorum, niſi dum actualiter pugnant. Petrus de Ledeſma *in ſumma, tract. 3. cap. 13. concluſ. 58.* Candid. *tom. 1. diſquiſit. 17. art. 8.* Ledeſma. Candidus.

44. Nota tamen aliquando admittendum eſſe poſſe Eccleſias, & Eccleſiaſticos in bello juſto per accidens devaſtari ſine obligatione reſtituendi, quando ſcilicet id neceſſarium judicatur pro conſecutione victoriæ. Ita Candidus proximè citatus & Lezana *verb. Bellum num. 18.* Candidus. Lezana.

QUÆSTIO XII.

An Prælati Regulares poſſint diſpenſare in huiuſmodi irregularitate orta ex bello?

SVMMARIVM.

45 *Prælati Regulares poſſunt diſpenſare in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, mutilatione, bigamia.*
46 *Item in prædictis irregularitatibus.*

45. DIco in hac re, quod prælati Regulares poſſunt cum ſuis ſubditis diſpenſare in irregularitate, quæ oritur ex occiſione, ſive mutilatione facta in bello ſive juſto, ſive iniuſto, ex multis privilegiis conceſſis, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, mutilatione; ac bigamia, M. Cornejo *de irregularitate, diſputatione* 11. *dub.* 2. Suarez *tom.* 5. *de cenſuris, diſputatione* 47. *ſect.* 6. *num.* 3. Peirinis *tom.* 1. *Privileg Minorum Conſtit.* 2. *Iulij* 2. *num.* 115. Lezana *verb. Irregularitas, n.* 72.

Cornejo. Suar. Peirin. Lezana.

46. Imò etiam prælati Regulares communicantes cum privilegiis Ordinis Sancti Benedicti Valliſoleti, quaque prima die Lunæ Quadrageſimæ poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in omni irregularitate, etiam illa quæ provenit ex homicidio voluntario, mutilatione membrorum, ac bigamia, ut ex multis oſtendam infra, cum de Bigamia agam.

QUÆSTIO XIII.

Quid dicendum ſit de militantibus in bello iniuſto?

SUMMARIUM.

47 *Omnes militantes in bello iniuſto, ſecuto homicidio, ac mutilatione, ſiunt irregulares.*

47. DE bello iniuſto breviter dicendum eſt, quod omnes militantes in illo, licet propriis manibus ſanguinem non effundant, ſed effundentibus commilitent, ſeu cooperentur, aut arma miniſtrent, & præbeant, fiunt irregulares, ſi tunc in eo contingant homicidia, ac mutilationes; quod ex iniuſtitia belli ſit manifeſtum, cum nullum poſſit haberi ſubterfugium. Ita communiter Doctores apud Suar. *tom.* 5. *diſp.* 47. *ſect.* 5. *n.* 1. M. Cornejo *de irregularitate, diſp.* 2. §. *Infero ſecundo.* Quod à fortiori dicendum eſt de Clericis, ac Religioſis; cum eis minimè liceat talibus cooperari, quod nullo modo dicendum eſt de illis, qui ad bellum iniuſtum ſe conferunt, non ut adiuvamen, vel auxilium, ſeu conſilium præbeant, ſed ad tale bellum diſſuadendum, ac ut in ſpiritualibus adiuvent, ac Sacramenta miniſtrent.

Suar. Cornejo.

RESOLUTIO XVII.

Benedicere, ſeu Benedictio

QUÆSTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex ſit Benedictio?

SUMMARIUM.

1 *Quid ſit benedicere.*
2 *Quotuplex ſit benedictio.*
3 *Benedictio magnam vim habet ad impetrandum.*
4 *Benedictio dupliciter fit, vel cæremoniis, vel conſecratione.*

SIcut maledicere eſt alicui malum imprecari, ita benedicere eſt bonum precari à Deo, videlicet, omnium bonorum origine, ſicque, ut ait Barboſa *de jure Eccleſiaſtico, lib.* 3. *cap* 3. *n.* 54. eſt profanitatis, vel nequitiæ excluſio, atque ſanctificationis infuſio. 1. Barboſa.

Benedicere autem tripliciter accipitur juxta D. Thomam, ut latè explicat Barboſa *de jure Eccleſiaſtico, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 55. enuntiativè, optativè, imperativè. Prima eſt, quam Deo tribuimus, ejúſque laudes enuntiamus, ac dicimus, ut *Benedicite ſervi Domini Domino.* Secunda eſt, quam homo homini dare ſolet, non ſolum laudando, ſed etiam bonum aliquod imprecando, juxta illud Pſalmi. *Benedicat te Dominus ex Sion, ut videas bona Hieruſalem.* Tertia benedictio eſt, quam dat Deus ſolus per ſe, vel per miniſtros ſuos, & hæc effectus miros operatur, & hanc dedit Deus per ſe ipſum. Geneſ. 1. num. 22. *Benedixítque eis.* Quandoque per ſervos: ut Melchiſedech benedixit Abrahæ. *Geneſ.* 14. *num.* 18. & ſic ſæpè in ſacris literis contingit: & hodie in Eccleſia fit, & dupliciter, privatè, vel publicè. Privatè, quæ à quacunque perſona fideli dari poteſt. Publicè verò, per Pontifices, Abbates, Sacerdotes, ac Religioſos viros. Ita Noſter Vvaldenſ. *lib. Doctrinalis fidei tom.* 1. *lib.* 2. *art.* 3. *cap.* 19. *contra Vviclephum.* Sylveſter *in ſumma, verb. benedictio, num.* 1. Layman *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 13. 2. D Thom. Barboſa. Geneſ. 14. Vvalden. Sylveſt. Layman.

Qui etiam omnes advertunt, quod talis benedictio nihil ex opere operato, aut infallibiliter impetrat, quod precatur: ſed quod cum fiat nomine Eccleſiæ magnam vim habet ad impetrandum. 3.

Benedictio rerum eſt etiam duplex; una eſt ſimplex, altera fit conſecratione. ſimplex, quæ fit benedictione, ac certis cæremoniis, ut benedictio veſtium, aquæ, vini, olei, cæræ, domus, navis. Alia eſt, quæ fit unctione, ut benedictio Calicis, Altaris, ſeu illius lapidis, & hæc propriè vocatur conſecratio. Citatus Sylveſter, Panormitan. *in cap.* 1. *de conſecrat. Eccleſia.* Baſſeus *verb. Benedictio, n.* 2. 4. Sylveſt. Panormit. Baſſeus.

QUÆSTIO II.

Rectè, ac ſanctè in Eccleſia fiunt benedictiones ad effectus ſupernaturales efficiendos, ac ſignificandos.

SUMMARIUM.

5 *Rectè, & ſanctè ab Eccleſia fiunt benedictiones.*
6 *Benedictiones ſanctè, ac piè fiunt ad effectus ſupernaturales.*
7 *Tamen huiuſmodi benedictiones non operantur infallibiliter, quia ſæpe nobis non convenit.*

5. MVlti fuerunt impij Hæretici, ut Vviclef, qui dixerunt, quod benedictiones eſſent ſine fructu, ac utilitate in Eccleſia, quos fortiter, & docte impugnat Noſter Vvaldenſis *lib. de Sacrament. à cap.* 10. Tamen Catholica fides conſtanter tenet, quod rectè, & ſanctè in Eccleſia benedicuntur aquæ, oleum, panis, cerei, cineres, rami, & ſimilia. Et probatur. Primò, ex Scriptura, quæ continet exemplum, & documentum. exemplum adeſt Domini *Matth.* 14. *Luc.* 9. qui panes multiplicaturus aſpiciens in cœlum, *Benedixit eos.* Documentum eſt Pauli. 1. Timoth. 4. *Omnis creatura Dei bona eſt, nihil abiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.* Probatur ſecundò, ex traditione Sanctorum Patrum, & primum de aqua, quæ ſolet benedici ab ipſo tempore Apoſtolorum, pro quo faciunt innumerabilia teſtimonia D. Clementis, Dionyſij, Cyrilli, Cypriani, Ambroſij, Baſilij, Epiphanij, Auguſtini, Theodoreti, quos citat Bellarminus *de cultu Sanct. lib.* 3. *cap.* 7.

Vvalden. Matth. 14. Luc 9. 1. Tim. 4. D. Clem. D. Dionyſ. D. Cyprian. D. Ambroſ.

6. Et rectè ad effectus ſupernaturales efficiendos, ac ſignificandos utitur Eccleſia aquâ oleo, aliiſque rebus benedictione dedicatis, & hæc omnia propter tres fines in Eccleſia benedicuntur, Primò. Ad ſignificandos ſpirituales effectus; cineris enim aſperſio, ſignificat pœnitentiam; Palmæ victoriam, cerei Paſchales gloriam reſurrectionis. Secundò, ad delenda peccata venialia, de qua re videndus eſt D. Thom. 3. *p. q.* 87. *art.* 3. ibi; Expoſitores, quia hæc ſemper fiunt, & recipiuntur, cum aliqua deſtetatione peccatorum, & motu pio in Deum, ac res ſacras. Tertiò, ad fugandos Dæmones, & curandos morbos, ut ex precibus, ac orationibus, quibus benedicuntur, patet.

D. Thom.

7. Tamen, ut iam dixi ſuperiori quæſtione, huiuſmodi res non operantur infallibiliter, ut Sacramenta. Et ratio eſt, quia tales res habent huiuſmodi vim, non ex pacto Dei expreſſo, ut Sacramenta, ſed ex precibus Eccleſiæ, ac devotione fidelium; tum etiam quia aliquando non expedit nobis, ut liberemur, vel à morbo, vel à vexatione præſenti, etiam ut latè probat Bellarminus *citatus cap.* 7. probans hunc tertium effectum multis exemplis Sacræ Scripturæ, ac documentis Sanctorum Patrum.

Bellarm.

QUÆSTIO III.

Quiſnam poteſt benedictionem impendere publicè, ac ſolemniter?

SUMMARIUM.

8 *Quomodo ſe debeat habere Sacerdos celebrans coram proprio Epiſcopo.... vel....*
9 *Benedictiones ſolemnes multam vim habent ad multa.*
Quiſnam poſſit dare benedictionẽ publicam.
10 *Et etiam Abbates ex privilegio.*
11 *In quo loco, & quando tales benedictiones ſunt dandæ.*
12 *Qui Abbates in præſentia Epiſcopi.*
13 *De hoc privilegio Abbatum non gaudent alij Religioſi.*

8. NOn loquimur de benedictione privata: nam hæc à qualibet perſona particulari poteſt exhiberi. De benedictione vero, quam presbyter celebrans dat in fine Miſſæ, ſi coram Epiſcopo celebrat, ei innuere debet, an velit ipſe benedicere, ſi vero nolit, benedicat tunc Sacerdos ſimplici benedictione, nulla alia expreſſa petita licentia. Ita Sylveſter *verb. Benedictio, n.* 1. Hoc tamen intelligendum eſt de Sacerdote celebrante coram proprio Epiſcopo loci. Gavantus *verb. Benedictio, n.* 21. At verò ſi coram Epiſcopo extraneo, quid tale non debet expectare.

Sylveſt. Gavantus.

9. De benedictione vero ſolemni, quæ incipit à verſu illo, *Adjutorium noſtrum*, &c. ſunt quædam publicæ orationes, quæ à miniſtris Eccleſiæ ſunt inſtitutæ ſuper perſonis, aliiſque rebus ſenſibilibus pronuntiari ſolitæ, quæ cum fiant nomine Eccleſiæ, quæ ſemper grata, & accepta eſt Deo; piè credendum, imò & pro certo habendum, huiuſmodi Eccleſiæ benedictionibus, atque rebus benedictis magnam vim ineſſe ad conciliandum hominibus per miſericordiam Dei, bonos motus divinæ gratiæ, quibus à peccatis mundentur, virtutibus augeantur, & à corporalibus periculis cuſtodiantur, vel eripiantur, ſicut Deo expedire viſum fuerit pro ſuo loco, ac tempore, de quo videndus eſt Suarez *parte tertia*, & *tom.* 3. *diſp.* 15. *ſect.* 4.

Suar.

10. Benedictionem ſolemnem publicam poſſunt dare Epiſcopi in tota ſua Diœceſi; Archiepiſcopi in tota ſua Provincia, cum viſitant; legati in toto ambitu ſuæ legationis, &. communiter tradunt Doctores, Sylveſter *verb. Benedictio, n.* 1.

11. Etiam Abbates, qui obtinent uſum baculi, & Mitræ ex *cap. Abbates, de privilegio, in ſexto.* Tum etiam ex multis conceſſionibus Apoſtolicis, videlicet, Innocentij VIII. Alexandri VI Leonis X. Pij. V. pro Abbatibus Canonicorum Regularium. Vrbani II. Pij. IV. Eugenij IV. pro Abbatibus Caſſinenſibus. Vrbani V. Bonifacij IX. Gregorij IX. Martini V. pro Abbatibus Vallis umbroſæ. Innocentij VIII. pro Abbatibus Ciſtercienſibus. Eugenij IV. pro Celeſtinis,

Quæ

Quæ & multa alia privilegia referunt Tamburinus *tomo primo, de iure Abbat. diſp. 21. quæſtione ſeptima.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. libro primo, cap. 17. numero quadrageſimoſeptimo*, affirmans, quod hodie omnes ferè Abbates regulares habent à Sede Apoſtolica conceſſionem benedicendi, eaſdémque conceſſiones refert Baſſeus *tomo ſecundo, verb. Benedictio, num. 12.*

12. Hæc autem privilegia pro benedictione ſolemni populi regulariter ſunt in fine Miſſarum, Matutini, & Veſperarum ſolemnium, ut ex ipſis privilegiis conſtat. De loco autem, in quo danda ſit benedictio, conſideranda ſunt privilegij verba, tamen communiter ſi aliud non exprimitur, ſolum intelligitur de propria Eccleſia, & non alibi, nec per vias more Epiſcoporum. Azor. *tom. 1. lib. 12. cap. 20 quæſt. 7.* Rodriguez *tomo 1. quæſtion. quæſt. 18. art. 1.* Et pro hac re quandam declarationem Cardinalium referunt citatus Tamburin. *diſp. 23. quæſt. 1. num. 1.* Riccius *de rebus Eccleſiaſt. Reſolut. 461. parte prima.* Vrſellius *in examine concluſion. legalium, concluſ. 1. n. 123.*

Azor. Rodrig. Tambur. Riccius. Vrſellius.

13. Talis benedictio dari poteſt ab Abbatibus, non tamen in præſentia Epiſcopi, vel alterius majoris Prælati. *cap. Denique 21. diſtinct. cap. Miniſtrare, 26 quæſt. 6. cap. Cum ad celebranda, de conſecratione, diſtinct. 1.* Novarinus *verb. Benedicere, num. 14.* Non enim minor debet maiorem benedicere. Limitatur tamen aſſertio, niſi aliqua exiſtat ſpecialis conceſſio à Sede Apoſtolica, ut facta habetur à Sixto IV. Abbati Sanctæ Mariæ Pacis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſ. ut liberè valeat talem ſolemnem benedictionem impendere, etiamſi tunc præſens adſit aliquis Antiſtes, Cardinalis, vel Sedis Apoſtolicæ legatus. Habetur per extenſum in libro Privilegiorum eiuſdem Congregat. *pagina 369* & teſtatur Gabriel Pennot. *in ſua tripartita hiſtoria, lib. 2. cap. 33.* Hoc privilegium datum fuiſſe in praxi anno 1624. die 2. Iulij in Feſto Viſitationis Virginis Mariæ, coram duodecim Illuſtriſſimis Cardinalibus Refert Novarinus *in ſua Lucerna, verb. Benedicere, numero decimo ſeptimo.* Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 17. num. 50.*

Pannor. Novar. Barboſa.

14. Hæc tamen privilegia non communicantur cum Superioribus aliarum Religionum. quamvis ipſi habeant commmunicationem privilegiorum, quæ conceſſa ſunt Monachalibus Ordinibus; & merito ſanè, quia talia conceſſa ſunt Abbatibus, quia ipſi habent uſum Pontificalium, veluti Epiſcoporum; quod non competit aliis Superioribus. Ita Suarez *tomo quarto, de Religione, tractatu octavo, libro ſecundo, cap. 29. num. 27.* Miranda *in manuali, tomo ſecundo, quæſt. 40. articulo quarto.* M. Lezana *verb. Benedicere, numero quarto.* Diana *parte tertia, de Regularibus, tractatu 2. Reſolut. 15.* Fragoſus *parte 2. lib. 11. diſput. 4. §. 3. num. 1.* Bordonus *tom. 1. Reſolut. 17. num. 3.*

Suarez. Miranda.

Quæstio IV.

Quænam res Eccleſiaſticæ ſint, quas Prælati Regulares valeant benedicere?

SUMMARIUM

15 *Abbates non ſolum poſſunt benedicere veſtimenta, ſed etiam calices, patenas, ac petras Aræ.*
In partibus Indiarum poſſunt Provinciales, & Fratres talia conſecrare.

16 *Facultas conceſſa Abbatibus non extenditur ad alios Prælatos Regularium.*

17 *Prælati Regulares poſſunt ſolemniter benedicere ſuas Eccleſias, ac Cœmeteria.*

18 *Poſſunt Prælati Regulares poſt. 24. horas à ſua electione benedicere ornamenta, & corporalia.*

PRimò. Sunt aliqui Abbates, qui non ſolum valent benedicere veſtimenta, ac ornamenta Eccleſiaſtica, ac corporalia, ſed etiam calices, ac patenas conſecrare; ita conſtat ex privilegio Bullar. Innocentij VIII. in Bullario. Rodrig. Conſtitutione quinta huius Pontificis, conceſſo Abbati Ciſtercienſi, ac quatuor primis Coabbatibus, qui valeant conſecrare calices, & patenas tam ſuarum Eccleſiarum, quam ſi aliunde deferantur. Et Pius IV. *Conſtit. 97. conceſſit Abbatibus benedictiones*, ut poſſent conſecrare altaria portatilia vulgo petras Aræ, pro ſuis Eccleſiis tantum. Et Paulus III. Sacerdotibus Societatis, in partibus, in quibus facile Epiſcopus Catholicus non invenitur. Ita Barboſa *de Officio Epiſcopi allegat. 27. n. 36.* Miranda *tom. 2. q. 41. art. 4.* Tambur. *de iure Abbatum. tom. 1. diſp. 23. quæſt. 13.* Portel. *in dub. Regul. verb. Abbas, num. 3.* Diana *part. 3. tractatu 2. Reſolut. 15.* Rodriguez *tomo tertio, ſumm. cap. 19. num. 2.* Qui etiam ait *tomo 1. q. 28. artic. 1.* quod Gregorius XIV. conceſſit Abbatibus Ordinis Ciſtercienſis privilegium conſecrandi Aras, & Calices, & etiam Adrianus VI. conceſſit Provincialibus Indiarum Minorum, & Fratribus, quibus hoc commiſerint facultatem conſecrandi Altaria, & Calices, etiam ad alienum uſum in caſu neceſſitatis Epiſcoporum. Ita Pellizar. *tom. 2. tract. 8. cap. 5. n. 102. & 103.* 15. Barboſa. Miranda. Tambur. Portel. Diana. Rodrig. Pellizar.

Et ut iam dixi in fine ſuperioris quæſtionis hæc privilegia conceſſa Abbatibus, cum habeant uſum Pontificalium, non extenduntur ad alios Prælatos, etiam cum eis communicantes, quia talem uſum Pontificalium non habent; & etiam privilegia conceſſa pro partibus Indiarum in neceſſitate Epiſcoporum, non intelliguntur extra conceſſa, niſi forte tunc extra Indiam in aliquo loco, eadem neceſſitas urgeat, quia tunc ex mente interpretativa Pontificis, ac ex paritate rationis uti tali facultate poterunt, v. g. in parte remota Africæ, vel Æthiopiæ. 16.

Dico ſecundò, Prælati Regulares poſſunt benedicere benedictione ſolemni ſuas Eccleſias, Cœmeteria Eccleſiaſtica, & Oratoria. 17.

Hoc patet ex indulto Bullato Leonis X. conceſſo Minoribus de Obſervantia, & refertur *in Compendio Mendicantium, verb. Benedicere, num.*14. Ita Auctores mox citandi.

18. Dico tertiò, poſſunt Prælati Regulares, & etiam eorum Vicarij, ac præſidentes poſt 24. horas benedicere ornamenta, & corporalia, ut habetur ex privilegio Innocentij VIII. per Bullam authenticam conceſſo Auguſtinianis, ut refert Caſſarrubius, *verb. Benedicere, num.*8. Quod etiam Iulius II. conceſſit Minimis, ut teſtantur Caſſarrubius *citatus num.*11. Peirinis *tom.*1. *Privileg. Minor. Conſtit.*11. *Iulij II.* quod etiam pro Minoribus conceſſit Leo X. ut referunt iidem Auctores, & Pius V. hoc indulſit Patribus S. Iuſtinæ de Padua. Portel. *verb. Benedicere*, de quo etiam participant omnes alij Religioſi cum eis communicantes. Lezana *tom.*3. *verb. Benedicere, num.*8. & 9. Rodriguez, Miranda, Fragoſ. quos citant, ac ſequuntur Fr. Martin. à S. Ioſeph. *pag.*522. *num.*16. Vidal. *Inquiſit. de iuriſdict n.*25.

19. Dico quartò, prædicti Prælati Regulares, ac etiam eorum Vicarij, ut dixi ſuperiori concluſione poſſunt benedicere prædicta ornamenta, ac corporalia, tam pro ſuis Eccleſiis, quam pro alienis, ac exrtaneis ex quacunque orbis parte; prædicta enim privilegia ſunt abſolutè, & ſimpliciter conceſſa, ergo abſolutè, & ſimpliciter ſunt intelligenda, ubi enim lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Ita Martin. à S. Ioſeph. *citatus fol.* 523. *num.*16. & Vidalius proximè citatus. Pellizar. *tomo ſecundo, tract.*8. *cap.*5. *ſect.*3. *num* 105. & 113. Fr. Antonius ab Spiritu Sancto *in Directorio, tomo primo, tract.*2. *diſp.*1. *ſect.*3. *num.*134.

Martin. Vidalius. Pellizar. Anton. ab Spiritu S.

20. Nec obſtat id, quod in contrarium objiciunt Gavantus *verb. Benedicere*; & Bordon. *tomo primo, Reſolut.*17. *num.*9. & M. Lezana *verb. Benedicere, num* 8. & 9. Sacram Congregationem declaraſſe anno 1609. die 13. Martij: *Prælatos Regulares non poſſe uti dicto privilegio, niſi in rebus, in quibus Sacra Vnctio non adhibetur, & pro ſervitio dumtaxat Monaſteriorum, & Eccleſiarum propriarum.* Reſpondetur non conſtare nobis authenticè de tali declaratione, quod erat neceſſarium ad eius fidem, ac obſervationem, iuxta declarationem eiuſdem Sacræ Congregationis ſub Vrbano VIII. die 11. Auguſti 1632. & referunt Vidalius *Inquiſition. de iuriſdict. n.*25. Lezana *verb. Sacra Congregatio, num.*5. Pellizarius *tom.*2. *tract.*10. *cap.* 10. *num.*43. *ad finem.* Vbi præcipit Sacra Congregatio, quod talibus declarationibus ſive impreſſis, ſive imprimendis, niſi fuerint authenticæ, nulla adhibeatur fides ſive in iudicio, ſive extra, & ideo quandiu oppoſita declaratio data anno 1609. non oſtenditur authenticè, ſtandum eſt Bullato *privilegiis citatis concluſione hac* 2.

Gavant. Bordon. Lezana. Vidalius. Lezana. S. Congr.

21. Dico quintò, quod hæc ſit regula generalis ex privilegio Bullato Leonis X conceſſo Minoribus, quo gaudent aliæ Religiones cum eis participantes, ubi extenditur facultas benedicendi, *ad quæcunque ad divinum Cultum, & uſum Fratrum neceſſaria, in quibus Chriſma non intervenit.* Ex quo ſit quod poſſunt benedicere Pixidem, ſeu vas, in quo Chriſti corpus reſervatur, quod etiam patet ex privilegio Innocentij VIII. Bulla V. ex Iulio III. Poſſunt etiam benedicere campanas, Imagines, Cruces, ex modo citatis privilegiis Innocentij, & Iulij. Ita Suarez *tomo quarto, de Religione, tract.*8. *lib.*2. *cap.*30. *num.*1 & 4. Tamburinus *tom.*1. *de iure Abbatum, diſp.*23. *quæſt.*3. *num.*7. M. Lezana *verb, Benedicere, num.* 11. & 12. Pellizarius *tom.*2. *tract.*8. *cap.*5. *ſect.*3. *num.* 105. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto *in Director. tom* 1. *tract.*2. *diſp.*1. *ſect.*3. *n.*136. Suar. Tamburin. Lezana. Pellizar. Fr. Anton.

22. Meritò tamen notant hi duo ultimi Auctores, ſcilicet Pellizar. & Fr. Anton. *cum Lucerna Regular. verb. Benedicere*, ex Tamburino. Quod facultas conceſſa ab Innocentio VIII. & Iulio III. ad benedicendas res proximè dictas, non reſtringitur tantum ad benedicendas res proprias benedicentium, ſed conceditur abſque ulla limitatione, & ideo extenditur ad benedicendas res alienas, ac aliarum Eccleſiarum, ſcilicet Imagines, Cruces, ac Pixidem, in quo Chriſti corpus ſervatur, iuxta communem regulam, ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Fr. Anton. Pellizar.

RESOLUTIO XVIII.

Bigamia

QUÆSTIO VNICA

Vtrum Prælati Mendicantium poſſint diſpenſare in Bigamia?

SUMMARIUM.

1 *Quid, & quotuplex ſit Bigamia.*
2 *Proponitur pars negativa.*
3 *Prælatus Regularis poteſt diſpenſare cum ſuis ſubditis bigamis quoad Ordines Minores.*
4 *Prælati poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis in omni bigamia.*
5 *Bulla Pauli III. pro una die.*
6 *Ex diſpoſitione Bullæ apertè colligitur facultas,*
7 *Privilegium explicandum ſecundum antiquam conſuetudinem.*
8 *Aliud privilegium ex compendio Societatis.*
9 *Stylus Curiæ varius & non obligat ut lex, & num.*10.
11 *Sub clauſula generali venit Bigamia.*
12 *Privilegia Regularium in eorum favorem explicanda.*
13 *Abſolutio non ſolum pro foro interiori, ſed etiam exteriori.*
14 *Prælatus Regularis poteſt diſpenſare in omni irregularitate, in qua ſolet Pontifex diſpenſare.*

BIGAMIA, vox eſt Græca, & ſignificat multiplicatum matrimonium. Inde, qui duplex cõtrahit matrimoniũ dicitur Bigamus. 1. Vox Græca

Bigamia